

UNIVERSITY OF N.C. AT CHAPEL HILL
00025955477

The Library
of the
University of North Carolina



From the Library of
Berthold Louis Ullman

A Gift of
Miss Gertrude Weil

This book is due at the WALTER R. DAVIS LIBRARY on the last date stamped under "Date Due." If not on hold it may be renewed by bringing it to the library.

DATE DUE	RET.	DATE DUE	RET.
JAN 4 1989			
DEC 20 '88			
JUN 0 2 2006			
JUN 0 5 2006			

B. L. Ullman

THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
NORTH CAROLINA



ENDOWED BY THE
DIALECTIC AND PHILANTHROPIC
SOCIETIES

PA6787
.A33
1817

PA6787
A33
1817

ALBII TIBVLLI CARMINA

LIBRI TRES

CVM LIBRO QVARTO SVLPICIAE ET ALIORVM

CHR. G. HEYNII

EDITIO QVARTA

NVNC AVCTA NOTIS ET OBSERVATIONIBVS

ERN. CAR. FRID. WVNDERLICHII.



Verbaque aratoris rustica discit Amor.
II, 3, 4.

LIPSIAE, MDCCCXVII

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.

PRAEFATIO
LVDOLPHI DISSENII
PROFESSORIS GOTTINGENSIS.

Ern. Car. Frid. Wunderlichius ut Virgilii ita Tibulli denuo edendi curam fusceperat ab Heynio, immortali viro, ei delatam, neque profecto impar ad hoc negotium accefferat. Erat enim hic vir quum aliis rebus apprime doctus tum linguae latinae peritiffimus, quod et ipfe faepe admiratus fum quotidiano ufu per plures annos cum eo coniunctus, et aliis, puto, probatum eft Virgilii parte prima nuper in lucem emiffa. Habebat ingenium acre et fubtile, plane factum ad linguarum ftudium; erat fcientia grammaticae accuratiffima, ut etiam fyntaxin linguae latinae componere meditaretur qualem dudum noftrum tempus defiderat; erat induftria affidua et generofa gloriae cupiditas. Sed non fuit in fatis, ut Wunderlichius ea omnia perficeret, quae fibi propofuerat; ante hunc ipfum annum mors iniqua eum abripuit.

 Quum

Quum igitur hoc trifti fortunae cafu Tibullus editore fuo effet orbatus, iamque requireretur qui editionem inchoatam ad finem perduceret, operis perficiendi negotium oblatum eft Hufchkio eo tempore Gottingae moranti, quo magis idoneus editor Tibulli inveniri non poffe videretur. Hufchkius, et ipfe Wunderlichii dum vivebat amicus, rem fuscepit; facta pactio, et tradita ei omnia, quae a Wunderlichio paffim notata erant quaeque oblata ab aliis viris doctis. Tum vero Hufchkius cunctari, non plane recufare, neque tamen opus aggredi, tandem re totam aeftatem tracta diferte negare et conditiones renuntiare. Quod quo iure fecerit, ipfe videat; mihi, quod verum eft, narrandum fuit. Igitur Tibulli editio quum iam diutius retardari non poffet, ne maius etiam damnum pateretur librarius, vir honeftiffimus, tandem morae impatiens, ipfe rem in me recepi, et feci id quod per breve temporis fpatium mihi conceffum fieri potuit. De quo nunc dicendum eft. Librum primum cum notis et obfervationibus ipfe prelo tradidit Wunderlichius, ita in eo adornando verfatus, ut et lectionem faepius mutaret et notas criticas uberiores adiiceret, in caeteris eandem fere rationem teneret, de qua expofuit ad Virgilium. Denique omnia quae addidit, litteris H. — W. a notis et obfervationibus Heynianis accurate difcrevit. Reliquos tres libros ego imprimendos curavi, et pertexui opus hoc modo: Quum perluftrans quae a Wunderlichio relicta erant, plura reperiffem ultima manu correcta, haec omnia ipfis verbis fervatis recepi; deinde quae alia paffim ab eo notata noveram Tibullo ufui futura, haec quoque transtuli, omninoque eam mihi legem ftatui, ut quum omnibus notis et ob-

ferva-

fervationibus adiectis amici nomen fubfcribere vifum effet, nihil adderem quod non ipfe probaturus fuiffe videretur. Lectionem mutavi caute, nec nifi in iis locis, ubi quid Wunderlichio placuiffet, mihi conftabat. Acceperat Wunderlichius collationem duorum codicum Zwicenfium faeculo decimo quinto fcriptorum a celeberrimo Goerenzio benigne oblatam, et eiusdem viri collationem codicis Gothani perquam accuratam, paffim difcrepantem ab ea, qua Ioannes Henricus Voffius ufus eft. Miferat etiam Gurlittus, vir doctiffimus et liberaliffimus, exemplar Tibulli, in quo manufcripti Hamburgenfis lectiones diligentius notaverat quam alias factum. Horum codicum lectiones in Obfervationibus indicavi, ut fecerat Wunderlichius, adiecta etiam, praeeunte Wunderlichio, varia lectione caeterorum codicum, quorum collationes publici iuris fecit Ioannes Henricus Voffius in notis ad fuam Tibulli editionem. Denique dicendum eft de re, quam tacere mallem. Vir doctiffimus Bardili pro infigni fua liberalitate fponte obtulerat Wunderlichio collationem a fe Parifiis factam, et in litteris ad Wunderlichium datis nonnulla de editionibus Tibulli principibus monuerat egregie difputata. Wunderlichius acceperat hoc donum, quum iam primae paginae Tibulli impreffae effent, poftea tamen quam primum potuit, eo ufus eft, ut patet ex Obfervationibus ad librum primum. Haec praeplacuerunt Hufchkio. Quid igitur ille? Scribit viro honeftiffimo, ut fibi concederet in fuum ufum, quae ita a nobis acceperat, ut huic editioni infereret. Vir clariffimus Bardili conceffit, credens Hufchkii verbis, eorum in hac editione ufum nullum effe poffe. Mirabar fane, quid hoc rei effet, dicens Wunderlichium iis iam

ufum,

ufum, neque tamen veram caufam intelligebam; poftea vero quum Hufchkius reliqua omnia fubito remitteret, haec retineret, intellexi fane, fed fero; operis ftatim aggrediendi neceffitate impofita tempus non fuit amiffa recuperandi. Ita vero factum eft, ut his fubfidiis uti non potuerim. Haec funt quae dicenda habui, ut de huius editionis ratione conftaret. Imagines, quibus haec editio ornata eft, Heynius elegerat; ab eodem etiam explicatio earum profecta eft.

Scrib. Gottingae menf. Mart. ann. CIϽIϽCCCXVII.

PRAE-

PRAEFATIONES
HEYNII.

Constantiam in me et fidem in amore semel susceptо nemo puto desiderabit, qui me viderit Tibullo, cui ante XL annos iuvenilem operam, ante XX hos annos curas secundas, addixeram, nunc senile quoque studium impertire. *Laus in amore mori!* Ne tamen ultimam manum ei admovere recusarem, movit me multarum rerum, quas Tibullo debeo, grata recordatio. Nam primum eorum studiorum tirocinia in eo posueram, ad quae colenda ac docenda aliquando ut evocarer in fatis erat; cum enim aliis studiis addictus, et ad aliud vitae munerumque genus essem delatus: postea tamen ex ea opera, quam aliquando necessitatibus adactus in hoc poëta posueram, omnis vitae meae ratio ducta est; tum constituenda Tibulli lectione et interpretatione sensum et iudicium veri, boni et pulcri, de quo in hoc litterarum genere isto tempore nondum magnopere laborabant homines, acueram; quid in litteris graecis et latinis ad formanda ingenia utilitatem veram ac vim haberet, animadverteram, et quo modo ad id consequendum interpretatio classicorum scriptorum instituenda, qua in re continenda esset, perspicere coeperam; tum vero multum illa opera in Tibullo posita mihi profuit ad molliorem aliquem animi sensum habitumque induendum, quo ad benevolentiam humanitatemque animo imbibendam proclivior essem, ita ut grata aliis facere, iniucunda aliis fugere adsuescerem. Nam, etsi multo potentiora et efficaciora esse possunt multarum virtutum praecepta, solet tamen ita evenire, ut, si non modo verba, sed sententias

et

et res expendimus in fcriptoribus legendis et interpretandis, per temporum ac rerum cauffas infideat interdum et haereat aliquid animo, aut contrahatur fentiendi habitus aliquis. Non itaque five ab annis meis five a ftudiis alienum effe vifum eft, Tibullum recognofcere, cum librarius nuntiaffet, velle fe ponere operam in recudendo libro; etfi non diffitear, factum id effe tempore meo valde alieno, cum occupationum mearum intervalla aliis effent curis deftinata. Cum tamen mature didiciffem, non mihi res, fed me rebus fubmittere: accinxi me ad operam hanc, ita, ut, poëtae carminibus et notis obfervationibusque iterum perlectis, emendarem, delerem et adderem ea quae aetas et ufus docuerat. Quod enim in gravioribus difciplinis fieri et folet, et debet, id nec minus locum habet in fcriptorum veterum interpretatione et critica, ut fi vicies ad aliquem fcriptorem diligentius recenfendum acceffèris, vicies videas aliud melius poffe conftitui, aliud perperam effe tentatum; quae ipfa res homines doctos ad modeftiam et verecundiam in his ftudiis adducere debet. Eft autem inter officia viri boni et docti, ut, quae femel evulgavit, quamdiu vixerit, emendare et limare, nova autem lectione et animadverfione locupletare haud definat; etiamfi non licuerit, id quod paucis contigit, in eodem femper genere, multo minus in argumento eodem, omnem aetatem confumere, fed aliis ftudiis, aliis curis fit vacandum. Quae itaque inter legendum paffim animadverteram, aliorum quoque feu obfervationes feu coniecturas in Tibullum, locis fuis adfcripfi; excuffi quoque tres codices Guelpherbytanos, de quibus in codicum recenfu accuratius actum videbis.

Ceterum de ipfo genere interpretandi et commentandi, quod in hoc poëta, poftea in Virgilio, amplexus fum, multa hic addere neceffe haud eft, quandoquidem aliis iam locis eius confilium, fines, veros et pravos ufus, declaravi. Cum fuperioribus aetatibus ad auctoritates fere et fectas revocata effet veterum fcriptorum tractandorum ratio:

ratio: ipſe allaboravi magno cum ſtudio, ut partim omnem hanc rationem ad certas cauſſas et certa principia revocarem, partim, quid in ea conſilio, temporibus, hominibus, quibus opera ea eſſet deſtinata, tribuendum ſit, declararem; poſſe adeo diverſa commentandi eſſe genera utilia et probanda; curandum modo eſſe, ut primo loco ſcriptoris verba, ſententias et res recte intelligant ii, quibus ſcribimus; in iuvenili vero lectione ut iudicium cum in ſenſu vero eruendo tum in ſententiae veritate perſpicienda acuatur, ſenſus boni pulcrique moveatur et excitetur. Habet ac ſervat laudem ſuam bona critica; non vero continet ea aut efficit omnia quae quaerimus; uti nec ſine lectionis veritate eſſe poteſt interpretatio bona; ſunto editiones, quae una in critica occupatae ſint, ſunto aliae, quae in ſola interpretatione; ſunto quae utrumque amplectantur; ipſa interpretatio inſtituatur paucis, fiat pluribus, prouti lubeat aut conſultum ſit; occupati ſint alii in convertendo ſcriptore in ſermonem patrium, alii in interpretandi genere alio; nam verſiones, quas vocamus, et ipſae ſunt genus interpretationis perpetuae; conſtituatur modo unumquodque genus e natura ſua et ex conſilio et uſu. Relinquatur tamen laus ſua etiam huic interpretandi generi, quo non modo criticas ſubtilitates et argutias ſequi propoſitum habetur, verum etiam ſententia exquiritur; quam niſi plane teneas, ne de lectionis quidem veritate plane conſtare poteſt, multo minus de ſententiarum veritate, de dictionis venuſtate et de ceteris. In poëtarum autem lectione ſenſum verum ſaepe non aſſequeris, elegantiam autem ac pulcritudinem carminis vix unquam tenebis, niſi in promtu tibi ſit, ad vulgares enuntiationes poëtica revocare; ita demum claras notiones ac certum iudicium aſſequi licebit; ſaepe itaque facilius eſt criticam exercere quam bene interpretari, etiam ea, quae critico acumine excogitaveris. Laus porro ſua eſto etiam ei commentandi generi, in quo ſententiarum cauſſae ex ipſa ſermonis, ſeu recte ſeu uſu conſtituti, ratione (licet enim eorum, quae legas, ſenſum

qua-

qualemcunque animo tenere, ut tamen nec verba ſingula nec verborum ac ſententiarum vim aſſequaris), ex ſcriptorum uſu, aetatum opinionibus ac iudiciis, ductae apponuntur; admonitiones quoque breves et utiles de ipſis ſententiis ac rebus aut de vero pulcroque ſubiiciuntur. Nihil in hoc reprehendi poſſe video, niſi quod in aliis generibus pari iure reprehendas: ſi non certo cum iudicio, non cum dilectu ac conſilio, non ſermone et modo idoneo, non ingenue ac modeſte, ſed aut cum faſtu ac ſupercilio, aut cum cavillatione et contumelia aliorum, id, quod profeſſus ſis, exſecutus fueris. Atqui haec non rerum, ſed hominum vitia ſunt, quae ab humanitatis ſtudiis quam maxime aliena eſſe debebant. Conſulamus tamen bonis litteris ac moribus ſaltim in eo, ut iſtam hominum infirmitatem aequo animo feramus, memores dicti Ciceroniani: *Conveniet — eſſe aequum et facilem, multa multis de iure ſuo cedentem.* Scr. m. Maio CIↃIↃCCXCVII.

Prodiit ante hos viginti annos Tibullus iuvenilibus meis curis expolitus; ſed habitu externo tam parum comto et concinno, vitiis autem typographicis tam foede coinquinatus, ut eum inſpicere pigeret puderetque; adeo ſugillata et ſuffuſa erant omnia livoribus et ulceribus a typographo inflictis. Hoc eſt iniquum illud Germanorum fatum in his litteris, ut, cum apud ceteras nationes libri claſſici ſub prelum revocati emi a plerisque ſoleant propter nitorem et ornatum typographicum, noſtrorum contra virorum doctorum labores tam ſordida et faeculenta charta, tam obtuſis et exeſis litterarum formis, tam ſupine et vitioſe plerumque excudantur, ut ipſo adſpectu exteris, qui elegantiae commendationi forte plus, quam debebant, tribuunt, faſtidium moveant; quo fit, ut raro claſſicorum ſcriptorum editiones a noſtratibus adornatae extra Germaniae fines exportentur. Cum itaque redemtor libri, honeſtiſſimus vir, Iunius, iam dudum deficientibus exemplaribus, mecum egiſſet, ut recognoſcerem librum, nuper

autem

autem denuntiaſſet, rationes ſuas ita ferre, ut Tibullum ſub prelum quam primum revocaret: committere nolui, ut, quantum in me eſſet, tam parum honeſto ore et habitu iterum prodiret ſplendidus Eques, Tibullus, quo primum in conſpectum venerat. Profligato itaque Virgilio partem aliquam otii Tibulli olim meis curis vulgati, me vero abſente ab operis excuſi, exemplari emendando impendere conſtitui. Sed, quod fieri ſolet, ut, ubi ad priſtinos amores redieris, iis iterum incaleſcas, idem mihi accidit, ut Tibulli dulcedine adeo caperer, ut modo hunc modo illum locum accuratius excuterem, venuſtates earumque cauſſas exponerem, hoc mutarem, illud polirem, alia melius conſtituerem; tandem etiam ad lectionem poëtae in multis locis emendandam progrederer.

Ut autem quae in nova hac editione praeter correctionem eorum, quae in priore vitioſe excuſa fuerant, praeſtita ſint, melius conſtet, paucis ea in fronte libri ipſe commemorabo. Primum multa aut a conſilio talis editionis aut ab officio boni interpretis aliena refecui, adieci alia, inprimis in interpretatione et illuſtratione poëtae, quibus elegantiae eius ac venuſtates earumque cauſſae meliore luce illuſtrarentur; neque ideo refugi monere interdum ea, quae paſſim a viris doctis in aliis libris, et ad alios auctores, copioſe expoſita ſunt, ſed quae, ut in memoriam revocaret, neceſſe videbam eſſe ei, qui tantam ex Tibulli lectione, quantam licet, voluptatem capere vellet. Cum itaque circumſpicerem, quid lectorem aut tenere, aut, niſi animo id hoc ipſo temporis momento, quo legeret, obverſaretur, voluptatis fructum deminuere poſſet: incidi in loca nonnulla, quae et ipſe olim expedita et intellectu facilia putaveram, in quibus tamen nunc me haerere ſentiebam. Egi quoque hoc, ut ad ea, quae in Tibullo ſingularia ſunt, aut raro obvia, legentis animum converterem. Carminum argumenta appoſui ita concinnata, ut elegiae cuiusque ſummam, conſilium ac praeſtantiam cognoſcere, qui vellet, poſſet.

Inta-

Intactam ab initio reliqueram criticam libri partem; mox tamen inter legendum intelligebam, retractandam mihi esse et hanc, primum quod me Scaligeri et Broukhusii auctoritati, etsi ab ea iam ante in multis locis recesseram, nimium tamen in aliis etiamnum tribuisse videbam; tum quod in lectionis Tibullianae fontibus, et rivulis propagatis, superiores interpretes sequutus, prorsus caecutieram. Erant enim nunc ad manum editiones plures veteres, inque his Vicentina, inprimis autem Aldinarum, ut Gryphianas, Colinaeanas et Plantinianas taceam, apparatus, qui in priore recensione cum ceteris defuerat; aderat etiam maior rei criticae usus, ut lectionis Tibullianae et carminis per codices et editiones propagati vicissitudines et fortunas nunc sagacius indagare possem. Exposui rei summam in commentatione, huic praefamini subiecta, de Tibulli lectione seu contexto. De singulis autem lectionibus in singulis locis aut mutavi priores observationes, aut novas ex nova librorum comparatione subnatas subtexui. Corvinianum quoque nunc Tibullum adhibui cum varietate lectionis a docta manu veteri editioni Vicentinae adscripta, et cum alia a Iac. Tollii manu profecta, de qua in eadem commentatione monui diligentius: in qua omnino de toto hoc genere, deque editionibus inprimis Tibulli egi multo accuratius, quam olim a me fieri potuit. Nam, praeter eam, quam 1472 exaratam memorant, vix ulla est editio Tibulli, quam non aut olim aut nunc inspexerim, et lectio unde deducta sit, investigaverim. Nec, ut Vitam Tibulli retractarem et vanis ariolationibus resectis ea, quae cum fide aliqua dici possunt, relinquerem, ab officio boni interpretis alienum esse putavi: quo omnino ita me defunctum esse velim, ut adolescentes, qui in hoc genere virium suarum periculum facere volunt, habeant exemplum, quo ad alia eaque graviora tractanda uti possint.

Scr. in Georgia Augusta d. VI. Maii CIↃIↃCCLXXV.

DE

DE

TIBVLLI LECTIONE PER LIBROS SCRIPTOS ET PRELO EXCVSOS PROPAGATA, ADEOQVE DE TIBVLLI CODICIBVS ET EDITIONIBVS.

Inter poëtas fimilis argumenti Tibullus puritate, facilitate et nativa aliqua elegantia praeftare femper habitus eft. Non affectat eruditionem intempeftivam, quae faepe in Propertio taedium facit, nec flagitiofam impuritatem Catulli. Hominem liberalis indolis et amoeni ingenii, mores urbanioris notae, et animum bona inftitutione informatum et praeceptis fapientiae imbutum, aequum, modeftum, probum, facile agnofcas. Eundem videas effe mollitie animi et facilitate mira, a rebus agendis alienum, in otio honefto Mufis et amoribus vacantem, nec minus proclivem ad affectus maeroris triftitiaeque ac vitae taedia. Ab omni honorum fortunarumque cupiditate et ambitione alienus, fervavit idem inftitutum ac propofitum in fuis elegis. Non, ut carmine inclarefceret et poëtae nomen confequeretur, fed fibi et amicae fcripfit. Itaque fimplicitatem illam orationis et fententiarum, veritate fua et nativa aliqua elegantia commendabilem, unus omnium maxime prae fe fert. Idem fibi femper fimilis *) eundem otii et ruris amorem, fortunarum contemtum, eandem morum orationisque formam retinet. Animi affectiones et curas, amoris aeftum et tormenta, fufpiciones, timores, gaudia, repen-

*) Scaliger Hypercrit. p. 795. *Uniformis ille pene totus eft, vixque discedens a fe ipfo, eodem pene gyro includitur.* Nihil itaque mirum, fi fummis etiam viris in deliciis fuit. Ita Cardinalis de la Vallette dictus eum plurimi faciebat. v. Balfac. in epiftola inferta hift. Acad. Francicae ab Oliveto fcriptae p. 62. ed. Par. 1729. Tom. II.

pentinas vices, prae ceteris poëtis ad naturae veritatem egregie expressit, quoniam ad eas deliniendas et sedandas ipso horum carminum solatio utebatur; multum in hoc praestantior Ovidio, qui ingenii potius lusum sectatus esse quam animi sensus reddidisse videri debet. Tibullus vero in ipso amoris aestu, cum vel maxime animus commotus esset, et amicae desiderio ureretur, elegias suas scripsisse videtur; tam vere, tam vivide singula exprimit: *) prorsus dissimilis poetarum nostrorum, qui non tenent, sed fingunt puellam, quam tenere se decantent; amoris non sentiunt vim et affectum, sed ingeniosi sunt in eo imitando et probabiliter exprimendo.

Poëtae igitur huius in summa simplicitate tam venusti et tersi optandum erat plura haberemus carmina, aut saltem integra et incorrupta ad nos pervenissent ea quae supersunt. Enimvero multarum elegiarum fragmenta habemus tantum et membra. Servavit enim casus, cui maiorem veterum scriptorum partem debemus, veterem aliquem codicem, sed temporis iniuria male habitum et truncatum, e quo ii codices, quos habemus, fluxere. Sunt itaque omnes Tibulli codices saeculo XIV. et XV. exarati; **) nec

*) Pius Annotat. poster. c. 115. *Princeps elegorum poëtarum — est dubio procul Albius Tibullus, quia vere, non dissimulanter aut obnoxie amantem agit, et consequenter insanum, modo superbit, modo supplicat, annuit, renuit, minatur, intercedit, dedignatur, quod voluit, non vult, quod optavit, refugit, secum dissidens, ut in vera Cupidinis rota circumagi credas.* Inter recentiores poëtas nostri ingenium induisse plane videri potest Hercules Strozza, cuius Amoribus nihil mollius, nihil ingeniosius vidi, in comparandis vero illis cum multis nostri locis singularem voluptatem percepi. Sed et Sannazarius, ubi a Propertio suo discedit, non infeliciter nostrum exprimit. Addere posses Pontanum, nisi is nimis mollis et solutus difflueret. Inter Gallos dulcissimus poëta Lafare Tibulli elegantiam aequat, interdum vincit: sua vero interpretatione elegiae principis libri primi, quicquid Romanae venustatis detraxit, Gallico lepore compensavisse videri potest; ne enumerem eos, qui nostra aetate cum inter nos tum inter Britannos Tibulli ingenium induisse videri possunt.

**) Scaliger in princ. Castigation. in Tibull. *Huius poëtae ea omnia, quotquot in Italia extant, exemplaria recentiora sunt, quam ut inter vetustos libros censeri debeant.*

nec extare videtur ullus antiquior, si forte Scaligeri excerpta cum fragmento Cuiaciano, nescio an unum quoque Heinsii Anglicanum, excipias. Argumento huic rei hoc ipsum est, quod in locis mutilis, etiam in manifeste corruptis, conspirant omnes libri in corruptelam; id quod fieri non posset, nisi ex uno omnes fonte fluxissent. Antiquiorem illum librum nunc periisse probabile fit; non enim cum Propertio illo, qui ex cella vinaria fuit protractus, Pontano adolescentulo (h. e. circa a. 1440.), Tibullus videtur coniunctus fuisse; nec Cuiacianus liber, cuius fragmento usus est Scaliger, ceterorum fons esse potuit, quia lectiones habet a reliquorum omnium fide alienas ac diversas. Quid? quod nec illud satis exploratum est, codexne ille, cui lacunae Tibulli debentur, fuerit is ipse, e quo recentiores illi descripti sunt. Potuit iam is, et eius exemplar adeo, prodire ex antiquiore aliquo, qui vetustate ac situ aut casu vitiatus erat, isque hanc fortunam experiri potuit haud multo post Tibullum tempore. Nam Augustei aevi monumenta, ingeniorum quoque, maximam partem interiisse videntur primis statim saeculis, incendiis maxime urbis, quae sub Nerone et per bellum civile, quod eius mortem insequutum est, facta sunt. Colligo hoc etiam ex eo, quod Domitiano laudi datum est, quod bibliothecas, incendio absumtas, impensissime reparare curavit, exemplaribus undique petitis: Sueton. Domit. 20.

Cum sub saeculi XV. exitum sub prelo excudi libri veteres coepissent, traditi sunt operis *Tibulli codices,* qui ad manum erant, neque adeo emendatissimi, ut in aliis quoque scriptoribus antiquis factum. *Editionem principem* 1472 nondum quisquam satis accurate excussit; fit tamen probabile, Venetam 1475 ex ea esse expressam, quippe quae etiam Statii Silvas complectitur, quas prior illa continebat. Ex hac, diuturna comparatione instituta, intellexi ductas esse editiones Regiensem 1481, Vicentinam 1482, Lipsiensem s. a. sed, aliam aliter, in nonnullis locis correctas. Praeferunt eae editiones plerumque eas lectiones, quas e libris scriptis viri docti restituerunt. Neglecta tamen, nescio quo fato, a sequentibus editoribus est haec editionum antiquarum classis, nec inspecta, nisi forte Mureto, una et altera Dousae patri.

Obtinuit

Obtinuit enim principatum altera, etſi deterior, lectio, per Venetas et Aldinas propagata, quam tandem deprehendi ex *Romana* manaſſe. Haec igitur *Romana* quaſi pro *altera principe* habenda, ducta et ipſa haud dubie ex codice, ſed minus emendato, diligenter olim a me excuſſa, prodiit 1475. ſubiectis Cyllenii commentariis, quos ille ad codicem ſuum ſcriptum adornaverat. Ex hac certatim expreſſae ſunt Brixienſes 1486. Venetae 1487. 1491. 1493. 1500. et 1520. ſed paſſim ac varie ex Cyllenii commentariis, forte et aliis edd. interpolatae, quibus alius, ut dixi, codex pro fundo fuit. Succeſſere his editiones Aldinae, quae olim, cum Dresdae viverem, ad manus non erant, nunc autem partim in bibliotheca Georgiae Auguſtae, partim virorum omni ingenii humanitatisque cultu expolitorum et amiciſſimorum, Duvii et Brandeſii, tum Kulenkampi, Collegae coniunctiſſimi, benevolentia, mihi ſunt oblatae ac miſſae: atque horum demum exemplarium comparatione in tramitem eum deductus ſum, quo lectionis Tibulli propagatae veſtigia certa deprehenderem. Nam in ſuperiore recenſione intellexeram equidem, differre inter ſe plurimum editiones Colinaeanas, Gryphianas, Baſileenſes, et reliquas, nec tamen certam rationem, ad quam earum discrepantiam referrem, reperire poteram. Broukhuſius enim, qui magnam molem variae lectionis habuit, de editionibus et earum auctoritate parum laboraverat. Nunc igitur intellexi, *Aldinam primam* a. 1502. Venetas modo dictas expreſſiſſe, nec tamen unam, ſed correcto hinc inde contextu, partim ex comparatis inter ſe pluribus huius generis editionibus, partim viri docti iudicio; nam codex ſcriptus adhibitus non eſſe videtur. Inſequuta eſt a. 1515. *altera Aldina*, a doctiſſimo viro curata, et magno eruditionis apparatu correcta, ſi non libris ſcriptis comparatis, etſi et hoc eſſe factum probabile ſit, criſi tamen ſubtili, et, ſi pauca excipias, felici. In hac editione ſublati ſunt aut aſteriſcis notati plerique ex verſibus ſuppoſititiis, et omnino iactum eſt emendatiori Tibulli lectioni fundamentum praeclarum. Alterutram ex his Aldinis ſequutae ſunt editiones ſequentes omnes, ſed, quod mirum eſt, delectu non ſemper cum bono iudicio facto: nam priorem, altera haud dubie longe inferiorem,

nice

unice expressere Colinaeanae et Basileenses; alteram autem Veneta per Scotum 1531. et Gryphianae, numero plures. Nec quicquam innovatum vidi ante *Muretum:* cui doctissimo viro Tibullus non parum debet, plus etiam debere putaretur, nisi Scaliger eum debita laude fraudasset. Nam editus est a Paullo Manutio, aut verius ex ed. Aldina altera repetitus, a. 1554. Tibullus cum Catullo et Propertio a Mureto diligenter castigatus, libro utique uno et altero adhibito, uno saltem quem suum appellat; sed consuluerat, quantum comparatione diligenter facta intellexi, hinc illinc editiones veteres ex Veneta pr. ductas, quas tamen more istius saeculi et ipsas veterum codicum nomine declarat; saepe etiam, dum alios sic vel sic legere narrat, non libros seu scriptos seu prelo vulgatos, sed virorum doctorum emendationes protulisse putandus est. *)

Achilles Statius iam tum Catullo doctis commentariis instructo clarus, Venetiis 1567. Tibullum cum commentariis edidit. Sequutus ille est Aldinam secundam, Mureti quod saepe, miratus sum, vix verbo mentione facta: ut tamen nec eum convicio vel obtrectatione vellicare videri possit. Fertur tamen, cum Italiam adiisset, cum Mureto vixisse, neque adeo eius de Tibullo merita ignorare potuit. Is librorum bonam copiam habuit; non minus enim decem usus est; certe laudari videas duos Vaticanos, quorum alterum valde antiquum fuisse, ex nota ad I, 3, 34. colligas, veterem bonae notae librum Guidonis Ascanii Sfortiae Cardinalis, Angeli Colotii librum, e quo tamen, ut etiam ex Florentino bibliothecae S. Laurentii et alio vetere libro cerpta tantum habuisse videtur; ait enim fere: *in libro Colotii, in Florentino, in veteri libro, sic fuisse affirmant, testantur;* et similem aliam collationem etiam Heinsio contigisse paullo post videbimus; porro librum Marcelli, Pontificis Maximi, Patavinum et duos veteres libros suos. Idem alios, qui codices contulerant, consuluerat. Non paucae eius lectiones, id quod per se intelligitur, cum Vaticanis Heinsii conveniunt.

*) Ita v. c. factum in loco lib. I. El. 6, 3.

Ianus Doufa pater a Lipfio lectionum in Tibullum varietates acceperat, quas ille, dum Romae effet, *ex antiqua membranaceorum codicum fide* excerpferat, e quibus infigniores memoravit in Praecidaneis in Tibullum c. 15. 16. Sunt inter eas nonnullae, quae in nullis aliis libris reperiuntur, ut facile poffit fufpicio fubnafci, libro noftris antiquiore Lipfium ufum effe; verum funt eae fere eiusmodi, ut e viri alicuius docti ingenio profectae effe videri poffint. Nam quod hoc faltem loco a me monendum eft, cum, litterarum antiquarum ftudio reducto, ad poëticen Romanam multorum ingenio faeculo XIV. et XV. fe converterent, Tibullus inprimis fuit is, quem exprimerent certatim Itali. Laudavi iam fupra Herculem Strozzam, Sannazarium, Pontanum; videbit alios is, qui Italorum poëtarum delicias adierit. Hoc ingeniofiffimorum hominum ftudio factum eft, ut Tibulli exemplaria circumferrentur paffim a viris doctis emendata, lacunis etiam fuppletis, adeoque eiusmodi exemplaria, quae, vero nomine, interpolata erant. Multa igitur eliminanda fuere in primis Mureti recenfionibus; de quibus fingulis locis monuimus. Atque haec cum non fugiffent *Iof. Scaligerum*, virum iudicii et ingenii vi praeftantiffimum, cum fibi videretur non pauca loca in Tibulli elegiis deprehendere, quae nullo fenfus vinculo inter fe comprehenderentur, cum in eo fubfiftere deberet, ut plurium elegiarum excerptis primam et fecundam libri primi conftare diceret, eo devenit, ut verfus nonnullos ex minus commodo in commodiorem, ut ei videbatur, locum transferret; quod inftitutum idem in Propertio, etiam in Manilio, et in Sulpiciae fatira, Doufa quidem et Barthio probante, fervavit. Et noftri quidem poëtae elegiam primam, ut plerasque libri prioris, plane discerpfit, et tanquam Abfyrti alicuius lacera membra, partes eius difperfit. Enimvero, ut concedam, aliquot paginas, aliquot verfus, quod interdum, v. c. in Luciano, factum vidimus, transpofitos effe, *) tamen illud incredibile eft, in

*) Scaliger in comment. p. 216. *Legem vitam huius poëtae apud L. Gyraldum; ibi videbis exemplar, ex quo omnia Tibulli, quae hodie extant, propagata funt, aliquot pagellis transpofitis turbatum*

in eodem carmine ita laxatos eſſe verſus, ut modo ex extremis in principia, ex his in medium, ex hoc in utrumque locum alii et alii disiecti ſint, et quidem ita, ut, quod, niſi data opera, et magna cum arte, fieri vix potuiſſet, ſenſum qualemcunque conſtituant. Hoc ſi credere debemus, non iam plura de atomorum fortuito concurſu cum Epicuri diſcipulis disputare licet. Non vero tantum ratione deſtituitur id conſilium, ſed etiam periculoſum eſt et aleae plenum. Nam primum in tanta ingeniorum, ſenſuum ac iudiciorum diverſitate unusquisque alio alioque modo has transpoſitiones inſtituit, pari tamen iure, cum ſemel ex arbitrio agere coeptum ſit: *) tum ſi ſemel illud ſequi coeperis, intra quos fines conſiſtendum ſit, quousque progredi liceat, in aliis quoque ſcriptoribus, vix definiri poteſt; et nullum, inprimis elegiacum, quod ſingulis fere diſtichis ſententiam claudit, carmen erit, in quo non, discerptis et ad certam rationem compoſitis verſibus, ſenſum ſatis commodum efficere me velle auſim recipere. Hoc tamen inſtitutum probavere Broukhuſius et alii. **) Sed

batum fuiſſe. Vita ea legitur Dial. IV. p. 222. ed. Ienſ. ſed de eo, quod Scaliger inde memorat, ne veſtigium quidem videre potui.

*) Pro exemplo ſit quod ante paucos annos factum vidimus a viro elegantis ingenii, *Sam. Henley*, qui novae editionis ſpecimine propoſito Scaligeranas transpoſitiones iterum alio modo dispoſuit, in nonnullis etiam ſatis probabiliter idem ulterius progreſſus, etiam ordinem elegiarum aliter ſe conſtituere profeſſus eſt (v. *Götting. Gel. Anz.* 1792. p. 1631 ſq.). Ingenium et acumen viri docti facile probes, totum conſilium vix admittas.

Probabiliorem et tutiorem rationem iniiſſe mihi videor in eo, quod nos in multis poëtae partibus tantum lacinias et fragmenta habere cenſui: ſeu quia exemplum illud, unde codices noſtri ducti ſunt, lacerum erat et mutilum, ſeu quia illud exemplum tantum excerpta alicuius viri docti opera ex pleniore codice facta continebat. Hinc illae lacunae, hinc hiantes ſententiae, diſtichis comprehenſae. Simile eclogarium verſaverat Ioſ. Scaliger. Potuit etiam utrumque locum habere, ut et excerpta tantum comprehenderet codex iſte, et multis locis vitium contraxiſſet, quia tot pentametri exciderunt: quae lacunae ſerius opportunitatem interpolandi lubidini fecerunt.

**) Sed iam illud reprehendit praeter Vulpium Ayrmannus §. 69. §. 71.

Sed viri docti genium elegiae non ſatis perſpectum habebant. Quid enim quaeſo eſt, in quo maxime illa verſatur? an in ſubtili aliqua et ad dialectices regulas exacta, ſevera et acerba rerum vel ſententiarum poſitione et enarratione? an in eo, ut, quae diligenti conſideratione et multo iudicio exegeris, diligenti et caſtigata oratione exponas? Immo vero in hoc eius ingenium et natura continetur, ut animi commoti ac perturbati ſenſus et affectiones ſeu molliores ſeu ex graviore impetu iam remiſſas et ſubſidentes exprimat. *) In hoc regnat; in hoc tota eſt; hoc praecipuum argumentum ſibi tractandum ſumit, neque temere ad alia avocari debet. Quare illud? quia, cum ſingulis diſtichis ſententia finiatur, non niſi ſingulae et a ſe invicem ſeiunctae ſententiae in ea poni poſſunt. Haec eſt, ſi eius indolem recte perſpicio, vera cauſſa, cur motibus animi exprimendis unice deſtinata eſt. Uti principio luctui et triſtitiae inſerviebat, **) ita ſuc-

*) Recte Boilavius in Arte ſua: *Il faut, que le coeur ſeul parle dans l'Elegie.*

**) *Principio* dixi, Horatium ſequutus noto loco Art. 75. ſq. non quaſi elegi omnino a querimonia proceſſerint. Antiquior eorum uſus fuit in brevibus ſententiis ethicis, gnomis et praeceptis vitae. Tales fuere elegi Theognidis, Solonis et aliorum. Translatus quoque ad ſenſus et affectus animi eorum uſus multum a lamentis abſuit, ſi Tyrtaeum memineris. Ad molliores ſenſus reddendos adhibuit elegos Simonides, nondum tamen genere aliquo carminum conſtituto ſatis ac definito. Itaque inter ſequiorum etiam aetatum poëtas videbis alios genere elegiaco uſos eſſe, alios elegias ſcripſiſſe. Prioris generis poëtae narrationes, hymnos, et alia argumenta hac carmine incluſerunt; quod ſe commendabat ſenſibus per breves ſtrophas facile expeditis; etſi nec de eo ſatis ſolliciti erant, ut ſententiam ſtropha, ſeu binis verſibus finirent. Verum arte poëtica magis expolita et carminis genere aliquo ex argumenti indole et tractationis natura accuratius conſtituto intellectum eſt, animi affectus molliores tanquam materiem propriam ſubiectos elegiae eſſe, in qua illi verſandum eſſet. Nec tamen intra eius fines omnino ſe continuerunt principes carminis auctores, Callinus, Mimnermus, Philetas, Callimachus, quantum ex fragmentis et aemulantium eos poëtarum Romanorum ſtudiis intelligitur; ita ut omnino *duo* inter ſe diverſa *carminum genera* conſtituenda eſſe videantur, *aliud* genus elegiacum, externo habitu et ſtropharum brevitate ad diverſa argumenta adhibita notabile, *alia* elegia proprie dicta.

ſucceſſu temporis in amore et eius curis praecipuus elegiae uſus fuit, manſitque etiam apud eos, qui luſus tantum ingenii, non veros amores, carmine perſequerentur: id quod iam ab Ovidio factum. In curis vero amoris exprimendis omniane aequaliter procedere poſſunt, ut alia aliam ſententiam, veluti in ſermone cum ratione et multa deliberatione compoſito et diligenter elaborato, excipiat? Non credo; ſed ut in amante alius alium animi motum trudit, urget, ita ſententias, non ſatis ſibi reſpondentes, neque arctiori vinculo iunctas, ſubiici neceſſe eſt. Amatorem modo ſupplicem eſſe, modo ſuperbire, nunc precari, obſecrare, modo iurare, minari, tonare, interdum laudare, obiurgare, dolere, gaudere, iraſci videmus. Nonne cum ratione inſaniret, qui, ut in ſedato orationis genere, nulla niſi apta et connexa inter ſe proferre vellet? Itaque mirari non debemus, ſi in elegia disſidere interdum aliquid et hiare, eaque ſe excipere videmus, quorum nexus non a ſubtili iudicio, ſed ab animi diſtricti curis et in contraria rapti impetu proficiſci potuit. Scilicet amantis tum ſenſum quaſi inducere, eius ſtatum et conditionem ſubire et te in eius locum in animo tuo ſurrogare debes. Quae cum ita ſe habere, non levi iudicio adductus, arbitrarer, alieno ſemper fui animo a Scaligeranis traiectionibus, quas Broukhuſius tam cupide eſt amplexus. Sed videamus nunc de eius recenſione accuratius.

Quam infeſto vir ſummus fuerit animo in Muretum, ſatis conſtat. Ab iisdem odiis proficiſci debuit hoc, quod, Mureto plane deſerto, iterum ad Aldinam primam reverſus eſt, eamque iterum a ſe emendatam operis excudendam tradidit. Nam ex Ald. pr. Scaligeranam ductam eſſe liquido mihi nunc conſtat; quo ipſo factum eſt, ut plurima, quae in Ald. ſec. et mox a Mureto egregie erant emendata, nunc iterum antiquis ſordibus coinquinata proferruntur. Cumque Scaligero ſenſus Tibulliani candoris ac ſimplicitatis deeſſet, doctrinae contra exquiſitae copiae maximae, multa ille mutavit aut reſinxit docte quidem, quis neget? interdum etiam ingenioſe, ſed a Tibulli genio abhorrenti more modoque. Cum tamen Broukhuſius eum religioſe ſequatur, Scaligerana recenſio, quod nollem factum, pro praeſtantiſſima perperam haberi coepit.

Scali-

Scaliger tres libros habuit: quorum unius copia ipſi facta erat a Iac. Cuiacio, ICtorum principe, recentis illius et paullo ante typographicam artem inventam ſcripti, quo tamen meliorem hodie extare non putabat. Idem excerpta pervetuſta, in Chreſtomathiae Albianae ſpeciem potiſſimos locos complexa, poſſedit, quibus plurimum ſe adiutum eſſe, teſtatur. De iis, quae monuerimus, vide ad II, 6, 19. Sed ei fragmentum quoque peroptimum et quam emendatiſſimum, a quarta libri tertii elegia ad finem usque libri quarti, commodatum erat ab eodem magno Cuiacio, quo emendatius ullum antiquum exemplar legere non meminerat. Liber is fere lectionem veram et genuinam exhibet; ſed interdum plane a reliquorum omnium lectione diſcedit; ut tamen nec ſemper eorum fidem elevare videatur. Vide ad IV, 1, 175. 200. 5, 10. 6, 16.

Paſſeratius in pauculis, quas in Tibullum conſcripſit, notis ſaepe e vetere libro lectiones memorat: quem peculiarem ipſius fuiſſe etiam Broukhuſio perſuaſum fuit. Ego tamen nondum induci poſſum, ut eum libro uſum eſſe credam: ſed potius de variantibus Statii aut alterius ſuperiorum interpretum intelligo, quando veterem librum laudat. Certe, quotquot harum variantum comparavi, cum uno alterove Statii libro convenire vidi: niſi quod I, 2, 79. ex libro affert:

Num Veneris magno violavi numina verbo,

quod a nullo alio memoratum vidi; ut et I, 3, 2. *tuque* pro *ipſe*.

Etiam *Ianus Douſa* filius libro vetere ſuo ſe uti profitetur in notis: ſed nec inde nec omnino de ſuo multum ad Tibullum ornandum in medium attulit.

Ianus Gebhardus, cum animadverſiones ſuas concinnaret, ſex codices Palatinos, cum excerptis e membranis ab Hier. Commelino ſuppeditatis, uſurpaverat: ſed nec diligentia ſatis magna, nec ſagacitate et ingenio ea in re verſatum eum eſſe dicendum eſt.

Vir doctus, qui *Cantabrigienſem* editionem adornavit, uno Laudenſi, e quo excerpta etiam habuit Broukhuſius, Bodleiano, variantibus ex Aldina et libro Ferrarii uſus, nihil tamen memorabile ex iis attulit.

Ianus

Ianus Broukhusius, elegantis ingenii vir et multarum litterarum, haud dubie is est, cui Tibullus plurimum debet: si non interpretatione, tamen subsidiorum criticorum apparatu. Nam quae boni interpretis munus postularet, parum exploratum habuisse videtur: pro more enim saeculi sui nihil videt, quod illustrandum sit, nisi ubi in exquisitiorem loquendi formam inciderit aut varietatem lectionis offenderit: tum vero exemplorum nube involvit et lectorem et poëtam; luce interdum, quam expectabat, subducta magis quam illata; sententias obscuras nec illustrat nec ipse perspicit. Intra singulorum vocabulorum aut enuntiationum cancellos ingenium et animum ille, ut solebant viri docti, continet. Scaligeri recensionem, studio et admiratione magni viri tanquam abreptus, religiose sequi, quam iudicio librorumque auctoritate uti maluit. Deseruit tamen vel sic Scaligerum in nonnullis locis. Nec vero quisquam alius maioribus librorum copiis fuit instructus. Nam et superiorum temporum editiones, et quae a doctis viris, inprimis Statio et Scaligero, e libris notata erant, diligenter excussit, et ipse non contemnendas copias domo secum attulit; tres libros manu exaratos possidebat chartaceos et recentes; excerpta Lipsii e codicibus Romanis a Dousa ad marginem editionis Plantinianae descripta; duo Wittianos membranaceos, quorum alterum *bonae notae librum* vocat; variantes lectiones ex Colbertino codice; alias variantes ex Codice MSto a docta manu in editionis Brixiensis marginem allitas; variantes lectiones e codice Guil. Laudi, Archiepiscopi Cantuariensis; variantes lectiones e libris scriptis excerptas a M. Ant. Poccho; Ant. Perreii Recognitiones adscriptas margini Ald. 1515. Idem ab Heinsio olim in Tibullum parata acceperat: librum chartaceum, variantes lectiones ad editionis Gryphianae, quae in Vaticana erat, marginem notatas, collationes Ang. Colotii Bassii, *) diligentiores illis, quae Statio contigerant; duo Vaticanos; unum Fulvii Ursini etiam e bibliotheca Vaticana; librum recentem Scaligeri, cum eius excerptis et Cuiaciano; variantes lectiones ad marginem editio-

*) de cuius opera in codicibus emendandis v. Mehus in Vita Ambrosii p. 290.

editionis Venetae 1475. fcriptas; excerpta ex vetere libro Ge. Falcoburgii, e quibus tamen nihil allatum vidi. *) De toto hoc excerptarum variantium lectionum genere monendum, magna circumfpectione et cautione earum ufum indigere. Nam primum ex uno exemplari defcriptae et translatae fere funt in plura alia, addita iis paffim a viris doctis alia, quae ii, qui defcriberent, et ipfa inter varietatem lectionis referrent. Ita in Pocchi, Colotii et Perreii excerptis lectionibus multae funt virorum doctorum correctiones vel fufpiciones, multa alia ex veteribus editionibus, etiam Aldinis, adfcripta, quae perperam pro nova codicum varietate habita funt. Infpexerat etiam Heinfius duo codices bibliothecae Bodleianae ex dono Archiepifcopi Cantuarienfis; (quorum alter idem cum Laudenfi effe debuit) tres codices Archiepifcopi Eboracenfis, et inter hos unum, omnium, quos viderat, vetuftiffimum. Ex eiusdem Adverfariis, pofthac a Burmanno Secundo in lucem datis, caput, in quo multa noftri illuftrantur, (libri quarti 1. et 2.) adiecit editioni fuae Broukhufius; item notas Heinfii, in quibus cum multae eius emendationes, fere tamen ingeniofae potius, quam verae, apponuntur, tum, praeter variantes Statii et Scaligeri, excerpta ex libro Schefferi laudantur. Inferta iis etiam ea, quae a Guyeto, five ex ingenio, five e libro Thuani, ex excerptis, nefcio quibus, rudi ftilo confcriptis et e codice Regio, in noftrum notata fuerant.

I. A. Vulpius, Profeffor Gymnafii Patavini, vir doctiffimus, Scaligerana luxatorum carminum transpofitione iterum eiecta, etiam in lectione multis in locis a Scaligero ac Broukhufio receffit: ut eius adeo editionem fundum noftrae facere confultum videretur. Idem variantes lectiones ex Foroiulienfi MSto codice Guarneriano, bibliothecae S. Danielis, membranaceo faeculi XV. elegantiffime fcripto, excerptas editionis fuae primis paginis inferuit: quae tamen non funt adeo magni momenti, fed ubique cum ceteris libris conveniunt.

Vulpii,

*) Eodem fere apparatu inftructus fuit P. Burmann. in nova Propertii recenfione. v. praef. Santenii, in qua cum de ceteris, tum praecipue de Perreii Excerptis accurate agitur.

Vulpii, ut modo dixi, veſtigiis inſtiteram in priore maxime recenſione, nec ab ea receſſeram niſi in locis in ipſa praefatione (p. 19.) indicatis. Maiore nunc editorum librorum apparatu inſtructus, cum perſpexiſſem, Scaligeri maxime in Muretum malevolentia factum eſſe, ut, emendatiore Aldinae ſecundae et Mureti lectione ſpreta, revocaretur minus emendata Aldinae prioris lectio, nolui in manifeſta depravatione Scaligero et Broukhuſio inhaerere; ſed paſſim reduxi lectionem anteriorem, inprimis veterum editionum claſſe altera ex Veneta principe ductarum, Regienſi et Vicentina maxime, eam firmante, aut codicibus adſtipulantibus.

Verſaveram olim, cum ad priorem recenſionem accederem, et diligentius, quam opus forte erat, enotaveram librum ſcriptum in *bibliotheca* tum *Regia* (unde *lectiones* hae *Regii codicis* nomine deſignatae a me ſunt) nunc Electorali Ducali, quae Dresdae eſt, ſervatum. Liber ille quaternionibus conſtat, nitide et non indiligenter, ſaeculo XV. exaratus: nam iam inſititios Auriſpae, qui circa eius ſaeculi initia vixit, verſus exhibet. Catullum, Tibullum et Propertium continet, non raro, quod inprimis in noviſſimo poëta factum, docta manu emendatos. In calce haec leguntur: „*Emtus per me Iaſonem de Mayno anō doī* „*ſeptuageſimo nono ſuper millenum quatercentenum. Decimo* „*ſeptimo Klas Octobres circiter decimam octavam horam.*" Ab hoc de Mayno ad Fabricium Chemnitienſem, et cum huius ſupplectile libraria in bibliothecam Dresdenſem codex is pervenit. Non quidem multa notabilia in poëtae lectione, aut a vulgata diverſa, offerebat; nunnullas tamen lectiones unius vel paucorum librorum auctoritate ſubnixas ſuo ſuffragio confirmabat. Illud vero in eo inprimis memorabile, quod verſus inſititios interpolatorum nomine notaverat. Libro I. eleg. 2. poſt v. 24. vulgo inſeritur diſtichon, quod ille cum duplici pentametro exhibebat:

En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,
Preſidio noctis ſentio adeſſe deam.
Securum in tenebris me facit eſſe Venus.

Ad

Ad priorem pentametrum adſcriptum erat: *Seneca ſic ſupplevit;* et ad alterum: *Auriſpa vero ſic.* Porro Lib. II. eleg. 3. poſt v. 17. inſeritur:

Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellère vaccas,
Creditur ad mulctram conſtituiſſe prius.

notatum ad huius oram: *Seneca.* et eadem elegia poſt 74.

Ah pereant artes et mollia iura colendi,
O utinam veteri peragrantes more puellae.

priori verſui appictum: *Seneca ſupplevit ſic;* ad alterum: *Philelſus vero ſic.* Iam de Philelpho et Auriſpa omnia ſunt ſatis nota:*) ſed quis ille Seneca fuerit, nondum mihi liquido conſtat. Fuiſſe tamen aliquem veterum auctorum interpolatorem ex illo ſaeculo hoc nomine, ex Voſſio ad Catull. p. 284. diſcere licet, qui librum mſc. viderat Aeneidis, in quo Seneca priorum quatuor verſuum, qui Aeneidi praemitti ſolent, auctor edebatur; et Lucani codices, in quibus ſeptem primos verſus addidiſſe dicebatur Seneca, ſed cum his verbis: *ut quidam volunt, avunculus Lucani.* **) In Dresdenſi porro libro prima omnium elegia reliquis quaſi praefixa videbatur, cum hoc lemmate: *Albii Tibulli in libros elegiarum prooemium incipit: in quo deſpectis divitiis et militia Deliam amare et amari inſerviendum dicit;* id quod et alii ſibi perſuaſerunt, ut Tibullum tum, cum faſciculum elegiarum

*) De Auriſpa egit diligenter Broukhuſ. ad lib. I, 2, 24. et Mazzuchellius (*Scrittori d'Italia* T. I. h. v.). Confer quoque Kyriaci Anconitani Itinerar. p. 7. et 45. ubi in praef. p. 40. diſtichon quoque ab eo ſuppoſitum Tibullo recitatur. Verſio Hieroclis ab Auriſpa facta recenſetur ſimul cum aliis a *Io. Bened. Mittarello* in Biblioth. Codd. S. Michaelis ad Murianum p. 82. Eſt in eum epigramma Iani Pannonii T. I. p. 508.

Tam doctus ſcribat cur nil Auriſpa, requiris?
Creatur multo doctus ut eſſe magis.

**) Fuit ſane nomen Senecae apud ſeriorum aetatum homines frequentatum indoctiſſime ad plura ſuppoſititia ei aſſignanda; ut ſuſpicari liceat, ipſas notas Tironis et Senecae tali commento nomen ſuum debere: inprimis cum idem Seneca Magiſter appelletur in mſſ. de quo v. locum Io. Piſtorii ap. Wernsdorf. P. L. M. Tom. V. P. III. p. 1467.

rum superiori tempore scriptarum emittere vellet, hanc elegiam praefixisse putarent, qua Messalae, quem in ea appellat, eum librum inscriberet. Fugerat me tum, cum priorem recensionem adornarem, Tibullus e Codice MSto Matthiae Corvini Regis Hungariae a Sam. Koeleserio a Keres-Eer Claudiopoli 1727. in octonis editus. Nactus sum eum paullo post, lectionemque in nova recensione comparavi. Pauca tamen in ea observare potui, quae non in ceteris quoque scriptis libris occurrerent; et omnino liber ille Corvinianus satis recens esse debuit, saeculo, puto, XV. exaratus. Quantum ex praefatione intelligo, Propertium quoque et Catullum codex continet: promittit enim Koeleserius, se eos Tibullo comites daturum esse. Habet hoc singulare codex, quod Elegiarum numerus usque ad finem continuatur, definitque in Elegia XXXVII. *Rumor ait crebro;* etsi sub libri cuiusque ex trinis initium adscriptum est, novum librum hic initium habere. Quarti libri notatio nulla est, sed praescriptum: *Laudes Corvini Messalae heroico carmine describit.*

Exposita est tanquam in stemmate *prosapia ac stirps lectionis Tibullianae* per tot editiones deducta; eadem opera simul enumerati sunt *libri*, quorum auctoritate nostri poëtae stat lectio; quibus addi possunt nonnulli, e quibus una vel altera lectio prolata est, qui tamen per totum librum cum vulgata comparati non sunt. Ita Fruterius in Verisimilibus I, 5. II, 1. et ult. passim MStum Danielis laudat. Corradus in Quaestura p. 325. edit. Lips. codicem memorat a Carolo, sacrato Equite Hierosolymano nobili, dono acceptum; lectiones, quas ex eo attulit, suis locis notavimus. Salmasius codices aliquot suos Tibulli memorat in Exercit. Plin. p. 492. B. ed. Trai. Doctus Batavus in Obss. Misc. Vol. II. p. 239. seqq. lectiones aliquot e codice suo profert, sed quae a vulgata nihil discedunt.

Verum praeter hos non pauci passim *in bibliothecis* extant *libri*, quos, quantum iudicari potest, magna saltem ex parte, eruditorum nemo adhuc excussit. Quos magno numero partim e bibliothecarum catalogis, partim aliunde notatos, cum in priore editione recensuissem, ut uno quasi conspectu intueri posset, (qui vellet, quantum nobis in uno hoc tam exiguae molis neque adeo mul-

multorum hominum lectione frequentato poëta subsidiorum relictum sit, et quam exigua eorum pars nostris usibus inservierit; non prorsus alienum a re videbitur, si e priore praefatione illum locum huc transscripsero: additis nonnullis, quae se legenti sponte obtulerunt, etsi fatendum est, maximam horum librorum partem esse a manu tam recenti, et tam parum fructus et utilitatis ex comparatione instituenda promittere, ut nemini auctor sim otii in tali opera consumendi. Initium huius recensionis faciemus ab *Italia*, codicum quasi patria, unde in alias terras, tanquam e natali in peregrinum solum, abducti fuere. Et a Montefalconio quidem in bibliotheca MStorum Tom. I. p. 4. inter bibliothecae *Vaticanae* codices memorantur:

n. 1609. *Tibulli codex antiquus in membrana.*

n. 1610. 1611. 2794. 3175. 3270. 3272. *omnes in membrana, sed recentes.* Ex his eos fuisse necesse est, quos Statius et Heinsius versarunt, et forte ille, qui primo loco memoratur, is ipse est, e quo Lipsii excerptae lectiones erant; eodem etiam Statius usus esse videtur.

In bibliotheca Cardinalis *Ottoboni*, ap. eund. T. I. p. 188. A.

Tibullus, codex recens.

In bibliotheca *Olivetanorum* Neapoli apud eund. p. 230. C. et in Diar. Ital. c. 21. p. 305.

Propertius, Catullus, Tibullus, Statii sylvae; codex ab Ant. Sinibaldo Florentiae descriptus anno 1484.

In bibliotheca *Medicea* Florentina, in pluteo XXXVIII. idem Montefalconius l. l. p. 238. Tibulli quatuor codices memorat, qui disertius describuntur p. 317. nimirum:

n. 36. *membranaceus Albii Tibulli, poëtae clarissimi, elegiae.*

P. Ovidii Nasonis
Fabula versibus elegiacis.
Propertii Aurelii monobiblos
Ovidii de pulice.

n. 38. *Tibulli Equitis Romani, ac poëtae clarissimi Elegiarum libri tres. Sapphus epistola ad Phaonem, multa alia in papyro.* 1479.

n. 39.

n. 39. *membranaceus Albii Tibulli, poëtae illuſtris, elegiae. Ovidius de Triſtibus et de Ponto.*

In Pluteo XXXIII. ib. p. 309.

n. 25. *Mſt. membr. Propertii, Tibulli, Catulli, carmina.*

n. 26. *papyr. Propertii atque Tibulli carmina.*

n. 27. *membr. nitidiſſimus. Catulli et Tibulli carmina, cum epigrammate Guarini in principio. Gherardus Ioannis Delciriago,* (f. del Cyriaco) *civis Florentinus, ſcripſit pro Io. Coſmo de Medicis, optimo cive. Flor. anno* 1457. *menſe Iulio.*

n. 29. *pap. Propertii et Tibulli carmina, cum eiusdem vita et epigrammate in fine.*

Iſte liber Propertii et Tibulli eſt mei Ant. Iuliani manu propria ſcriptus. *)

In bibliothecis *Patavinis*, et quidem in Muſeo Nic. *Triviſani* ib. p. 488. A.

Catullus et Tibullus.

apud Hieronymum de *S. Sophia* ib. p. 489. E.

Tibullus.

In bibliotheca *Ambroſiana* Mediolani, ib. p. 511. C.

Catulli, Propertii, Tibulli, carmina, pergam. ter, bomb. bis.

et p. 524.

Tibullus pergam. quater, bomb. ter.

In bibliotheca Ducis *Mutinenſis*, ib. p. 531. D. et in Diar. Ital. c. 3. p. 33.

Tibullus Sec. XV.

Item *Propertius, Tibullus, Catullus, Maximianus*, Codex membranaceus, fol. in bibliotheca Municipii S. Danielis aſſervatur, teſte Fontanino Hiſt. litt. Aquilei. p. 48.

Iam apud *Britannos* ſequentes codices recenſentur in Catalogo librorum MS. Angliae et Hiberniae (Oxonii 1697. fol.) T. I. P. I. (ex quo repetiit Montefalconius in Bibl. MSS. T. I. p. 653.).

In bibliotheca *Bodleiana* inter *Laudenſes* n. 1190.

Tibulli

*) Ex uno Florentino excerpta habuerat iam Statius: ex iisdem excerpta Perreii Heinſius.

Tibulli opera, ſed imperfecta.

Ovidii epiſtola Sapphus ad Phaonem.

1278. *Tibulli et Catulli opera.*

Videtur alter hic eſſe is, quo editor Cantabrigienſis uſus eſt; de quo ille: „*Codex MS. anno* 1440. *continens Catulli et* „*Tibulli opera; quem bibliothecae Bodleianae Oxon. dono dedit* „*Archiepiſcopus Laud. Huic deeſt una vel altera pagina.*"

In MSStis eccleſiae *Weſtmonaſterienſis* Londini ib. T. II. p. 27. et ap. Montefalc. p. 674.

1146. *Tibullus.*

1147. *alius.* *)

In aedibus *Iacobaeis* Catal. MSS. Angliae T. II. p. 247.

8636. *Tibullus, Catullus MS.*

Apud *Batavos* et quidem in bibliotheca publica *Leidenſi* inter MSSta bibliothecae quondam Voſſianae aſſervantur, ut videre eſt in Catal. Biblioth. publicae Univerſitatis Lugduno-Batavae, L. B. 1716. fol. p. 386.

n. 13. *Albii Tibulli, equitis regalis, Elegiae; item libri IV. Propertii carminum, Bapt. Guarini Carmina, item Ioviani Pontani; item Valerii Catulli in charta.*

n. 42. p. 387. *Tibulli elegiae, quae incipiunt ab tertia, ſcriptae anno* 1473. *in charta.*

n. 59. p. 388. *Tibullus. ſequuntur varia carmina. Catullus. ſcriptus liber* 1453. *a P. Antonide Presbytero. in membrana.*

n. 76. p. 389. *Valerii Catulli Veronenſis poëtae Lyrica — Albii Tibulli liber, qui ſcribi finivit VII. Kal. Octobr. anno* 1441. *in membrana.*

n. 81. p. ead. *Carmen anonymi — Catullus. Albii Tibulli liber. Sulpiciae carmina. Propertius. In membr. rec.*

Iidem libri Voſſiani, ſed parum accurate, recenſentur in Catalogo MSS. Angl. T. II. p. 68. et ex eo a Montefalc. T. I. p. 680.

Memo-

*) Editor Cantabrig. in praef. „*quae Catalogus MSStorum Oxo-* „*nii editus* 1697. *Regiae et Weſt-* „*monaſterienſi Bibliothecis tribuit,* „*ſummopere ſcrutanti nulla oc-* „*currebant.*"

Memoratur etiam *Tibullus, Catullus, Propertius, codex*, inter MSS. *Dionyſii Villerii,* Canonici et Cancellarii Tornacenſis, nunc Eccleſiae Cathedralis, in Elencho MSS. Codicum Belgii, auctore Ant. Sandero. Inſulis 1641. 4to. p. 219.

In *Galliis*, et quidem in bibliotheca Regia Catalogus bibl. Regiae P. III. T. I. p. 418. recenſet ſequentes, plenius ac Monteſalconius Bibl. MSS. Tom. II.

n. 7989. *Codex chartaceus, quo continentur: Albii Tibulli elegiarum libri IV. Sext. Aurelii Propertii elegiarum libri IV. Valerii Catulli Veronenſis liber epigrammatum variorumque poëmatum. Epiſtola Sapphus ad Phaonem. Petronii Arbitri fragmenta, quae edita ſunt. Moretum. Claudiani carmen de phoenice. Is codex XV. ſeculo videtur exaratus.*

De hoc libro, qui notum illud Petronii Fragmentum Tragurianum continet, vide Montefalc. Bibl. MSS. T. II. p. 758. et Burmanni Praef. in Petron. Spon. Voyage T. I. p. 95.

n. 7990. *Codex membranaceus, quo continentur: Albii Tibulli elegiarum libri IV. ſubiecta Ovidii de illius morte elegia. Valerii Catulli Veronenſis epigrammatum variorumque poëmatum liber. Sext. Aurelii Propertii elegiarum libri IV. Is codex XV. ſeculo videtur exaratus.*

n. 8118. *Codex chart. olim Buluzianus. Ibi continentur: Byblidis fabula e libro IX. metamorph. Ovidii. Anonymi liber de arte amandi. Albii Tibulli elegiarum libri IV. paſſim inter lineas gloſſae. Is codex anno* 1464. *exaratus eſt.*

n. 8233. *Codex membranaceus, olim Memmianus. Ibi continentur: Catulli, Tibulli et Propertii carmina. Is codex* 1465. *exaratus eſt.*

n. 8234. *Codex membr. olim Colbertinus. Ibi continentur: Albii Tibulli elegiarum libri IV. Val. Catulli Veronenſis carmina. Is codex XV. ſeculo videtur exaratus.* *)

n. 8236.

*) Idem in bibliotheca Colbertina n. 4595. recenſetur a Montefalc. p. 988. et videtur eſſe liber Colbertinus, ex quo variantes Broukhuſio miſerat Iac. Gallaeus.

n. 8236. *Cod. chart. olim Faurianus. Ibi continentur: Sext. Aurelii Propertii elegiarum libri IV. Albii Tibulli elegiarum libri IV. Valerii Catulli Veronensis epigrammatum variorumque carminum liber. Priapeia, quae Virgilio tribuuntur. Is Codex XV. seculo exaratus videtur.*

n. 8458. *Codex membr. olim Baluzianus. Ibi continentur: Albii Tibulli, Equitis Romani, elegiarum libri IV. cum scholiis. Ad calcem subiiciuntur Tibulli vita, epitaphium, et non nulla in eius laudem carmina. Sext. Propertii Aurelii elegiarum libri IV. Valerii Catulli Veronensis liber ad Cornelium Nepotem, sive poëmata etc. Is codex XV. seculo exaratus videtur.*

n. 8459. *Codex chart. olim Colbertinus. Ibi continentur: Albii Tibulli elegiae. P. Ovidii Nasonis Epistola in mortem Tibulli. Sext. Aurelii Propertii elegiae. Is codex XV. seculo exaratus videtur.* Eundem inter MSS. bibl. Colbertinae n. 6479. commemorat Montesalc. p. 1014.

In bibliotheca Card. *Radulphi*, quae nunc in Regia est, laudat idem p. 780.

n. 43. *Tibulli, Catulli et Propertii opera;* qui forte est in Regia n. 7990.

In bibliotheca *Thuanea*, quae nunc maximam partem in Regiam translata, in Catal. bibl. Thuan. inter MSS. p. 464.

Tibullus, Propertius in 16. qui videtur esse is, quem Guyetus, ingeniosus Gallus, versavit. *)

An in Germaniae bibliothecis Tibulli cum ceteris elegiographis carmina laterent, non satis otii erat, ut inquirerem. Catullum cum Tibullo in membrana Gudius habuit, Guelpherbytum ille forte translatus.

Ex his codicibus novam aberrationum et variantium lectionum farraginem congeri posse non dubito; vereor tamen, ut hoc magnum ad Tibulli lectionem fructum habiturum sit. Itaque non aegre,

*) Erat in bibliotheca Ducis de la Valliere Codex, de quo v. *Catalogue* To. II. p. 73. alius in supellectile P. Ant. Bolongaro de Crevenna To. III. p. 124.

aegre, maxima certe eorum parte, carebimus, cum omnes ſere recentiores ſint, neque quicquam praeclari polliceantur.

* * *

[Cum intelligerem, iure a me expectari poſſe, ut in hos codices diligentius inquirerem: vix compellatus a me doctiſſimus vir, *Erneſtus Theodorus Langer*, bibliothecae Guelpherbytanae Ducalis praefectus, ſumma cum humanitate et facilitate codices Tibulli in ea ſervatos uſibus meis conceſſit; cuius viri praeſtantiſſimi ſimiles bibliothecis et archivis praefectos ſi ſuperiores aetates habuiſſent multos, maiores haud dubie fructus litteris ex copiis iſtis litterariis acceſſuri fuiſſent. Cum ſemel eos codices in manibus haberem, quamvis expectare non liceret, ut lectiones multas novas reperirem, cum codices hi, ut fere omnes Tibulli, recentioris ſint aetatis, non potui tamen acquieſcere in una et altera elegia ſpeciminis loco comparata, ſed excuſſi tandem codices totos, nec ſine fructu; reperi enim varietates nonnullas memorabiles, tum interpolationum partim veſtigia nova, partim alia, quae ſuſpiciones meas de interpolationibus et corruptelis certorum locorum aut lacunis et fragmentis ſuſceptas firmarent; quod critices genus illa aetate, qua ad haec ſtudia accedebam, tam parum adhuc erat frequentatum, ut, cum verſus in Tibullo et Virgilio damnandos et eiiciendos notarem, vix hominis temerarii notam effugerem. Nunc quidem, ut fieri ſolet, poſtquam ſimilibus iudiciis adſueverunt homines, non multum offendit viros doctos, ne in ſacris quidem litteris, genus hoc *critices*. Verum a me nunc quidem poſtulari poteſt, ut codicum iſtorum recenſum faciam diligentiorem.

Codices *Guelpherbytani* ſunt quatuor:

I. no. 63. 5. octonis oblongis, pergamenus, nitide et diligenter ſcriptus. Sunt in eo: *Tibullus*, litteris initialibus Elegiarum pictis, nulla tamen cum inſcriptione; ſubiectum eſt libro quarto carmen: *Donec erunt ignes.* Virgilii Eclogae et Georgica, etiam ſine inſcriptione carminum. In fine verſibus: *Haec*

 ſuper

ſuper arvorum — ſubſcriptum eſt: „*Clemens Salernitanus feliciter ſcripſit.*"

II. 82. 6. quaternis oblongis; pergamenus; nitide et a librario ſedulo ſcriptus; inſcriptos habet elegiarum numeros et breves titulos, etiam lemmata paſſim in margine, tum varias interdum lectiones, ab alia tamen manu, ſed antiqua, viri quidem, ut apparet, ICti, Pontano, quem excitat aliquo loco, iunioris. Conringium aliquando hunc codicem manu verſaſſe, ex nota ſub finem libri tertii inſerta intellexi. In fine una ex Heroidibus Ovidii ſine inſcriptione ac titulo eſt ſubiecta: Epiſtola Sapphus ad Phaonem: quae eſt XV. Sunt ſcilicet plures codices, qui hanc epiſtolam habent Tibullo ſubiectam, ut Bodleianus (ſup. p. XXIX) Pariſinus (p. XXXI), quod caſu ſuſpicor factum, cum unus aliquis ſpatium codicis vacuum brevi hoc carmine expleviſſet.

III. 332. Gud. octonis; in charta pergamena tenuiore nitide exaratus; litteris initialibus librorum et verſuum colorum varietate ornatis; eſt tamen a recentiſſima, ſed docta, manu, litteris curſivis, quas vocant, exaratus, cum lectionibus var. in margine, ab eadem, ut probabile ſit, manu adiectis. Subiectus eſt Catullus; et in extrema pagina carmen: „De ortu et obitu Hermaphroditi Pulex poëta" (carmen ineptum: quod in Catalectis, et ex iis in Anthologia Lat. Burmanni extat To. I. p. 620. lib. III. CLXXVII.) tum, „Verſus Auguſti, ut aiunt: *Thrax puer* —". (Eſt epigramma, quod alii Iulio Caeſari, alii C. Caeſari Germanico adſcribunt; extat cum in Catalectis tum in Anthol. Lat. To. II. p. 62. Epigr. XCII.)

IV. 65. 2. octonis oblongis; pergamenus tenuioribus paginis, pictis litteris initialibus. Continentur Catullus (primo folio manum veterem aemulante ſuppletus), Tibullus; ſubiecta elegia Ovidii in Tibulli mortem, *Memnona ſi mater.* et altero carmine: *Iuvenis qui pauper erat:* omiſſo *Hic.* In fine ſubiecta eſt elegia viri docti, manu eiusdem fere aetatis et characteris perſcripta, felicis illa venae, affectus magni, ſenſusque molliſſimi, etſi in ipſis verbis ſint quae non ſatis puri et Romani ſermonis ſunt,

quam

quam ſi hoc loco adſcriberem, haud ingratam me lectori rem facturum eſſe putabam. *)

Ex

*) Delia feminei ſpecimen venerabile ſexus,
O deſideriis Delia prima meis,
Quid prius aggrediar de te? quae exordia ſumam?
Singula ſi referam: quis mihi finis erit?
O ſuperis dilecta deis! cui Gratia ſervit
Et Venus, et Veneris, iam ſuperatus, Amor!
O merito caeleſte genus, divina propago,
Tu licet humanis conſpiciare locis.
Ordine iuncta tribus quamvis poſtrema venires,
Prima tamen Phrygio iudice dicta fores.
Lumina ſiderea ſubter radiantia fronte
Qui videat, longas marmoreasque manus,
Flaventemque comam, corpus, greſſumque ſeverum,
Dixerit: o ſummo digna puella Iove!
Tune humiles habitare potes, pulcerrima, terras,
Perpetuo aethereis conſpicienda choris?
Tune potes cupidi contemnere furta Tonantis?
Forma quidem magnis convenit iſta deis.
Ecce tibi volucrem timeo, niveumque iuvencum;
Ecce tibi aureolas in gremio pluvias;
Et quodcunque Iovem vertit; quodcunque refingit
Innumerisque modis ingenioſus Amor.
Tu tamen immotum retinens fortiſſima pectus,
Praeſidio ſanctae tuta pudicitiae,
Divitias animi ſtabiles, mentisque receſſus
Excolis, et veri gaudia ſumma boni.
Te minor eſt, quae certa mori; quae, fida marito,
Mors, ait, ipſa animi, mors, tibi teſtis erit;
Incluta ſeque tibi ſubmittat Porcia Bruti;
Haec licet ardentes hauſerit ore faces.
Iure Minerva ſuas igitur tibi contulit artes;
Iure ſuum tribuit Cypria victa decus;
Cynthia propoſitum, claram Saturnia ſortem;
Pegaſides linguae dulce dedere decus.
Rara pudicitiae viget et concordia formae:
Tu tamen amplexa es Delia utrumque decus.

In verſu ab extremo quarto poëta prorſus ſui disſimilis eſt; quid enim hoc eſſe dicas: *Cynthia propoſitum, claram Saturnia ſortem* (ſcil. dedit). *propoſitum* forte voluit dicere *vitae*, quod aeternam Dianâ virginitatem ſervare vol

Ex his codicibus *primus* et *quartus* in multis conveniunt, inprimis in priore libro et in aliis carminum partibus; possunt quoque in certis partibus ad fontem communem referri *secundus* et *tertius;* nec tamen sic, ut ex eodem uterque exemplari descripti esse videri possint. Scilicet, quod in codicibus comparandis saepe miratus sum, cum conveniant interdum in uno vel altero loco, vel libri parte, ut unius eiusdemque codicis apographa esse videantur, in aliis partibus adeo inter se discrepant, ut ad diversas stirpes eos revocare necesse sit. Quae res haud animadversa saepe iudicia prava de codicibus et lectionibus peperit; quod inprimis in Homero factum esse vidi. Scilicet inter primum exemplar, e quo apographa facta sunt, et apographum illud, quod manu forte teneas, multa alia facta erant apographa cum aliis forte comparata aut ex iis refecta, in singulis tantum locis ac partibus; tum, quod saepe factum deprehendi, descriptos habebant viri docti in manibus non totum carmen vel librum, sed particulas libri, unam vel plures; quarum particularum exemplaria recentiorum aetatum grammatici vel librarii ita descripserunt, ut codices totum carmen complexos inde exararent.]

* * *

Veniunt in codicum censum etiam *editiones, variis lectionibus e libris scriptis excerptis ad marginem notatae:* quibus tamen raro magna fides tribui potest, ut supra iam monitum est. Transscribi fere lectiones illae excerptae ex uno in alterum exemplar solent, non satis diligenter; admiscentur alia, aut rescinduntur nonnulla; tum fides et pretium, quod iis statui debet, a doctrina, cura ac fide eius pendet, qui primus e codice aliquo eas notavit. At libros scriptos docte ac rite conferre, quod vulgo unusquisque in se recipit, res est magnae doctrinae et

voluit. At nec *fortem claram* Iunonis bene dixit. Voluit, ac debuit, laudare Dianae virginitatem, pudorem, aut formae habitusque simplicitatem, Iunonis autem formam augustam orisque dignitatem, incessum et sic porro. Scribere saltem poterat:

Cynthia inornatae, augustae Saturnia formae,
Pegasides linguae dulce dedere decus.

et ingenii multis variisque litteris verfati fagacitatisque non vulgaris; inprimis autem artis diplomaticae, criticae ac litterariae, notitia imbutum effe opus eft eum, qui id, quod e codice enotandum fit, videre et animadvertere vult. Alias colligit ac tollit fordes, aurum relinquit. Reperiuntur autem

In bibliotheca *Barberina* Romae, (v. Catal. huius bibl. Romae 1681. fol. T. II. p. 464.)

Aldina 1502. *cum notis et variis lect. MSS.* quae forte M. Ant. Pocchi funt: transfcriptae eae a multis in exemplaria alia.

In Catal. MSS. Angl. et Hib. T. II. inter libros MSS. Eduardi Bernardi memorantur

n. 7502. *Catullus, Tibullus, Propert.* 3. 4. 5. *iidem, cum MSS. collati.*

In bibliotheca *Bodleiana*, cuius Catalogus impreſſorum editus Oxonii 1738. locupletior antiquiori ab Th. Hyde concinnato Oxon. 1674. ibi T. I. p. 206.

Catullus, Tibullus, Propertius, editionis 1502. 8. *) 1515. 8. *Lugd.* 1542. 8. *Venetae* 1554. 8. *omnes hi libri cum MSS. collati. Lugdunenfis* 1558. *cum MSS. collata.*

In bibliotheca *Lugd. Batava* inter Voſſianam fupellectilem; vide eius Catal. p. 262. qui diligentius exponit, ac Catal. MSS. Angl. et Hibern. p. 71.

Catul-

*) Ea ufus editor Cantabrigienfis, qui eam ita defcribit: *Liber bibliothecae Bodleianae Oxonienfis continens Opera Catulli, Tibulli et Propertii, ex aedibus Aldi Ven.* 1502. *collatus cum MSS. In libri huius principio apparet manu Nic. Heinfii fcriptum:* donum clariſſimi viri Lucae Holftenii; *unde vero depromptae fint lectiones, non indicatur. In principio quidem Catulli fcriptum eft:* M. Ant. Pocchii. *Pars Libri II. Propertii et totus tertius nullas habent collationes.* Videtur effe idem liber, qui in bibliotheca Barberina fuit; ab Holftenio vero ad Heinfium et hinc in Bodleianam perveniſſe. Variantes ex ea defcriptas etiam Broukhufius habuit a Io. Ulrico Meurero Oxonio miſſas. Idem editor Cantabr. librum alium eiusdem bibliothecae ufurpavit cum MSS. collatum Octavii Ferrarii, ut videbatur, manu; eius enim nomen in principio et fine libri confpiciebatur.

Catullus, Tibullus, Propertius. Ald. 1502. *collati cum MSS. ab Is. Vossio.*

Iidem: multa hisce adscripta sunt.

Iidem Antwerp. 1560. 12. *plurimum collati cum MSS. a Iano Grutero.**)

Editio Paris. 1577. 8. *multa adscripta ab Is. Casaubono.*

Antwerp. 1582. *multa sunt adscripta.*

Commelin. 1600. *passim collatus Propertius. Ceteri ab Is. Vossio conscripti.*

Eadem, plena annott. MSS. Is. Vossii.

Amst. 1619. *aliqua cum MSS. contulit Is. Vossius.*

Traiectina 1659. *aliqua contulit Is. Vossius.***)

Accedant his editiones aliquot a viris doctis tum variantibus, tum emendationibus et observationibus conscriptae, nec dum ab Tibulli editoribus excussae.

In bibliotheca *Regia* Parisiis (v. Catalogue des Livres imprimés de la Bibliotheque du Roi. Belles Lettres. Par. 1750. T. I. p. 287.)

n. 779. *Catullus, Tibullus, Propertius, edit. Brixianae* 1486. *exemplar manu notatum.*

n. 788. *Mureti Veneta* 1558. *exemplar manu notatum.*

n. 789. *Mureti Veneta* 1562. *exemplar manu notatum.*

n. 793. *edit. Antwerp.* 1582. *exemplar manu Tan. Fabri notatum.*

In bibliotheca *Laurentiana* Florentiae teste Montefalc. in Biblioth. MSS. T. I. p. 309.

n. 24. *inpr. papyr.* conspicitur *anni* 1472. (quae est editio princeps) *cum emendationibus et glossis quibusdam, forte Politiani.*

In

*) Fuere forte illi MSS. Palatini, e quorum duobus, altero membranaceo, papyraceo altero, variantes miserat Gruterus Gebhardo, quas huic per temporis angustias examinare non licuit.

**) In bibliotheca Duc. Vinariensi Catull. Tibull. Propert. cum manu Buchneri et Casp. Barthii: apud Villoison Epistolae Vinariens. p. 108.

In bibliotheca *Lugdunenſi* apud Batavos, v. Catal. p. 333. n. 200. *Catullus, Tibullus, Propertius, cum commentariis Ant. Mureti Venet.* 1558. *qui liber fuit Ger. Falcoburgii* 1564. *qui teſtatur, notas et coniecturas in margine adſcriptas eſſe fere omnes Lucae Fruterii, quae quidem ſunt multae.*

Has copiolas manu Iac. Tollii deſcriptas, oculis meis ſubiectas habui, dicamque de iis plura paullo poſt. Excuſſit iam ante nos easdem Nic. Heinſius; video enim in apparatu Heinſiano apud Broukhuſium p. 410. Excerpta e vetere codice Gerardi Falcoburgi memorata: quem hunc eundem eſſe arbitror.

Aſſervatur etiam *editio Pariſina* 1577. *cum coniecturis Cl. Salmaſii ad oram ſcriptis* inter alios libros manu huius viri notatos in bibliotheca *Buhierii* in ſuprema Burgundiae curia praeſidis. v. Abb. Papillonius in Bibliotheca Auctorum Burgundiae, gallice ſcripta Divione 1745. Tom. II. p. 280.

In bibliotheca *Card. Valletae* Gryphianam editionem memorari vidi cum notis MSS. Scioppii (v. *Neue Bücher-Saal V. Jahr* p. 812.).

In bibliotheca *P. Francii* fuit *Catullus, Tibullus, Paſſeratii, edit. Pariſ.* 1608. *cum emendationibus mſs.* v. Catalogum ſelectiſſ. libr. P. Francii Amſt. 1705. 8. p. 148. *et edit. Scalig.* 1582. 8. *cum infinitis notis mſs. P. F.* (P. Francii.)

Fuit etiam in *Gudiana* bibliotheca editio Catulli, Tib. Prop. manu viri docti emendatt. (Catalog. p. 512. n. 51. 516. n. 101.)

Laudat *Barthius* notas ſuas in Tibullum in Comment. ad Stat. III. Theb. 276. Cruſius in epiſtola ad Geſnerum, inſerta Probab. Crit. p. 74. prope iuſtos et perpetuos Tibulli commentarios ſpondere ſe poſſe profitebatur.

Communicaverat mecum *Brandes*, Ill. Vir, litterarum elegantiorum praeclarus arbiter, et cum in omni ſcientiae genere tum in antiquitate Romana mirifice verſatus, *editionem Mureti* 1558. *cum varia lectione* in margine *Iac. Tollii* manu notata, a. 1674. M. Decembri, ut in fronte praeſcriptum erat. Triplicis ea erat generis. Primo loco e Gerardi Falcoburgi Noviomagi codice transſcripſerat notas et coniecturas Lucae Fruterii, quem Pariſiis 22. Martii 1566. obiiſſe ſubnotatum erat. Leves eas et iuve-

iuveniles fere esse cognovi; nec maioris momenti alia nonnulla ex eodem codice, seu vetere editione, quam in Biblioth. Lugd. Bat. servari supra vidimus, translata, quae mera excerpta ex Statio, aut excitata a Falcoburgo Turnebi aliorumve loca erant. Adscriptae altero loco variae lectiones editionis Regiensis 1481. vulgatae iam sunt a Broukhusio. Tertio loco a Tollio subtextam videbam variam lectionem, quam ex editione vetustissima in 8. Biblioth. Lugd. se descripsisse ait, littera K. signatam. Verum hanc nihil aliud continere vidi, quam ea, quae Broukhusius inter Heinsianum apparatum sub littera V. ex exemplari scripto Scaligeri, recenti codice, in lucem edidit.

Ad *editiones Tibulli* perventum est. His recensendis operam forte nullam impenderem, nisi Fabricii aliorumque diligentia ea in re nimis angusta fuisset; quod deprehendet, qui cum eorum indicibus recensum sequentem comparabit.

Valerii Catulli Veronensis, poetae clarissimi, carmina. Albii Tibulli Equitis Romani poëtae elegiae. Aurelii Propertii Umbri Mevani Carmina. P. Papinii Statii Surculi Sylvarum liber ad Stellam. fol. min. 1472.

Est haec *editio princeps*, Broukhusio nondum visa, sed Vulpio primum cognita. Extat ea in bibliotheca Laurentiana Florentiae, v. Montefalc. Bibl. MSS. T. I. p. 309. et in Museo Britann. e biblioth. Askew. Memoratur a Maittair. T. I. P. I. (sive T. IV.) p. 320. *) In ea Propertius primum excusus est. Nondum editionem hanc critico acumine exploratam esse aegre fero. Ex iis tamen, quae Vulpius commemorat, tum aliis argumentis

*) Notitias alias v. inprimis Audiffredi de edd. Rom. p. 123. Eas cum aliis nunc colligit doctiss. Panzer. Annal. typogr. Tom. III. p. 87. inter libros Venetiis excusos, *Vindelini Spirensis*, ut probabile sit, opera: quibus adde Denis Supplem. Maitt. T. I. p. 17. cuius exemplum Propertium et Tibullum complectebatur; Pinelli exemplar Catalog. T. II. p. 367. 4920. solum Propertium, Audiffredi, Catullum, Tibullum, Propertium. At Harles Notitia Litt. Rom. p. 35. huius edit. exemplum se habere professus, Catullum, Tibullum, Propertium laudat; in fine tamen Propertii adscriptum memorat annum 1475.

mentis fatis probabile fit, alteram, quam nunc fubiiciam, ex ea effe defcriptam, adeoque lectionem nos eius iam enotatam habere, dum huius varietatem Broukhufius dederit. *)

Catulli, Tibulli, Propertii Aurelii nautae poëtae et Statii Papinii Sylvarum liber. Impreffus opere et impenfa Io. de Colonia et Io. Manthen de Gheretzen, qui una vivunt feliciter. Venetis. *fol.* 1475.

vid. Maittaire l. l. p. 350. Eft haec editio, quam Broukhufius principem effe putabat, et ex qua, ut modo diximus, lectionem appofuit fub litt. D. **)

Tibullus Romae 4. 1475. *in cuius calce: Praefens opus Tibulli Albici inprimi fecit G. Tibullus* ***) *de Amidanis de Cremona Romae anno Iubilei et a nativitate domini MCCCCLXXV. die mercurii XVIII. menfis Iulii. Sedente clementiffimo Sixto Papa Quarto anno eius felici quarto.*

Tum fubiicitur Bernardini Veronenfis, vulgo Cyllenii, commentarius: in cuius calce eadem verba, quae ad Tibulli finem,

*) Innotuit nunc alia Editio princeps eiusdem anni:
Alb. Tibulli carmina. absque ulla nota 4.
de quo videndus eft doct. vir Morellius Catalogo Biblioth. Pinellii Veneti Tom. II. p. 383. no. 5051. et ex eo Denis Supplem. p. 680. et Panzer. Annal. Tom. IV. p. 6. no. 22. Characterem Morellius ait effe Romanum ac perelegantem planeque eundem, quo *Florentius de Argentina* Orationem Iacobi Romani pro populo Brixienfi ad Nicol. Tronum Ducem Venet. 1472. excudit; ut adeo ifta Tibulli editio ad eundem fere annum referenda effe videatur. Mihi probabile fit, editionem Tibulli 1475. ex ea effe expreffam; nifi eft eius ipfius exemplum, aut inde expreffum apographum.

Memoratur alia editio trinorum poëtarum f. anno, loco et typographo
Catullus, Tibullus et Propertius fol.
apud Maittair. p. 752. ex quo et ex Roffi p. 64. iterum memoratur a Panzero Annal. Tom. IV. p. 107. no. 298. Hinc tamen notitiarum generi fine curatiore infpectione parum tribuo; poteft enim effe antiqua editio, cuius ultima pagina interierat.

**) v. Panzer. Annal. typogr. Vol. III. p. 108. n. 189.

***) Erat id nomen illo tempore non infrequens. Apud Montefalc. Bibl. MSS. p. 106. inter Vaticanos n. 2794. referuntur epiftolae tres Tibulli I. ad Io. Avenionenfem. II. ad Ge. Trapezuntium. III. ad Porcellum.

finem, repetuntur; nisi quod: *Sixto Papa Quarto, Anno eius felici Quinto,* legitur; minus recte; nam Sixtus IV. ad Pontificatum pervenit IX. Augusti 1471.

Nulli adhuc superiorum editorum Tibulli, nec ipsi Maittario, haec editio innotuisse videtur. Nobis eam videre contigit in bibliotheca Dresdensi Electorali. Extat etiam in bibliotheca Regia Parisina n. 976. Nota quoque fuit Barthio. v. eius verba mox laudanda. Nonnullae in ea a vulgata diversitates, inprimis in libro IV. erant: vitia vero scripturae eadem, quae in scriptis occurrunt. Poterat tamen in plerisque cum Italicis Heinsii, inprimis Colotiano, convenire videri. Primum in hac editione Cyllenii commentarii vulgati fuere, non in Veneta 1493. ut olim Fabricius tradebat. Neque tamen is ipse editionem adornasse videtur, vel verba Tibulli castigasse: ipsius enim lectio perpetuo ab ea abit, quae in textu servatur. Doctrinam vero illius viri, et ingenium tum in interpretatione, tum in critica, si tempora, in quibus vixit, consideres, satis admirari non possis; unde Barthius ad Stat. Theb. IV, 445. de eo loquens: — *cuius sane labor multis locis illustrat clarius optimum poëtam, quam ex eius aevo sperari poterat. Edidit enim sua commentaria Romae* 1475. et ad Stat. Theb. XII, 418. *Bernardinus Cyllenius, non contemnendus in multis Tibulli enarrator; sane talis, ut sublegisse sequentes ex eo non pauca notari possint.* Iterum ad Achill. I, 221. loco ex Tibullo I, 2. laudato: — *recte intellexit — vetus eius interpres non plane malus pro sua aetate Bernardinus Cyllenius.* Laudat eum passim etiam Broukhusius. Cf. *Memorab. bibl. reg. Dresd.* T. I. p. 421. ubi de Cyllenio nonnulla docte disputantur. *)

Tibulli, Catulli, Propertii, cum eorum vita opera, Regii lepidi *accuratissime impressa auctoribus Prospero Odoardo et Alberto*

*) De ead. edit. vide Maittair. T. I. p. 348. et Denis Supplem. Maittar. T. I. p. 56. ubi alii sunt laudati, et post hunc Panzer. Annal. Typogr. Vol. II. p. 454. no. 184. De editione Mediolanensi 1480. quam iactant, nondum aliquid exploratum quod sit constat. Est quoque suspecta Panzero Vol. II. p. 40. no. 174.

Alberto Mazali Regienſibus, anno ſalutis 1481. 19. *Kl. Octobr. fol.* 1481.

Paullo frequentior haec eſt editio, quam ſuperiores. Aſſervabatur etiam in bibliotheca Brühliana. Varietatem ex ea deſcriptam Nic. Heinſius habuerat, et Broukh. quoque in Variantium apparatu appoſuit. Eſſe eam ex Veneta pr. expreſſam iam ſupra monui. (Panzer. Vol. II. p. 392. no. 2.)

Catulli, Tibulli, Propert. et Statii Silvae. MCCCCLXXXI. *Actum* Vincentiae *per magiſtrum Iohannem Renenſem et Dionyſium Berthochum.* Tum in trinis foliis ſubiicitur *Carmen Io. Calphurnii, poëtae clariſſimi, ad Iohannem Inderbachium Pontificem Tridentinum de laudibus eius, et de Interitu beati Simonis infantis a Iudaeis mactati.* Vicentiae *fol.* 1481.

Contigit nunc in nova hac recenſione verſare eam manibus, cum bibliothecae Georgiae Auguſtae ea nuper illata ſit. Praefatur breviter Io. Calphurnius ad Hermolaum ICtum, et memorat ſe, ab adoleſcentibus ſtudioſis rogatum, ut Propertium aut Statii Silvas iis interpretaretur, editionem Venetam percurrere coepiſſe, tot autem mendis refertam eam deprehendiſſe, ut longe plura eſſent vitioſa et depravata, quam quae emendata; conveniſſe itaque ſe nonnullos impreſſores et tradidiſſe iis exemplar correctum; nec tamen eos partibus ſuis ſatis omnino feciſſe conqueritur. Manifeſtum adeo cum ex his, tum ex ipſa exemplaris tractatione ſit, eſſe illud ex Veneta pr. deſcriptum, ſed paullo emendatius. Cum impreſſionis nota non ſub extremam calcem, ſed Statii Silvis ſubiecta ſit, memorari aliquoties hanc editionem vidi ſub titulo veteris editionis ſine anno: v. c. in Catalogo Biblioth. Reg. Pariſ. n. 778. (add. Panzer. Vol. III. p. 515.)

Catullus, Tibullus, Propertius, cum comment. ant. Venetiis *fol.* 1485.

Memoratur a Maittario T. I. P. I. p. 469. ſed perperam, ut ſuſpicor, cum de editione 1475. excuſa agere vellet. *)

Catullus

*) Eſt haec prorſus delenda et in eius locum ſubroganda: *Albii Tibulli Equitis Romani poëtae clariſſimi Elegiarum libri cum Comm. Bernardini* (Cyllenii) Veronenſis — Venetiis Antonius Batta-

Catullus cum commentariis Parthenii (XI. Kal. Maii), *Tibullus cum commentariis* (XVIII. Febr.), *Propertius cum brevibus elucubrationibus* (XVII. Kal. April.). Brixiae *per Bonium de Boninis de Ragusia. fol.* 1486.

Laudatur vulgo: *Cat. Tib. Prop. cum elucubrationibus Domitii et aliorum.* (v. Bibl. Reg. Parif. p. 287. n. 779. Meliora nunc v. in Panzer. Annal. To. I. p. 248. no. 38.) Sed Domitii Calderini tantum funt in Propertium. *) Vidi exemplaria, in quibus diverfo ordine fe exciperent particulae; in aliis, quod et in ceteris antiquis edd. faepe factum, Propertius deerat. In Tibullum eft Commentarius Bernardini Veronenfis. Haec editio iam excuffa fuit a Broukhufio. Convenit eius lectio fere cum Romana, ut tantum non ex ea defcripta videri poffit.

Tibullus, Catullus, Propertius. Impreffi Venetiis *per Magiftrum Andream de Palthafchichis Catarenfem. fol.* 1487.

De hac editione, quam ex fuperiore Brixienfi repetitam effe intellexi, repetitis quoque iisdem commentariis, Editor Cantabr. *Tibullus,* inquit, *anno* 1487. *in quo autem anno Catullus fit impreffus, nulla fit mentio.* Sed Maittarius id definivit l. l. p. 484. et ipfa res docere poterat: *Ex fignaturis* (*f. g.*), *quarum haec illam fequitur, conftat, Catullum ab eodem typographo et anno eodem impreffum fuiffe; quamvis typographi et anni indicium ad Tibulli folius calcem apponatur.* quodque ipfe nunc infpecto exemplari, quod in Guelpherb. Biblioth. Ducali fervatur, didici. Andreas emiferat feorfum Tibullum adiuncto Catullo: etfi fubfcriptio Tibullo fubiecta eft: 1487. Tum aggreffus Propertium edidit 1488. Ab operis tamen, qui volumen compegerunt, praemiffus eft Catullus etiam in ifto exemplari, fubiunctus Propertius, tum Tibullus. In aliis exemplaribus Propertium

Battabos Alexandrinus impreffit anno falutis M. CCCC. LXXXV. quinto nonas martias. Char. lat. fol. 1485. v. Denis Supplem. Maittar. T. I. p. 205. Panzer Vol. III. p. 224. no. 887. Expreffa eft, quantum video, ex edit. Romana 1472. 4.

*) Vulgatae illae erant iam antea libro fingulari Romae 1475. v. Santen. praef. ad Propert. p. XI.

tium deesse, ex eodem Maittario patet, ubi, omisso Propertio, tantum Tibullum et Catullum memorat hunc in modum: *Tibullus cum commentariis per Andr. de Paraschiscis* (ita vitiose appellat, in indice vero de Paltaschiscis) *XVIII. Kal. Ian. Et Catullus cum Commentariis Ant. Parthenii Lacisii Veronensis.* Sed Propertius cum Antonii Volsci interpretationibus ab eodem Andrea de Paltaschichis excusus et absolutus est anno sequente Kal. Februar. Erat etiam in bibliotheca Schwarziana, cuius Catalogus videri potest. Non mirum adeo, cum illis duobus plerumque comitem dari. Minus accurate in Append. Catal. Bibl. Lugd. p. 513. *Catullus, Tibullus, Propertius Beroaldi* huius anni memoratur; nam is ad an. 1491. spectat, ut statim videbimus. Andreae editio intelligenda est, quando Broukhusius *Cyllenianam* vel *Cyllenii commentarios in Tibullum Venet.* 1487. laudat; quanquam minus accurate Cylleniana vocatur; non enim, quod vir doctissimus credidisse videtur, a Cyllenio adornata fuit, neque eius Commentarii tum primum excusi, sed e superioribus repetiti fuere. (Add. Panzer. Vol. III. p. 240. no. 987. De Propertio v. Santen. praef. ad Propert. p. XIII. qui sane non 1487. sed 1488. prodiit, Tibullo tamen et Catullo comes. At Propertius cum Commento Beroaldi primum prodiit Bononiae 1486 et 7. v. Panzer Vol. I. p. 218. no. 105.)

Tibullus, Catullus, Propertius cum Commento. (Bernardini Veronensis in Tibullum, Antonii Parthenii in Catullum, et Phil. Beroaldi in Propertium.) In fine: *Commentarii in Propertium a Phil. Beroaldo editi anno salutis* 1487. *impressi vero* Venetiis *a Boneto Locatello Bergomensi, cui necessaria exhibuit nobilis vir Octavianus Scotus Modoetensis: anno nonagesimo primo supra millesimum ac quadringentesimum. V. Idus Decembris.* Venetiis. *fol.* 1491.

Mera est repetitio superioris editionis Venetae: repetita eadem a. 1497. (Panzer Annal. Tom. III. p. 297. no. 1368. et de repetita editione 1497. v. Tom. III. p. 409. no. 2178.)

Nova repetitio sequens est, nihil amplius: *Tibullus, Catullus, Propertius cum commentariis Bernardini Veronensis, Ant. Par-*

Parthenii, Phil. Beroaldi. Impreſſum per Symonem Bevilaqua Papienſem. Venetiis. *fol.* 1493.

(Add. nunc Panzer Annal. Tom. III. p. 339. no. 1674.)

Tibullus cum commentariis Cyllaenii Veronenſis. Catullus cum commentariis Parthenii Veronenſis, et Palladii Patavini. Emendationes Catullianae per Hieron. Avancium Veronenſem, et eiusdem in Priapeias Caſtigationes. Propertius cum commentariis Philippi Beroaldi. Annotationes in Propertium tum per Domitium Calderinum, tum per Ioannem Cottam Veronenſem. Haec omnia ſunt ex exemplaribus emendatis Domini Hieronymi Avancii. (Haec in ipſa libri fronte praeſcripta ſunt.) Sub finem: *Impreſſum* Venetiis *per Io. de Tridino de Cereto alias Tacuinum,* CIƆIƆ. *die vero XIX. Maii. Regnante inclyto principe Auguſtino Barbadico. fol.* 1500.

Non infrequens eſt haec editio, (cf. Panzer Annal. To. III. p. 473. no. 2621.) ſed plura etſi exemplaria inſpexerim, (habeo nunc aliud a Brandeſio communicatum,) tamen Domitii Calderini et Ioannis Cottae in Propertium annotationes, in titulo promiſſas, nusquam reperire potui, quanquam opus abſolutum eſt. Etiam haec editio ex ſuperioribus Venetis repetita eſt, exemplar tamen ab Avantio mendis typographicis purgatum eſſe debuit, antequam operis librariis excudendum traderetur. Conf. inf. a. 1520.

Albii Tibulli, Elegiographorum optimi, elegia de amore et laudibus Meſſalae per Iac. Thanner. Lipſiae. 4. 1500.

Extat in bibliotheca Electorali Dresdenſi, ſed ſine anni et typographi ulla mentione, quam ex Maittario ſupplevi. (Nunc Panzer quoque memorat Tom. I. p. 497. no. 249.) Litterarum typi ſunt neogothici. Curatam eſſe editionem a Gregorio Coniceníi, ex Leichii Annal. Typogr. Lipſ. p. 76. didici. Referendam eam eſſe ad claſſem alteram ex Veneta 1475. deductam, iam ſupra ſignificavi.

(Alia Tibulli editio Lipſienſis ſ. a. expreſſa per Conradum Kacheloven memoratur in Panzeri Annal. typograph. Tom. I. p. 499. n. 274.)

Catullus, Tibullus, Propertius, in aedibus Aldi. Venetiis 8. 1502.

Haec

Haec eadem editio, ut in aliis Aldinis factum, fine anni et loci nota proftat. Eft autem haec inter claffICAS editiones habenda, quandoquidem multarum illa fequentium quafi parens atque earum quoque, quae emendatiores prodiere, fundus fuit. Expreffam eam effe ex fuperiore Veneta 1500. liquido mihi conftat, pluribus lectionibus comparatis, correctiones tamen viri docti feu Avantii feu Aldi experta eft, in Catullo utique Avantii, id quod in praefatione ipfe Aldus teftatur. Idem ait nonnulla afterifco notata *in fine operis aliter atque aliter legi excudenda curaffe:* quod tamen praeftitum ab Aldo non vidi; etfi plura infpexerim exemplaria; habeo enim etiamnum in manibus exemplum Brandefii benevolentia communicatum, aliud a Collega coniunctiffimo, Kulenkampio, commodatum. Nam quae fub Catulli calcem fubiectae funt Avantii emendationes, Lucretium refpiciunt. *) Exierant prelo Aldi ad tria millia exemplarium huius libri, ut mirer, eum non frequentius reperiri.

Catullus, Tibullus, Propertius, impreffi opera et impenfa Philippi bibliopolae Giuntae T. Florentini anno MDIII. Nonis Auguft. Petro Sotenno Vexillifero feliciffimo. 8. 1503.

Etiam haec Aldinae repetitio eft; ut tot alia exempla Aldina a Iunta repetita funt. Sed Aldinae primae fucceffit tredecim annos poft altera:

Catullus, Tibullus, Propertius in aedibus Aldi et Andreae foceri. Venetiis. 8. 1515.

Primo intuitu nihil habet haec editio, quo a priore magnopere discrepet. Cum tamen accuratius eam compararem, pro nova prorfus recenfione habendam effe intellexi; adeo correcta et emendata illa eft, in Tibullo utique, a viro docto, etfi eius nomen proditum non eft. Sequutus ille videtur inprimis rationem criticam, tum vero veteres editiones alterius fectae paffim infpexiffe, Italicos quoque codices aut excerpta ex iis ante oculos habuiffe. Merito itaque illa facta eft plerarumque, quae fequutae funt, editionum fons et fundus, inprimis autem Muretinae 1558. quam vide.

Catul-

*) At extant illae cum aliis in Priapeia et Statii Silvas in ed. 1500. ubi contra omiffae funt iftae in Lucretium fcriptae.

Catullus, Tibullus, Propertius Lugduni *fumptu Barthol. Trot. millefimo quinquagentefimo XVIII. die XXII. Sept.* 8. 1518.

A Maittario in Ind. p. 242. ea memoratur.

Albii Tibulli elegiarum libri IV. una cum Val. Catulli epigrammatis, nec non Sext. Propertii libri IV. elegiaci cum fuis commentariis, videlicet Cyllaenii Veronenfis in Tibullum, Parthenii et Palladii in Catullum, et Phil. Beroaldi in Propertium. Habes infuper emendationes in ipfum Catullum per Hier. Avancium Veronenfem. Nec non et caftigatiffimam tabulam omnium rerum, quae in margine funt pofitae, nuper additam et nunquam alias impreffam. Venetiis *in aedibus Guilielmi de Fontaneto Montisferrati anno Domini MDXX. die XII. Iulii. Inclyto Leonardo Lauretano Principe. fol.* 1520.

In hac editione ultima vice Cyllenii commentarii, toties repetiti, excufi fuere; ex quibus, uti comparando editiones Venetas 1487. 91. 93. 97. 1500. 1520. comperi, plerasque lectiones, quas ille in fuo habuerat, in ipfa Tibulli verba intulere editores, qui illas cum verbis poëtae recudi curarunt, et quidem fequiores femper maiori cum licentia, quam fuperiores, ita ut in noviffimis lectio contextus plane immutata fit. Sic I. eleg. 4, 34. in edit. Rom. legitur *tardos dies*, at Cyllenius in comment. interpretatur alteram lectionem *ftultos dies.* In Veneta 1487. et fequentibus adhuc *tardos* erat, non quod Cyllenius ita ediderat, et aliud explicuerat, ut Broukh. ait, fed quia is in fuo aliter legerat, quam vulgatae tum editiones. At in edit. 1500. et 1520. etiam in textu *ftultos* legitur. Noviffimae hae duae editiones parum a fe invicem abeunt.

Catullus, Tibullus, Propertius apud Sim. Colinaeum Parif. 8. 1529.

Novo characteris litterarum genere, quod ad calligraphiae elegantiam propius accedit, exarata eft haec editio: ex prima Aldina expreffa, ut ipfi comparatione facta cognovimus. Repetita eadem a Simone Colinaeo 1533. aut, quem annum aliae praeferunt, 1534. et minima forma 1543. Emendata in his

funt

ſunt vitia nonnulla graviora, v. c. I, 9, 9. *per freta parentia,* hic eſt *parentia per freta.*

C. Val. Catulli Veronenſis liber I. Alb. Tibulli Equitis Rom. Libri IV. Sex. Aurelii Propertii Umbri Libri IV. Cn. Cornelii Galli fragmenta. Baſileae *excudebat Henricus Petrus menſe Martio.* 8. 1530.

Repetita eſt ex Aldina prima ad ſecundam paſſim correcta, ſed parum diligenter; una cum altera 1539. repetita; multo autem indiligentius triginta annis poſt 1569. recuſa, quae vitioſiſſima eſt, cum Horatius Tuſcanella, qui eam curavit, ineptus homo, ad rhetorices praecepta poëtas hos exegit et indice ſingulorum verborum ad Erythraei exemplum in Virgilio ſtulte inſtruxit. Repetita etiam haec eſt 1592. etſi ex Scaligeranis hinc illinc correcta, tamen vel ſic nullo loco habenda.

Catullus, Tibullus, Propertius, per Melch. Seſſam MDXXXI. XX. Sept. Venetiis. 8. 1531.

Sequitur nunc editionum genus non contemnendum, Gryphianum, quod tamen totum ex Aldina priore, ſeu ex Baſileenſi, quae inde deſcripta erat, ductum eſt, etſi paſſim ex ſecunda, in ſequioribus etiam ex Muretina interpolatum.

Catullus, Tibullus, Propertius cum Gallo apud Sebaſt. Gryphium Lugduni. 8. 1534.

Repetita ea eſt aliquoties ſimili forma 1537. 1542. 1544. 1546. 1548. 1551. (forte et 1555.) 1561. 1571. et 1573.

Catullus, Tibullus, Propertius. His acceſſerunt Corn. Galli fragmenta. Poſt omnes omnium editiones ſumma denuo vigilantia recogniti. Venetiis *apud Hieronymum Scotum.* 8. 1549.

Splendida ſed vana profeſſio. E Gryphiana repetita eſt ad Aldinam ſecundam correcta.

Excipit has Mureti recenſio doctiſſime facta, ſed Aldina ſecunda pro fundo ſubſtrata. Multa a viro hoc ſagaciter partim e critica ratione partim ex veteribus ſcriptis et editis emendata, ut ſupra iam dictum eſt. Prodierat primum

Catullus et in eum commentarius M. Ant. Mureti. Venetiis. *Paullus Manutius Aldi fil.* 8. 1554.

isque solus, sine ceteris, nam verum non est, iam tum duos reliquos poëtas coniunctos exiisse. Sed insequuta est quarto anno editio, in qua Tibullus et Propertius accessere:

Catullus et in eum Commentarius M. Ant. Mureti. Ab eodem correcti, et scholiis illustrati Tibullus et Propertius. Venetiis *apud Paullum Manutium.* 8. 1558.

Recusa est eadem editio Venetiis cum signo Aldi 1562. et Lugduni *apud Guliel. Rouillium.* 8. 1559.

Multo plura in poëtae verbis mutavit Muretus, quam in scholiis indicavit, quae interpretationi aliquot locorum destinata erant. Voluit ille iustos Commentarios in hos poëtas edere, ut in calce scholiorum Propertii pollicetur. In librum IV. Tibulli nihil ab eo annotatum est.

Memorabilis sed valde infrequens est editio quae sequitur Statii, de qua supra accurate expositum est.

Catullus cum commentariis Achillis Statii Venetiis. *In aedibus Manutianis,* 1566. 8. *Tibullus cum commentariis Achillis Statii* Venetiis. *In iisdem Manutianis aedibus.* 8. 1567.

Aldinam secundam ille secutus est, Muretina correctione posthabita, scriptorum autem librorum varietate apposita et erudita annotatione magnam laudem meruit. Recusus est eius Commentarius in edit. Morell. 1604. et Traiecti 1680. Miror idem non saepius factum.

Catullus, Tibullus, Propertius. Antwerpiae, *ex offic. Chph. Plant.* 12. 1569.

Non ex infimo censu haec est editio; immo vero inter praestantiores superiorum temporum referenda. E Canteri recensione eam esse profectam narrat Fabricius, quod verum non est; nam Propertius tantum Guil. Canteri scholiis est illustratus. At Catullus et Tibullus a Victore Giselio et Theod. Pulmanno varia lectione instructi sunt, quae potissimum e Statio descripta est, ex quo etiam, adeoque ex Aldina secunda, quem Statianae lectionis fundum esse ignorabant viri docti, saepe correxerunt, saltem mutarunt lectionem Mureti, quam in ceteris sequuntur. Subiecta Tibullo sunt Galli fragmenta cum praefatione Pulmanni. Quam ab aliis memoratam vidi, editionem Plantin. 1560. vitio numeri

nata

nata videtur. (Memoratur tamen etiam in Catalogo Crevennae.)

Catulli, Tibulli, Propertii et Cornelii Galli opera cum indice Horatii Tuscanellae. Basileae *ex offic. Henricopetrina anno Salutis MDLXIX. mense Martio.* 8. 1569.

De hac v. sup. ad a. 1530.

Catullus, Tibullus, Propertius ex recensione Scaligeri. Accedit eiusdem castigationum liber. Lutetiae Paris. *ap. Mam. Patisson.* 8. 1577.

Nova sequitur lectionis Tibullianae concinnatio a Ios. Scaligero instituta; cuius classis prima haec est. Spreverat ille, Mureti obtrectatione adductus, lectionem ab hoc emendatam, et una cum illa Aldinam sec. rediitque ad Aldinam primam, ut supra monuimus, ex qua reduxit magnum numerum vitiosarum et importunarum lectionum, quas partim suo more correxit, partim in contextu reliquit, cum dudum sublatae essent in Ald. sec. et Muretina. Sequutus tamen eum est cum aliis Broukhusius. De codicibus, quos adhibuit Scaliger, supra dictum est. Habuit etiam praeter Aldinam primam, vel Gryphianam inde expressam, edd. Statii et Platin. ut intelligas de hac v. c. III, 4, 28. ubi sola Plantin. *spirabat* exhibet. Quae sequitur

Catulli, Tibulli, Propertii, nova editio. Ios. Scaliger recensuit. Accedit eiusdem in eosdem castigationum liber. Antw. *apud Aegidium Radaeum.* 8. 1582.

est repetitio, sed retractata a Scaligero (v. p. 66.). Ad calcem adiectus est: Mureti Commentarius in Catullum, cum eiusdem scholiis in Tibullum et Propertium. At alia auctior editio a. 1600. prodiit, recusa 1607.

Eodem anno Antwerpiae excusa sunt Iani Dousae patris Praecidanea pro Albio Tibullo, cum Praecidaneis pro Catullo; sequutum est paullo post Succidaneum nuperis ad Tibullum Praecidaneis addendum; in quibus vir doctissimus, sed difficilis ingenii et affectati studii antiquatae Latinitatis, Scaligeri vestigiis insistens loca nonnulla retractavit. Prodiere libelli ex officina Chph. Plantini: in qua eadem aliquot annis post excusi sunt poëtae ipsi ad Scaligeranam recensionem, quod expectari poterat, concinnati.

Cat. Tib. Prop. ſerio caſtigati. Antwerpiae *ex officina Chph. Plantini. min. form.* 1587.

Nec alia eſſe videtur Lugdunenſis in Batavis editio huius vel ſequentis anni, quam memorant viri docti. Sed memoratu dignior eſt alia Plantiniana.

Catullus, Tibullus, Propertius, denuo recogniti ac variis lectionibus et notis illuſtrati a Iano Douſa filio. Acceſſere Pervigilium Veneris et carmina graeca, quae aut e latino Catulli expreſſa ſunt, aut a Catullo ipſo latine translata. Item Ioſ. Scaligeri et Henr. Stephani e Tibullo et Propertio verſiones graecae. Iani Douſae filii in Cat. Tib. Propert. coniectanea et notae. Lugd. Bat. *ex off. Plant. Fr. Raphelengius.* 12. 1592.

Hanc omnium emendatiſſimam editionem appellat Nic. Heinſius ad Virgil. Aen. VII, 110. Repetita eſt a. 1603. fundus autem editio ſuperior 1569.

Catulli, Tibulli, Propertii et Cornelii Galli opera, Horatii Tuſcanellae ſcholiis et indice illuſtrata per Seb. Henricopetrum. 8. 1592.

v. ſupra ad a. 1530.

Catullus, Tibullus, Propert. Lugduni. 12. 1594.

Fabricius l. l. Nec videtur eſſe aliud quam Gryphianarum repetitio.

Tibulli Elegia de bello et pace a Fed. Morello graeco carmine reddita et pacis commoda ex Euripide et Philemone ab eodem Morello Latinis verſibus expreſſa. apud Morellum Lutetiae. 8. 1598.

Pauca ſunt folia; graece eſt reddita lib. I. El. 10.

Catulli, Tibulli, Propertii nova editio. Ioſ. Scaliger Iul. Caeſ. fil. recenſuit. Eiusd. in eosdem Caſtigationum Liber auctus et recognitus ab ipſo auctore. In bibliopolio Commeliniano. 8. 1600.

Multa in Commentariis mutata ſunt. cf. ſup. ad 1577.

Catullus, Tibullus, Propertius. Lugduni. 8. 1603.

Catal. bibl. Bodlei. p. 162. Conf. 1607.

Catullus, Tibullus, Propertius, ſerio caſtigati. Antwerp. *Raphelengius.* 24. 1603.

v. ad

v. ad 1592.

Catullus, Tibullus, Propertius, cum variorum doctorum commentariis, notis et obſervationibus in unum congeſtis: ex typogr. Marci Orry. Lutetiae. 3 *Voll. fol.* 1604.

Singulis elegiis praemiſſo contextu ſubiiciunter notae Cyllenii, Achillis Statii, Mureti, Iani Douſae, Scaligeri: cuius recenſio ad calcem repetita eſt, in noſtro ſaltem exemplari.

Cat. Tib. Propert. nova editio. Ioſ. Scaliger recenſuit. Eiusdem in eosdem Caſtigationum liber auctus et recognitus ab ipſo auctore. Excudebat Iac. Stoer. 12. 1607.

Mera eſt repetitio editionis 1600. in ſordida charta, qua Lugdunenſes eo tempore utebantur.

Cat. Tib. Propertii opera — ad vetuſtiſſ. cod. bibliothecae Iac. Graſſeri fideliter edita: quibus acc. Cornelii Galli fragmenta. Lugd. 1607. 12. *)

Io. Paſſeratii Commentarii in Catullum, Tibullum et Propertium. Pariſiis *ap. Cl. Morellum. fol.* 1608.

Praemittuntur ipſa poëtarum verba, ex Scaligerana recenſione. Sequuntur Paſſeratii praelectiones ſeu notae. In Tibullum non niſi breves ſunt, copioſiores tamen in librum quartum.

Opera Catulli, Tibulli, Propertii et Corn. Galli, ſive Maximiani potius. Cum indice Horatii Tuſcanellae. Editio auctior inſuper poëmatis aliquot, quae vere Corn. Galli. Hanoviae *typis Wechel. apud Cl. Marnium et her. Io. Aubrii.* 8. 1608.

Eſt repetitio, quantum intelligo, peſſimae Baſileenſis cum Tuſcanellae indice. v. ſup. ad 1530. (Hoc ita ſe non habere, affirmant alii. Videant quibus facultas inſpiciendi et otium eſt.) Ex ea repetita editio 1620.

Ex Tibullo et Propertio Elegiae, ex Catullo, Martiale, Auſonio aliisque ſcriptoribus tum antiquis tum recentibus Epigrammata ſelecta et commentario breviſſime illuſtrata. Cadomi. 16. 1610.

Non magis in cenſum venit, quam quae ſequitur, impreſſionis tantum loco notabilis:

Cat.

*) Biblioth. crit. P. III. p. 58.

Cat. Tib. Propertii nova editio ad Iof. Scaligeri emendationem accurate conformata — tituli fuppleti — Add. Elegiarum libellus, qui Cornelio Gallo vulgo adfcribitur. Brageraci. 8. 1611.

Mofella Aufonii cum felectiffimis Tibulli, Propertii Elegiis, illuftrata a Paullo Duizio. Muffiponti. 8. 1615.

Poematia quaedam Catulli, Tibulli, Propertii felecta graece reddita per Iof. Scaligerum 8. 1615.

Iani Gebhardi in Catullum, Tibullum et Propertium animadverfiones cum I. Meleagri in Val. Catullum Spicilegio. Hanov. 8. 1618.

v. paullo poft ad 1621.

Catullus, Tibullus, Propertius, cum Galli fragmentis per Guil. Ianfon. tum per Elzevirios. Amftelodami. 24. 1619. 1630. 1651. 1664. 1670. 1686.

Quas in manibus habui, ad Scaligeranam recenfionem expreffae funt.

Catullus, Tibullus, Propertius, cum I. Livineii notis antehac ineditis, — nec non uberioribus Iani Gebhardi animadverff. cum I. Meleagri Spicilegio. It. poemata Galli et index Horatii Tufcanellae. Frcf. *ex off. Wechel.* 8. 1621.

Librarii induftriae debetur haec editio, non viri docti curae, etfi Gebhardus praefatus eft. Poëtarum verba ex peffima Bafileenfi (v. ad 1530.) aut ex Wecheliana fuperiore 1608. expreffa funt. Io. Livineii notas eodem anno, et Iani Gebhardi animadverff. quarto ante anno feorfum editas nunc in unum volumen redegit librarius redemtor.

Catullus, Tibullus, Propertius. Aureliae Allobrogum. 4. 1640.

Catal. bibl. Bodlei. p. 260. nifi forte Catullus folus eft.

Catullus, Tibullus et Propertius, et quae fub Galli nomine circumferuntur, cum felectis variorum Commentariis, accurante Simone Abbes Gabbema. Trai. ad Rh. 8. 1659.

Vitiis typographicis fcatet et farraginem notarum apponit, quibus verba et phrafes illuftrantur, non fententiae.

Quae Parifiis 1662. et 1668. memorari folent editiones, numerorum vitio natas effe arbitror, nec vere extare.

Poë-

Poëmata selecta e Catullo, Tibullo et Propertio cum notis Vorstii. Lipsiae. 8. 1675.

Catullus, Tibullus, Propertius, e recensione I. G. Graevii, cum notis integris Ios. Scaligeri, M. Ant. Mureti, Ach. Statii, Rob. Titii, Hier. Avantii, Iani Dousae patris et filii, Theod. Marcilii, nec non selectis aliorum. Trai. ad Rhenum. 8. 1680.

Graevii nomen mutuasse tantum videtur astutus librarius ad fraudem faciendam, quanquam eius praefatio in capite legitur. Omnia indiligenter disposita et parum concinne; nec cum cura expressa.

Catulli, Tibulli, Propertii, opera, interpretatione et notis illustrata a Phil. Silvio in usum Delphini. Paris. 4. 1685.

Vide de ea iudicium Fabricii p. 56. (94. ed. nov.)

Catulli, Tibulli et Propertii opera ad optimorum exemplarium fidem recensita. Acc. variantes lectiones e MSS. Cantabrigiae. 4. 1702.

Splendida et inter ceteras conspicua editio ipsos poëtas emendatissimos exhibet. Editor var. Lect. adiecit cum ex aliorum annotationibus excerptas, tum ex Cod. Laudensi, Collationibus in margine Aldinae adscriptis, aliis collationibus Octav. Ferrarii, item ex antiquis edit. Reg. Lep. Brix. Ven. Ald. Colin. Conf. quae supra de ea dicta sunt.

Albii Tibulli, Equitis Romani, quae extant, ad fidem veterum membranarum sedulo castigata. Accedunt notae cum var. lect. libello. (studio Iani Broukh.) Amst. 4. 1708.

Satis de ea supra dictum est.

C. Valer. Catullus, A. Tibullus, Sex. Aurel. Propertius ex recensione Io. Ant. Vulpii Bergomensis, cum eiusdem observationibus. Patavii *ap. Ios. Corona.* 4. 1710.

Et adolescens, et nondum visa Broukhusiana, hanc emiserat vir doctissimus. Multa retractavit in editione posteriore.

In Edd. recentioribus quae sequuntur, obtinere hoc a me ipse non potui, ut easdem, qua superiores, maxime veteres, diligentia recenserem aut iterum singulas excuterem. Nec id facere operae pretium erat.

Catulli, Tibulli, Propertii opera. Accedunt quaedam eorumdem Poëtarum carmina graece versa, cum oda Sapphus a Ca-

a Catullo latine reddita, et cum indice copioſo. Londini, *Iac. Tonſon.* 12. 1715.

Michaelis Maittarii cura prodiit, qui plures alios auctores hac forma excudendos curavit; Corpore quoque Poëtarum edito, quo, ut in ceteris Poëtarum Corporibus, Tibullum quoque comprehenſum eſſe, monere opus non eſt. Ex Cantabrigienſi repetita eſt, una cum Var. Lect. Adiecta tabula, qua Scaligeranas transpoſitiones comparatae ſunt, item graeca verſio nonnullorum carminum a Scaligero et Florente Chriſtiano facta.

Catullus, Tibullus, Propertius, ad fidem optimorum exemplarium recenſiti, cum MSS. var. Lect. margini appoſitis ad celſiſſimum Aurelianenſium Ducem. (ſtudio et opera Mich. Brochard.) Pariſ. *Couſtelier.* 4. 1723.

Multa praeclara minatur Editor; nil tamen aliud egit, quam ut Scaligeranam recudendam traderet. Tam levis horum hominum fides eſt, ſi verborum oſtentationem ad rerum argumenta referas. Ad temporum rationes porro hic commemoranda eſt editio, de qua ſupra iam actum eſt:

Tibullus Corvinianus, ſeu Albii Tibulli, Triumviri Poëtices, quae ſuperſunt. E codice MSSto Matthiae Corvini Regis Hungariae recenſuit Samuel Köleſerius a Keres-Eer. Claudiopoli. 8. 1727.

Catullus, Tibullus, Propertius, ad fidem optimorum librorum accurate recenſiti, quibus adiectum eſt Pervigilium Veneris. Göttingae *ex offic. Acad. A. van den Hoeck.* 12. 1742. *et* 1762.

Catullus, Tibullus, Propertius, priſtino nitori reſtituti et ad optima exemplaria emendati. Acc. fragmenta Corn. Gallo inſcripta. Lugd. Batav. (Pariſ. Couſtelier.) 12. 1743.

Ad Scaligeranam recenſionem excuſa eſt; etſi ſollenni iactantiae more ad optima exemplaria emendati poëtae in fronte praedicantur.

Albius Tibullus, Eques Romanus, et in eum Io. Ant. Vulpii, Philologi ac Rhetoris in Gymnaſio Patavino, novus commentarius diligentiſſimus. Excudebat Ioſ. Cominus Patavii. 4. 1749.

Etiam de hac editione inter potiores merito habenda ſupra dictum eſt. Non commemorabo alias recentiores ex ſuperioribus repeti-

repetitas, etsi nitore forte et cura typographica notabiles, qualis Londinensis est 1749. apud Io. Brindley, Parisiensis 1754. apud Barbou, Glasguensis Tibulli et Propertii 1753. 8. ex Broukhusiana expressa, Birminghamiensis typis elegantissimis Io. Baskerville, 1772. Accessit iis nuper editio splendore, elegantia et diligentia atque arte omnes quas vidimus similes conatus superante, *Parmae* curata a Bodonio: *Catulli, Tibulli, Propertii Opera* 1794. fol. mai. Praefuit ei vir doctus, in Tibullo maxime nostram recensionem sequutus. (cf. *Gött. Gel. Anz.* 1795. p. 1799.) Inserta quoque passim est una et altera elegia Chrestomathiis; e quo genere paullo serius inspexi Eclogas vet. poëtar. a doctissimo viro, Doering, curatas et bonis notis instructas.

Multo minus ad consilium nostrum spectat, ut versiones annumerem, etsi superioribus annis nonnullae prodierint elegantes et Tibulli gustum aliquem iis propinantes forte, qui iis uti volent. Inspexi inter alias versionem Anglice exaratam cum notis a Iac. Grainger M. D. Lond. 1758. ut alias taceam; de quibus nunc eo minus necesse est dicere, quod his diebus prodiit liber praeclarus *Lud. Guil. Brüggemanni* Stettini 1797. *A View of the English Editions, Translations and Illustrations of the ancient Greek and Latin Authors with Remarks:* ubi p. 575. sqq. diligentissime factum videbis conatuum in Tibullo recensum. De Sam. Henleii Viri doct. specimine iam ante dictum est: Italicam selectarum elegiarum Io. Hieronymi Carli Ven. 1756. Gallicam auctore de Pezay 1771. aliam Gallicam 1771. multo cum ornatu typographico vulgatam vidi; nolo tamen mihi sumere hoc, ut de iis arbitrium feram. [Multo minus de popularium meorum studiis et conatibus quicquam memorare ausim, cum praesens periculum sit ab iis, quos non a primo statim tentamine inter principes retuleris viros. Raro est qui meliora doceri se aut cupiat aut sustineat: quod tamen vidi factum a viro politi ingenii, qui Tibullum teutonice redditum Turici 1783. ediderat. (v. Gött. Gel. Anz. 1783. p. 1951.)]

Tantum de Tibulli editionibus. Subiici his iussi vitam eiusdem, etsi non satis eleganter scriptam, ex editione Vulpii, sed resectis nonnullis nimis otiose disputatis:

DE

DE
VITA TIBVLLI.*)

Quod ALBIO TIBVLLO praenomen fuerit, minus compertum habemus; ſive id librariorum incuria ſeu caſu exciderit. *a*) Honeſto et equeſtri loco natus eſt, *b*) Romaene an in municipio aliquo Italiae, non conſtat. Petrus Crinitus et Lilius Gregorius Gyraldus, qui ante duo ſaecula poëtarum hiſtoriam perſecuti ſunt, annum V. C. DCCXI. quo A. Hirtius et C. Vibius Panſa Coſſ. praelio Mutinenſi adverſus Antonium pro patria occubuerunt, Tibullo ſimul atque Ovidio natalem fuiſſe, monumentis litterarum tradiderunt. Id illis perſuaſit verſus quidam pentameter, quem utriusque poëtae codices praeferunt, ubi ambo de ſui ortus tempore verba faciunt:

Quum cecidit fato Conſul uterque pari. c)

At

*) a Vulpio confecta: ut paullo ante dixi.

a) Ingenioſe Broukhuſius p. 1. *Amiſit autem hic noſter eques ſuum ſibi praenomen, nulla, ut arbitror, perquiſitione iterum reperiundum. Eſt enim veroſimile, in libro illo unico, unde ceteri in Italia traduces prodierunt, litteram ſingularem, quae praenomen ſignaret, aut vetuſtate fuiſſe exeſam, aut librarios harum rerum incurioſos, tanquam minime neceſſariam, neglexiſſe. Niſi quis coniiciat, A. hoc eſt Auli praenomen habuiſſe: atque hoc elementum ab inſequente comparis naturae vel fuiſſe abſorptum, vel potius e binis coaluiſſe in unum.*

b) Ortum ducit noſter e gente Albia equeſtri. Fuit alia conſularis, e qua, contra Broukhuſii monitum, eius genus ducunt Dacerius et Sanadonius ad Horat. I. epiſt. 4. Ex eo, quod in inſcriptione libri, quae fere eſt: *Tibulli Equitis Romani*, tum in vita incerti auctoris, infra exhibenda, Eques Romanus appellatur, perperam contenditur, eum Romae natum eſſe.

c) Tibulli III, 5, 18. Ovid. IV. Triſt. 10, 6.

At Iosephus Scaliger, qua erat sagacitate, primum subodoratus est, hunc versiculum ex Tibulli carminibus, tanquam spurium, expungi oportere; quod ni fiat, magnam temporum confusionem oriri. Calculum adiecit Ianus Douza, qui Schediasmate succidaneo ad Tibullum, *d*) manifesto admodum ostendit, de arca Sulmonensis Equitis a quodam in re aliena nimis officioso Tibulli supellectilem auctam. Quod utinam humaniore stilo et minus obsoleto praestitisset bonus ille Douza, ut, quae scribebat, et legi libentius, et intelligi facilius possent. Ego vero argumenta, quibus utitur, summatim proferre non gravabor. Primum igitur nullo modo Tibullus potuisset Messalam sequi ad bellum Aquitanicum, stipendia merere, gnavi denique militis vicem fungi, (quod ipse de se narrat, *e*)) quindecim annos natus, vel etiam aliquanto minor: tot enim fere intercedunt ab Hirtii et Pansae consulatu ad Messalae victoriam ac triumphum de Gallis, quem egit anno V. C. DCCXXVI. ut ex vetustissimo lapide satis constat. *f*) Deinde Ovidius *g*) libro IV. Tristium, Elegia X. vbi, aetatis ordine servato, Elegiae Latinae scriptores enumerat, Gallo principem locum tribuit, alterum Tibullo, tertium Propertio, sibi ipse postremum: ex quo colligimus, Tibullum Propertio atque Ovidio natu maiorem fuisse. Nisi quis inepte cavilletur, Nasonem serius ad scribendum appulisse animum; quod in poëtam ingeniosissimum, et versus plurimos nullo negotio fundere solitum minus convenit. Huc pertinet Ode Horatii ad Albium

d) *Schediasmate succidaneo ad Tibullum*) quod Praecidaneis suis pro Tibullo adiecit, quodque post Morellum in edit. Paris. 1604. ad calcem editionis suae recudi curavit Broukhusius, qui in Dousae sententiam pedibus transit. Eandem ornate persecutus est Sanadonius ad Hor. I. epist. 4. cf. etiam Masson. vita Horatii ad a. 723.

e) lib. I. eleg. 7, 9. seqq.

f) M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA. A. DCCXXVI. CORVINVS. PRO COS. EX. GALLIA. VII. K. OCT. Est is annus V. C. 727. Varronianus.

g) IV. Trist. 10, 51.

Virgilium vidi tantum: nec amara Tibullo
Tempus amicitiae fata dedere meae.
Successor fuit hic tibi, Galle: Propertius illi:
Quartus ab his serie temporis ipse fui.

Albium inscripta, *h*) in qua Venusinus poëta, sui exemplo proposito, Tibullum ob *Glycerae* saevitiam *Elegos miserabiles decantantem* et *sibi iuniorem praeferri dolentem* in amore, ab animi aegritudine revocat, et solatur. Quod poëma si, ut ordo carminum ostendit, compositum fuit ante aliud de Augusti Actiaca victoria adversus Antonium et Cleopatram, *i*) quam in annum V. C. DCCXXIII. incidisse liquet, inveniemus, si communi opinioni assentire velimus, Tibullum annorum vix duodecim Elegiacum poëtam, Glycerae amatorem, et, quod magis mirabile, tamquam aetate provectiore, a puella domo exclusum. *k*) Omnibus igitur fucum fecit Ovidianus ille versiculus, Tibullo, ut ait memoratus Douza, a mala manu adsutus. His docti viri gravibus argumentis liceat mihi levius quoddam, neque tamen omnino contemnendum, addere de mea penu; ne scilicet ad has epulas, quod aiunt, veniam asymbolus. Vix est, ut credere possim, Ovidium Tibulli memoriae studiosissimum, quum animadvertisset, se natalem diem, vel saltem annum cum illo habere communem, qua erat praecipue diligentia in rebus vel minimis, eiusmodi eventum silentio praetermissurum fuisse. *l*) Verisimilius itaque est, aequalem Horatii Tibullum fuisse, *m*) id suadente ipsius Flacci testimonio, qui Epistola 4. Libri I. *candidum iudicem sermonum suorum* eum appellare non dedignatur. Emunctae vero naris hominem, qualis erat Horatius, iam octo lustris vivendo exactis, scripta sua accuratissime elucubrata, homini adolescenti, viginti duobus annis ipso iuniori, castiganda committere, iure ac merito puduisset. Quibus iactis fundamentis, alius error con-

h) libri I. oda 33.

i) libri I. oda 37.

k) Urget haec etiam Broukhusius ad Tib. II, 4, 13. Esse tamen hoc argumentum adeo validum non videtur, cum odas Horatii non secundum tempus, quo quaeque scripta est, collocatas esse constet.

l) Est utique argumentum hoc levissimum, ut fere omnia eiusmodi argumenta a silentio desumta, ubi memorationis caussa idonea nec necessaria erat.

m) In annum itaque V. C. 690. vel proximos Tibulli natales ponit Dousa, quem sequuntur Broukhusius, Fabricius, Sanadonius, Vulpius.

convellitur, qui iam invaluit, Tibullum videlicet in ipſo aetatis flore vita defunctum eſſe; idque propter auctoritatem Domitii Marſi, qui Romanum hunc Equitem *iuvenem ad Elyſios migraviſſe,* in Epitaphio teſtatur. Huius enim teſtimonii pondus elevari facile poteſt: quum ſciamus, eos, qui XLVI. aetatis annum praetergreſſi nondum forent, ex inſtituto Servii Tullii iuniores appellatos: *n*) qui vero exceſſiſſent, ſeniores. Quapropter Salluſtius C. Caeſarem triginta ſex annos natum, quum ſummi pontificatus apicem peteret, *adoleſcentem* vocare non dubitavit. *o*) Quum igitur ex eodem Marſi Epigrammate intelligamus, paullo poſt Virgilii mortem Tibullum vivere deſiiſſe; *p*) Donatus vero ſcripſerit, Virgilium denatum C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Veſpillone Coſſ. anno V. C. DCCXXXV.: ſequitur neceſſario, ſi Tibullum, ut ratio poſtulat, Horatio ſupparem facimus, cuius natalis contigit anno DCLXXXIX. L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato Coſſ., eum ultra quadraginta annos vitam produxiſſe. *q*) At de iſtis fortaſſe plus nimio: ad reliqua pergamus.

Patri-

n) Gellius X. N. A. 28. Sed an ex Servii inſtituto, quod dudum obſoleverat, uſus iſte vocabuli *iuvenis*, etiam de tricenario venerit, valde dubito; quanquam obſervatio ipſa vera eſt, et a multis viris doctis propoſita.

o) Catil. c. 49.

p) conf. Maſſon. Vita Ovidii an. 735.

q) Contra hanc Douſae ſententiam Ayrman. §. 94. ſeqq. disputat, argumentis tamen, quibus non magis commoveare, quam iis ipſis, quibus Douſa utitur ad ſuam opinionem confirmandam. Difficultas alicuius momenti proferri potuiſſet haec: quod ex Douſae rationibus anno demum trigeſimo tertio prima ſtipendia feciſſe in Meſſalae contubernio videtur. Ipſe Ayrmannus in laudata Tibulli vita, inprimis §. 90. ſeqq. annum 705. eius natalibus aſſignat; in quam ſententiam propterea maxime conceſſiſſe videtur, quod in lib. III. eleg. 5. verſum, quem ſuppoſititium interpretes delent, ipſe, corruptum tantum eſſe arbitratus, commode emendaſſe ſibi viſus erat:

Cum ceſſit fato Conſul uterque pari.

ut annus V. C. 705. ſignificaretur, quo Claudius Marcellus et L. Cornelius Lentulus Coſſ. cum Pompeio Urbe Italiaque, Caeſaris adventu, cedere coacti ſunt. Ut de emendatione parum felici nihil dicam, poſſunt duo inprimis contra haec moveri: primum illud, conſtare ex Ovid. IV. Triſt. 10. Propertium

Patrimonium, quod peramplum habuerat, repente imminutum deflevit: r) five illud luxuria fua ipfe prodegerit, s) five militum Caefarianorum vi et latrocinio, quibus tum omnia vaftabantur, peffumdatum fuerit. t) Hoc alterum verum exiftimo: Horatius enim, Epiftola fuperius memorata, eum laudat a frugalitate, quod opibus recte ac moderate frui fciret: *Non tu,* inquit, *corpus eras fine pectore. Dii tibi formam, Dii tibi divitias dederant, artemque fruendi.* Unde etiam planum fit, Tibullum non effe decoctorem illum et gurgitem, de quo idem Flaccus Satyra

tium fuiffe natu minorem Tibullo: eum autem vulgo ferri natum anno 697. ut adeo Tibullus poft hunc annum nafci non potuerit; quanquam refponderi ad hanc dubitationem poteft, Propertii natales non nifi e Doufae coniectura ex eius IV. eleg. 1, 127. feqq. ducta in illum annum coniectos, adeoque non omnino certos effe; deinde obfervari poteft, ipfum Tibullum IV, 1, 183. fignificare, fibi lautam fortunam fuiffe, nunc *defiderium fupereffe, curamque novari*; iam, quod defideramus, eius fenfus nobis fuerit, neceffe effe; quem vero fortunae five melioris five deterioris fenfum habere potuiffe fex annorum puerum? tot enim annos, ex illa quidem fententia, natus effe debuit Tibullus profcriptionis tempore. Nos, relictis, quae parum verifimilia funt, haec duo pro veris et certis ponemus; primum, verfum illum III. eleg. 5, 18, adeoque annum natalem ab V. C. 711. videri effe fuppofititios; deinde, videri Tibullum aliquanto maiorem eo anno effe: fed de vero natali anno pronuntiari temere non poffe.

r) vide I, 1, 19. feqq. IV, 1, 182. feq.

s) Contra hanc fententiam, quae fontem et originem habet veterem Commentatorem Horatii ad I. epift. 4. (nifi verfum Tibulli II, 4, 53.

Quin etiam fedes iubeat fi vendere avitas,
Ite fub imperium, fub titulumque, Lares.

eo deflexere viri docti) quamque poft Scaligerum verbis exornavit Dacerius ad e. l. Horatii, Doufa primum Praecid. c. 20. et poft hunc Broukhufius ad IV, 1, 182. declamavit; tanta quidem hic contentione, ut ipfius viri optimi famam et fortunas agi putares.

t) Sive, quod probabile eft, communem illorum temporum calamitatem expertus, agros fuos ab Triumviris affignari vidit militibus. v. Ayrman. §. 7. Broukh. ad IV, 1, 182. Doufa Praecid. c. 20. Recte Cyllenius in noftri poëtae vita: *bellorum civilium perturbatione egens factus.*

tyra 4. libri I. *Nonne vides, Albi ut male vivat filius? — magnum documentum, ne patriam rem Perdere quis velit.* Aliud quoque argumentum affertur verae cauffae paupertatis Tibulli; nempe Octavianum Caefarem, tanti nominis principem, et de litteratorum laboribus optime meritum, ad quem laudibus ornandum reliqui poëtae undique certatim accurrebant, a Tibullo, tamquam indignum, prorfus omiffum, et, quantum in ipfo erat, oblivioni traditum: *v*) ob odium, credo, Equitis noftri, et moerorem, quo, direptis bonis, conficiebatur. Non ideo tamen ad fummam inopiam redactus eft: fed illi benigno femper Copia cornu fuppeditavit, unde *famem defpicere* poffet. *x*) Ruri certe vitam

v) His argumentis a filentio et omiffione petitis nunquam, ut magnam fidem tribuerem, induci potui. Quis enim definiat, quis ftatus, quae conditio rerum Tibulli fuerit, ut nihil ipfi magnopere negotii cum Octaviano intercederet? Et, fi intercellit, cur propterera carminibus ftatim eum celebrare debuit? Ita etiam mirabimur, cur Maecenatem non memoraverit? Otiofa et inanis quaeftio! Et tamen in his fibi placent viri docti et nimium quantum argutantur. Sic, cur nofter Horatium, a quo tamen et oden et epiftolam ad ipfum miffam legimus, nullo carmine ornaverit, curiofe quaerunt, et tandem eo deveniunt, ut multa haud dubie Tibulli periiffe tragice declament. Idem in aliis fecerant alii. Virgilium de Horatio, a quo ipfe aliquoties honorifice appellatur, plane nihil memorare, mirantur nonnulli et fere indignantur: fieri omnino non poffe, dicunt, ut amicum fuum filentio praetermiferit. Quid multa? Invenit ecce tibi nuper ingeniofiffimus Britannus, Orrerius, illuftriffimus Comes, in epiftolis ad filium fuum et quidem earum XXIII. Horatium in Cretheo, Aen. IX, 774. fqq. de quo ea fere dici putabat, quae Horatii ingenium et indolem exprimerent.

x) v. I. eleg. 1. extr. Notum *paupertatem*, quam nofter I, 1, 5. non diffitetur, de fortuna, fi non lauta, at nec tenui et defpecta, dici folere. cf. Broukh. ad e. l. Et praedium fibi fuiffe, nofter ipfe teftatur eadem elegia, (erat vero illud in regione Pedana, hoc eft, in eo loco fitum, ubi olim Pedum, Latinorum oppidum, fuerat, medium inter Praenefte et Tibur. v. Horat. I, epift. 4, 2. cf. Ayrman. §. 9. 10.) et quidem paternum, five avitum; nam I, 3, 4. *antiquum Larem* et I, 10, 15. *patrios Lares* memorat. Ea res in novas difficultates induebat Ayrmannum §. 18. qui omnia ipfi bona profcriptionis tempore erepta fuiffe pronuntiaverat. Eae tamen nullae funt, fi illud cogites, partem ei tantum bonorum fuiffe adem-

vitam agere decrevit, *y)* ubi remotus a ſtrepitu rerum urbanarum *ſalubres inter ſilvas z) Epicuri reptaret, curaretque per otium quidquid ſapiente bonoque* maxime *dignum* foret. M. Valerii Meſſalae Corvini, ſummi viri, triumpho Aquitanico notiſſimi, cliens et comes perpetuus fuit; *a)* quem quum in Aſiam *b)* proficiſcentem itinere maritimo ſecutus eſſet, Corcyrae gravi morbo correptus decubuit. Quum eſſet in amores paullo proclivior, quibus etiam colendis et agitandis propter oris elegantiam *c)* factus videbatur, inprimis Deliam puellam, *d)* vero nomine Plautiam, uti Apuleius *e)* teſtis eſt, dilexit. Nemeſin deinceps *f)* libertinae con-

ademtam, parte relicta. vid. I. eleg. 1, 19. Itaque etiam *acciſos agros* legere malim IV, 1, 189.

y) Amore vitae ruſticae, tranquillae illius et ſecurae, ab omni cupiditate et ambitione alienae, eum praecipue ductum fuiſſe, ex nullo non eius carmine apparet. Huic amori nos aequabilitatem illam et ſimplicitatem elegiarum harum debere puto.

z) Habet hoc Vulpius ex interpretatione Broukhuſii et aliorum verſus Horatii I. epiſt. 4, 4.

An tacitum ſilvas inter reptare ſalubres,
Curantem, quicquid dignum ſapiente bonoque eſt.

Sed has ſilvas cur Epicuri faciant viri docti, cauſſam non video.

a) In eius contubernio fuit noſter, ut auctor vitae eius teſtatur, et ipſe Tibullus I, 3, 2. eumque in Gallias ſequutus eſt, ut ex I. eleg. 7. conſtat. Si Meſſala ab Actio protinus in Aquitaniam miſſus eſt, ut ad I. eleg. 3. probabimus, et ipſum Tibullum in claſſe fuiſſe probabile eſt. Niſi Meſſalam, antequam in Aquitaniam pergeret, Romam adiiſſe dicas. Huic noſter librum primum et alterum inſcripſiſſe videtur; non vero totum opus, ut Cyllenius in eius vita: *Ad Meſſalam hoc opus miſit in IV. libros digeſtum.*

b) Ex Galliis in Aſiam contendiſſe Meſſalam, ſatis conſtat. vide ad I, 3. pr.

c) Hanc ipſi tribuit auctor vitae eius.

d) Libertinam, vide I, 6, 67. temere contra id pugnante Ayrmanno §. 65. Hanc primum innuptam, (I, 1. I, 3.) mox alterius coniugem, (I, 2. I, 5. I, 6.) amaſſe videtur. cf. eund. §. 66. ſqq.

e) Apolog. I. ubi alii Planciam, vel Planiam, vel Flaviam legunt. Planiam poſt alios defendit Broukhuſius ad Tib. I, 1, 57. Plancam Ayrman. §. 73.

f) Nemeſin eſſe eandem cum Horatii *Glycera* lib. I. od. 33. vulgo exiſtimant. Potuit tamen etiam alia eſſe, quam poſt ceteras, adeoque tum amaſſe videtur, cum *iuniorem* amatorem ei *praeferri* mirum non eſſet. Pro eadem puella cum Nemeſi Glycera vix haberi

conditionis mulierem, ut videtur. Neaeram, puerumque Marathum, Sulpiciam quoque ac Cerinthum, amatorum par, carminibus celebravit. *g*) Miror autem, cur ab Ovidio duae tantum eius amicae nominentur, Delia et Nemesis; quarum alteram lecto morientis adstitisse, manuque illius deficiente pressam testetur. Fortasse *h*) (nihil enim commodius in mentem venit) sub Lygdami et Neaerae nominibus cuipiam amicorum gratificatus; non suis, at alienis amoribus, castis tamen et coniugalibus, inserviens. Parum libenter se militasse ipse non semel significat: nam et Pacis cultorem se profitetur, diramque sitim humani sanguinis identidem abominatur. Macrum et Horatium *i*) poëtas in familiaribus habuit: etiam T. Valgii, heroico versu excellentis, honorificam mentionem facit. *k*) Eius autem immaturus obitus Nasonis illustri Epice-

haberi potest, nam de Nemesis avaritia, non fastidio, quod senem se sperneret, conqueritur. De Neaera dictum est ad lib. III, 1. pr.

g) Sunt ea in librum IV. reiecta, eque viri doctissimi iudicio adeo ad Tibullum auctorem referenda. De qua re tamen tum alii dubitarunt, tum ipse Tibullum auctorem habere ea nego. Verum de hac controversia actum est diligentius ad lib. IV, 2. pr. De Maratho v. ad I, 4, 81. Obss. et I, 8.

h) Modestius quidem haec, nec minus tamen otiose, quam Ayrmannus §. 64. qui *nullum dubium esse* contendit, *quin per Sulpiciam et Neaeram aut eaedem illae* (Delia et Nemesis) *aut plane a nostri amore alienae puellae intelligantur; quoniam, si diversae fuissent, eas una cum reliquis Ovidius commemoraturus fuisse videtur.* At eodem argumento affirmabo, non modo Sulpiciam et Neaeram, sed etiam Nemesin fuisse eandem cum Delia, quia hanc unam Apuleius loco laudato memorat, et Martialis ea, quae Tibullus de Delia pronuntiavit:

Et iuvet in tota me nihil esse domo.

ad Nemesin retulit. Quid, quaeso, ea definire refert, quae affirmare et defendere nec licet, nec quicquam interest? Potuit Ovidius e pluribus Tibulli amicis nominare duas, forte potiore loco habitas aut aliis de caussis inter ceteras insignes.

i) quem ad nostrum oden 33. libri I. et epist. 4. libri I. scripsisse doctissimi interpretes existimant: quanquam nondum ab omni dubitatione exemta illa opinio, mihi quidem, esse videtur. De Macro Tibull. II, 6, 1.

k) IV, 1, 180. si modo illud carmen Tibulli est. Etiam Catulli III, 6, 41.

Epicedio defletus eſt, *l*) qui matrem et ſororem ſuprema illi pietatis officia perſoluiſſe ſcribit. Quanti autem Elegiae Tibulli aeſtimandae ſint, vel ex uno Fabio Quinctiliano *m*) colligere poſſumus; qui quum terſum iudicet atque elegantem maxime, ſimul ei principatum in hoc genere carminis facile tribuit. Horatius Caſſio Parmenſi praeponit. *n*) Ovidius *cultum o*) appellat, eiusque carmina nunquam intermoritura vaticinatur. Equidem Tibullo ſuaviorem poëtam, planiorem, aut magis aptum ad motus animi pingendos non invenio. *p*) Sunt, quibus Panegyricus ad Meſſalam minus arrideat; nec iniuria: voluit enim Auctor in illo poëmate egredi gyrum ingenii ſui; adeoque nil mirum, ſi ei non ſucceſſerit. *q*)

Ex vetuſtis codicibus et editionibus. r)

Albius Tibullus, eques Romanus, inſignis forma cultuque corporis obſervabilis, ante alios Corvinum Meſſalam oratorem dilexit:

l) III. Amor. eleg. 9. ſubiecta etiam hic inter teſtimonia.

m) Lib. X. Inſt. c. 1. *Elegia Graecos quoque provocamus: cuius mihi terſus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus.* Quintiliani hoc iudicium explicat ac defendit Ayrman. §. 99. 100. Ingenium et characterem elegorum Tibulli nuper vir doctus bene expoſuit in diſſ. de poëtis Eleg. Rom. (*in Nachträgen zu Sulzer* II. B. I. St.)

n) Compoſuerat Caſſius ille tragoedias, elegias et epigrammata, quae non magni habebantur. Itaque, cum Horatius dixit, Tibullum

Scribere, quod Caſſi Parmenſis
opuſcula vincat.

non tam eum laudare, quam hunc ſugillare voluiſſe dicendus eſt.

o) I. Amor. 15, 28.

p) Voluit, puto, Vulpius ſuavitatem et facilitatem cum ſententiarum tum numerorum, cum felicitate mira in reddendis affectibus mollioribus animi praedicare.

q) vide, quae ad eum dicentur infra. Verbo: Tibulli carmen illud vix eſſe videtur.

r) Scaliger hanc vitam ex libris ſcriptis potulerat, ſed iam in edit. Ven. 1475. et Reg. Lepid. excuſam eſſe Broukhuſius p. 2. monuit. Idem eam in quatuor libris invenerat, unde correctiorem, ita ut nunc eſt, exhibuit. Depravatior erat in Codice Regio: mendoſam etiam ex editione principe 1472. Vulpius propoſuit. Mendoſa quoque eſt in ed. Romana et aliis, etiam in Corvin. Subiecta fere eſſe

xit: cuius et contubernalis fuit, et Aquitanico bello militaribus donis ornatus eſt. *s*) Hic multorum iudicio, et maxime Quinctiliani, viri in ſtudio litterarum acerrimae licentiae, *t*) inter elegiographos principem obtinet locum. Epiſtolae quoque eius amatoriae, *v*) quanquam breves, omnino non inutiles ſunt. Obiit adoleſcens, tempore Virgilii, ut indicat epigramma infra ſcriptum:

Te quoque Virgilio comitem etc.

eſſe ſolet Carmini XIV. libri IV. In Corvin. *Eques Regalis* legitur, et *Corvinum Meſſalam* origine *dilexit;* utrumque compendioſae ſcripturae ignoratione.

s) Hoc ex Tibulli ſcriptis, vel aliunde, non conſtat. Elici tamen poteſt ex I, 7, 9. *Non ſine me eſt tibi partus honos.*

t) *acerrimae licentiae)* ſcil. in diiudicandis et reprehendendis veterum ſcriptis. Male Ayrmannus §. 98. emendabat *diligentiae.* Mox ſcr. *elegographos.*

v) Epiſtolas has amatorias nullas alias fuiſſe, quam carmina libri IV. vel a Sulpicia ad Cerinthum, vel ab hoc ad Sulpiciam miſſa putabat Ayrman. §. 105.

TIBVLLI

SIMVLQVE

M. VALERII MESSALAE

VITAE

Synopſis chronologica, confecta primum a Chr. Fr. Ayrmanno, nunc reciſis iis, quae vel levi vel nulla fide tradebantur, aliis, quae certiora erant, adiectis, recognita et emendata.

Anni V. C. Varron.	An. aet. Albianae ineuntes.	
695		Hoc anno ſecundum Euſebium, aut ſaltem duobus vel tribus ante, natus eſt praecipuus Tibulli patronus, M. Valerius Meſſala Corvinus.
705	1	Natus eſt anno hoc exeunte, ut Ayrmannus putabat, aut, quod contendebat, non ante annum V. C. Iↄcc. Albius Tibullus. At vulgo viri docti natales Tibulli in annum V. C. 690. coniiciunt. Neutrum certa et explorata fide.
711	7	Hirtius et Panſa, Coſſ. in praelio ad Mutinam ociderunt. Sed anni exitum adverſarum partium proſcriptio Romae a Triumviris facta, per quam Tibullus quoque maxima paternarum avitarumque poſſeſſionum parte, praeter unam ſorte villam in agro Pedano, exutus eſſe videtur, patre iam ante id tempus amiſſo.
		Tunc proſcriptus eſt Meſſala, ideoque ad Brutum et Caſſium ſe recepit.
		Eodem anno natus eſt Ovidius, neque multo ante Propertius. At Catullus poſt a. 705. obierat.

Devicta

712 8 Devicto Bruto et Caſſio, Meſſala ad Antonium, atque inde ad Caeſarem tranſiit.

718 14 Meſſala in bello Siculo, a Caeſare cum Sex. Pompeio geſto, Caeſari affuit, et in mercedem fortitudinis ac fidei Augur extra ordinem creatus eſt.

719 15 Salaſſi, Tauriſci, Iapydes, aliique rebellantes populi, Pannonii item, a Caeſare debellati ſunt, cui militiae Meſſalam quoque interfuiſſe probabile eſt. v. Dio XLIX, 34-37.

720 16 Hoc aut ſequente anno Meſſala, Legatus Caeſaris miſſus, Salaſſos aliosque cum iis iterum rebellantes populos devicit: v. Dio XLIX, 38. inter quos Iapydas, Pannonios, et Arupinos fuiſſe e lib. IV, 1, 107. ſqq. diſcimus. v. ibi not.

Ad hunc annum Sanadonius Horatii Epiſt. 4. lib. I. *Albi noſtrorum* ſ. refert.

723 19 Conſul una cum Caeſare factus eſt Meſſala, et eundem, cum adverſus Antonium iret, ſequutus, pugnae Actiacae interfuit; a qua nec Tibullum abfuiſſe contendebat Sanadonius, nulla eum fide.

Hoc anno aut proxime antecedentium aliquo in patrocinium Meſſalae receptus eſſe creditur Tibullus. Ei certe ſe commendare ſtuduiſſe putatur primo libri IV. carmine in laudes Meſſalae per eius conſulatum, et quidem ante aeſtatem, ſcripto; ſi quidem is a Tibullo ſcriptus videri poteſt. Verum etiamſi Scholaſtici alicuius ſetus ille eſt, potuit tamen ille rerum geſtarum fidem ad tempora ſequi.

Amaſſe videtur Tibullus iam tum Deliam ſuam, nondum eo tempore viro nuptam.

724 20 Statim a pugna Actiaca Meſſala contra rebellantes Aquitanos miſſus, eos debellavit, et Aquitaniam in provinciae formam redegit. v. ad lib. I. El. 7.

Eum in Gallias ſequutus noſter Albius, ipſius contubernalis, bello Aquitanico interfuit. v. ibid. Roma proficiſcens ſcripſiſſe creditur libri I. eleg. 10.

Per

Per Tibulli abſentiam Delia alteri nupſiſſe videtur.

725 21 Hoc anno ineunte Meſſala, cumque eo Tibullus, ex Gallia in Aſiam navigaſſe videtur; ſed hic, cum ad inſulam Corcyram perventum eſſet, in gravem morbum incidit, ibique a Meſſala relictus eſt. Inde mox, valetudine priſtina recuperata, Romam reverſus eſſe videtur. Scripſit in Corcyra libri I. eleg. 3.

Eodem et proxime ſequentibus annis Meſſala, Caeſaris exercitui praefectus, ipſo abſente, res in Aſia, Cilicia, Syria, Phoenicia et Aegypto conſtituit.

Interea Romam reverſus Tibullus ad amorem Deliae, tunc coniugis et alii nuptae, rediit, in eoque per hunc et ſequentes annos perduravit. Quo temporis ſpatio ſcripſit libri I. eleg. 1. 6. et 2.

727 23 A. d. VII. Kal. Octobr. Meſſala, ex Aſia Romam reverſus, de Aquitanis triumphum egit, atque Auguſti iuſſu, inter alios triumphales viros, partem viae Latinae muniendam ſuſcepit. v. lib. I. eleg. 7.

Brevi poſt triumphum Meſſalae ſcripta eſt in eius natalem libri I. elegia 7. porro lib. II. eleg. 1. ubi cf. v. 32. 33.

Intra idem tempus, ſi elegiarum ordinem ſequi licet, quod tamen admodum lubricum eſſe fatendum eſt, amavit noſter puerum Marathum. Huc refer libri I. eleg. 4. Is infelici in Pholoën amore urebatur, quam ei conciliare ſtudet Tibullus libri I. eleg. 8. Idem puer mox Tibullo relicto, alii ſe dedit; in quam perfidiam ſcripta libri I. elegia 9.

Edidiſſe tum librum elegiarum primum, prima ei elegia praemiſſa, videtur, in qua Meſſalam alloquitur; exemplo aliorum ex illo tempore. v. Bentleii praef. in Horat.

728 24 Meſſala primus urbis Praefectus creatus eſt; quo tamen magiſtratu ſe poſt paucos dies abdicavit.

Eodem anno Cornelius Gallus, primus Aegypti praefectus Auguſtalis, in invidiam Auguſti adductus, ad necem ſibi inferendam compulſus eſt. Sueton. c. 66.

Hoc

730 26 Hoc circiter anno, aut certe non longo poſt tempore, Meſſalinus, alter Meſſalae filiorum, in Quindecimvirum collegium cooptatus eſt. In cuius Sacerdotii auſpiciis ſcripſit Tibullus libri II. eleg. 5.

Circa idem tempus Nemeſin amavit, avaram puellam; de cuius moribus conqueritur libri II. elegia 4. Ipſa, eo ſpreto, cum ditiori amatore rus abierat. Tunc ſcripta libri II. elegia 3. et 4. et Macro, militatum profecto, elegia 6. Parabatur tunc expeditio Aelii Galli in Arabiam, ex qua etiam Iccius apud Horatium diteſcere volebat.

Per idem tempus in Cerinthi, cui puella, quam is amabat, pacta erat, natalem libri II. eleg. 2. *) ſcripta eſſe poteſt.

Praemiſſa elegia prima, qua Meſſalam honorifice appellat, vulgaſſe tum librum II. videtur.

Neaeram poſt illam amavit, quam etiam in matrimonium ducere voluiſſe videtur. vide III, 1. extr. 4. paſſim. At illa peregre profecta, ſumma aegritudine confectus amator ſcripſit libri III. eleg. 2. 3. Cumque, eam alteri nupſiſſe, incerta fama perlatum fuiſſet, elegiam 4. re vero plane comperta, eleg. 6.

Intra hoc tempus gravi morbo laborans, ad amicos, qui thermas Etruſcas adierant, miſit libri III. eleg. 5.

Kalendis

*) Paullo ante et per idem partim tempus carmina libri IV. ad Sulpiciam, huiusque ad Cerinthum, ſcripta fuiſſe neceſſe eſt. Et ad Sulpiciam quidem Kal. Martiis Carm. 2. eaque aegrotante c. 4. atque in eius natali c. 6. Ab ipſa vero Sulpicia ad Cerinthum venatum profectum carm. 3. in pueri natalem 5. cum potita eſſet puero, 7. cum timeret, ne a Meſſala rus abduceretur, 8. metu ademto 9. Conqueritur de tepore Cerinthi 10. aegrotans ſcripſit ad eum 11. et cum poeniteret pudoris ſui, 12.

Kalendis Martiis neſcio cuius anni libellum III. elegiarum conſcriptum Neaerae dono miſit, elegia prima praemiſſa.

Inter hos Neaerae amores, ſive inter illos Nemeſios, ſive alterius alicuius, ſcripta eſt Horatii oda 33. libri I. qua Glycerae amore excruciatum Tibullum narrat.

Extremos vitae annos in villae ſuae receſſu exegiſſe videtur Tibullus, gravioribus exinde ſtudiis daturus operam. Quo tempore ad eum Horatius ſcripſit epiſt. libri I. quartam. cf. Maſſon. Vita Horat. p. 155.

735 | 31 | A. d. x. Kal. Octobr. Virgilius obiit. Quem inſequutus mox eſt Tibullus.

751 | M. Valerius Meſſalinus, Meſſalae filius, Conſul fuit.

760 | Circa hunc annum idem Meſſalinus, Dalmatiae Pannoniaeque praefectus, parva manu magnum hoſtium fudit fugavitque numerum, et ornamentis propterea triumphalibus honoratus eſt.

764 | M. Valerius Meſſala Corvinus obiit.

CLARO-

CLARORVM ALIQVOT VIRORVM

DE

ALBIO TIBVLLO

Testimonia et Iudicia, ex ceteris, quae passim vulgata sunt, selecta.

Q. Horatius Flaccus Ode 33. Lib. I.

ALBI, ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glycerae, neu miserabiles
Decantes elegos, cur tibi iunior
Laesa praeniteat fide.

Idem Epist. 4. Lib. I.

ALBI, nostrorum sermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat? etc.

Paullo post:

Non tu corpus eras sine pectore. Dî tibi formam,
Dî tibi divitias dederant, artemque fruendi.

P. Ovidius Naso Lib. 3. Amorum Eleg. 9.

Memnona si mater, mater ploravit Achillem,
Et tangunt magnas tristia fata deas;
Flebilis indignos, Elegeïa, solve capillos.
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!
Ille tui vates operis, tua fama TIBVLLVS
Ardet in exstructo, corpus inane, rogo.
Ecce, puer Veneris fert eversamque pharetram,
Et fractos arcus, et sine luce facem.

Aspice,

Aſpice, demiſſis ut eat miſerabilis alis;
Pectoraque infeſta tundat aperta manu.
Excipiunt ſparſi lacrimas per colla capilli,
Oraque ſingultu concutiente ſonant.
Fratris in Aeneae ſic illum funere dicunt
Egreſſum tectis, pulcer Iüle, tuis.
Nec minus eſt confuſa Venus, moriente TIBVLLO,
Quam iuveni rupit quum ferus inguen aper.
At ſacri vates, et Divum cura vocamur:
Sunt etiam, qui nos numen habere putent.
Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat:
Omnibus obſcuras iniicit illa manus.
Quid pater Iſmario, quid mater, profuit Orpheo?
Carmina quid victas obſtupuiſſe feras?
Aelinon in ſilvis idem pater, Aelinon, altis
Dicitur invita concinuiſſe lyra.
Adiice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.
Hunc quoque ſumma dies nigro ſubmerſit Averno.
Diffugiunt avidos carmina ſola rogos.
Durat opus vatum, Troiani fama laboris,
Tardaque nocturno tela retexta dolo.
Sic Nemeſis longum, ſic Delia, nomen habebunt;
Altera, cura recens, altera, primus amor.
Quid vos ſacra iuvant? quid nunc Aegyptia proſunt
Siſtra? quid in vacuo ſecubuiſſe toro?
Quum rapiant mala fata bonos, (ignoſcite faſſo)
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.
Vive pius; moriere pius. cole ſacra; colentem
Mors tamen a templis in cava buſta trahet.
Carminibus confide bonis. iacet ecce TIBVLLVS.
Vix manet e tanto parva quod urna capit.
Tene, ſacer vates, flammae rapuere rogales,
Pectoribus paſci nec timuere tuis?
Aurea ſanctorum potuiſſent templa Deorum
Urere, quae tantum ſuſtinuere nefas.

Avertit

Avertit vultus, Erycis quae possidet arces.
  Sunt quoque, qui lacrimas continuisse negent.
Sed tamen hoc melius, quam si Phaeacia tellus
  Ignotum vili supposuisset humo.
Hinc certe madidos fugientis pressit ocellos
  Mater; et in cineres ultima dona tulit.
Hinc soror in partem misera cum matre doloris
  Venit, inornatas dilaniata comas.
Cumque tuis sua iunxerunt Nemesisque priorque
  Oscula: nec solos destituere rogos.
Delia discedens, Felicius, inquit, amata
  Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemesis, Quid ais? tibi sint mea damna dolori?
  Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen e nobis aliquid, nisi nomen et umbra,
  Restat; in Elysia valle TIBVLLVS erit.
Obvius huic venias, hedera iuvenilia cinctus
  Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.
Tu quoque (si falsum est temerati crimen amici)
  Sanguinis atque animae prodige Galle tuae.
His comes umbra tua est; si quid modo corporis umbra est.
  Auxisti numeros, culte TIBVLLE, pios.
Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna:
  Et sit humus cineri non onerosa tuo.

Idem Lib. I. Amor. Eleg. 15, 27.

Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,
  Discentur numeri, culte TIBVLLE, tui.

Idem Lib. III. Artis v. 333.

Et teneri possis carmen legisse Properti;
  Sive aliquid Galli, sive, TIBVLLE, tuum.

Idem Remed. Amor. v. 763.

Carmina quis potuit tuto legisse TIBVLLI,
  Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?

Idem

Idem Lib. II. Trist. v. 447.

Credere iuranti durum putat esse TIBVLLVS; *)
Sic etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur;
Seque sua miserum nunc, ait, arte premi.
Saepe, velut gemmam dominae signumve probaret,
Per caussam meminit se tetigisse manum.
Utque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
Et tacitam mensae duxit in orbe notam.
Et quibus e succis abeat de corpore livor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet; peccet ut illa minus.
Scit, cui latretur, quum solus obambulat ille:
Cur toties clausas exscreet ante fores.
Multaque dat talis furti praecepta: docetque,
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi; legiturque TIBVLLVS,
Et placet, et iam te Principe notus erat.

Idem Trist. IV, 10, 51.

Virgilium vidi tantum: nec avara TIBVLLO
Tempus amicitiae fata dedere meae.
Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi;
Quartus ab his serie temporis ipse fui.

Ibid. Lib. V, 1, 18.

Delicias si quis lascivaque carmina quaerit:
Praemoneo, nunquam scripta quod illa legat:
Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Aptior, ingenium come, TIBVLLVS erit.

C. Velleius Paterculus Lib. II. Hist. cap. 36.

Paene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quae maxime nostri aevi eminent, princeps carminum Virgi-

*) Haec omnia, paullo tantum inflexa, leguntur apud ipsum Tibullum Eleg. 6. Lib. I.

Virgilius, Rabiriusque, et consecutus Sallustium Livius, TIBVLLVSque et Naso, perfectissimi in forma operis sui.

M. Fabius Quinctilianus Lib. X. Instit. Orat. cap. 1.

Elegia Graecos quoque provocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor TIBVLLVS.

P. Papinius Statius Lib. I. Silv. 2. *v.* 252.

— Hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro,
Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis, divesque foco lucente TIBVLLVS.

M. Valerius Martialis Lib. IV. Epigr. 6, 3. 4.

— Qui compositos metro TIBVLLI
In Stellae recitat domo libellos.

Idem Lib. VIII. Epigr. 73, 7. 8.

Fama est arguti Nemesis formosa TIBVLLI:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.

Idem Lib. XIV. Epigr. 193.

Ussit amatorem Nemesis lasciva TIBVLLVM,
In tota iuvit quem nihil esse domo. *)

L. Appuleius Apologia.

Accusent — et TIBVLLVM, quod ei sit Plautia in animo, Delia in versu.

C. Sollius Sidonius Apollinaris Carm. 9.

Non Getulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, TIBVLLVS.

Idem ad Hesperium.

Memineris, quod saepe versum complevit Delia cum TIBVLLO.

Diomedes Grammaticus Lib. III. cap. 6.

Quod genus carminis (Elegiam) praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et TIBVLLVS, imitati Graecos, Callimachum et Euphorionem.

Ioannes

*) Vide Tibullum Eleg. 5. Lib. I. v. 30.

Ioannes Baptista Pius Annot. poster. cap. 115.

Princeps Elegorum poëtarum est dubio procul ALBIVS TIBVLLVS, quia vere, non dissimulanter aut obnoxie, amantem agit; modo superbit, modo supplicat, annuit, renuit, minatur, intercedit, dedignatur, devovet, orat, inconstans est, quod voluit, non vult, quod optavit, refugit, secum diffidens, ut in vera cupidinis rota illum circumagi credas. Non deest tamen in tanto lepore verborum suus nitor et reconditarum rerum cognitio.

Angelus Politianus Nutric. v. 539.

— Ut tersi memorat pia Musa TIBVLLI,
Musa sibi primos quae iure adsciscit honores
Imparibus numeris, ni blanda Propertius ora
Solvat, et ambiguam faciat certamine palmam.

Iulius Caesar Scaliger Lib. VI. Poëtices cap. 7.

Facilius e TIBVLLI locis expediemus censuram nostram. Uniformis ille paene totus est, vixque discedens ab se ipso eodem paene gyro concluditur. Audis enim casas, focos, rura, nemora, praela, spicas, sacra tum saepe, tum multum. Omnium vero cultissimus, nec redundans in Elegia.

Ioachimus Camerarius in Elementis Rhetoricae.

Ego vero quoties TIBVLLI carmina lego, nihil amplius requiro neque venustatis, neque elegantiae: doctrinam autem et eruditionem admiror. Omnia arte studioque summo elimata mihi videntur: itaque in maxima facilitate illa tamen cura elaborationis conspicitur. Verba optima, sententiae exquisitae, compositio omnibus, ut aiunt, numeris perfecta. Ex quo necesse est hoc consequatur, carmina ut sint et canora, et splendida, et concinna.

Hadrianus Turnebus Lib. XVI. Adverf. cap. 19.

TIBVLLVS, ille politus suavisque poëta, et quidam Phoebeus olor, in quo sincerus esse videtur et ingenuus Latini sermonis sapor, nullo peregrino vitiatus fucco.

Iacobus Sannazarius Eleg. 1. *Lib. II.*

Battiaden docti sectatur Musa Properti:
Flaccus Pindaricos dividit aure modos.

Passeris

Pafferis exfequias fracto canit ore Catullus:
Tu Nemefin laudas, culte TIBVLLE, tuam.

Iuftus Lipfius Lib. I. Var. Lect. cap. 21.

TIBVLLVS elegans cumprimis poëta, et in cuius puriffimis fcriptis nativa quaedam et vernacula Latinae linguae munditia relucet.

Ifaacus Cafaubonus Lection. Theocrit. cap. 17.

Conferant tamen ftudiofi poëticarum amoenitatum Idyllium hoc cum poëtae cultiffimi TIBVLLI Elegia quarta, libro primo. Nam illa videntur ad Theocriti imitationem dicta:

Carmine purpurea eft Nifi coma: carmina ni fint,
Ex humero Pelopis non nituiffet ebur.

Francifcus Modius Silv. Carm. 15. *ex perfona Tibulli.*

Ut Cidnus nullas fordes, nitidiffimus amnis,
Volvit, et a limo purus ubique fluit:
Sic mea, Romanas inter caftiffima Mufas,
Undique nativo culta decore nitet.
Ergo aliae placeant ornatu trans mare fumto:
Noftra fuo, et patrio fi placet una, fat eft.

Andreas Schottus Lib. I. Nodor. Ciceron. c. 7.

TIBVLLVS autem elegans Latini fermonis poëta.

Idem ibidem cap. 8.

Eft purus et elegans, bonusque Latinitatis auctor TIBVLLVS, Eques et ipfe Romanus, qua tempeftate, ut hodieque, nobilium quam plebeiorum cultior ac politior fermo fuit.

Idem Obfervat. Human. Lib. II. cap. 13.

Scitus et elegans tum in verbis, tum in numeris TIBVLLVS: fed qui e Graecis fontibus pleraque expresserit.

Cafp. Barthius Lib. IV. Adverf. cap. 11.

Et quis melior TIBVLLI expofitor, quam TIBVLLVS? qui tot faeculis parem non habuit, ac ne imitatorem quidem, quem fane noftra faecula legant? Et faepiffime miratus fum hoc fatum Romanae Ecclefiae; et floruiffe et defloruiffe una aetate Amatoriam eius Venerem, quantum quidem ad nos pertinet:

nam Martialis et Papinii aetate, quod ex ipſis et Plinio etiam Iuniore conſtat, talia non pauci ſcripſerunt. Verum cum ipſis fere nominibus et hi et ſequentis aevi interierunt.

Vincenzo Gravina nel Diſcorſo delle Favole antiche.

TIBVLLO è pieno di ſoavità, di grazia, di tenerezza, di paſſione, di purità, e d'eleganza, tanto nel numero quanto nelle parole, maravigliosa, e perfetta.

Petrus Lotichius Secundus.

Talis in Aonidum patria, ſilvisque beatis
Perfluit aeternus ſancta vireta liquor.
Illic largifluas vatum chorus omnis ad undas
Inter odoratum ludit amatque nemus.
At myrti vacua ſolus gemit unus in umbra,
Quem circum lacrimis omnia plena madent.
Hunc quondam facilem pharetrato ſemper Amori
Ipſa Venus campos duxit in Elyſios.
Hoc duce carpe viam. Sed enim tu mente pudica,
Caſte puer, caſtis carmina finge modis.
Ipſe quidem, nec vera nego, Sulmonis aquoſi
Ad Muſas propius monſtrat Alumnus iter:
Sed tantum ſuperat facundi Muſa TIBVLLI,
Quantum voce alias Daulias ales aves.

ALBII



ALBII TIBVLLI

LIBER I.

ELEGIA I.

Divitias alius fulvo ſibi congerat auro,
Et teneat culti iugera multa ſoli,

Quem

Elegia I.

A Meſſala anno 723. invitatus, ut in cohorte eius ad bellum contra Antonium proficiſceretur, et ſtudium otii vitaeque ruſticae, quo animus paucis contentus teneretur, et amorem tenerrimum, quo Deliam quandam, libertinam forma inſigni, amplecteretur, patrono excuſavit. cf. Vitam Tibulli. A defenſione inertiae ſuae poſtremo in affectum ſubtriſtem ac mollem deſinit, mira cum ſenſus veritate et orationis elegantia expreſſum.

1. *Divitias — auro*) Ornate ſtatim hoc. Simplex erat: alius ſibi

Quem labor assiduus vicino terreat hoste,

Martia

sibi divitias paret. Addi poterat: auro congesto. Inde doctius dictum: congerere divitias auro. Similis fere locus inf. III, 3, 11. 12. *Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri, Arvaque si findant pinguia mille boves?* Ponit autem, quod Salmasius de M. U. p. 89. tum Heins. ac Vulpius notarunt, duo modos copiarum ac facultatum, quas quis aut in nummis aut in fundis habet; respectu tamen, ut iam olim arbitrabar, ad duplex ex militia commodum, praedae et assignandorum agrorum. Etenim inter modos sollemnes, quibus opes et facultates sibi pararent homines, retulerat hoc temporum calamitas bellorumque civilium furor, ut militiae nomen darent non modo stipendiis auctis, sed et certis post militiam praemiis constitutis, certoque agri modo praefinito, quem accepturi erant. Hinc natae illae inter bella civilia agrorum assignationes, utque eos nanciscendi copia adesset Triumviris, proscribendi dominos mos immanissimus. Nec tamen aliter conscribi aut compleri et instrui legiones ad tantum numerum auctae poterant. Accedebat licentia praedandi, inprimis in bellis cum barbaris gestis, ita ut inter artes se ditandi haberetur vulgo ea aetate praeda inter militiam facta. Hinc poëtae toties praedam et divitias iungunt. et Tibullus I, El. 2, 68. — *praedas et arma sequi.* et lib. II, 3, 35. sqq. *Ferrea non Venerem, sed praedam saecula laudant* etc. Confer inprimis Propert. III, 4, 1. (III, 3, 1.) *Arma deus Caesar dites meditatur ad Indos* etc. ibique v. 21. et III, 5, 3. 11. (III, 3, 25. 33.) sq. ubi multa sunt, quae cum Tibullo possint comparari. Eodem spectant inf. v. 52. *viae*, ob quas puellam flentem ferre nequit. H. Cave ne verbo *tenere*, quod nonnulli in Latinitate parum curiosi posuerunt, significationem verbi *parare* tribuas, quam priora postulare videntur. Variavit Tibullus, et quibus modo, ut quaererent bona, apprecatus est, eosdem hoc versu possidentes fecit; ut infra 49. *Sit dives iure* pro: divitias sibi paret. Itaque *teneat* est accepta possideat. W.

3. 4. Verba impedita et ne satis quidem propria. Sed de hoc v. Obss. Sensus omnino hic est: Paret alius sibi aurum et agros per militiae praemia et praedam; id quod fit, dum in molesta militia versatur, et modo, assidente castris hoste, perpetuo terrore agitatur, modo, ubi tranquille obdormiit, signis militaribus excitatur. Ergo *labor* h. l. pro periculo dictus accipiendus est. Exempla tamen huius usus desidero; neque ex

attulit

Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent:

Me

attulit vir doctus in Bibliotheca critica P. III. p. 66. H. *labor aſſiduus — terreat* h. e. exerceat, coniunctus cum terrore, hoſte vicino. Si cogitabis milites frumentatum, aquatum, lignatum miſſos ab hoſtibus aſſidentibus plerumque vexari et turbari, quo modo *labor terrere* poſſit, non amplius quaeres. Similia Graeci dixerunt, velut Sophocles Philoct. 864. πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος. Verba *quem—terreat* cum pars voti ſint, atque a voto pendeant hoc ſenſu: ea lege, ut eum terreat, coniunctivi rationem eandem atque optativi apud Homerum Od. α, 47. ϑ, 239. eſſe perſpicies. Adde inf. 15. 16. W.

4. *claſſica pulſa*) Proprium ac ſollemne eſt *canere claſſicum* aut *flare*, *inflare*, quandoquidem vel cornu vel tuba ſeu buccina illud canitur. Et ſic Propert. III, 3, 41. (III, 2, 41.) *Nil tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu Flare.* et Virgil. Ge. II, 539. *Necdum etiam audierant inflari claſſica.* Facile tamen intelligas, claſſica *flata*, *canta*, dicere poëtam non potuiſſe; incidiſſe itaque in *pulſa*, tanquam flata, ſpiritus vi impulſa, ad ſonos edendos concitata, ut translatum ſit a pulſis tympanis, cymbalis, crotalis. Ita fere Graeci tubarum ſtrepitum per κτύπον exprimere poſſunt, et exprimunt, v. c. Plutarch. in Numa p. 73. C. Sed v. Obſſ. Nec vero claſſica h. l. eſſe poſſunt alia, quam quae repentino hoſtis incurſu aut alio periculo ac caſu milites ad arma vocant. Nam, quod olim, Broukhuſio obſequutus, putabam, de cantu buccinae, ad quem ſingulae nocturnae vigiliae ordinabantur, vix bene haec accipiuntur, quum, quod appoſuit poëta, *vicino hoſte*, ſatis declaret, ad periculoſa tempora et terrores repentinos ex hoſtium acceſſu haec ſpectare. Interpellatur his ſomnus aut nox inſomnis exigitur. Solent porro poëtae belli aut militiae aerumnas aut terrores per ſomnos claſſico interruptos declarare; ut in noto illo Horatii V. Carm. 2, 5. *Neque excitatur claſſico miles truci.* Lucan. IV, 394. *Non praelia feſſos Ulla vocant, certos non rumpunt claſſica ſomnos.* Silius Ital. XV, 48. *Haud unquam trepidos abrumpet buccina ſomnos.* Quod adiectum hic *trepidos* vides, id ipſum eo ducit, ut ad terrores hoſtiles referendum cenſeas. Auctor Aſtronomicorum in Catalect. Scalig. p. 239. (Anthol. Lat. To. II. p. 326.) *claſſica turbant.* et apud Calpurn. IV, 131. ſunt *claſſica turbida.* Eundem terrorem ex claſſico ſeu tuba repente audita intellige apud Auctorem Paneg. in Piſon. v. 129.

Me mea paupertas vitae traducat inerti,
Dum meus exiguo luceat igne focus.

Ipſe

— nec ſemper in armis
Bellica turba manet, nec tota claſſicus horror
Nocte dieque gemit.

Dixit horrorem claſſicum pro ſono claſſici, qui horrorem incutit. Ceterum, ut obiter moneam, apparet in voce *claſſicum* proprie intelligi *ſignum:* primitus, quod claſſibus populi datum eſſet.

Statius comparat illa fragmenti Bacchylidis, apud Stobaeum LIII. de Pace (unde Stephanus in Fragm. Lyric. p. 252. Urſin. p. 200. Brunck. Analect. T. I. p. 150. retulerunt):

Χαλκέων δ᾽ οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος,
Οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων,
Ἀμὸν ὃς θάλπει κέαρ·
Συμποσίων δ᾽ ἐρατῶν βρίθοντ᾽ ἀγυιαὶ,
Παιδικοί θ᾽ ὕμνοι φλέγονται.

Ita enim iſti verſus videntur poſſe conſtitui.

5. *vitae traducat inerti*) h. ad vitam. *Traducere* h. l. aut dictum, ut *tradere, reddere, dare ſe, otio, litteris,* uti etiam *παραδοῦναι* et *δοῦναι.* Sic Homer. *δοῦναι ὀδύνῃσιν* Il. ε, 397. *γήραϊ, ἀχέεσσιν* Od. τ, 167. δ, 356. Heſiod. *Ἔργ.* 705. ubi tamen variat lectio *θῆκε* pro *δῶκε.* aut ad otium traducitur poëta, ſc. a vita laborioſa; uti v. c. ab una vitae ratione ad alteram traducimur. Senſus: Ego pauper, contemtis divitiis, vitam deſidioſam, nullo labore et moleſtia vexatam, vivam, dummodo rebus ad vitam neceſſariis haud indigeam. Pro his poſuit unum genus, focum ardentem. H. *paupertas* eſt ſtudium paupertatis, ut *gloria* pro ſtudio gloriae apud Horat. Ep. I, 18, 22.

Gloria quem ſupra vires et veſtit et unguit.

Adde Tac. Ann. I, 8. *Tertio gradu proceres civitatis ſcripſerat, pleroſque inviſos ſibi — iactantia gloriaque ad poſteros* h. e. gloriae ſtudio ad poſteros. — *vitae inerti.* Vita iners eſt libera a belli laboribus, otioſa, qua ſignificatione *otium* II, 6, 5. uſurpatum legitur. Adde Germ. Tac. 14. Neque haec explicatio mira videbitur et contextum expendenti et Romanos ad rem publicam, in primis ad bellum omnia revocaſſe, quod vel ſignificatione formulae loquendi *res gerere,* aliarumque comprobatur. — *traducat* ad militiae labores iam toleratos 25. ſpectat. Ceterum ex variis generibus vitae otioſae ruſticam vitam, quam toto Albium amplecti animo tot carminum eius loca, ut I, 2, 73. ſqq. 5, 21. ſqq. 10, 39 ſqq. teſtantur, illi placere, verſibus ſequentibus declaratur. W.

Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, et facili grandia poma manu.
Nec Spes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos
Praebeat, et pleno pinguia muſta lacu.
Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in trivio florea ſerta lapis;
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Liba-

8. *facili — manu*) h. habili, apta. v. Burm. ad Ovid. I. Art. 160. H. ſolerti induſtria, explicante Forcellinio. *Ipſe* aliorum vel ſervorum opera non uſurus. vid. I, 2, 75. 3, 58. 5, 11. II, 6, 8. Res nota. W.

9. *Spes*) h. l. Dea, v. Broukh. quam, ut poëta, pro ipſa ſpe bonae meſſis et vindemiae, quae non fallat, ponit. Notandum vero illud, non tantum deam promittere vel ſpondere aliquid, v. II, 6, 27.; ſed eſſe eam hic inter deos δοτῆρας ἐάων.

11. *Nam veneror*) Niſi fragmenta haec tantum ſunt elegiae ſive unius ſeu plurium, ſententiarum iunctura fortaſſe haec eſt: felicem frugum ex agris et vineis proventum fore, ſperare licet, cum pietas mea diis cordi non eſſe nequeat: nam veneror etc. Intelligendus autem Hermes, vel Hermae, quales Silvani, Panis, Bacchi, Priapi ex ligno vel lapide frequentes in viis agrisque reperiebantur. Ad idem genus ſpectant Termini. Ovid. II, Faſt. 641. *Termine, ſive lapis, ſive es defoſſus in agris Stipes.* Hos Terminos ſeu rudia deorum agreſtium ſigna ait poëta ſe *venerari*, debito honore afficere. Fiebat autem hoc, corollis ſigno imponendis, infulis iniiciendis, inprimisque ut unguento hermas delibuerent: qua de re v. Apulei. Florid. I. pr. et ibi Colv. p. 164. Clement. Alex. Strom. VI. p. 843. Pott. et ibi Intpp. Add. Cic. Verr. IV, 35. ſ. 76. extr. Exſtat etiam inter tabulas Herculanenſes depicta talis religio To. IV. ubi v. p. 216. n. 12. — *deſertus*) h. defixus, defoſſus, uti *inſerere* eſt infigere. v. Broukh. et Vulp. H. Sed vide Obſſ. W.

12. *lapis*) ſignum dei agreſtis e lapide, ut ante *ſtipes* ſignum e ligno. Interpretibus eſt lapis compitalis. cf. ad Minuc. Fel. Octav. c. 3. Ad ſolum Terminum res revocari nequit.

13. *novus educat annus*) h. novum anni tempus, ſc. ſive auctumnale, ſive aeſtivum, quod poma naſcentia temperie ſua fovet. Hoc enim eſt *educat*, vel

Libatum agricolae ponitur ante deo.
Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores;
Pomoſisque ruber cuſtos ponatur in hortis,
Terreat ut ſaeva falce Priapus aves.

Vos

vel ſimpliciter profert, gignit: ut in Luſibus 51.

Betasve, quantas hortus educat nullus.

Cf. Vulp. *Annum* vocabant quamlibet anni partem, ut notum. v. Broukh. Vulp. Declarat autem poëta ſe omnium fructuum *primitias* apponere. Hinc *libatum*, praecerptum, et *ante*. H. De verbis *ponitur ante* vide Obſſ. W.

14. *agricolae — deo)* Abſolute ita dictum *deum agricolam* vix alium putes eſſe, quam Priapum. Sic et inf. El. 5, 27.

Illa deo ſciet agricolae pro vitibus uvam,
Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.

Videtur tamen h. l. obſtare, quod paullo poſt memoratur iterum Priapus. Broukh. et Heinſ. Adv. 1, 2. Vertumnum intelligunt; Vulpius deum quemcunque agriculturae praeſidem. Nihil ſane eſt, quod definiri poſſe putem. Nam et Silvanus et Pan eſſe poteſt *deus agricola*. Dicemus igitur eſſe abſolute poſitum pro vulgari: *agricolis diis ponitur*. H. Hoc quidem cum Guyeto verum puto, et V, 27. vid. Obſſ. Ceterum pietate ſua in deos agricolas memorata, qua meretur, ut uber agrorum et vinearum proventus ſibi daretur, ad vota 15. commode transiit, quae conditionaliter concepta eſſe apparet: *Si Spes me non deſtituat, tibi ſit.* W.

16. *corona ſpicea, quae templi pendeat ante fores)* ex more. Prop. IV, 3, 17.

Omnibus heu! portis pendent mea noxia vota.

quae de templorum, non urbis, portis accipienda ſunt; paullo infr. v. 57.

Flore ſacella tego.

cf. Paſſerat. ad Prop. IV, 9, 29. *Templum* autem intellige ſacellum, quale eſt, quod infr. memorat lib. I. El. 10, 20. Ut, quantum lyrica oratio ab elegis diſtet, intelligatur hoc exemplo, apponam, quomodo Horat. Carm. Sec. 29. 30. hanc eandem ſententiam, quae in Tibullo eſt, efferat:

Fertilis frugum pecorisque tellus
Spicea donet Cererem corona.

17. *ruber cuſtos)* quia minio pictus. Notum ex *Luſibus*.

18. *ſaeva falce)* ut *Virg. ſaeva arma, ſaevus enſis* etc.

quo

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
Cuſtodes, fertis munera veſtra, Lares.
Tunc vitula innumeros luſtrabat caeſa iuvencos:
Nunc agna exigui eſt hoſtia magna ſoli.
Agna cadet vobis, quam circum ruſtica pubes
Clamet: io meſſes et bona vina date.

Iam

quo quis ſaeva facit. H. Forcellinius interpretatur potens, terribilis, collato Virgiliano Aen. I, 138. *ſaevumque tridentem.* W.

19. *felicis quondam, nunc pauperis agri*) *felix* ager, qui proprie ferax, bonus, eſt, ex oppoſitionis lege h. l. eſt dives, copioſus, bene inſtructus, villa opulenta. Compara vſſ. 21. 22. Sic Virgil. VII. Ecl. 34. *cuſtos es pauperis horti*, eodem ſenſu, ut h. l. Reſpicit autem belli civilis tempora, quibus patrimonii partem per proſcriptiones amiſerat. H. *ager felix* eſt is, qui largo proventu horrea ditat, ut in carmine ad Meſſalam dicitur, ubi 183 — 9. illa agri deminutio deploratur, de qua vide Vitam Tib. De hoſtiis pro modo agelli caeſis cf. H. Voſſium ad Ecl. Virg. I, 8. p. 18. 19. — Carmine I, 10, 26. Laribus viliorem hoſtiam, *porcum* pro incolumitate ſua vovet, quem et agro luſtrando ſatis convenire verbis *hoſtia magna* non obſcure declaratur. W.

20. *Lares*) Vulpius, ſequutus Statium, compitales intelligit. Melius Broukh. agreſtes ſive rurales. Nempe Dii iſtius agri, ſive villae, praeſides. cf. Cato de R. R. 143. Suaviter autem agri fines lati vel anguſti declarantur ex luſtratione in ambarvalibus, aliove feſto.

23. *Agna cadet vobis*) Ergo Laribus ſacrum h. l. factum intelligendum. Agit autem de ſacro, quo luſtrantur greges et agri. Tale *ambarvale ſacrum* facit argumentum Eleg. I. lib. II. Ibi Bacchus et Ceres vocantur et preces fiunt ad deos patrio v. 17. et ſic etiam annuum ſacrum Cereri et Baccho factum ad gregis luſtrationem extrema hieme, ineunte iam vere, Virgil. memorat Ge. I, 338. ſqq. ad 347. *Suovetaurilia* vero Cato de R. R. c. 141. in quibus Marti patri preces faciendas praeſcribit. Ferias *Sementivas* Ovid. Faſt. I, 658 ſqq. Haec et alia adducunt me, ut ſacra eiusmodi luſtralia plura inter ruſticos viguiſſe exiſtimem; alia fortaſſe magis, alia minus ſollemnia. Ad haec minus ſollemnia et privata cuiusque religione concipi inſtituique ſolita refero ſacrum luſtrale, de quo

h. l.

Iam modo, iam poſſum contentus vivere parvo,
Nec ſemper longae deditus eſſe viae;
Sed Canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.
Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem,
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves;
Non agnamve ſinu pigeat fetumve capellae

De-

h. l. agitur. Aliud eſt, quod paullo poſt v. 35. memoratur, quod ad luſtrationem in Palilibus XI. Kal. Mai. fieri ſolitam referendum eſt. Ab omnibus his diverſa ſunt Suovetaurilia, publicum feſtum in luſtro condendo celebrari ſolitum. Vulgo a viris doctis omnia uno eodemque loco et nomine habentur.

25. 26. Nunc tandem ſibi contigiſſe ait, quod diu in votis habuerat, ut mediocri fortuna, quam paupertatem vocat, contentus in villa ſua otietur. Sed de verſſ. his ſeu corruptis ſeu ſpuriis v. Obſſ. *parvo vivere. parvum* de re modica, paupere, non lautiſſima, ut ſaepe alibi. Notum illud Horatii II C. 16, 13. *vivitur parvo bene.* et Virgil. Ge. II, 472. *exiguo adſueta iuventus.* cf. h. l. Broukh. (Apud Iuv. Sat. IX. v. 9. *modico contentus agebas.* W.) Mox *Canis aeſtivos ortus* pro aeſtu ſub ortum illum ingruente poſuit ex poëtarum more. *Viam* autem de militia in longinquis terris accipe. cf. v. 52. H. *longae viae.* Et terreſtria et maritima itinera intelligenda ſunt: hinc explica inf. 49.

ſit dives iure, furorem
Qui maris et triſtes ferre poteſt pluvias.

Eodem ſenſu *viae* accipiendae ſunt I, 1, 52. 3, 14. De terreſtri itinere ſolo cogitandum I, 4, 41. 9, 16. ubi *via longa* memoratur, de maritimo II, 5, 62. Vide etiam Mitſch. ad Hor. Od. II, 6, 7. Ad verba *deditus viae* illuſtranda bene H. Voſſius Ovid. Met. XIII, 921. *deditus aequoribus* et Lucret. IV, 993. *fugae deditus* comparavit. Ad verſum 30. cf. Stat. Theb. III, 431. *haſta increpare.* W.

31. 32. Ad ſenſum humanitatis hoc iucundum eſt; inde delectant verſus. Calpurnii imitationem V, 39. ſqq. iam alii notarunt. Nec abludit Statii locus VII. Theb. 396. de paſtore mane gregem e caula educente:

Ipſe levat gravidas, et humum tactura parentum
Ubera, ſucciduasque adportat matribus agnas.

Desertum, oblita matre, referre domum.
At vos exiguo pecori, furesque lupique,
Parcite; de magno est praeda petenda grege.
Hic ego pastoremque meum lustrare quotannis
Et placidam soleo spargere lacte Palen.
Assitis, divi, neu vos de paupere mensa
Dona, nec e puris spernite fictilibus.

Ficti-

33. *exiguo pecori*) h. l. ad numerum spectat vox *exiguo*; pro exiguo grege dixit. H. *pecus* nimirum et numerum pecudum significat. Hinc Livius 27, 32. *Fuerunt — pecoris omnis generis ad millia viginti.* In verbis *de — grege* praepositione *de* partem totius sumi significatur. Liv. 27, 1. *Maroneam et Meles de Samnitibus vi cepit.* cf. I, 6, 80. Hinc apud Ciceronem *excipere de.* Vide et infr. 40. W.

35. *pastoremque meum lustrare*) v. II, El. 5, 87. cf. Ovid. Fast. IV, 727. sqq. unde apparebit, ad Palilia haec esse referenda. Conf. modo dicta ad v. 23. Ad religionem poëtae hoc quoque fragmentum spectat. H. Non transiliendo solum ardentes stipulae acervos, Ovid. Fast. IV, 781., sed sacris etiam factis Palilibus (d. XXI. Apr.) pastorem lustrari creditum esse, docet idem Fast. IV, 747. — Copulae *que — Et* duo ad unam rem describendam pertinentia iungunt, ut I, 3, 25. 5, 54. 9, 69. De copulis *que — que* vid. Obss. ad I, 2, 29. W.

36. *spargere lacte*) Videntur adeo non modo vasa lacte plena apposita fuisse, sed et lacte adspersum deae signum. Nisi poëta libationem in ara factam declarat; quod verum arbitror.

38. *e puris — fictilibus*) Intelligit patellas, quibus impositae fruges offerebantur diis. Trahit autem ad simplicitatem vitae h. l. et paupertatem id, quod in sacris omnino mos retinuerat, etiam postquam luxus remp. perdiderat. Qua de re passim viri docti egere. cf. ad h. l. Statius et Broukh. Locus classicus erat Plinii XXXV, s. 46. ubi inter alia: *In sacris quidem etiam inter has opes hodie — fictilibus praelibatur simpuviis.* (Et Iuvenalis temporibus fictilia in sacris retenta esse, ostendit Sat. VI, 342 - 5. W.) De simplicitatis vetusto ritu in sacris omnino servato v. Porphyr. de Abstinent. lib. II, 17. 18. *Pura* ornans est epitheton, tamen h. l. a religione ductum, quae

Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
Pocula, de facili compoſuitque luto.
Non ego divitias patrum fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita meſſis avo:
Parva ſeges ſatis eſt; ſatis eſt, requieſcere lecto
Si licet, et ſolito membra referre toro.
Quam iuvat immites ventos audire cubantem,
Et dominam tenero detinuiſſe ſinu;

Aut,

quae pura et caſta requirit. H. Similem locum Tibulli, ubi Lares, ut ſe incolumem praeſtent, obteſtatur, vide I, 10, 17.

Neu pudeat priſco vos eſſe e ſtipite factos;
Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.

De fictili eius ſupellectili vide II, 3, 47. W.

39. 40. Cauſam, cur fictilia dii reſpuere non debeant, addit: maiorum morem et uſum. *de facili — luto*) Eſt argilla, quae tractari et fingi poteſt, non quia vilis et parabilis eſt. Ovid. Met. XV, 169.

Utque novis facilis ſignatur cera figuris.

ita enim malim legi, quam *fragilis*, quod ab Heinſio repoſitum fuit. (et invito Burmanno. W.) Hinc translatum eſt, ut *facilem* dicamus hominem commodum, non moroſum aut pertinacem. H. Ad conſtructionem compara Iuv. VI, 344.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

et infr. II, 1, 59.

Rure puer verno primum de flore coronam
Fecit.

cf. Not. ad 33. W.

41. Locus dulciſſimus propter animi ſimplicitatem contenti modico, dummodo otiari et amare liceat.

44. *membra ref. toro*) h. e. in torum, qualem conſtructionem apud Propertium II, 33, 41. (24, 41.)

Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter

in verbis *ſe recipere lecto* animadvertis. *Torum* ad lectum discubitorium, in quo epulis accumbebant, *lectum* ad quietem fruendam (compara Propert. I, 8, 33. *requieſcere lecto*) referunt Vulpius et H. Voſſius. W.

45. *Quam iuvat*) Haec commemorat reſpectu itinerum militarium terra marique, quae paullo poſt v. 50. 52. comparaturus eſt cum hoc otio. H. *detinuiſſe* pro detinere, de qua ratione perfecti ad morem Graecorum

Aut gelidas hibernus aquas quum fuderit Auſter,
  Securum ſomnos, imbre iuvante, ſequi!
Hoc mihi contingat; ſit dives iure, furorem
  Qui maris et triſtes ferre poteſt pluvias.
O quantum eſt auri potius pereatque zmaragdi,
  Quam fleat ob noſtras ulla puella vias!
Te bellare decet terra, Meſſala, marique,
  Ut domus hoſtiles praeferat exuvias:

Me

corum vide Obſſ. ad I, 7, 40.— Ad verba *gelidas — Auſter,* quorum ſenſus eſt: cum pluvia decidit, penitus intelligenda imaginem Noti pluviam concitantis apud Ovid. Met. I, 268. 269. compares. W.

48. *ſomnos, imbre iuvante, ſequi*) h. ſomno indulgere. cf. Vulp. h. l. Laudant illa Sophoclis ex Cic. II. ad Att. 7.

— — — — κἂν ὑπὸ ϛέγῃ
πυκνῆς ἀκȣ́ειν ψεκάδος εὕδȣ́σῃ
φρενί.

h. ſecura mente, ut h. l. Appoſitum non minus dictum illud veteris Comici:

Ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην
ἔχων,

quod laudat inter alios Schol. Eur. Phoen. 481. ubi v. Valk. p. 176.

49. De verbis *ſit dives* v. Not. ad 2. de ſequentibus ad 26. W.

52. *ob noſtras — vias*) itinera negotiationis, vel militiae lucroſae cauſa, ſuſcepta, ex more Equitum Romanorum. Itaque dixerat: *ſit dives iure, ſ.* v. 49. 50. cf. El. 2, 68. Propert. II, 9, 29. 30. (7, 67. 68.) Ait autem, malle ſe omnibus divitiis carere, quam parare eas, dolente de diſcidio puella. H. Compara Propertium III, 20, 4. (18, 4.) Cynthiam in amatorem, ea relicta in terras exteras profectum, exacerbantem:

Tantine, ut lacrimes, Africa
tota fuit?

Ceterum de itineribus militiae cauſa ſubeundis unice cogita. Vid. 26. *Zmaragdi.* Gemmas bello petiiſſe Romanos, docet Virg. Georg. II, 505.

Hic petit excidiis urbem miſeroſque Penates,
Ut gemma bibat. W.

54. *Ut domus hoſtiles*) Mos fuit iſte Romanorum, ut foribus ſpolia hoſtium praefixa haberent. Propert. III, 9, 26. (III, 7, 26.) Virgil. Aen. VII, 183. ſqq. Liv. X, 7. cf. Broukh. et Vulp. ad h. l. et iam ante eos Statius, item Caſp. Sagittar.

de

Me retinent vinctum formoſae vincla puellae,
Et ſedeo duras ianitor ante fores.
Non ego laudari curo, mea Delia; tecum
Dummodo ſim, quaeſo, ſegnis inersque vocer.
Te ſpectem, ſuprema mihi quum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu.
Flebis et arſuro poſitum me, Delia, lecto,
Triſtibus et lacrimis oſcula mixta dabis;
Flebis; non tua ſunt duro praecordia ferro
Vincta,

de Ianuis Veterum c. 29. in Theſ. Graev. T. VI. p. 509. Similiter in Culice 82.

Non, ſpoliis dum ſancta deûm fulgentibus ornet
Templa, — — — —
Adverſum ſaevis ultro caput hoſtibus offert.

56. *Et ſedeo*) Ut perſpicias, quam commode hic verſus ſubiiciatur, reminiſcendum eſt, ianitores ſervos catenis fuiſſe foribus alligatos. Sic Ovidius Am. I, 6, 1.

Ianitor, indignum, dura religate catena.

Cum hoc igitur comparat ſe puellae ſervientem.

57. *Non ego laudari curo*) Livineius et alii de laudatione mortuorum pro roſtris, Broukh. de laudatione caſtrenſi pro concione intelligit, cuius iudicium etiam Vulpius ſequitur. Non video, cur tam arctis finibus huius vocis ſignificatus circumſcribendus ſit. Cur non potius eſt, omnino laudem et gloriam virtute in bello parare? Ita etiam *laus* pro virtute et certamine ſaepiſſime. cf. inf. IV, 1. 88. Ut ad ſuavitatem ſequentium verſuum, ad quos deducitur ea cogitatione, quod usque ad mortem cum ea vivere cupit, percipiendam animos iuvenum excitemus, neceſſe vix eſt. H. *laudari curo* Graece *αἰνεῖσθαι σπεύδω* apud Theocr. XVI, 15. W.

63. *Flebis*) Repetitionis figura uſus eſt Tibullus non magis ad animum commovendum quam ad ſententias eleganter inter ſe connectendas, ita ut particula *nam* evitaretur. Vide ſimillimum exemplum I, 3, 5.: item de poſitura verborum *non tua* etc. Obſſ. ad I, 2, 30. W.

63. ſq. *ferro vincta*) Ferrea praecordia deſignari, nemo dubitet. Notus is loquendi mos, illuſtratus quoque copioſe, ut ſolet, a Broukhuſio et aliis. Sed id quaeritur, quid ſit *ferro vincta*, et quam commode id dicatur. Proprie

Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.
Illo non iuvenis poterit de funere quisquam
Lumina,

Proprie ſunt praecordia, quae ferrum ambit et includit, σιδηρόδετα; ut eſt ξίφος σιδηρόδετον capulo ferreo iuncto. Hoc praeclare ſe habet, ſi de corde munito ac tuto agitur, ut apud Horat. illud Od. I, 3, 9.: *aes triplex circa pectus et robur* h. ilex, de homine audaci. Nunc tamen alio modo cor incluſum eſt ferro, ſcilicet ut nullum externarum rerum ſenſum habeat. Nam videtur ſubtilius factum, ſi dicere velis, notionem ſimplicem *ferrei pectoris* (τȣ̃ σιδηρόφρονος) ita ornari, ut ferri natura ſolida et adſtricta declaretur, quia omnino ea, quae ex partibus conſtant coniunctis et contextis, habent eas inter ſe vinctas, adeoque ipſa vincta ſunt. *Praecordia ferrea* adeo neceſſe eſt eſſe ferro adſtricta, *vincta*, quaſi compacta, dura. Sic *ferro corda rigent* Claudian. de B. Get. 303. Nemeſian. autem Ecl. IV, 56. *ferro praecordia duret* h. induret. Ita et alterum ornavit vſ. ſequ. pro vulgari: non habes cor ſaxeum: *nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.* h. e. *ineſt*, ut Ovid. I. Am. 11, 9. (Immobilem eſſe ſilicem, verbo *ſtare* exprimi putat H. Voſſius, collatis Virg. Ecl. II, 26. Senec. H. F. 861. Ex ipſo Tibullo I, 4, 28. II, 4, 9. afferre poterat. W.) Ornatum adhibuere alii quoque poëtae; et convenientiſſimum quidem Apollon. II, 231.

Οὐδ᾽ εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ εἴη.

Cor ex ferro ductum ſeu procuſum proprie diceres. Alii extulere hoc: *habere* vel *geſtare ſilices et ſcopulos et ferrum in pectore: pectus habet ſilices et ferrum*, ut Ovid. I. Triſt. 8, 41. de homine duro proxime ad hunc noſtri poëtae locum:

Et tua ſunt ſilicis circum praecordia venae,
Et rigidum ferri ſemina pectus habent.

Primitiva ratio apud Heſiodum exſtat de aerea aetate Ἐργ. 147. *ἀλλ᾽ ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν.* Ornate Pindarus in fragmento, quod Athenaeus et Plutarchus ſervarunt: qui Theoxeni forma non percuſſus ſtupet,

Ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρȣ κεχάλκευται μέλαιναν
Καρδίαν ψυχρᾷ φλογί.

de quo cf. Wyttenbach. in praeclaro doctrinae ſpecimine, Plutarch. de ſera num. Vind. p. 69.; vide nunc Pindari fragm. p. 22. Tibulli locum ante oculos habuit et expreſſit Sannazar. I. El. 9, 7.

Non mihi circumſtat ſolidum praecordia ferrum,
Nec riget in noſtro pectore dura ſilex.

64. *ſtat — ſilex*) pro eſt, ut ſollemne poëtis. Quinctil. Declam.

Lumina, non virgo, ſicca referre domum.
Tu Manes ne laede meos, ſed parce ſolutis
Crinibus, et teneris, Delia, parce genis.
Interea, dum fata ſinunt, iungamus amores;
Iam veniet tenebris Mors adoperta caput;
Iam

Declam. VI. a Gebhardo laudatus: *Non erat illi ferreum pectus, nec cor ſilice concretum, ut haec pati poſſet aequo animo.* Adde Ovid. XIV. Mét. 757.

— — paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro iam pridem pectore, ſaxum.

Ornate autem et hoc poëta dixit, ut modo monui: *ſtat,* vel eſt, *tibi ſilex in corde*, pro cor ex ſilice habes. ut Ovidius in loco modo laudato: *ſaxum in pectore fuiſſe.* Variavit hoc Statius Theb. III, 693. *Non ſi — Aequoreaeque ſuper rigeant praecordia cautes, Ferre queam.* nam ſi cor pro caute eſt, infixa ſane illa et impoſita eſt praecordiis, quae cor ambiunt.

67. *Tu Manes ne laede meos*) Immodico luctu carorum Manes offendi aut putabant aut poëtae ſaltem eleganter pronuntiant. v. Propert. IV. El. ult. 1. cf. Broukh. et Scal. ad h. l. Kirchmann. de Fun. Rom. IV, 10. adde Burmann. Sec. Anthol. To. II. p. 9. 10.

69. *dum fata ſinunt, iungamus amores*) Propert. II, 15, (12,) 23.

Dum nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore;
Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

coniungere amores etiam Catullus dixit Carm. 64, 373. infr. I, 9, 76. *iungere Venerem.* Adde IV, 13, 2. Ceterum compara cum his Sannazar. I. El. 3, 49. ſqq.

70. *tenebris Mors adoperta caput*) Praeclarum phantaſma. Mors incedit nube operta, uti alias dii incedunt caput nimbo vel aëre cincti; cf. ad Virgil. Aen. I. Exc. XIII. Convenit nota illa *Orci galea*, Ἄϊδος κυνῆ, qua qui indutus erat, ſpectantium oculis ſubducebatur, ut Perſeus; cf. Heſiod. Scut. 227. Convenit hoc Morti, furtim ſubrepenti. Vide carmen, quod a Neoptolemo in Philippum Macedonem compoſitum apud Diod. XVI, 92. exſtat, in Obſervationibus tractatum. Non male imminentem ex occulto Mortem per volatum tenebris tectum declararunt alii, ut Gratius Cyneg. 347.

Stat

Iam ſubrepet iners aetas, nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capite.
Nunc levis eſt tractanda Venus, dum frangere poſtes
Non pudet, et rixas inſeruiſſe iuvat.
Hic ego dux milesque bonus; vos, ſigna tubaeque,
Ite procul, cupidis vulnera ferte viris;
Ferte et opes: ego compoſito ſecurus acervo
Deſpiciam dites, deſpiciamque famem.

ELE-

Stat Fatum ſupra; totumque avidiſſimus Orcus
Paſcitur et nigris orbem circumſonat alis.

Lepide ad noctem transtulit Io. Iov. Pontanus Amor. II, 1.

Tuque nigram tenebris Nox adoperta comam. H.

Et mortis imagine, ut hortetur ad gaudia vitae capienda, utitur et ſenectutis; quod Anacreontem Horatiumque ſaepius facere vix opus eſt ut moneam. Cauſam huius rei pete ſis ex Not. ad I, 4, 27. W.

73. *levis — Venus*) quae levem decet aetatem, ut ſenectutem decent gravia; ita Horat. *iocoſam Venerem* dixit, et infr. El. 7, 44. *levis amor.*

74. *et rixas inſeruiſſe iuvat*) h. inferre, ingerere; dictum eſt pro ſimplici: *ſerere rixas.* Rixari cum puella aut omnino, aut, ſi cum antecedente iunxeris, ante fores. Ovid. III. Art. 71.

Nec tua nocturna frangetur ianua rixa.

Et Propert. II, 19, (15,) 5.

Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras. H.

inſeruiſſe, inchoaſſe, feciſſe. Similiter fere apud Tac. Hiſt. I, 23. *inſerendo ſaepius querelas et ambiguos de Galba ſermones* illud verbum uſurpatum vides. W.

76. *cupidis — viris*) qui divitiis inhiant. v. Broukh. h. l. et Douſa pater Praecidan. I. H. *Ite — ferte.* Aſyndeton amant Latini poſt *i*, *ite*, III, 6, 6. Hor. Od. III, 14, 17., ut Graeci poſt ἴθι, Hom. Il. α, 32. β, 163. et βάσκ' ἴθι, Hom. Il. ϑ, 399. λ, 186. Sed et copula interponitur apud utrosque. Od. σ, 170. ἀλλ' ἴθι καὶ — φάο. Plaut. Capt. III, 4, 103. *I ac ſuspende te.* W.

Ele-

ELEGIA II.

Adde merum, vinoque novos compeſce dolores,
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor;
Neu quisquam multo perfuſum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requieſcit amor.

Nam

Elegia II.

Excluſus a Deliae ſuae marito cum fruſtra amorem vino obruere voluiſſet, ianuae modo minas iacit, modo preces facit; Deliam autem hortatur, ut audacia animum muniat, ſeque clam in domum admittere ne dubitet. Etiam magae miniſterio ſe providiſſe, ut maritus ne adſpiciens quidem furta coram oculis ſuis credat. Hactenus a v. 1—66. H. Inde conſtantiam ſuam in amore Deliae affirmat et dolores graviſſimos, qui a deorum ultione haud ſcit an repetendi ſint. De qua fortuna ſua iuvenes riſum teneant, monens, Venerem, ut propitia ſibi ſuccurrat, implorat. 67—100. W.

1. *Adde merum*) βάλ' οἶνον ait Anacr. XXXVI, 10. adfunde, ad puerum; infr. III, 6, 63.

Tu, puer, i, liquidum fortius adde merum.

Vulpius operoſe docet, eſſe pro ſimplici *dare*. H. Quae obſervatio et falſa et, ſi vera eſſet, ab hoc loco aliena. Quid verba *Adde merum* ſignificent, ſatis docetur vel uno Ovidii loco Am. II, 4, 50.

Dumque bibit, furtim, ſi potes, adde merum.

lumina victa ſc. vino, ut IV, 1, 57. *victa — lumina Baccho.* Non comparaverim Senec. Herc. F. 1078. *Preme devictum torpore gravi.* — *feſſi* ſc. doloribus; alio ſenſu Virg. Georg. IV, 190. *feſſosque ſopor ſuus occupat artus.* W.

3. *Neu quisquam multo*) Seneca Herc. fur. 1051.

Detur quieti tempus, ut ſomno gravi
Vis victa morbi pectus oppreſſum levet.

Sed hoc in furore; propius ad noſtrum illud eſt apud Theognid. 461.

Μήδ' εὕδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη, ὅντιν' ἂν ἡμῶν
Θωρηχθέντ' οἴνῳ μαλθακὸς ὕπνος ἕλῃ.

Mox *multo perfuſum tempora Baccho*, βεβρεγμένον h. ebrium. Nam didito per corpus ac venas ſubeunte vini calore, moxque altius ſe in caput inſinuante, caput adeoque tempora perfundi vino videri poſſunt. cf. Obſſ. H. *multo Baccho.* Virg. Aen. IX, 336. *multoque iacebat Membra deo victus reg. am.* h. e.

curae

Nam poſita eſt noſtrae cuſtodia ſaeva puellae,
Clauditur et dura ianua fulta ſera.
Ianua difficilis dominae, te verberet imber,
Te Iovis imperio fulmina miſſa petant.
Ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis,
Neu furtim verſo cardine aperta ſones;
Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas; capiti ſint, precor, illa meo.

Te

curae et dolores amoris. Anacr. 25. f.

σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

Catull. II, 8. *gravis acquieſcat ardor*, quem Statium iam comparaſſe video. W.

6. *dura ianua fulta ſera*) obice ſeu vecte munita ianua, ne de noſtro more cogites.

7. *te verberet imber*) pulſet. Virg. Aen. IX, 669.

Verberat imber humum.

v. Broukh. et Vulp. ad h. l. Ita *percuti imbre*. v. Burm. ad Valer. Flacc. IV, 48. Ceterum de his amantium ineptis querelis et conviciis, quae foribus excluſi faciunt, multa collecta attulerunt Broukh. ad Propert. I, 9. et Caſp. Sagittar. de Ianuis veterum toto cap. 37. cf. Plaut. Curcul. I. Sc. 1. et Ovid. Met. XIV, 710. H. Recordatio cuſtodiae ſaevae et ianuae clauſae animum ita accendit amantis, ut ianuam ipſam alloquatur, ſeque ante eam ſtare fingat. Moris abſentes, ut praeſentes, alloquendi plura apud Tibullum comparent exempla. Ceterum *ianua difficilis* et *ianua dominae* h. e. amatae iungenda eſſe in Obſſ. docui. W.

8. *Iovis imperio — miſſa*) Iovis imperium eſt caelum. De conſtructione *caelo mitti*, quae I, 3, 90. occurrit, vide Not. ad I, 6, 53. De H. Voſſii interpretatione cf. Obſſ. W.

9. *Ianua, iam pateas*) Subitae mutationis mentis exemplum ſimillimum III, 6, 27. I, 5, 7. exſtat. — *vict. quer.* I, 5, 67. *verbis victa.* W.

11. *dementia noſtra*) ego demens, ut illa: *virtus Catonis, ſapientia Laeli* etc. Mox: *capiti — meo* pro mihi, ex more. v. Heinſ. ad Ovid. Ep. XX, 127. H. Vide et Statium atque Muretum h. l. et Var. Lect. XII, 4. p. 277. de conſuetudine ſatisfaciendi iis, quibus male precati erant. Liv. 27, 23. *In capita conſulum, re publica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit.* W.

Te meminiſſe decet, quae plurima voce peregi
Supplice, quum poſti florea ſerta darem.
Tu quoque ne timide cuſtodes, Delia, falle:
Audendum eſt; fortes adiuvat ipſa Venus.
Illa favet, ſeu quis iuvenis nova limina tentat,
Seu reſerat fixo dente puella fores.
Illa docet furtim molli deſcendere lecto,
Illa pedem nullo ponere poſſe ſono,

Illa

13. *voce peregi Supplice*) h. dixi, precatus ſum. Proprie eſt *ausreden.* Liv. I, 28. *rex cetera, ut orſus erat, peragit.* c. 57. *peragit deinde poſtulata.* v. Ovid. Faſt. V, 680. H. *quae plurima.* Apud Virg. Aen. IV, 333. *quae plurima fando Enumerare vales.* Adde eiusdem II, 277. XI, 352. et Thucyd. I, 40 f. ἃ οὐκ ἐλάσσω. W.

14. *poſti florea ſerta darem*) ſcilicet capiti detracta, cum comiſſabundus erraret, v. Propert. I, 16, 7. et paſſim in Anthologia, ubi aliquo loco στέφανοι ἱκέται eleganter vocantur, non aliter ac ſi de aedibus ſacris ageretur. Facit inprimis ad h. l. Lucret. IV, 1170.

At lacrimans excluſus amator limina ſaepe
Floribus et ſertis operit, poſtesque ſuperbos
Unguit amaracino, et foribus miſer oſcula figit.

15. *Tu quoque*) Neminem ad fallendum hortatus erat. Explica igitur haec verba: Te quoque obteſtor, ut fortiter me adiuves, neu — *fallas.* Ita II, 1, 11. *Vos quoque* et Tac. Ann. I, 43. *Vos quoque* accipies. W.

17. *nova limina t.*) h. e. adit, notione adiecta periclitandi, quo pacto res procedat. Ita apud Virg. Ecl. IV, 32. *tentare Thetin ratibus.* Catull. XI, 13.

Omnia haec, quaecunque feret voluntas
Coelitum, tentare ſimul parati.

ubi *omnia* pro omnia loca. Liv. 26, 20. *Scipio, omnibus, quae adeunda agendaque erant, mature aditis peractisque Tarraconem conceſſit.* Sic *nec quidquam* de loco Liv. 21, 7. — Verbum *tentat* cum adiecto *nova*, quod limina primum adiri ſignificat (Virg. Aen. I, 306. *novos locos*), amice conſpirat. W.

18. *fixo dente*) clavi dentata ſerae (h. vecti ligneo) inſerta. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 928. Broukh.

19—22. Non temere, cum

id

Illa viro coram nutus conferre loquaces,
  Blandaque compoſitis abdere verba notis.
Nec docet hoc omnes, ſed quos nec inertia tardat,
  Nec vetat obſcura ſurgere nocte timor.
En ego quum tenebris tota vagor anxius urbe
  *   *   *   *   *   *
Nec ſinit, occurrat quisquam, qui corpora ferro
  Vulneret, aut rapta praemia veſte petat.
Quisquis amore tenetur, eat tutusque ſacerque
Qua-

id agat, ut Deliae animus muniatur audacia, *feminam* a Venere iuvari, quatuor his verſibus monet. Veneri (hoc loco et I, 8, 35.) atque Amori (II, 1, 75. IV, 6, 11. 12.) idem beneſicium acceptum refertur. De *que* in *blandaque* pro *illa* vide Obſſ. ad 48. W.

22. *compoſitis — notis*) ſignis, de quibus ante convenere inter ſe. Ovid. III. Am. II, 23. imitatus noſtrum:

Quid iuvenum tacitos inter convivia nutus,
Verbaque compoſitis disſimulata notis?

26. Senſum deperditi pentametri hunc fuiſſe: *Venus tutum me praeſtat*, contextus docet. De ceteris vid. Obſſ. W.

27. *Nec ſinit*) Eleg. in Maecenat. obitum, Albinovano vulgo tributa, hinc petiit illud v. 29. 30. de Maecenate praefecto urbis:

Nocte ſub obſcura quis te ſpoliavit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipſe, latus?

Epigramma a Reiskio olim editum in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. 9. p. 472. n. 364.

— *μεθύων ὅτι καὶ διὰ κλωπῶν*
Ἦλθον, Ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

quod nunc mutatum eſt a Brunckio Vol. II. Analect. p. 47. Poſidippi V. *διακλωπῶν*, h. e. *λάθρα καὶ ἀψόφως περιϊών*. H. *occurrat* ſc. mihi. W.

28. *praemia*) h. praedam. Horat. Carm. V, 2, 36.

Iucunda captat praemia.

Res nota. v. Broukh. Loquitur vero de praedonibus nocturnis. Adde Ovid. Am. 1, 6, 13. 14.

29. Cf. cum his Propert. III, 16, (14,) 11. ſeqq. Mox *pigra frigora* proprio ac perpetuo epitheto ab effectu, rigentibus gelu membris et aegre ſe moventibus. H. Ita iam Statius. *decet.* Phil. Soph. III.

ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, ἐκ ὀκνεῖν πρέπει. W.

Qualibet; inſidias non timuiſſe decet.
Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,
Non mihi, quum multa decidit imber aqua.
Non labor hic laedit, reſeret modo Delia poſtes,
Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.
Parcite luminibus, ſeu vir, ſeu femina fias
Obvia; celari vult ſua furta Venus.
Neu ſtrepitu terrete pedum, neu quaerite nomen,
Neu prope fulgenti lumina ferte face.
Si quis et imprudens asſpexerit, occulat ille,
Perque deos omnes ſe meminiſſe neget.

Nam

32. *Non mihi*) ſc. nocet imber magnus, qui ſenſus ineſt verbis *quum — aqua*, de quorum iunctura vide Obſſ. W.

33. *Non — poſtes*) labor hic ad frigora et imbrem refer. *poſtes* h. e. fores. Sen. Hippol. 863. *Reſerate cluſos regii poſtes Laris.* Verba *reſ. m. D. p.* fecerunt, ut ſententiam verſibus ſequentibus expreſſam annecteret, Deliaeque metum a marito levare tentaret. W.

35. *Parcite luminibus*) avertite oculos, quaſi metuenda foret eorum orbitas, ut El. 6, 24. Propert. IV, 9, 53.

Parce oculis, hoſpes, lucoque abscede verendo.

Ita Broukh. Recte quidem *parcere oculis* iubentur, quibus metuendum eſt, ne excaecentur; ſic Ovid. Met. V, 248.

Parcite luminibus, Perſeus ait.

Accedit tamen is ſignificatus ex ceteris adiunctis, quae hic nulla ſunt. Sed *parcere oculis* ſimpliciter eſt: oculis non uti, non adſpicere. Ita parcimus verbis, dextrae, ferro. Virg. Ge. II, 339. *hibernis parcebant flatibus Euri.* H. Adde Ovid. Met. II, 127. *Parce, puer, ſtimulis.* Virg. Aen. I, 257. *Parce metu.* W.

38. Nunc *lumina* alio modo dicta, ac paullo ante v. 33.; hic erat: *nolite me propius adſpicere;* nunc, *ne facem propius admovete.*

40. *Perque deos omnes — neget*) h. l. iuret per deos omnes, ſe non meminiſſe.

Nam fuerit quicunque loquax, is ſanguine natam,
Is Venerem e rabido ſentiet eſſe mari.
Nec tamen huic credet coniux tuus, ut mihi verax
Pollicita eſt magico ſaga miniſterio.

Hanc

41. *is ſanguine natam*) is Venerem iratam habebit. Ovid. Met. I, 162.

— *ſcires e ſanguine natos.* propter truculentiam et crudelitatem. Orta vero Venus ex abſciſſis Coeli genitalibus et in mare proiectis, ut notum. H. De poſitura verborum v. 42. vide Obſſ. ad I, 9, 29. 30. W.

42. *e rabido ſentiet eſſe mari*) Ductum inde, quod ferociſſimos olim, tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixere, v. c. Cyclopas. v. Gell. XV, 21. cf. Stat. et Broukh. ad h. l. Wolfius ad Anyten, Epigr. 2.

43. Nec tamen, ſi vel maxime aliquis loquax fuerit, et marito furta noſtra indicaverit, ei credet maritus; eam ait vim fore carminis magici, quod a maga valde docta acceperit; quod ſi Delia pronuntiaverit, ſimulque in ſinum deſpuerit, quaſi excaecatum iri maritum adeo, ut nihil videat. Carmen hoc interiiſſe, valde dolendum eſſe dixeris. Eſt autem Tibullus, ut ceteri huius ſaeculi poëtae, adeo multus in hac ſuperſtitione, ut legentibus nobis taedium faciat. Quod fortaſſe eo, quo vivebat, tempore aliter ſe habuit. Sunt quoque prodigioſae hae narrationes hactenus poëticae tractationi accommodatae, quod et miratione portentorum animum tenent, et poëticum ornatum admittunt. Unde etiam poëtae argumentum hoc arripuere cupide, et pro episodio fere tractavere. In re tamen amatoria, ut proclivis ad ſuperſtitionem eſt animus miſere aut infeliciter amantis, probabile ſit, a captis ſuperſtitione mentibus, quas aegritudo et imbecillitas fregerat, vere haec fuiſſe credita, quae de veneficarum harum artibus, ad veteris necyomantiae aemulationem, (inde enim pleraque petita videntur) vulgo commemorabantur. Adeoque nec Tibullum ab huius ſtultitiae opprobrio liberari poſſe arbitror. Quod ſi ea, quae hic intexuit, ex animi ſenſu et affectu appoſuit, ſaltem ut poëta nihil peccavit, nec quicquam in eo eſt, quod in tali carmine, quod ſenſus animi exponit, non vero ingenioſe imitatur, reprehendi poſſit.

44. *magico—miniſterio*) ritu, ſacro, opera eius parato. H. Conſtructionis *pollicita eſt miniſterio magico* ſimillimum exemplum exſtat apud Tac. Hiſt. I, 22. *urgentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni*

Hanc ego de caelo ducentem ſidera vidi;
  Fulminis haec rapidi carmine ſiſtit iter;
Haec cantu finditque ſolum Maneſque ſepulcris
  Elicit, et tepido devocat oſſa rogo.
Iam tenet infernas magico ſtridore catervas,
  Iam iubet asſperſas lacte referre pedem.
Quum libet, haec triſti depellit nubila caelo:
  Quum libet, aeſtivo convocat orbe nives.

Sola

Othoni annum obſervatione ſiderum affirmant. Polliceri autem et *promittere* ſunt verba legitima de vatibus, qui deorum voluntate arte ſua explorata, aliquid futurum eſſe ſpondent. Ann. Tac. II, 27. Iuv. III, 43. W.

45. *de caelo—ſidera)* Ductum videtur a meteoro ſtellarum caducarum, quas dicunt.

46. *Fulm. haec)* Non ſine arte eiusmodi voculae vel in repetitione poſtponuntur, ut I, 4, 53. 3, 9. 7, 46. W.

47. 48. Evocare ſagam animas ſepultorum, et cadavera rogo impoſita in vitam revocare ait. cf. Obſſ.

49. *magico ſtridore)* Sollenne vocabulum de murmure illo ſagae magico. v. Broukh. ad h. l.

50. *asſperſas lacte)* ſive is ritus fuit in ſacris magicis, ſive lacte effuſo in aram. vide Obſſ.

52. *aeſtivo — orbe)* h. aeſtatis tempore. *Orbis* eſt annus, qui in orbem agitur. Tum et tempus anni: ut h. l. Aliter dixit infr. IV, 1, 159.

Seu propior terris aeſtivum fertur in orbem.

cf. Paſſerat. ad h. l. H. Heynium H. Voſſius ſecutus eſt, quibus uſus vocis *annus* favet; cf. I, 1, 13. Sed huic interpretationi vel Ovidii locus obſtat Am. 1, 8, 9.

Quum voluit, toto glomerantur nubila caelo;
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.

Orbis aeſtivus eſt caelum, quale aeſtate eſſe ſolet, ſerenum. *Orbis* pro caelo dici, quod Forcellinium fugit, praeter Ovidium oſtendit Horat. Od. III, 3, 7. *Si fractus illabatur orbis.* Non id tantum ſignificare voluit poëta, caelum ſerenum nubibus a ſaga obduci, ſed rem prodigii loco vulgo habitam, nivem aeſtate cadere, illius arti tribuit. Vid. Iacobſ. ad Anthol. T. 1. P. 2. p. 168. — *Quum libet — Quum libet.* Horatius I, 6, 53. 54. variat *Cui libet — Cui volet.* W.

Sola tenere malas Medeae dicitur herbas,
  Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.
Haec mihi compoſuit cantus, quîs fallere poſſes;
  Ter cane, ter dictis deſpue carminibus;
Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,
  Non ſibi, ſi in molli viderit ipſe toro.

Tu

53. *Sola tenere malas Medeae dicitur herbas*) *malas* h. noxias; *Medeae herbas*, ut Horat. Carm. V, 5, 62. *venena Medeae.* Eas *tenere dicitur* h. l. *noviſſe.* H. De verbo *dicitur* vide Not. ad I, 5, 10. W.

54. *Hecates perdomuiſſe canes*) canes, quae Hecatam ululantes comitantur. Notum Virgilii Aen. VI, 257.

> — *viſaeque canes ululare per umbram,*
> *Adventante dea.*

Has *perdomuit* anus, cum eas excivit ex inferis et, prodeunte dea, prodire cum ea in ſuperas auras coëgit; aut ſimpliciter, quatenus eorum rabiem placentis mellitis, μελιτούτταις, et carminibus placavit. Solet autem dea exorata ſacris his magicis in praeſentiam ſacrificantium prodire, eiusque inceſſum canum, qui eam comitantur, ululatus praenuntiat. cf. Seneca Oedip. 569.

55. *fallere*) maritum int. Ait autem vſ. ſequ. formulam magicam a puella ter eſſe recitandam, terque deſpuendum, hoc quidem ad mala averruncanda, quae mariti interventus afferre poterat. Diſces v. c. ex Theocr. VII, 127. H. Verbum *fallere* abſolute uſurpatum eſt, ut I, 8, 56.

> *Ipſe dedit cupidis fallere poſſe deus.*

IV, 6, 12. I, 9, 37. Adde Horat. Ep. I, 16, 54. 61. Nec pedeſtres ſcriptores hunc uſum aſpernati ſunt. Liv. 24, 46. *quod impedimentum agentibus fore videbatur, id maxime ad fallendum adjuvit.* — *deſpue.* Morem in ſinum exſpuendi Plinius XXVIII, 4. bene illuſtrat. cf. infr. 98. et Theocr. VI, 39. W.

57. Suaviter! Etiam Ovid. II, Am. 2, 51. 57. 58. ſuaviter:

> *Crede mihi, nulli ſunt crimina grata marito —*
> *Viderit ipſe licet, credet tamen ipſe neganti,*
> *Damnabitque oculos, et ſibi verba dabit.*

Nec diſſimilia ſunt III. Am. 14. 43. ſqq.

Tu tamen abſtineas aliis; nam cetera cernet
　Omnia, de me uno ſentiet ille nihil.
Quid credam! Nempe haec eadem ſe dixit amores
　Cantibus aut herbis ſolvere poſſe meos.
Et me luſtravit taedis, et nocte ſerena
　Concidit ad magicos hoſtia pulla deos.
Non ego, totus abeſſet amor, ſed mutuus eſſet,
　Orabam; nec te poſſe carere velim.
Ferreus ille fuit, qui, te quum poſſet habere,
　Maluerit praedas ſtultus et arma ſequi,

Ille

61 — 66. Ad amoris ſui magnitudinem et firmitatem declarandam commode utitur ſagae illius mentione, quae ipſum doloribus amoris liberare fruſtra conata erat. Naturae conveniens eſt, poëtam, qui ingentis, quo flagrat, ignis reſtinctioni obniſus eſt, quique hac amoris teſtificatione Deliam capere ſtudet, ad id commemorandum transitu uti, animum vehementer commotum oſtendente: *Quid credam!* cuius exemplum vide in Obſſ. W.

65. *luſtravit taedis*) h. circumferendo taedas circum me. v. Scalig. ad Sever. Aetn. 350. Profecit autem ex noſtro Nemeſian. Ecl. IV, 63. ſqq. H. *Et luſtravit* h. e. et vere luſtravit. Eſt ubi coniunctiones *et, que* rem, quam quis effecturum ſe eſſe promittit vel efficere tentat, ſaltemve partem illius factam eſſe ſignificant. ſ. Tac. Hiſt. IV, 72. *Cerialis autem metu infamiae, ſi licentia ſaevitiaque imbuere militem crederetur, preſſit iras; et paruere, poſito civium bello, ad externa modeſtiores.* Adde Ann. Tac. II, 59. *levavitque.* W.

64. *ad magicos — deos*) Deos inferos, quos in ſacris magicis invocant. v. Ovid. Met. VII, 192 — 198. (Et apud Virg. Aen. IV, 510 et apud Lucan. VI, 577 *magici dei* occurrunt. W.) Proprie dicendum erat *Concidit diis,* (vid. Not. ad 85. W.) inde *ad aras deorum. Hoſtia pulla,* nigra ovis, ex more ſacri magici.

65. *Non ego, t.*) Placet haec amatoris Tibulli conſtantia, cf. inf. IV, 5, 15. 16. Apud Ovid, Met. XIV, 23. 24. Glaucus ad Circen:

Nec medeare mihi, ſanesque haec vulnera, mando,
Fineque nil opus eſt; partem ferat illa caloris.

67. 69. Non tam de certo aliquo

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas,
Ponat et in capto Martia caſtra ſolo;
Totus et argento contextus, totus et auro,

Inſi-

aliquo homine haec accipienda ſunt; etſi cum reſpectu ad Meſſalae expeditionem in Cilicas dicta eſſe poſſunt, (v. Obſſ. ad 65) neo de triumpho e Cilicia, uti accipi ſolet, et a me ipſo olim acceptum erat. Geritur enim res in ipſa expeditione in hoſtem; fugati hoſtes ſunt et caſtra in ſolo hoſtili poſita. Tum de milite, non de duce, agitur, et de praeda, quae pugna facta agitur. Cilicas autem vel ſine reſpectu ad Meſſalae acta nominare poterat, quoniam is populus ſemper bellicoſus et domitu difficilis (δυσάλωτος) habitus fuit. Igitur ſenſus poëtae eſt: Nullum ſenſum habet, qui, te relicta, militiam ſequi velit, ut inde rem augeat, licet illi fortuna quam maxime propitia favensque ſit. II. Verſus inde a 67, quo modo cum ſuperioribus cohaereant, demonſtrant Obſervationes; quas item ad I, 1, 14. velim adeas de verbis *agat ante*. W.

71. *Totus et argento contextus, totus et auro*) h. indutus veſte contexta ex auro et argento. Broukhuſius paludamentum intelligit; ſed hoc erat purpureum. v. Ferrar. de Re Veſt. P. II. L. 3. c. 15. nec niſi demum ſub. Impp. aureum. ib. c. 13.; neque eo triumphantes utebantur, ſed toga picta et tunica palmata. Ovationem reſpici putat Vulpius. Ovantes ſane illo tempore equo Romam intrabant; v. Dio LIV. c. 53., neque praetexta, ut ante, rep. libera, ſed veſte triumphali utebantur. v. Dio XLVIII, 31. Aliena tamen omnia haec, et triumphum et ovationem, eſſe, docet ipſe locus, qui *tempus victoriae et reditus ex acie* memorat. Itaque aut ad praemia et munera inter milites ex praeda dividenda haec ſpectant, (cf. Henley p. 28) aut ſunt ad eam pompam referenda, qua victor ex acie caſtra ingreditur, v. Obſ. ad v. 69. Omnino, ut dixi, totus locus non ad ducem exercitus, ſed ad militem, puta equeſtris ordinis, cui Tibullus adſcriptus erat, ſpectare dicendus: is trabea erat indutus: quam tamen auro textam fuiſſe, non conſtat. Fortaſſe res ita conſtituenda eſt: Ex praeda ut ditaret ſe, militatum aliquis abierat. Succedit res ex voto; legiones victrices hoſtem perſequuntur, fines hoſtiles ingreſſi ſunt, et agros populantur. Praeda oneratus, equo veſte aurea ex praeda inſtrato, aureis inſignibus, armis, ornamentis, tectus eques in caſtra redit.

Cete-

Insideat celeri conspiciendus equo:
Ipse boves, mea, sim tecum modo, Delia, possim
Iungere, et in solo pascere monte pecus;
Et te dum liceat teneris retinere lacertis,
Mollis et inculta sit mihi somnus humo.
Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest, quum fletu nox vigilanda venit?
Nam neque tum plumae, nec stragula picta soporem,
Nec sonitus placidae ducere posset aquae.
Num

Ceterum verba *et auro* refero ad *contextus*, non ad *conspiciendus*; et ita distinxi. H. Ita Muretus et Statius; et secutus est H. Vossius, qui versus 71. 72. ad triumphum retulit. Ad repetitionem et iuncturam verborum *totus et* compara exemplum simillimum verborum *nudus et* I, 4, 6.; ad *totus context.* Aen. Virg. X, 539.

Totus conlucens veste atque insignibus armis. W.

72. *conspiciendus*) eleganter, περίβλεπτος. H. Vide Not. ad II, 3, 52. W.

75. *ret. lac.*) Anacr. 39, 18. ἀγκάλαις κόρην κατέχειν.

77. *Tyrio — toro*) h. vestibus stragulis, Tyria purpura infectis, cooperto. Frequens loquendi mos. *sine amore secundo.* sine amata redamante, qua si potitur amans, Venerem habet propitiam, amorem faustum. Henl. ad nuptias cum puella divite refert, et de triclinio cogitabat.

78. *nox vigilanda venit*) pro vigilanda est. Propertius saepe ita, v. c. I, 5. ult. ubi v. Passerat. H. Proprie dixit Tibullus. Liv. III, 2. *His vocibus irritatus miles in posterum diem in castra reducitur, longam venire noctem ratus, quae moram certamini faceret.* De nocte sine Venere transigenda accipe Propert. III, 20, 22. (19, 12.)

Non habet ultores nox vigilanda deos,

h. e. perfidia in amore non punitur; ubi cave credas Kuinoelio, qui *vigilanda* per *vigilata* exponit. Quod Propertius per adiecta *ultores deos* significavit, *noctem vigilandam* esse noctem inter curas et dolores transigendam, id Tibullus per *fletu vigilanda* clarius expressit, de qua constructione compares Virg. Aen. I, 324. *aprum clamore premere* et 539. W.

79. *soporem — ducere*) h. adducere somnum, conciliare. Horat. V. Carm. 14, 3.

Pocula

Num Veneris magnae violavi numina verbo,
Et mea nunc poenas impia lingua luit?
Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum,
Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis?
Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis,
Et

Pocula Lethaeos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim.

v. Ovid. II. Met. 735. cf. Gronov. Obſſ. II, 1. H. *ſonitus aquae.* Cf. Celſum III, 18. *Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus iuxta cadens,* Vulpio laudatum, et H. Voſſium. *Reducere ſomnum,* qui curis fugatus abiit, dixit Horatius Od. III, 1, 20. W.

81. In iis, quae interciderunt, magnum malum, quod in amore expertus eſſet, expoſuerat. H. Sed vid. Obſſ. W.

81. cf. inf. III, 5, 13. et notam. H. Non tamen blaſphemiae intelligendae ſunt h. l., quales III, 5, 13. 14. Nam *verbo* eſt verbo aliquo temerario; hinc ſingularis, qui non temere ponitur. Et imagine ſequenti 83. ſcelus parvum in deos repraeſentatur, diverſum a III, 5, 11. 12. — *inceſtus* tantum ad ea, quae ſequuntur, *ſertaque — focis* retulerim, pro improbus, ſceleſtus. W.

83. *ſedes — deorum)* templa. v. Broukh. ἕδη θεῶν. *inceſtus,* οὐ καθαρὸς τὰς χεῖρας, ſanguine ac caede contaminatus, adeoque execrabilis, κατάρατος.

84. *Sertaque de ſ.)* Hoc ad violationem ſacrorum et ſacrilegium pertinet: et de aris floreis ſertis coronatis cogitandum eſt.

85. *procumbere templis)* Sulpic. Sat. v. 17.

— — *purae rurſus procumbere lymphae.*

pro *ad lympham.* Ovid. II, Met. 347.

Maxima quum vellet terrae procumbere. H.

Qui locus Ovidii ad illud genus dicendi pertinet, quod Burmannus ad Am. III, 2, 25. illuſtravit, *iacere terrae, deponere terrae,* alia, quibus adde Lucan. IV, 647. *ſternique vetabere terrae,* et V, 360. *Procumbite terrae.* Melius ad rem facit deſcriptio Iovem venerantis Aurorae apud Ovid. Met. XIII, 585. *Magni genibus non eſt Dedignata Iovis.* Adde Propert. III, 17, (15,) 1. *advolvimur aris.* Ceterum verba *concidere, procidere, procumbere* proprie cum praepoſitione *ad,* apud poëtas fere tantum cum dativo iunguntur. Excipias tamen verbum *advolvi.* Iam expende Notam ad 64. W.

ib. *dubitem)* h. cuncter. v. Gronov. ad Senec. Thyeſt. 715.

Et dare ſacratis oſcula liminibus;
Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex,
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.
At tu, qui laetus rides mala noſtra, caveto
Mox tibi; non uni ſaeviet usque deus.
Vidi ego, qui iuvenum miſeros luſiſſet amores,
Poſt Veneris vinclis ſubdere colla ſenem,
Et ſibi blanditias tremula componere voce,
Et manibus canas fingere velle comas.

Stare

715. Broukhuſius in his vſſ. 85—88. certi alicuius ſacri expiatorii caerimonias reſpici contendit. Tam longe haec petere opus non eſt. Reſpicit omnino ritus religioſos puſillanimorum hominum in placandis diis, aut in magna calamitate aut in reatu atrocis flagitii. Et hactenus hic locus eſt in praecipuis.

87. *tellur. g. perr.*) Hodieque apud Catholicos hic mos. Alexandre de la Borde voyag. pittor. et hiſt. en Eſpagn. exhibuit feminam, quae cum genibus tellurem usque ad monaſterium Mont-Serrat perrepere ex voto incepiſſet, viribus deficiens a quatuor viris pertrahitur. Vide Iuv. VI, 524. quem cum aliis locis iam advocavit Scaliger. W.

90. *non unus ſaeviet usque deus*) h. non idem, non eodem modo ac tenore iras exercebit Amor ſeu Fortuna in me. Conf. Obſſ.

91. *Vidi ego*) Meleagri epigramma XXXVI. Anthol. Gr. T. 1. p. 13. ed. Iacobs.

Ἠγρεύθην, καὶ πρόσθεν ἐγώ ποτε τοῖς δυσέρωσι
κώμοις ἠϊθέων πολλάκις ἐγγελάσας,
καί μ' ἐπὶ σοῖς ὁ πτανὸς Ἔρως προθύροισι, Μυΐσκε,
στῆσεν ἐπιγράψας· Σκῦλ' ἀπὸ σωφροσύνης.

ob oculos habuiſſe Tibullus viſus eſt Huſchkio Ep. Crit. in Prop. p. 106. De *vinclis Ven.* vid. IV, 5, 14. W.

93. *ſibi blanditias tremula componere voce*) ſecum praemeditari ſermones amatorios, quibus animum puellae aggrederetur. Ita quoque Vulp. Non bene Broukh. de elegis amatoriis accipit.

94. *fingere velle*) *velle* abundat, ut ſaepe, v. c. III, 4, 4. v. Broukh. quanquam hic poteſt eſſe *tentare, conari.* H. Recte hoc. Neque enim illud commode

Stare nec ante fores puduit, caraeve puellae
Ancillam medio detinuiſſe foro.
Hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta;
Deſpuit in molles et ſibi quisque ſinus.
At mihi parce, Venus; ſemper tibi dedita ſervît
Mens mea; quid meſſes uris acerba tuas?

E L E G I A III.

Ibitis Aegaeas ſine me, Meſſala, per undas;
O utinam memores, ipſe cohorsque, mei!

Me

mode facere poterat. Itaque *velle* non magis h. l. quam III, 4, 4. IV, 2, 11. ubi vid. Obſſ. et IV, 3, 8. abundare mihi videtur, quod ſine cauſa cenſuit Broukh. Et ſuavis elegantia, viris doctis non percepta, ineſt huic verbo apud Catull. 64, 137.

Tibi nulla fuit clementia praeſto,
immite ut noſtri vellet *miteſcere pectus?* W.

96. *Ancillam — detinuiſſe*) detinere, ut exorata ea puellam ſibi propitiam redderet et ad amorem adduceret.

98. *Deſpuit*) ad avertendum portentum, ſenem ineptum. H. Similia I, 6, 81. Particulam *et* in initium alterius partis pentametri ſimiliter IV, 4, 26. et I, 3, 82. translatam notavit H. Voſſius. Adde *dum* I, 3, 56. W.

100. *quid meſſes uris acerba tuas*) Aen. V, 672. — *veſtras ſpes uritis.* O Venus, inquit, quid in tuum clientem ſaevis?

Elegia III.

Tibullus, cum Meſſalam in Aſiam ſequeretur, Corcyrae, morbo implicitus, ſubſtiterat. v. Obſſ. Id nunc conqueritur elegia hac, et modo ſe ſuorum amplexibus privatum dolet, modo omina ſiniſtra in disceſſu ex urbe in memoriam revocat, modo Iſidem invocat. Tum omnem peregrinandi morem deteſtatur, aureique ſaeculi vitam praedicat. Mox de morte et locis inferis cogitat, redit autem inde ad vota pro ſalute ac reditu in patriam. Carmen affectuum varietate et ſuavitate notabile.

1. 2. Erat Tibullus in Meſſalae cohorte ſeu comitatu, qui

ſeu

Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris;
Abstineas avidas, Mors, precor, atra, manus,
Abstineas, Mors atra, precor; non hic mihi mater,
Quae legat in moeſtos oſſa peruſta ſinus;
Non ſoror, Aſſyrios cineri quae dedat odores,
Et fleat effuſis ante ſepulcra comis;
Delia non usquam eſt, quae me quam mitteret urbe,
Dicitur ante omnes conſuluiſſe deos.
Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi
Retulit e triviis omina certa puer.

Cuncta

ſeu cum imperio extraordinario ſeu legatus Caeſaris in Aſiam profectus eſt anno fort. ineunte 725. v. Obſſ. H. Brevitatem velim notes in verbis *O utinam memores mei*, cuius exemplum exſtat apud Tac. Ann. I, 58. *Teſtis illa nox; mihi utinam potius noviſſima!* Supplendum aliquid eſſe, ut *eatis* vel *ſitis*, apparet ex Tibullo III, 5, 31.

Vivite felices, memores et vivite noſtri.

De voce *ipſe* cf. Obſſ. Ceterum et hic 1 — 5 et infra III, 5, 1 — 5 eundem ſententiarum connexum animadvertes. W.

3. *ignotis—terris*) peregrinis, uti *nota ſedes* pro ſua, propria, in quibus noti et familiares abſunt.

5. *Abst.—precor*) vid. Not. ad I, 1, 63. Ad *moeſtum ſinum* compara Virg. Aen. XI, 35. *moeſtum crinem.* W.

7. *Aſſyrios — odores*) Sunt liquores odorati et unguenta Syrorum vicinarumque gentium. Broukh. Res nota: conf. inf. III, 2, 9. ſeqq. qui claſſicus locus eſt, ibique v. 23. 24.

dedat) h. det. v. Obſſ.

8. *ante ſepulcra*) ante rogum. v. I, 1, 61. II, 4, 46. III, 2, 12. Terent. noto loco (And. I, 1, 100.):

— — ad ſepulcrum venimus:
In ignem impoſita eſt: fletur.

Alias de ſarcophago accipi poſſet, in quo urna reponitur, quae oſſa et cineres continet.

9. *quae me quam*) Deliae recordatio in mentem ei revocat, quantam anxietatem animi in diſceſſu ſuo et amata (9 - 14) et ipſe (14 - 20) prodiderit; ex qua tum, morbo gravi afflictus, Amorem iter illud improbaſſe, 21. colligit. Uſus verbi *mittere* illuſtratur Catull. 66, 29. *Sed tum moeſta virum*

mittens

Cuncta dabant reditus; tamen eſt deterrita nunquam,
Quin fleret, noſtras reſpiceretque vias.

Ipſe

mittens (Berenice) *quae verba locuta es?* Et loca et homines, a quibus discedimus, apud Latinos nos *mittere* dicuntur, apud Graecos *πέμπειν*. Soph. Antig. 1133. W.

11. 12. Uti in Circo ac foro, ſic paſſim in viis ſediſſe vel adſtitiſſe videntur pueri ſortilegi, qui praetereuntes invitarent, ut ſortes experirentur. Incredibile eſt, quam late huius ſuperſtitionis, qua futura comperiri creduntur, genus illa aetate patuerit. Delia igitur, ut de exitu itineris Tibulli ſui ſciſcitaretur, ſortes eiusmodi pueri *ſuſtulit.* Nam hoc voc. ſollenne. Cic. de Div. II, 41. *eaque* (arca apud Praeneſtinos) *conditas ſortes, quae hodie Fortunae monitu tolluntur.* Et Marmor Mediolanenſe apud Gruter. CXXXII, 6. *ſacro ſuſcepto, ſortibus ſublatis.* Pueri interpretationem ſublatae e ſolo vel arca ſortis acceſſiſſe, inde probabile fit, quod *retuliſſe Deliae omina certa* dicitur. H. Sed vide Obſſ. W.

13. *Cuncta dabant reditus*) h. ſpondebant. Saepe *dare* de praedictione futuri. Minus bene Vulpius *concedere* explicat.

— *tamen eſt deterrita nunquam,*
Quin fleret) h. non potuit ſe continere, (nam hoc eſt h. l. *deterreri,* retrahi, retineri,) quin fleret, et ſaepe reſpiceret, licet utrumque mali ominis eſſe ſciret, et ſibi propterea imperare debuiſſet, ita Gronov. Diatr. Stat. c. 26. Hinc explicandus Rutil. Itiner. I, 45. ubi de diſceſſu ſuo e Roma:

Oramus veniam lacrimis, et laude litamus.

h. Oramus deam Romam veniam, quod in diſceſſu lacrimas effundimus, ne ea res in omen vertat, et nos ad eius laudes convertimus; quas poëta mox ſubiicit.

Haec quidem olim. Nunc haec Rutilii interpretatio nimis arguta eſſe videtur. Quidni ſit: Precamur deam, ut propitia nobis ſit. Etiam Gronoviana Tibulli docta eſt explicatio, fateor, et Broukhuſio admodum probata; contorta tamen et a loco aliena; etiam *tamen* eam excludit. Nam, etſi, inquit, omnia felicem reditum promittebant, tamen non potuit cohibere ſe Delia, quo minus in ipſo diſceſſu fleret, et iam dimiſſa me profectum iterum iterumque reſpiceret, prae tacita ſollicitudine animi et futuri praeſenſione. Trahit hoc nunc poëta ad malum omen; non autem Delia de omine, quod ineſſet, tum cogitabat, ut nec alii tot in locis, in quibus

ſimilis

Ipſe ego ſolator, quum iam mandata dediſſem,
  Quaerebam tardas anxius usque moras.
Aut ego ſum cauſatus aves, aut omina dira,
  Saturni aut ſacram me tenuiſſe diem.
O quoties, ingreſſus iter, mihi triſtia dixi
  Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem!

Audeat

ſimilis amicorum vel amantium diſceſſus deſcribitur; ſic nec in illis Oenones verbis Epiſt. Ovid. V, 43. 45. *Fleſti discedens — Et fleſti et noſtros vidiſti flentis ocellos.* H. *Deterrere* nimirum ſignificat dehortando avocare, ut apud Cic. ep. ad Brut. 9. *Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio moerore deterruit;* et Tacitum Hiſt. II, 89. ita ut terroris notio tum abſit, quae et ab hoc loco aliena. Nam *deterrita eſt* referas ad *cuncta* h. e. ad voluntatem deorum *ſortibus, ominibus,* aliisque declaratam. W.

15. *mandata dediſſem*) Vide Obſſ. W.

16. Ovid. Rem. 215. *Flebis — Stabit et in media pes tibi ſaepe via.*

17. *ego ſum cauſatus*) praetexui cauſam, *aut aves aut omina aut Sabbata me retinuiſſe.* H. Conſtructionis variatae, *cauſatus ſum aves, cauſatus ſum diem me tenuiſſe,* exemplum exſtat apud Horat. Od. II, 9, 19.

Cantemus Auguſti tropaea
Caeſaris et rigidum Niphaten,
Medumque flumen, gentibus
additum
Victis, minores volvere vortices.

De poſitura *Saturni aut* pro *aut Saturni* vide Obſſ. Similia de Paride in diſceſſu ab Oenone finxit Ovidius Heroid. V, 49. ſqq. W.

18. Ait ſe praetexuiſſe morae inter alia hoc, quod Saturni dies is eſſet, quo iter ingrediendum erat. Fuiſſe adeo iam tum inter plebem Romanam nonnullos neceſſe eſt, qui eum diem male auſpicatum haberent, et ominoſum putarent eo die aliquid ſuſcipere agendum aut iter facere. Quod ſi de cauſa huius ſuperſtitionis quaeritur, viri docti eam inde ortam putant, quod Romani Iudaeos videbant religioni habere, eiusmodi aliquid facere die ſabbati, qui in illum diem Saturni incidebat: v. Dio XXXVII, 17. Tacit. Hiſt. V, 4. Eſt hoc adeo inter exempla adſciti ſatis mature inter Romanas religiones ritus Iudaici. Ovid. I. Art. 415.

Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis
Culta Palaeſtino ſeptima ſacra Syro.

Etſi,

Audeat invito ne quis discedere Amore,
Aut ſciat egreſſum ſe prohibente deo.
Quid tua nunc Iſis mihi, Delia, quid mihi proſunt
Illa tua toties aera repulſa manu?
Quidve,

Etſi, Ioſepho in Apion. II, 39. monente, illa religio hebdomadis omnibus fere antiquis gentibus communis fuiſſe fertur.

22. *Aut ſciat egreſſum ſe*) h. ſciat, meo exemplo diſcat, ſe iter inſtituere male auſpicato, Amore non propitio, et irato propter diſceſſum, quo amica triſtatur. *prohibente deo* eſt adeo, adverſo et profectioni malum eventum minante. Si ita explices, non plane languebit ſententia. H. *ſciat* ſuo damno diſcet, ſe iter, invito Amore, eſſe ingreſſum. In verbis *Audeat invito* animadvertis praeceptum Veneris, qualia ſe ferre profitetur I, 4, 79. ubi v. Not. W.

23. Scaliger Deliam pro Tibulli morbo, Broukhuſius pro eius navigatione in caſto fuiſſe contendit. Neutrum verum. cf. Obſſ. Sed omnino de puellae more ac ritu loquitur poëta. Admodum ſuperſtitioſam puellam fuiſſe Deliam neceſſe eſt; nec id genus animorum adeo alienum ab amore eſſe aiunt; quippe quae etiam peregrina ſacra coluit, Iſiaca, quae illo tempore Romae invaluerant, ut etiam Iſidis templa intra urbem eſſent plura; etſi iam tum ea Senatus aliquoties everti iuſſerat. v. Dio XL, 47. et ibi not. Sacra haec Aegyptio ritu celebrabantur; ex eo ſequentes verſus 24-32. illuſtrandi ſunt, qui de caerimoniis Iſiacis ſunt inter luculentiſſimos. H. Queritur Tibullus aegrotans, quod Iſis ſalutaris ſibi pro pietate Deliae gratiam non retulerit, morbumque defenderit. Ita Cicero deos incuſat Ep. ad div. XIV, 4. W.

24. *aera*) ſiſtra. Nec ea modo, ut in Graecorum Romanorumque ſacris tibiae, accinebant caerimoniis, verum, ut ex h. l. intelligitur, ii, qui ſacris Iſiacis intererant, ipſi ſiſtra manibus quatiebant inter preces et hymnos faciendos ante aram accenſam. Ritum hunc Iſiacum egregie declarant tabb. LIX. et LX. Picturar. Herculanenſ. item Admir. Ro. n. 16. H. Iſidis cultores ibant — *aereis et argenteis, immo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes*, ut Appul. Metam. p. 773. ed. Oudend. dixit. Siſtri deſcriptionem idem dedit p. 759. De *repulſa* vid. Not. ad I, 8, 22. W.

Quidve, pie dum ſacra colis, pureque lavari
Te, memini, et puro ſecubuiſſe toro?
Nunc, dea, nunc ſuccurre mihi — nam poſſe mederi
Picta docet templis multa tabella tuis —
Ut mea votivas perſolvens Delia voces
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat,

Bisque

25. 26. Quidve ſc. prodeſt, te etc. Nam in Iſiacis ſacris inprimis lavatio et ſecubitus ceteris religioſis ritibus antecedebat; idque erat *in caſto eſſe.* Per novem dies noctesque eam caerimoniam duraſſe, ex Propertii noto loco conſtat: *Triſtia iam redeunt* etc. lib. II. El. 33. (24.) ab in.

28. *Picta — templis multa tabella tuis*) Expreſſam in iis tabulis eam corporis partem, quae affecta fuerit, exiſtimat Broukh. Verum etiam deae effigies in iis reddi, aut titulus tantum et formula ſollennis, v. c. ob ſervatum maritum. ex voto. inſcribi ſolebat: cuius generis tot marmora ſuperſunt. H. *templis — tuis* pro in templis. Ita *thalamo* Hor. Od. I, 15, 16. et *adytis* I, 16, 5. Similiter Graeci non utuntur praepoſitione ἐν. Soph. Aj. 192. ἐφάλοις κλισίαις. Elect. 174. οὐρανῷ. — *multa tabella,* ut II, 5, 72. *multus lapis,* I, 4, 76. *multa arte,* 3, 50. *multa via.* Exemplum rarius apud Horat. Ep. II, 3, 203. *foramine pauco.* W.

29. *votivas perſolvens—voces*) vota, h. ex voto ſacrum faciat Iſidi *ſalutari,* quo nomine in ſimilibus marmoribus occurrit, ob ſalutem Tibulli. H. *votivae voces* ſunt hymni ex voto. vid. Obſſ. W.

30. *lino tecta — ſedeat*) Lini uſus in ſacris Iſidis notus. v. Broukh. et Stat. *Sedebant* vota ſolventes Prop. II, El. 21, (28) 45.

Ante tuosque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.

Et quidem in veſtibulis templorum. cf. Vulp. Hoc tamen loco *ſedere* propius ad Iſiacas religiones ſpectare videtur, cum ſubiiciatur *Bisque die.* Sediſſe ſcilicet Delia videtur mane ante fores, ut templi matutinam apertionem opperiretur; quae ſollenni ritu ubi facta eſſet, hymnus canebatur, qui laudes deae continebat. Haec eſt *matutina deae ſalutatio* aut *primae horae nuntiatio* deaeque *excitatio,* quam Iſiacae religioni tribuere ſolent Arnobius et alii; quoniam in eo hymno ſalutabatur dea et dies redux nuntiabatur. Conf. Appulei. XI, p. 207.

Bisque die refoluta comas, tibi dicere laudes
Infignis turba debeat in Pharia.
At mihi contingat patrios celebrare Penates,
Reddereque antiquo menftrua tura Lari.
Quam

p. 207. 209. Colv. Ante fores templi autem turba Ifiaca etiam cernitur in tabulis Herculanenfibus fupra laudatis, quae omnino facrum hoc praeclare illuftrant.

31. *Bisque die* —) Bis die canebant laudes Ifidis; prima hora, cum facerdotes templum aperuiffent, falutabant deam, (h. e. hymnum canebant in honorem deae. v. ad v. fup.) poft totum diem ftipem emendicabant, hinc ad octavam redibant, deam componebant, templumque claudebant; tum altera vice dea laudabatur. Hinc Martialis noto carmine X, 48.

Nuntiat octavam Phariae fua turba iuvencae.

Haec Scaliger docte ex Appuleii XI.; ubi tamen de facris Ifiacis, ad Cenchreas apud Corinthum celebratis, agi cogitandum eft. Num ftipis emendicatio in Ifiacis facris facta fit omnibus, dubito. Porro variare debuit religio Ifiaca etiam in aliis. Ita quater die hymnos cantaffe Chaeremon tradebat apud Porphyr. de Abstin. IV, 8. ubi ἢ τρὶς haud dubie delendum.

32. *Infignis*) omnino propter pulchritudinem. (Ita *infignis* Horat. Od. III, 20, 6.

Ibit infignem repetens Nearchum.

Forma infigni ceteros illam fuperaffe cultores haud dubie fignificatur epitheto. W.) Vulpius putat, propterea infignem effe, quia comata inter calvos effet. Sed aderat et alia cultorum turba, praeter Gallos, aeque comata, ac Delia. Appuleius Metam. XI. p. 773. *Tunc influunt turbae facris initiatae, viri feminaeque — illae limpido tegmine crines madidos obvolutae, hi capillum derafi funditus, vertice praenitentes.* Ita etiam in tabula Herculanenfi laudata LIX. inter ceteros calvos, feu fafcia crinem religatos, eft femina egregie comata folutis capillis. *Turba Pharia* eft Ifiaca, minifirorum et cultorum Ifidis, quia eius facra ex Aegypto Romam apportata funt, in qua Pharos, infula, prope Alexandriam, a qua poëtae faepe epitheton petunt. H. Ita *fiftra Phariaca* Appul. Metam. II. p. 161. per quae propheta Aegyptius, e cultoribus Ifidis (*linteis amiculis intectus et adufque deraſo capite* p. 159.) oratur. W.

33. *patrios celebrare Penates*) h. domum redire; nam ex itinere reduces deos Penates falutatum

Quam bene Saturno vivebant rege, prius quam
Tellus in longas eſt patefacta vias!
Nondum caeruleas pinus contemſerat undas,
Effuſum ventis praebueratque ſinum;
Nec vagus, ignotis repetens compendia terris,
Preſſerat externa navita merce ratem.
Illo

tatum ibant, ut vel ex Terent. Phorm. II, 1, 81. notum. v. Broukh. et Stat. *celebrare*, ſeu ſacro facto venerari, ſeu ſimpl. adire. H. Haec animi religioſi et pii Tibulli in Penates Laresque memor leges. At nil niſi formulam aliquam video in Horatii verbis Sat. II, 5, 4.

Ithacam revehi patriosque Penates adſpicere.

celebrare deum proprie dicitur deum cultu celebrem reddere, ut *deus celeber* II, 1, 83. *Diana celebris* Hor. Od. II, 12, 20; deinde eſt colere. W.

35. *Quam bene Saturno*) Inter loca de aurea aetate a tot poëtis tanta cum arte tractata, quorum magnam partem Broukhuſ. ad h. l. commemoravit, hic, qui ſequitur, Tibullianus inter principes eſt habendus. Nam breviter et eleganter recitat potiora corruptelarum genera ex illa aetate ſublata cum potioribus eius vitae bonis.

36. *Tellus in longas eſt patefacta vias*) ad longinqua itinera, h. viae in terris factae ſunt. Nam quae pervia fiunt, et frequentari incipiunt, *patefieri* dicuntur. Phaedrus IV, 6. de Argo:

Inhoſpitalis prima quae Ponti ſinus
Patefecit.

et Cic. in Maniliana c. 8. *patefactum* Romanis *legionibus eſſe Pontum* dicit, *qui ante populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet:* h. legiones Romanas in Pontum penetraſſe, quem antea nullus exercitus Rom. acceſſerat. Contra *claudi* dicuntur loca, quae adiri nequeunt: *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* Iam conf. Broukh. h. l. H. Conſtructionem illuſtrat Virg. Aen. VI, 42.

Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum.

et Ovid. Am. II, 16, 16.

In longas orbem qui ſecuere vias.

quem locum Statio debeo. Adde Am. III, 1, 18. W.

38. *ſinum*) int. velorum.

39. *vagus — navita*) *Navita* h. l. mercator, ut ſaepe. v. c. Horat. I, Carm. 1, 14. *vagus* ille, propter continuos errores
et

Illo non validus ſubiit iuga tempore taurus;
Non domito frenos ore momordit equus;
Non domus ulla fores habuit; non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis;
Ipſae mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obvia ſecuris ubera lactis oves,

Non

et itinera. Nam poëtae *vaga* appellant, quaecunque motu feruntur perpetuo. Docet id exemplorum congeries apud Broukh. *compendia* ſunt lucra. v. infr. IX, 9. et h. l. merces, unde lucra parantur; itaque ſubiicitur *merce externa.*

44. *Qui regeret c.*) qui definiret, partiretur certo limite. Notum inter ICtos *de finibus regundis*, h. conſtituendis. Inde ductum doctius: *regere arva finibus.* cf. Ovid. I. Met. 135. H. Vide et Forcellinium in v. *regere.* Ingenii ſaeculi ſui magis rationem habuerunt Horatius Ep. II, 2, 170.

populus aſſita certis limitibus vicina refigit iurgia.

et Virgilius Aen. XII, 897. de ſaxo:

Limes agro poſitus, litem ut discerneret arvis. W.

45. *Ipſae mella dabant quercus*) non quod ſucci loco erant, ut vulgo exiſtimare videntur, v. Commentator. in Severi Aetnam ad v. 13.; ſed quod apes, ſine hominum cura et opera, in earum truncis mel faciebant, idque tam copioſum, ut in terram deflueret. Ovid. III. Am. 8, 40.

— et in quercu mella reperta cava.

In hunc modum explicandi Virg. Ecl. IV, 30. Ge. I, 131. Ovid. Met. I, 112. Horat. V. Carm. 16, 47. II. Carm. 19, 11. Illuſtrat rem Schol. Nicandri ad Alexiph. 448. ἔνθα δὲ καὶ κοίλοιο κατὰ δρυὸς etc. H. De melle, de foliis et e rimis quercus manante, et haec et Virgilii loca accepit H. Voſſius. Si quis Heynii ſententiam amplectatur, *ipſae* explicabit: nullo labore impenſo. W.

46. *ſecuris*) h. *mollia ſecura viventibus otia mente* iſtius aetatis hominibus, et ne de victu quidem ſollicitis. *Ubera lactis,* pro eo quod Virgil. *ubera lactea,* lacte diſtenta, plena. H. Ita *lactis rivos* Hor. Od. II, 19, 20. cf. ſupr. I, 1, 28. W.

Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſem
  Immiti ſaevus duxerat arte faber.
Nunc Iove ſub domino caedes, nunc vulnera ſemper,
  Nunc mare, nunc leti multa reperta via.
Parce, pater; timidum non me periuria terrent,
  Non dicta in ſanctos impia verba deos.

Quod

47. *enſem — duxerat*) ducere, *ἐλαύνειν*, tundendo ferrum in laminam procudere. v. Virgil. Aen. VII, 634.

Aut levis ocreas lento ducunt argento.

Ibid. *nec enſem — faber*) Ornavit poëta vulgatum: *nec enſis*. De interpretatione verſus vide Obſſ. W.

49. *Nunc Iove ſub domino*) Vides ordinem aetatum a diverſis metallis in Heſiodo aut Ovidio inductum non ſervari h. l., ut nec alibi. Aureae aetati ſtatim ſuccedit haec ferrea, quam per tot ſaecula viximus. H. Cum duae tantum memoratae ſint aetates, ceteras non ſtatuiſſe Tibullum, concludi nequit. W.

50. *Nunc mare*) pericula in mari, ex navigatione. H. Ad *viam leti* compara Soph. Phil. 43. *νόστος φορβῆς, via ad victum*, ubi bene Schaefer. *reperta* per artes inventas et negotia vitae. Ad ſenſum confer Senec. Hipp. 475.

Quam varia leti genera mortalem trahunt
Carpuntque turbam: pontus et ferrum et doli!

Adde Stat. Silv. II, 1, 213. et Sen. Rhet. Controv. III, 16. H. Voſſio laudatum. W.

51. 52. Haec ex vulgari veterum, iam inde ab heroica vita, opinione illuſtranda ſunt, qua mortes praematuras aut celeres et ex morbis acutis pro magnorum ſcelerum poenis, ab ipſis diis praeſentibus inflictis, habebant. Tibullus igitur ſe nullius ſceleris conſcium eſſe ait, quo in medio iuventae curſu abripiatur. Tum pergit: Si tamen fato nunc moriendum eſt etc. Color orationis idem eſt inf. III, 5, 6. ſqq. *Pater*, Iupiter. Santen. ad Propert. IV, 11, 18. *Plutonem* intelligit; nec intercedo. H. De Iove unice cogitandum eſſe, qui praeceſſit, vel ex I, 4, 23. 24. apparet. Et verba *Parce, pater* ſignificant: me ſerves. Num Pluto hoc praeſtat? Sic *pater* vel *parens* de Iove dici Virg. Georg. I, 121. Hor. Od. I, 2, 2. 12, 12. adiectis ſatis decla-

Quod ſi fatales iam nunc explevimus annos,
Fac lapis his ſcriptus ſtet ſuper oſſa notis:
HIC IACET IMMITI CONSVMTVS MORTE TIBVLLVS,
MESSALAM TERRA DVM SEQVITVRQVE MARI.
Sed me, quod facilis tenero ſum ſemper Amori,
Ipſa

declaratur. — Ad v. 52. *Non — deos* compara Soph. Ai. 128.

Μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς ἐς θεοὺς ἔπος.

Vide Not. ad III, 5, 13. 14. W.

53. *fatales — annos*) a fatis definitos, quos vivere debemus.

54. *Fac lapis his ſcriptus ſtet ſuper oſſa notis*) h. marmor hoc titulo inſcriptum. *Stet ſuper oſſa:* non de noſtris cippis ſepulcralibus cogitandum eſt, ſed aut de ſarcophago, quo urna conditur, aut de cinerario vel columbario, quo reponitur urna, appoſito titulo in brevi marmore. H. *Fac lapis — ſtet.* Cum a Iove, ut morbum depelleret, precatus eſſet, eundem his verbis alloqui Tibullum, patet; nec hae preces mirae. Nemo enim ei aderat ſuorum, cui mandata ultima relinqueret. Simili modo Aiax apud Sophoclem, caedem patraturus ſolus, 823 — 831. a Iove, ut Teucrum de morte ſua violenta certiorem faciat, precibus expetit. Et rem ad illum Iovis opera perlatam v. 998. legis. W.

57. ſqq. Locus ſequitur ſuaviſſimus de amantium ſedibus in campis Elyſiis. Illud autem novum, quod Venus eſt pro ψυχοπομπῷ, tanquam alter Hermes, quae deducat animam ad loca infera; eximium inventum et dignum, quod pictum reddatur. Potuit autem in ſuave hoc phantaſma tanto magis incidere, quoniam Romani Venerem Libitinam habuere. Etſi caſu potius, quam ullo religioſo more, hoc accidit, cum in Libitinae fano Servius Tullius pro ſingulis mortuis ſingulos numos reponi iuſſiſſet, mox vero funerum locatio ad id fanum fieri conſueſſet, ut Libitina pro dea haberetur, cui, tanquam Proſerpinae, res inferae cordi curaeque eſſent. Noſtrum poëtam ante oculos habuit auctor elegantiſſimi epitaphii in Lucceium, apud Gruterum, Bonadam et alios obvii, nuper quoque in Anthol. Lat. To. II. Lib. IV, ep. 13. repetiti, ubi v. 27.

Nam me ſancta Venus ſedes non noſſe ſilentum
Iuſſit, et in caeli lucida templa tulit.

Venerem Libitinam in vaſe ſepulcrali edidit Bellorius in Lucernis ant. ſepulcr. P. II. tab. 41. ſed ſine idoneo argumento. Eſt enim Venus, qualis paſſim exhi-

Ipſa Venus campos ducet ad Elyſios.
Hic choreae cantusque vigent, paſſimque vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aves;
Fert caſiam non culta ſeges, totosque per agros
Floret odoratis terra benigna roſis.

Hic

exhiberi illa ſolet, ſubducta ad inguina palla; niſi, quod multo magis ſtatuendum, ſimpliciter puellae ſpeciem eam eſſe dicas.

57. *facilis — Amori*) h. l. obſequioſus, obnoxius, deditus.

59. Primae lineae iucundiſſimorum phantaſmatum ſunt apud Pindar. in nobiliſſimo loco Olymp. II, 128. ſqq. Alia dedimus ad Virgil. Aen. VI, 637. ſqq. *vigent:* ne tenue illud *ſunt* poneret. H. Conferri poteſt locus Ciceronis pro Coelio c. 5. f. *Vigebant ſtudia rei militaris*, et Graecorum *μέλειν* apud Eurip. Herc. F. 759.

χοροί, χοροὶ καὶ θαλίαι μέλουσιν Θήβας ἱερὸν κατ᾽ ἄστυ. W.

61. *Fert caſiam non culta ſeges*) h. terra nullo cultu profert herbas odoratas. Nove dixit *ſegetem*, primum de agro, in quo ſeges ſementi facta ſubnaſcitur, tum de fruticibus, non de frumento. Nam *caſia* eſt frutex ille ſeu virgultum cortice bene olenti probatum cinnamoque ſecundum veteres nobilitate proximum. v. Plin. XII, ſ. 43. et Bauhin. cum in Pinace p. 408. tum in Hiſt. Plantar. lib. IV. p. 446. ſqq.

Eſſe tamen illam veterum caſiam nullam aliam quam noſtram canellam ſeu cinnamomum, (canellam Malabaricam ſ. Iavanenſem, inter lauri genera referri ſolitam) nunc nemo dubitat. Dubitatum eſt, an cinnamomum veterum pro diverſo genere habendum ſit; ſit tamen probabilius, eiusdem arboris corticem, ſed tenuiorum fuiſſe ramorum, qui una cum cortice reſecti exportabantur. *Praecipua*, inquit Plinius, *bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus* etc. Alia eſt caſia herba coronaria apud Virgilium Ecl. II, 49. et aliis locis, praeterquam Ge. II, 466. qui locus de caſia, quae inter aromata eſt, accipiendus erat. H. *Seges*, quod proprie terram vel frugibus accipiendis deſtinatam et aptam vel conſitam ſignificat, transfertur ad agros, in quibus frutices caſiae ſponte enaſcuntur. Secutus eſt Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 94.

Hic caſiae matura ſeges, Panchaia turgent
Cinnama.

Adde

Hic iuvenum ſeries teneris immixta puellis
  Ludit, et aſſidue praelia miſcet Amor.
Illic eſt, cuicunque rapax Mors venit amanti,
  Et gerit inſigni myrtea ſerta coma.
At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda
  Abdita, quam circum flumina nigra ſonant;
Tiſipho-

Adde Tib. IV, 2, 18.

Cultor odoratae dives Arabs ſegetis. W.

64. *praelia*) ſunt dulces amantium rixae. Hor. I. Carm. 6, 17. 9, extr. Vulp. Porro *miſcet praelia Amor*; alias *miſcent praelia* pugnantes, h. l. exquiſitius auctor pugnae.

65. 66. Aliter inſtruxit Elyſium Virgilius l. c. heroibus, vatibus, et viris bonis ſanctisque. Sed recte noſter pro argumenti conſiliique diverſa ratione. *inſigni coma*, ornans epitheton; ſcilicet, myrtea corona impoſita, ipſa coma fit inſignis, inſignitur, ornatur. Sic eſt accipiendum h. l. non de coma pulcra. H. Cauſam Elyſii ſic repraeſentati ad I, 4, 27. cognoſces. W.

67. *ſcelerata iacet ſedes*) *iacet* ad deſignandum immenſum illud Tartari profundum. Broukh. *ſcelerata* h. abominabilis, infauſta, στυγνή, ut *Porta ſcelerata.* Alias eſſe poſſet pro *ſedes ſceleratorum.* H. Ovid. Metam. IV, 455. *Sedes ſcelerata vocatur.* — *quam circum* — *Tiſiphoneque.* Tiſiphone cum in Tartaro verſetur, iuncturam per copulam *que* pro *ibique Tiſiphone* notes, comparesque Ovid. Metam. I, 372.

flectunt veſtigia ſanctae
ad delubra deae, quorum faſtigia turpi
ſqualebant muſco, ſtabantque *ſine ignibus arae.*

Verbera, quibus Tiſiphone *ſaevit*, apud Mart. X, 5, 14. *Severi Aeaci lora* appellantur. W.

68. *quam circum flumina nigra ſonant*) Novavit hic aliquid, aut variavit ſaltem, niſi ex Platonicis commentis illud repetitum malis, quod Tartarum fluminibus ambiri narrat, quae alioqui regna Plutonis, loca infera, omnino intercludunt. Accedit ad ea flumina in ipſo Orci aditu, quisquis ex locis ſuperis deſcendit. Vide Exc. IX. ad lib. VI. Aeneidis. De Ixione, Tityo et ceteris in ſeqq. commemoratis multa congeſſit Broukhuſ. Tu v. praeter Culicem inprimis Aen. VI, 570. ſqq. 595. ſqq.

Tiſiphoneque impexa feros pro crinibus angues
  Saevit, et huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in porta ſerpentum Cerberus ore
  Stridet, et aeratas excubat ante fores.
Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
  Verſantur celeri noxia membra rota;
Porrectusque novem Tityos per iugera terrae
  Aſſiduas atro viſcere paſcit aves.

Tanta-

69. *impexa feros pro crinibus angues*) habens angues pro crinibus, et, ut foedior adſpectus eſſet, horridos eos et impexos. ut dicimus *impexus comas*, et III, El. 2, 11. *longos incomta capillos.*

70. *Saevit*) verberibus et taedis ardentibus miſeros exagitat. v. Aen. VI, 570. et Broukh. ad h. l. Culic. 217.

Obvia Tiſiphone —
Et flammas et ſaeva quatit mihi verbera poenae.

Saevire eodem modo apud Ovidium II. Met. 399.

— — Colligit —
Phoebus equos, ſtimuloque domans et verbere ſaevit.

Catal. Poët. vet. p. 204. Scal. (in Anthol. Lat. lib. III, ep. 227.)

Quid ſaevis, Sybari? domiti modo terga iuvenci
Quid premis?

In iis, quae ſequuntur: *et huc illuc impia turba fugit* inverſionem orationis facile obſerves pro: et huc illuc turbam fugat, circumagit. H. Nec haec ratio dicendi apud poëtas infrequens. Vide I, 8, 54. Virg. Aen. 1, 30 — 32. Silium II, 543 — 45. W.

71. *ſerpentum — ore*) quos nempe pro villis et iubis capitum geſtat. v. Broukh. et infr. III, 4, 87. Strident igitur ſerpentes in eius capitibus, ſed doctius ad ipſum canem transtulit poeta. De ceteris v. Obſſ. Novum autem hoc, quod hic Cerberus ad Tartari fores excubat. Nam communi poëtarum exemplo ſedes eius eſt ſub locorum inferorum ingreſſum. v. ad Virgil. VI, 417. Exc. VIII. *Portam* Tartari v. ibid. 552 ſq. H. *Tum* in deſcriptionibus (Aen. V. I, 104.), in primis locorum uſurpatur poëtis, ut Virgilio Aen. IV, 250. *tum flumine.* W.

74. *noxia membra*) h. membra noxii, ſcelerati, hominis. Mox *novem per iugera;* tanta enim corporis magnitudine erat Tityos. v. loca ap. Broukh.

76. *atro viſcere*) int. iecur, quod

Tantalus eſt illic, et circum ſtagna; ſed acrem
  Iam iam poturi deſerit unda ſitim;
Et Danai proles, Veneris quae numina laeſit,
  In cava Lethaeas dolia portat aquas.
Illic ſit, quicunque meos violavit amores,
  Optavit lentas et mihi militias.
At tu caſta, precor, maneas, ſanctique pudoris

Aſſideat

quod et Graecis μέλαν ἧπαρ. Vulp. Virgil. Aen. VI, 597. *roſtroque inmanis vultur obunco Inmortale iecur tondens.* cf. Ovid. in Ibin 184. *Aves*, ut poëta, etiam de uno vulture dicere potuit. *Aſſiduas* autem eleganter et proprie dixit.

78. *acrem Iam iam poturi deſerit unda ſitim*) ornate pro deſerit eum; hoc ornari poterat, eum ſitientem et iam iam poturum.

79. *Veneris quae numina laeſit*) Veneris coniugalis, caede ſponſorum. v. Broukhuſ. Nota res ex Epiſt. Hypermneſtrae ap. Ovid. et ex Horat. III. Carm. 11.

80. *In cava — dolia*) h. perforata, pertuſa, τετρημένα. Sic Ovid. I. Art. 432. videtur *cavas aures* dixiſſe:

Elapſusque cava fingitur aure lapis.

81. *quicunque meos violavit amores*) corruptorem puellae intellige. Ita enim *laedere, violare amorem* et ipſam *puellam* paſſim et noſter et alii dicunt. inf. I, 6, 51. *Parcite, quam cuſtodit Amor, violare puellam.* (cf. Obſſ. ad I, 2, 89. W.) Dicit autem *quicunque violavit* eo ſenſu, quo multa efferimus quotidie: *ſi quis* fuerit, qui violet. H. Apte haec imprecatio exemplo impietatis Danaidum, acriter in Tartaro punitae, ſubiungitur. Magna arte Danaidum ſcelere uſus eſt Horatius Od. III, 11, 22. ſqq. De ceteris vid. Obſſ. W.

82. *lentas — militias*) h. difficilem expeditionem, quae in multum tempus protrahitur. Videtur autem hactenus ſuperſtitionis priſcae aliquid ineſſe, qua ut diras et imprecationes vim habere, ita etiam malignis votis ac precibus, multo magis carmine ac faſcinatione, bona aliorum intercipi, mala autem inferri putabant homines ſtulti, qui pravum animorum habitum cum pravorum conſiliorum effectibus permutabant. Eum autem, qui inſidiabatur eius puellae, longam abſentiam precatum eſſe Tibullo credere licet.

Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus.
Haec tibi fabellas referat, poſitaque lucerna
Deducat plena ſtamina longa colo;
Ac circa gravibus penſis affixa puella
Paulatim ſomno feſſa remittat opus.
Tunc veniam ſubito, nec quisquam nuntiet ante,
Sed videar caelo miſſus adeſſe tibi;
Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
Obvia nudato, Delia, curre pede.

Hoc

84. *anus*) Nutrix poteſt intelligi. v. Ovid. Epiſt. 19, 37. aut verius ipſa Deliae mater. cf. Eleg. 6, 57. Sunt autem, quae ſequuntur, exquiſitae ſuavitatis propter dilectum rerum ad ſenſum et recordationem iucundarum.

87. *Ac circa gravibus penſis affixa puella*) int. ſervula, quae circa eam erat, h. eam ſectabatur et eius curam gerebat. Nam *circa* pro *iuxta* vix dictum eſſe poteſt. Niſi melius ſtatuas, poëtice plurium puellarum conſeſſum ſingulari numero eſſe deſignatum; qui tamen vix in conditionem Deliae cadit. Speciem ſimilem oculis ſubiecit Ovidius Faſt. II, 742.

Lucretia nebat;
Ante torum calathi lanaque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulae data penſa trahebant.

etc. In Ge. IV, 334. Cyrene, Ariſtaei mater, ſedebat thalamo;

eam circum Mileſia vellera Nymphae
Carpebant.

Scaliger *Circa* vult nomen puellae eſſe. H. *circa* et *circum* de loco uſurpatum pluribus tantum accommodari poſſe, itaque *puella* plures ſignificare, ut *puer* et *iuvenis* II, 97., vidit Vulpius. De *una puella* cogitandum, eamque Deliam ipſam eſſe cenſet noviſſimus editor; quaſi huic gravia *penſa* data ſint, et quaſi ad hanc, quam 83. 85. 90. alloquitur, verba: *Ac puella remittat* referri poſſint. Nec poſſunt haec ex noſtrarum linguarum vitiis iudicari. Non mirum, libertinae, a multis amatoribus expetitae, qualis fuit Delia, vid. Heyn. Not. ad I, 6, 67., plures dono datas eſſe puellas; modo Thaidis exemplum in Terentii Eunucho inſpicias. W.

92. *nudato — pede*) Ad ſoleas

Hoc precor; hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

E L E G I A IV.

Sic umbroſa tibi contingant tecta, Priape,

Ne

leas prae feſtinatione relictas hoc pertinet. Aeſch. Prom. 135.

Σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.

notante Huſchkio. Ad feſtinationem pertinent et haec *qualis er. t. c.* quorum ſtructura et uſus illuſtratur verbis Ovid. Metam. IV, 473.

Tiſiphone canos, ut erat, turbata capillos.

et Claud. Epith. Pall. et Celer. 28. de Venere, ſomno excita:

Utque erat, indigeſta comas, turbata capillos.

Notum eſt Graecum ὡς ἔχεις. W.

94. *Aurora — Luciferum roſeis candida portet equis*) *Luciferum* pro *die* dixit. *Candida Aurora* a puro nitore, ut *Luciferum album* Ovidius III. Triſt. 5, 56. Poteſt vero, etſi *candida*, tamen vehi Aurora *roſeis equis*, quomodo Virgil. VII. Aen. 26. *luteam roſeis bigis* vectam exhibuit:

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Uterque enim color ad lucem diei orientis ſpectat. Orationis color ſimilis eſt in conſol. in Liv. 281.

Hunc Aurora diem, ſpectacula tanta ferentem,

Quam primum croceis roſcida portet equis. H. Ovid. Amor. II, 11. extr. Pont. I, 4. extr. W.

Elegia IV.

Enarrat artes, quibus puerorum animus ad obſequium pellici poſſit. Primum omnino amatorem hortatur, ut ab hoc ſibi amoris genere caveat; ſin perſiſtat aliquis in errore, tum ſuadet, ut officii aſſiduitate et obſequii omnis generis pertinacia pueri animum expugnet. Monet tamen, malum nunc invaluiſſe morem, ut pecunia potius quam verſibus redimi et parari amor poſſit. Ut poëta, partes docentis tribuit deo, et quidem Priapo, qui conſultus reſpondet, tanquam alter Apollo. Debuit autem eius eſſe auctoritas ἐν τοῖς παιδικοῖς. Scriptum eſt carmen ad Titium aliquem, de quo v. Obſſ. ad v. 73. Eſt elegia ex elegantiſſimis, ut vehementer dolendum ſit, tam infami argumento eam contaminari. H. Priapum παιδεραστὴν dedit Lucian. Dial. Deor. XXIII. W.

1. *umbroſa — tecta*) Intellige umbracula arborum, ſub quibus

Ne capiti ſoles, ne noceantque nives,
Quae tua formoſos cepit ſolertia? Certe
Non tibi barba nitet, non tibi culta coma eſt;
Nudus et hibernae producis frigora brumae,
Nudus et aeſtivi tempora ſicca Canis.
Sic ego; tum Bacchi reſpondet ruſtica proles,

Armatus

quibus poni ille debet. In Luſibus 82.

Placet, Priape, qui ſub arboris coma
Soles, ſacrum revinctus pampino caput,
Sedere?

Alias ſub dio ſtabat iniuriae aëris obnoxius, ut in Luſ. Carm. 64. loco huic ſimillimo, et ſaepe alibi. *Sic tibi ſint:* formula obteſtandi per res cariſſimas, ut inf. II, 5, 121. II, 6. 30. H. Ante omnia comparandus erat locus Horatii Sat. II, 3, 300.

Stoice, poſt damnum ſic vendas omnia pluris,
Quam me ſtultitiam — quoniam non eſt genus unum —
Inſanire putas?

Et convenit Mart. V, 6, 2—7. W.

3. *Quae tua formoſos cepit ſolertia*) Senſus: Dic mihi, quaeſo, *ſic umbroſa* etc. obteſtor te per umbram, quam amas, arborum ſcilicet, ſub quibus eius ſignum poni ſolebat, ut alias per templa, aras, qua arte et qua calliditate pueros ad amorem tuum pellicere (hoc enim eſt *capere*, cf. v. 13.) potuiſti, cum tuus cultus non tam elegans ſit, ut eo nomine placere poſſis. Sic enim ipſe de ſe fatetur deus in Luſib. Ep. 40.

Me pulchra fateor carere forma.

5. *hibernae producis frigora brumae*) dictum, ut, *producere noctem.* Prop. I, 3, 39.

O utinam tales producas, improbe, noctes!

ante v. 37. *conſumere tempora noctis* dixerat. Proprie producuntur convivia, luſus, ioci, per noctem; hinc et ipſa nox. Simplex *ducere* frequentius eſt in ea notione; ſed etiam *trahere* dicimus *noctem.* v. Aen. I, 748. Item *extrahere, extendere, educere.* v. Burmann. ad Valer. Argon. I, 251. et ad Ovid. I, Met. 683. cf. ad Aen. VIII, 94. H. *tempora ſicca* ſunt fervida, quae ſitim efficiunt. Ita Horatius Od. III, 29, 20. *dies ſiccos* de aeſtate ferventiſſima poſuit. Vid. inf. 42. De repetitione in verbis *Nudus et* cf. Not. ad I, 2, 71. W.

7. *Bacchi — proles*) Bacchi et Veneris, quod plerique tradunt. Alii poëtae aliter.

Armatus curva ſic mihi falce deus:
O fuge te tenerae puerorum credere turbae;
Nam cauſam iuſti ſemper amoris habent.
Hic placet, anguſtis quod equum compeſcit habenis;
Hic placidam niveo pectore pellit aquam;
Huic quia fortis adeſt audacia, cepit; at illi
Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.
Sed te ne capiant, primo ſi forte negarit,
Taedia; paulatim ſub iuga colla dabit.

Longa

9. *O fuge te — credere turbae*) cave omnino adeas ac frequentes coetus puerorum. Nimis lubricum eſt, eos adſpicere.

10. *Nam cauſam iuſti ſemper amoris habent*) h. e. dant, praebent. Simillimus Ovidii locus de puellis:

Centum ſunt cauſae, cur ego ſemper amem.

Sive eſt, — ſive eſt, II. Am. 4, 10 ſqq. H. Adde Ovid. Heroid. XV, 80.

Et ſemper cauſa eſt, cur ego ſemper amem.

11. *anguſtis quod equum compeſcit habenis*) equitandi peritiam uno artis genere exprimit. inf. IV, 1, 91, 92.

Aut quis equum celerem artato compeſcere freno
Poſſit, et effuſas tardo permittere habenas.

12. *Hic — pellit aquam*) h. hic placet, quia *pellit.* — Variat poëta orationem. *pellere aquam* de natantibus, ut III, 5, 30.

Et facilis lenta pellitur unda manu.

13. *adeſt audacia*) pro *eſt.* inf. IV, 5, 6.

Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.

cf. Vulp. h. l. H. Adde Statium. W.

14. *at illi — ſtat pudor ante genas*) quod alias: genis inſidet, ineſt. Sic Horat. IV. Od. 13. 7. de Amore,

— — — — Chiae
Pulchris excubat in genis.

cf. Vulp. Minus bene in hunc modum dixit Lotichius I, El. 5.

Dum roſeas illi ſtat ſopor ante genas.

Et III, El. 7.

Gloria, quae cineres excubat ante tuos.

15. *Sed te ne c.*) ad vulgarem orationem ſic explendum: Si tamen in amorem, quod nolim, incideris, tum haec te monitum eſſe velim: *te ne capiant* etc.

Longa dies homini docuit parere leones;
  Longa dies molli ſaxa peredit aqua;
Annus in apricis maturat collibus uvas;
  Annus agit certa lucida ſigna vice.
Nec iurare time; Veneris periuria venti
  Irrita per terras et freta longa ferunt.
Gratia magna Iovi; vetuit pater ipſe valere,
  Iuraſſet cupide quidquid ineptus amor.
Perque ſuas impune ſinet Dictynna ſagittas
Affir-

etc. H. Perſtandum eſſe in puero expugnando, neque ipſis periuriis abstinendum, primo monetur. *Negare* abſolute poſitum ſignificat difficilem eſſe precibus expetentis II, 6, 27. Et Ovidius Amor. II, 19, 20. *ſaepe rogata nega*, et Metam. XIII, 741. *Nolle* amorem recuſare apud Catull. VIII, 9.

Nunc iam illa non vult; tu quoque, impotens, noli. W.

19. Virgil. Ecl. 9, 48.

Aſtrum, quo ſegetes gauderent fructibus, et quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.

20. *Annus agit* c.) h. movet, ſive, oriuntur et occidunt ſidera non niſi intra tempus ſuum certum ac definitum. *Annus* hoc et ſuperiori verſu eſt pro tempore quocunque ſeu definito ſeu infinito.

21. Locus de periuriis amantium impunitis paſſim a poëtis tractatus. v. Stat. ad h. l. cum reſpectu vero ad h. l. ab Ovidio I. Art. 631. *Nec timide promitte — Iupiter ex alto periuria ridet amantum* etc. — *venti ferunt irrita:* frequentatum poëtis inde ab Homericis Harpyiis. v. Exc. VII. ad Virgil. Aen. III. H. Vide etiam Not. ad III, 6, 49. Ita Iuvenalis, *pauperibus* deos periuria ignoſcere, Romanos credidiſſe tradit Sat. III, 145.

contemnere fulmina pauper
Creditur atque deos, dîs ignoſcentibus ipſis. W.

24. *ineptus amor*) ſuaviter de amante, qui male ſedulo et ambitioſe adſtruit fidem iis, quae aliquando ipſe elevabit et quorum per ſe pondus nullum eſt. Ex notione *inepti* apud Cic. de Or. II, 4. huc vocandum eſt illud: — *aut plura loquitur, aut ſe oſtentat.* Mox de *Dictynna*, h. l. Diana, cf. ad Cirin 305.

Affirmes, crines perque Minerva ſuos.
At ſi tardus eris, errabis; tranſiit aetas
Quam cito! non ſegnis ſtat remeatve dies.

Quam

26. *crines perque Minerva ſuos*) Inter formoſas deas Minerva etiam alias refertur: ſed coma deae vix alibi in laude praecipua habetur, praeterquam in fabula de Meduſa, cuius capillos in ſerpentes mutatos narravere nonnulli, quod deae illa ſe praetuliſſet formae et comae decore. Exſtat narratio apud Servium ad Aen. VI, 289. et τῇ Ἀθηνᾷ πρὸς κάλλος ἀντήριζεν eſt apud Tzetzam ad Lycophr. 838. unde colligi poteſt, olim de Minervae coma plura in poëtis occurriſſe. Fac tamen hoc ita ſe non habuiſſe, neceſſitas nulla fuit, quae poëtam cogeret memorare in dea eandem formae partem, quae aliis a poëtis celebrata eſſet. Apud Propert. II, 28, 12. (21, 14.) puella iuraverat *per oculos Minervae:* quidni nunc *per eius crines? Flavam* eius comam fuiſſe, aliunde conſtat, epitheto adiecto, *flava Minerva*, ξανθή, ἠΰκομος. Ita Statius quoque II Theb. 238. ubi de Diana et Minerva:

Utraque torva genis flavoque in vertice nodo.

quo habitu vix usquam in ſignis veterum occurrunt, ſed coma fere promiſſa. Memoratur tamen apud Pollucem lib. II, 35. καὶ παραπλέκειν τὰς τρίχας, τὸ ἀναπλέκειν· καὶ παραπεπλεγμένη ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ ἀναπεπλεγμένη. Occurrebat hoc epitheto ornata Minerva alicubi in vetere poëta παραπεπλεγμένη, haud dubie ea de cauſa, quod capillum religatum et collectum habebat: *flavum in vertice nodum.* Nam cincinnos e cervice dependentes vix illud nomen deſignare potuit, quod putabat Winkelmann. Monum. ined. p. 19. et in Annotat. ad Hiſt. Art. p. 48. H. vid. Obſſ. — Ceterum cauſa, cur per Iunonem et Minervam h. l. iuretur, a caſtitate dearum eximia repetenda videtur. Certe IV, 13, 15. alienum ab hoc loco. W.

27. *At ſi tardus eris*) *tardus* h. l. ignavus, ſomniculoſus, cunctator, qui conſilia exſequenda in diem differt. Ad conſtantiam et pertinaciam in inſtituto adhortatus erat; nunc illud ſubiicit, quod in quocunque incepto meminiſſe opus eſt, ut nec interea otietur ac ferietur, ſed ut ſuo operi intentus quodvis tempus commodum, quamvis occaſionem opportunam aucupetur, ne interea tempus e manibus elabatur. H. 27 — 29. Tibullus praeceptum: in aetate florente amori eſſe indulgendum, fuſe perſecutus eſt, ex natura ſua atque

e more

Quam cito purpureos deperdit terra colores!
Quam cito formofas populus alba comas!
Quam iacet, infirmae venere ubi fata fenectae,
Qui prior Eleo eft carcere miffus equus!
Vidi ego iam iuvenem, premeret quum ferior aetas,
Moe-

e more faeculi fui; quo cum vita immortalis negaretur, et gaudia vitae fola fpectarent homines, quae fenectute impediuntur, morte intercipiuntur, voluptatum fructus, ut fummum bonum, praedicandus, ademtio bonorum iuvenilis aetatis lugenda erat. En caufam querelarum acerbarum 35 fqq.; hinc animus commotior folito et 28 fqq. (fimile exemplum 57.) et I, 8, 41 — 48; hinc mortis et fenectutis imagine propofita ad gaudia vitae capienda hortatur I, 1, 59 fqq. et arma, mortem feftinantia, recufat I, 10, 33 fqq. Hinc denique adornationem Elyfii I, 3, 59 — 64. explica. — *Aetas* de aetate vegeta et florida. Hor. Ep. I, 20, 10.

Carus eris Romae, donec te deferat aetas.

et Sen. Hipp. 446.

Aetate fruere, mobili curfu fugit.

Cum verbis *transiit — cito!* Mitfcherlichius ad Hor. T. 1. p. 398. Theognidem 963. 4. comparavit. W.

29. Sunt fere ipfa Theocriti verba Idyll. XXIII, 28.

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται, ἁνίκα πίπτῃ·
Ἁ δὲ χιὼν λευκὰ, καὶ τάκεται, ἁνίκα παχθῇ·
Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικὸν, ἀλλ᾽ ὀλίγον ζῇ.
Ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
Ἁνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις.

Ultima prorfus ut mox: *Vidi ego iam iuvenem, pr.*

31. *Quam iacet*) languet, fine vigore et viribus eft. *Fata fenectae* funt fenectus, quam fato fubire cogimur. H. *fata fenectae* de homine dixit Prop. I, 19, 17. II, 13 (10,) 47. Mart. X, 5, 10 *Et quum fupremae fila venerint horae.* W.

32. *Qui prior*) prius, integra aetate. Sed v. Obff. *Eleo — carcere*) Olympiaco. v. Virg. Ge. III, 202. H. Virgilius quoque Georg. III, 104. *effufi carcere currus* pro carceribus dicere aufus eft. W.

33. *Vidi ego iam iuvenem*) hominem, qui paullo ante, modo, iuvenis erat. *Serior aetas*, pro

Moerentem ſtultos praeteriiſſe dies.
Crudeles divi! ſerpens novus exuit annos:
Formae non ullam fata dedere moram.
Solis aeterna eſt Phoebo Bacchoque iuventas;
Nam decet intonſus crinis utrumque deum.

Tu,

pro ſenectute. v. Gronov. Obſſ. II, 19. H. Iunge: *Vidi ego iam.* — *iuvenem*, notum eſt, apud Romanos dictum eſſe, qui vel quadrageſimum annum excederet. Iuventutis hoc loco tempora extrema intelligenda eſſe, docent adiecta: *premeret quum ſerior aetas* h. e. inſtaret. Moeret, *dies ſtultos praet.* h. e. dies floridae aetatis ſine Venere abſumtos. Talis iuvenis *triſtem iuventam colere* dicitur Senecae Hipp. 462. ubi idem argumentum a 442. tractatum eſt. W.

34. *ſtultos — dies*) ſtulto ſibi elapſos, circa quos ipſe ſtultus fuit, quod non in amore eos collocavit. Multorum carminum argumentum hoc in Anthologia Graeca; v. c. Automedontis in Analectis T. II. p. 207, no. II.

35. *ſerpens novus exuit annos*) Notum Virgilianum:

Quom poſitis novus exuviis nitidusque iuventa.

Georg. III, 437. coll. Aen. II, 473. Vere et auctumno hoc fieri, ex Ariſtot. H. An. VIII, 17. docuerunt interpretes. Ovid. III. Art. 77. in ſimili querela:

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas.

Colorem hinc duxit auctor Eleg. in Maecenat. obit. II, 113. ſqq.

Redditur arboribus florens revirentibus aetas etc.
Cur nos anguſta conditione ſumus?

novus vero, cui nova iuventus, poſita pelle, redit. Met. IX, 266.

Utque novus ſerpens, poſita cum pelle ſenecta.

exuit annos, ingenioſe, pro vetere pelle. Utuntur poëtae hoc exemplo a ſimilitudine potius quam a rei veritate ducto. Exuviis poſitis, ſerpens non magis ad iuventam redit, quam avis, pennis mutatis.

36. *Formae*) h. ἥβη, flori aetatis iuvenilis. Ita ſaepe poëtae formam alteri notioni ſubſtituunt.

37. Res ex fabulis et veterum ſignis nota. Multa loca congeſſit Broukh. Inſignior ceteris eſt Ovid. Met. III, 421. ubi v. Intpp.

38. *Nam decet i.*) Nam hi ſoli dii comam promiſſam habent, iuventae decus. cf. Obſſ.

Tu, puero quodcunque tuo tentare libebit,
Cedas; obſequio plurima vincit amor;
Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur,
Et Canis arenti torreat arva ſiti;
Quamvis praetexens picea ferrugine caelum
Venturam admittat nimbifer arcus aquam.
Vel ſi caeruleas puppi volet ire per undas,
Ipſe levem remo per freta pelle ratem;
Nec te poeniteat duros ſubiiſſe labores,
Aut opere inſuetas atteruiſſe manus;
Nec, velit inſidiis altas ſi claudere valles,
Dum placeas, humeri retia ferre negent.

Si

39. De praecepto quarto ſine copula aut formula transeundi adiecto, itemque de 51. vid. Obſſ. ad I, 5, 25. W.

40. De hoc obſequio nemo doctius egit quam nequitiarum magiſter Art. II, 177. ſqq.

42. *arenti — ſiti*) aeſtu, qui facit, ut arva areant. H. Ab hominibus verba translata, qui *ſiti torrentur* h. e. exuruntur, quorum *ſitis arens* apud Ovid. Heroid. IV, 144. et *ſicca* dicitur. W.

43. 44. *picea ferrugo* ſunt atrae iſtae nubes, quibus caelum obducitur. *nimbifer arcus*, iris, *admittit aquam venturam*, pluviam imminentem concitare, accelerare videtur. cf. Obſſ.

45. *Vel ſi*) Oratio variata. Poterat per particulam *neu* ſingulas obſequii partes ſubiungere. cf. I, 10, 23. W.

47. *Nec te poeniteat*) Inf. III, 4, 65.

Saevus Amor docuit validos tentare labores;
Saevus Amor docuit verbera poſſe pati. W.

48. *opere*) Intellige ruſticum opus. Inf. El. 9, 8.

Et durum terrae ruſticus urget opus.

49. *inſidiis*) indagine, plagis. cf. Obſſ. Prorſus ſimile obſequium de ſe praedicat Oenone apud Ovid. Ep. V, 19. 20. ad Paridem:

Retia ſaepe comes maculis diſtincta tetendi;
Saepe citos egi per iuga longa canes.

Sed

Si volet arma, levi tentabis ludere dextra;
Saepe dabis nudum, vincat ut ille, latus.
Tunc tibi mitis erit; rapias tunc cara licebit
Oſcula; pugnabit, ſed tamen apta dabit;
Rapta dabit primo, mox offeret ipſe roganti;
Poſt etiam collo ſe implicuiſſe volet.
Heu! male nunc artes miſeras haec ſaecula tractant;
Iam

Sed omnino placet ſibi Naſo in hoc obſequii exemplo; Art. II, 189. Milanion Atalantam adamans:

Saepe tulit iuſſo fallacia retia collo.

et Met. X, 171. Apollo Hyacinthi comes:

Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat;
Non tenuiſſe canes.

Sed et inf. lib. IV. in Sulpiciae carmine ſuavis eſt profeſſio El. 3, 11. 12.

— ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
Ipſa ego per montes retia torta feram.

51. De exercitatione in armis loquitur; notum eſt *ludere* eſſe exerceri in armis, id quod fit *rudi:* cf. Barth. ad Rutil. I, 257. — Ovid. IV. Triſt. I, 72. ſimiliter ut h. l.

Nec niſi luſura movimus arma manu.

Dare latus et *nudum latus*, quod patet ictui, notum, ex eadem campeſtri diſciplina petitum eſſe. v. Broukh.

54. *Oſcula — apta*) quae non nimium detrectanti, ſed os praebenti, ore commode et apte applicato, dantur. v. Ovid. Ep. XV, 131. 132.

Oſcula cognoſco, quae tu committere linguae,
Aptaque conſueras accipere, apta dare.

Monui, quod Vulpio non facile erat dicere. H. Cum verſibus 53 — 55 compares Horatium Od. II, 12 — 15 de Licymnia:

Dum flagrantia detorquet ad oſcula
Cervicem, aut facili ſaevitia negat
Quae poſcente magis gaudeat eripi,
Interdum rapere occupet. W.

57. Etiam hic tranſitus ad aliam ſententiam paullo abruptior eſt, ut mirer Scaligerum non et hic tranſpoſitionem pro ponte inieciſſe. Sed volebat poëta monere, carminibus eſſe deliniendum amantis animum; dum in eo eſt, ut id agat, recordatur mores ſaeculi, quibus eo res rediit, ut munerum appetentiores ſint homines quam verſuum,

Iam tener aſſuevit munera velle puer.
At tibi, qui Venerem docuiſti vendere primus,
Quisquis es, infelix urgeat oſſa lapis.
Pieridas, pueri, doctos et amate poëtas;
Aurea nec ſuperent munera Pieridas.
Carmine purpurea eſt Niſi coma; carmina ni ſint,
Ex

verſuum, quos ſibi offerri videant. Itaque *artes miſeras* intellige τὰς μουσικάς, poëticen. Verſum 58. reſpicit mox v. 62. H. *Artes miſerae* h. e. artes malae, ut *carmen miſerum* apud Virg. Ecl. III, 37., ſunt avaritia, luxuria, laſcivia, ſocordia, alia, quibus ſaeculum Tibulli contaminatum fuit, vitia. *tractare* illas artes eſt illis deditum eſſe. *male* prave, κακῶς. *haec ſaecula* h. e. ſaecula corrupta, ut *his moribus*, *his temporibus* dicitur. Senſus vero totius: ita vigent malae artes, ut vel tener puer avaritia ſit captus. Quartum praeceptum de carminibus amatoriis additurus cum dona maioris haberi quam carmina videat, non mirum, animum Tibulli commotum, ut v. 27., in avaritiam acriter invehi, et carmina pluris aeſtimanda eſſe, docere. Sed hoc praeceptum vanum eſſe et adſcribendum *vanis magiſteriis* 84. expertus eſt ipſe. I, 9, 47. W.

59. *Venerem — vendere*) Eſt locus hic de amore venali et corrupta pretio fide multis et antiquis et recentibus poëtis tractatus; a nullo diſertius quam ab Ovidio I. Am. 10. ubi v. inprimis 31. ſqq. ut taceam Stratonis Epigr. XV.

60. *infelix urgeat oſſa lapis*) ut contra precabantur: *ſit tibi terra levis.* II, 4, 50. *infelix* ſimpliciter notionem abominandi habet, propter hoc ipſum, quod molliter oſſa cubare vetat, ut *arbor infelix*.

63. *Niſi coma*) Notum, hunc Megaris regem unum habuiſſe purpureum crinem, quo ſervabat regni ſui fatum. v. Ovid. Met. VIII, 80. ſqq. Ciris et quos Broukh. ad h. l. laudat. Fuit autem argumentum a multis olim poëtis tractatum. Mox *ni ſint* debebat eſſe *ni eſſent* ex accuratiſſimis Grammaticorum regulis. (Confuſa ſunt duo dicendi genera, alterum, *ni ſint — non niteat*, alterum, *ni eſſent — non nituiſſet;* de qua re cf. Obſſ. ad I, 8, 22. W.) De *Pelopis* eburneo humero res notiſſima, vel ex prima Pindari Olymp. v. Ovid. Met. VI, 403.

63. 64. *Carmine p.*) Etiam hic

Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.
Quem referent Muſae, vivet, dum robora tellus,
Dum caelum ſtellas, dum vehet amnis aquas.
At qui non audit Muſas, qui vendit amorem,
Idaeae currus ille ſequatur Opis;
Et tercentenas erroribus expleat urbes,

Et

hic locus, carminibus ſeu immortalitatem ſeu celebritatem venire, ſaepe ac varie eſt tractatus a poëtis. Praecipuos locos apud Theocrit. Idyll. XVI. et Horatium IV. Carm. 8. et 9. iam alii laudarunt, et recordabitur facile quisque pro ſe; addi poſſunt plura e Pindaro et ex Lyricorum fragmentis. Propior ad noſtrum et ex eo tantum non transſcriptus eſt Ovidii locus III. Am. 12, 21, ſqq. Sententia autem non plene eſt pronuntiata. Purpureus, inquit, crinis Niſi non fuiſſet creditus purpureus, nec Pelopis humerus eburneus, niſi poëtae ita tradidiſſent. Pergit: *Quem referent Muſae, vivet* — h. carmina immortalitatem dant. Ex quo ſententiam poëtae hanc eſſe obvium eſt: De Niſo et Pelope nihil ſciremus; dudum eorum memoria ac nomen eſſet ſepultum; niſi poëtae illud ſervaſſent. Hoc ornate et ſuaviter extulit: fabuloſas adeo res credi propter poëtarum de iis narrationes.

66. Illud *vehet* h. l. nota figura, Zeugma eam appellant Grammatici, tribus verbis iunctum eſt, cum proprie ultimo tantum accommodatum eſſet, pro latiore voc. habebit, feret. *referent* vero paullo ante, ut *dicere*, carmine memorabunt.

67. *non audit Muſas) audit* cum vi eſt dictum: non delectatur audiendo, non movetur carmine, ſpernit verſus amatorios, et praefert aurum, quod alii fortaſſe offerunt. Apud Pindarum Pyth. 1, 25. diis iratis nati *ἀτύζονται βοὰν Πιερίδων ἀΐοντα.*

68 — 70. *Idaeae currus*) eſto Gallus Matris Deum, exſectis virilibus. Grave vero ſupplicium! etſi et ii, qui auro amores expugnant, ab exſectorum natura plerumque parum abſunt.

69. Hi Galli deam ſuam geſtabant per urbes et ſtipem colligebant. *explere errores per urbes trecentas* vulgare eſſet; hoc doctius extulit poëta: *explere urbes erroribus*, ut tot alia poëtae, ut exquiſitiora haberent, ratione hac immutarunt. II. Quod Virgilius de tempore dixit Aen. I, 269. *Triginta magnos orbis — Impe-*

rio

Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.
Blanditiis vult eſſe locum Venus ipſa; querelis
Supplicibus, miſeris fletibus illa favet.
Haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore;
Sed Titium coniux haec meminiſſe vetat.

Pareat

rio explebit, ad locum tranſtulit Tibullus. Et Virgilius ipſe Aen. XII, 763. *Quinque orbis explent curſu.* Itaque *expleat* eſt percurrat. W.

70. *vilia membra*) quae vilia ſibi eſſe hoc ipſo declarabant miſeri, quod ea ſibi abſcindebant. Etiam Ovid. ſic IV. Faſt. 243. *molles miniſtri* — *Caedunt iactatis vilia membra comis*, h. e. virilia. Iuvenalis Sat. II, 115. *ſupervacuam carnem* dixit, alio tamen fortaſſe modo. Ceterum verſum hunc ſimpliciter aliquis ad lacerationem corporum, quae flagellis fiebat, referre poſſit: cui ſimilis eſt illa membrorum laniatio inf. El. 6, 45. ſqq. in ſacerdote Bellonae; et in Gallis: v. c. Apulei. VIII. p. 141. et al. Propert. II, 22, 15. (II, 18, 15.)

Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris,
Et Phrygis inſanos caeditur ad numeros?

uti h. l. *ſecet ad Phrygios modos.* Et *ſecare* de verberibus ſaepe dictum: inf. El. 9, 22. *et intorto verbere terga ſeca.* et Horat. Epod. 4, 11. *Sectus flagellis hic triumviralibus Praeconis ad faſtidium.* Martial. X, 5, 14. — *ſeveri ſectus Aeaci loris.* Verumtamen proprium in hoc Gallorum more virilia auferendi eſt *ſecare*. Ovid. Faſt. IV, 221. *Unde venit, dixi, ſua membra ſecandi Impetus?* Atqui de Atti mox agitur evirato; et in Ibide 275. *Sic aliquis tua membra ſecet: Saturnus ut* etc. et quam proxime ad h. l. v. 455.

Attonitusque ſeces, ut quos Cybeleïa mater
Incitat, ad Phrygios vilia membra modos,
Deque viro fias nec femina nec vir, ut Attis.

73. Hactenus poëta, non tam tanquam Priapi propheta, ſeu ſacerdos, qui ſortem a deo acceptam redderet, quam potius tanquam reſponſum dei recitans, quem conſuluerat ſup. v. 7.

Sic ego; tum Bacchi reſpondet ruſtica proles.

Petierat autem ſortem, tanquam θεοπρόπος ad deum conſulendum a Titio miſſus. Verum is interea in puellae amorem inciderat, quae omnem alium amorem ex eius animo excuſſerat. H. *Coniux* eſt amata. vid. III, 2, 4. W.

Pareat ille ſuae: vos me celebrate magiſtrum,
Quos male habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique ſua eſt; me, qui ſpernentur, amantes
Conſultent; cunctis ianua noſtra patet.
Tempus erit, quum me Veneris praecepta ferentem
Deducat iuvenum ſedula turba ſenem.

Heu

75. *vos me celebrate magiſtrum*) frequentes ad me convenite. v. Vulp. H. Nullum adhuc vidi exemplum, quod probaret, *celebrare hominem* eſſe adire eum; nec loca 1, 6, 17. 3, 33. rem demonſtrant. *Celebrate* vel eſt celebrem reddite adeundo, vel, quod malim, laudibus ornate pro vulgari: praeceptis meis utimini. De quorum utilitate certus ſententiam ſuam eodem prorſus expreſſit modo, quo Ovidius, praeceptis libri ſecundi *Artis A.* abſolutis, 737.

Me vatem celebrate, viri, mihi dicite laudes —
Arma dedi vobis. W.

76. *male habet*) torquet, urit.

77. 78. 80. Haec iam omnia iuris verba ſunt, de iis, qui de iure reſpondent, quibus ſe aſſimulat. *Spernere* notam faſtidii habere, operoſe docet Broukh.

79. *praecepta ferentem*) dantem. Nec hoc alienum ab eius, qui de iure reſpondet, perſona; nam *docet* ille, adeoque praecipit. Deducunt eum in forum et ex foro domum partim clientes, quibus reſpondit, partim iuvenes nobiles, qui ad eum deducti erant, ut leges ac iura diſcerent. H. Veneris praecepta, 84. *magiſteria* dicta, noli ea ſola putare, cum iubet, qualia I, 3, 21. 2, 29. 30. habes, unde monere ſibi arrogat I, 9, 69. III, 6, 43.; ſed in univerſum carmina elegiaca ad amorem inſtituunt. Hinc Propertius optat I, 7, 13.

Me legat aſſidue poſt haec neglectus amator,
Et proſint illi cognita noſtra mala. W.

80. Ex fragm. Callimachi, ut notavit Statius, petitum eſt: (p. 420. inter fr. Bentl.)

Γηράσκει δ᾽ ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον,
Κοῦροι τὸν φιλέουσιν, ἑὸν δέ μιν οἷα τοκῆα
Χειρὸς ἐπ᾽ οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

Sedula turba eſt officioſa; nam *ſeduli* interdum ſunt, qui alteri adſunt, apparent, officium praeſtant. v. Gronov. Obſſ. I, c. 23.

Heu, heu, quam Marathus lento me torquet amore!
Deficiunt artes, deficiuntque doli.
Parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam,
Quum mea ridebunt vana magisteria.

E L E G I A V.

Asper eram, et bene discidium me ferre loquebar;
At mihi nunc longe gloria fortis abest.
Nam-

81. *Heu, heu, q.*) Suave hoc, quod poëta, severo magisterio se iactans, paullo post ipse in eodem luto se haerere profitetur. Cui non in mentem veniat illud Horatii persimile IV, carm. 1, 33. sqq. *Sed cur, heu! Ligurine, cur Manat rara meas lacrima per genas?* De Maratho v. Obss. et inf. Eleg. 8.

Elegia V.

Irae inter amantes Deliam et Tibullum intercesserant. Puella, ut eum graviter pungeret, alium amatorem admiserat: at Tibullus, puellae perfidiam multum incusans, ea se carere facile posse crediderat. Nunc, amore denuo exardescente, iniuriam puellae a se factam deprecatur; quam bene de ea, cum ex morbo aegrotaret, meritus sit, commemorat; spes de vita feliciter cum ea exigenda inaniter conceptas exponit; inde a v. 37. si modo eiusdem elegiae sunt, tentata frustra amoris leniendi remedia enarrat, imprecatur lenae, quae divitem amatorem ad Deliam adduxerat, et, quantum pauper amator diviti praestet, docet, seque eo ipso nomine puellae commendat.

1. *Asper eram*) eram ferox et protervus, et me non ita a Delia teneri, quo minus ea tantisper carere possem, iactabam.

2. *At mihi nunc longe — abest*) excidit animo. Dictum ut apud Ovid. IV. Met. 648.

— *vade procul, ne longe gloria rerum,*
Quas mentiris, ait, longe tibi *Iupiter* absit.

cf. Broukh. (Sic *abire* cum dativo personae Hor. Ep. II, 3, 201.

Ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.

W.) *gloria fortis,* quod se fortem et duri animi esse gloriabatur. H. *Gloria* pro gloriatione, notante Forcellinio. W.

Namque agor, ut per plana citus ſola verbere turben,
Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.
Ure ferum et torque, libeat ne dicere quidquam
Magnificum poſthac; horrida verba doma.
Parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
Per Venerem quaeſo compoſitumque caput.
Ille ego, quum triſti morbo defeſſa iaceres,

Te

3. *turben*) *στρόμβος*, *στρόβιλος*, *βέμβιξ*, quo pueri ludunt, diverſus a *trocho*, quem Geſnerus illuſtravit Relat. de libb. novis Faſc. VIII. p. 498. Multa promiſcue dedit Loenſ. Epiphyll. VII, 23. cf. ſimilem locum Virgilii Aen. VII, 378. et ibi not. adde Callimachum Epigramm. I. Praeclara autem eſt comparatio ad animi turbati agitationem exprimendam. Mox *verſat*, *στρέφει*, *δινεῖ*, apud Maronem *exercet*. et *δονεῖσθαι*, v. c. Bion IV, 5. *ab arte* pro: arte, ut alia ſimilia apud poëtas. H. *ab* Graecis ſimillima conſtructio, apud quos etiam praepoſitione *ἀπὸ*, quo auxilio, qua ope aliquid fiat, indicatur; ut apud Soph. Ai. 471. *δηλοῦν τι ἀπὸ πείρας*, *facinore aliquid oſtendere*. cf. inf. I, 9, 66. — *aſſueta arte* h. e. peritia, ut apud Livium 27, 18 *aſſuetudo ſuccedendi muros*. W.

5. *Ure ferum et torque*) Petitum a ſervorum tormentis. cf. inf. El. 9, 21. Omnibus ſe puellae cruciatibus offert ad luendam poenam pro ſuperbia. *horrida verba* ſunt aſpera, ferocia; os protervum doma.

6. *horrida verba*) Tac. Hiſt. I, 82. (Praetorianos) *allocuti ſunt — praefecti, ex ſuo quisque ingenio, mitius aut horridius*, ſignificationem confirmat. W.

7. *furtivi foedera lecti*) Sic Ovid. II. Art. 462. *concubitus foedera* dixit, ut *coniugii*, *tori*, *foedus*, alia. Nam omne id, in quo aut per quod iunguntur duo vel plures, *foedus*, etiam ſine pactione. H. Vide et IV, 13, 2. et ſimilem obteſtationem Tecmeſſae apud Soph. Ai. 493.

ἀντιάζω πρὸς
εὐνῆς τε τῆς σῆς, ἧς ξυνηλλά-
χθης ἐμοί.

De mutatione ſententiae vid. Not. ad I, 2, 9. *tamen* pro ſed tamen. W.

8. *compoſitumque caput*) h. iunctum cum meo. Laudatur Ovid. Epiſt. III, 107.

Perque tuum noſtrumque caput, quae iunximus una.

9. *morbo defeſſa*) aegra, exquiſite; ſic *feſſus* inf. IV, 4, 10.

Te dicor votis eripuiſſe meis:
Ipſeque ter circum luſtravi ſulfure puro,
Carmine quum magico praecinuiſſet anus;
Ipſe procuravi ne poſſent ſaeva nocere
Somnia, ter ſancta deveneranda mola;
Ipſe ego, velatus filo, tunicisque ſolutis,
Vota novem Triviae nocte ſilente dedi.

Omnia

10. 11, 2. Multis obſervata elegantia.

10. Similis locus eſt Propert. II, 9, 25. (7, 63.)

Haec mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem ſq.

Nec vero languere putanda eſt oratio in: *dicor te eripuiſſe;* ſed eſt: conſtat inter homines hoc. H. cf. I, 2, 51. W.

11. 12. Cantum morbis mederi creditum fuiſſe, nota res eſt. (vid. Plin. Hiſt. Nat. 28, 2. Wieland. ad Hor. Ep. I, 1, 34. p. 51. et Weſſel. ad Ai. Soph. 581. W.) Puellam aegrotantem poëta, adhibita maga, quae carmen decantaret, ipſe luſtravit ſolito ritu, quo mala ab ea depelleret, ſulfure ter circumlato circa puellam decumbentem. H. *Ipſeque.* De copula *que* vide I, 9, 13. *pulvisque.* W.

13. 14. Iunge: *Ipſe procuravi ſaeva ſomnia, ne poſſent nocere* (vid. Obſſ. de poſitura verborum. W.) *procurare* eſſe expiare, omen avertere, notum vel ex Phaedro III. f. 3. *ſomnia ſaeva*, infra *crudelia*, ſunt, quae triſte, et violentum atque funeſtum aliquid portendunt, triſtia, ominoſa. *mola ſalſa* h. l. dicitur *ſancta*, alias *caſta* h. quae a caſtis et puris eſt foco imponenda. *deveneranda* h. deprecanda, precibus amolienda, averruncanda, ut Statius et Muretus docent. Sic *venerari* eſt precari. Virg. Aen. III, 34.

— — *Nymphas venerabar agreſtes,*
Rite ſecundarent viſus.

Propert. II, 20, 33. (16, 33.)

Nec tu ſupplicibus me ſis venerata tabellis.

Credendum autem, puellae aegrotanti incidiſſe terrores ex nocturnis ſomniis, quae mortem puellae portenderent; haec ut procuraret Tibullus, certum ſacrum fecit, quo molam ſalſam ter in ignem arae ſparſit.

15. 16. *velatus filo)* h. vitta. cf. Obſſ. *tunicisque ſolutis)* Notum, nihil in ſacris nexi vel vincti eſſe debuiſſe; fortaſſe tamen in ſacris magicis aliqua peculiaris religio fuit circa hoc. *Vota novem — dedi)* novem noctes deae operatus ſum ex voto,

cum

Omnia perſolvi; fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam, ſi ſalva fuiſſes,
Fingebam demens, ſed renuente deo.
Rura colam, frugumque aderit mea Delia cuſtos,
Area dum meſſes ſole calente teret;
Et mihi ſervabit plenis in lintribus uvas,

Preſſa-

cum Delia convaluiſſet. Eſt autem Hecate, cui vota fecerat, Delia aegrotante. *vota dedi* pro: perſolvi.

17. *fruitur nunc alter amore*) amore mihi debito; ſeu puella mea, ut amor pro amante ſaepe ponitur. H. Prius unice verum. W.

18. *precibus — utitur ille meis*) h. valetudine tua, meis precibus a diis conceſſa. H. Oenone Paridi ſcribit Ovid. Heroid. V, 59.

Votis ergo meis alii rediture rediſti.

alter — ille. Subiectum non iniucunde per pronomen *ille* repetitum, ſuaviterque in altera pentametri parte poſitum eſt, qualis poſitura apud Tibullum frequens I, 2, 12. 60. 4, 72. 5, 16. 56. 66. 70. 8, 48. 9, 40. quae loca, quam accuratus ſit Albius in ſubiectis per pronomen *ille* indicandis, ſatis declarant. W.

19. ſqq. Suaviſſimus, qui ſequitur locus, ſententiarum ſimplicitate, affectus veritate, rerum in animum revocatarum iucunditate. H. Senſus: At ſpes meae deceptae iam et irritae ſunt. *felicem — fingebam* h. e. imaginabar, quam felix vita mea tecum foret, ſi etc. Ita apud Tacit. Hiſt. IV, 18. *Sic in Gallias Germaniasque intentus, ſi deſtinata proveniſſent, validiſſimarum ditiſſimarumque nationum regno imminebat,* h. e. ſpem fore, ut regnum occuparet, conceperat, adiecta notione cupiditatis. Verba *promittere* et *ſperare*, *offerre* frequenter ita conſtruuntur. Tac. Hiſt. III, 63. W.

22. *Area dum meſſes — teret*) Vulgari loquendi forma meſſes, fruges, teruntur in area. Sed exquiſitior eſt altera forma, adeoque poëtis frequentata. Rationem ea habet ex hoc, quod ſolum induratum reſiſtit ei, quod teritur, adeoque ad tritionem et ipſum facit; ut fundus mortarii non minus terit, quam piſtillum. cf. Obſſ.

23. *plenis in lintribus*) *lintres* ſunt alvei, quibus uvae portabantur in vindemia. v. Serv. ad

Ge.

Preſſaque veloci candida muſta pede;
Conſueſcet numerare pecus, conſueſcet amantis
Garrulus in dominae ludere verna ſinu;
Illa deo ſciet agricolae pro vitibus uvam,
Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.
Illa regat cunctos, illi ſint omnia curae,
Et iuvet in tota me nihil eſſe domo.

Huc

Ge. I, 262. Iidem dicti *naviae.* v. Stat. ad h. l. cf. Broukh.

25. *Conſueſcet numerare pecus*) „haec de Delia: at reliqua de Tibullo intelligenda.“ Ita olim perperam ſtatuebam. Immo de Delia totus locus agit. Ea adeo rei ruſticae adſuefaciet animum, ut puerulum ex verna natum gremio inſidentem teneat, ex eiusque garrulitate voluptatem capiat. Inverſa tantum a poëta eſt oratio. Proprie ipſa conſueſcet ludere cum verna; nunc autem verna conſueſcet ludere in dominae, eum amantis, ſinu. Tenendum autem eſt, inter ruſticas opes habitum fuiſſe, ſi quis multos pueros haberet domi natos et nutritos; cf. inf. II, 1, 23.; et hos *vernas* liberalius habitos ceteris ſervis ac *mancipiis.* Hinc dicacitas illa vernarum, quae etiam *vernilitas* dicta. In ſeqq. 27. 28. iterum religioſam puellae mentem repraeſentavit. H. Haec et ſequentia ſine copula adiunxit Tibullus; de qua nectendi ratione in Obſſ. egi. Ad rem facit Virg. Ecl. III, 34. *Bisque die numerant ambo pecus.* W.

27. 28. *deo — agricolae*) Priapo puto. v. Obſſ. cf. ſup. El. 1, 14. Aut vero ei primitias apponit puella vindemiae, meſſis, et feturae, aut vota pro iis ac preces facit. *Daps* autem proprie dicta in vetere agreſtium religione, de ſacro ante arationem et ſationem facto. v. Cato RR. 131. 132. et Feſtus: *Daps apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna ſemente aut verna.* Potuit ergo eadem pro fetu *gregis* h. ovium vel caprarum fieri, ut ex h. l. intelligi poſſe videtur. Ita etiam in Palilibus Ovid. Faſt. IV, 745. poſt *liba: Adde dapes* etc. etſi locus paullo obſcurior eſt. H. Conſtructio eadem apud Virg. Ecl. III, 77.

Quom faciam vitula pro frugibus. W.

30. *Et iuvet in tota*) Hinc Martialis illud XIV, 191.

Uſſit amatorem Nemeſis laſciva Tibullum,

In

Huc veniet Meſſala meus: cui dulcia poma
  Delia ſelectis detrahat arboribus,
Et, tantum venerata virum, hunc ſedula curet,
  Huic paret atque epulas ipſa miniſtra gerat.
Haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque
  Iactat odoratos vota per Armenios.
Saepe ego tentavi curas depellere vino;
  At

In tota iuvit quem nihil
eſſe domo. H.

Oratio propria et variata in verbis *cunctos - omnia* placet. Coniunctivorum *regat - ſint*, quos futuris ſubiecit Tibullus, rationem expoſitam vide in Obſſ. W.

33. *venerata*) h. l. de officio, quo colimus hoſpitem et amicum, cum ſignificatione honoris. Sic apud Silium XIII, 704.

Proſequiturque oculis puer ad-
veneratus euntes.

H. *venerata* pro venerans, ut II, 4, 47. Ita et alia partic. perf. Deponentium et *operatus* apud Virg. Georg. I, 339. Tib. II, 5, 95. vid. Gronov. ad Tac. Ann. III, 43. De difficultatibus huius verſus conf. Obſſ. In prioribus *Huc-detrahat* poëticam conſtructionem agnoſcas pro vulgari: Et quum aliquando Meſſala meus huc venerit, ei - detrahat. Suave vero illud, quod praeter delegatam domus et penatium et agrorum curam et ſedulam Meſſalae hoſpitam ſibi fingit Deliam. W.

36. *Iactat odoratos vota per Armenios*) Cum vota inania longe a ventis auferri dicere vellet, *Armenios* pro longinqua regione dixit. *odoratos* vero, propter frutices bene olentes, qui apud eos naſcuntur, inprimis amomum. v. Vulp. Certe Plin. XII, ſ. 28. de amomo: — *Naſcitur et in Armeniae parte, quae vocatur Otene.* Dubitandum tamen eſt, an poëta hoc tam accurate tenuerit. Immo vero Armenios nominavit, quum ſimpliciter regionem Orientis declarare vellet, appoſito epitheto a Syris et Arabibus petito, quod ad vicinos Armenios traduxit. H. *Eurusque Notusque* pro ventis rapidiſſimis, proverbialis locutio, de qua vide Obſſ., et de imagine his verbis expreſſa Not. ad III, 6, 27. — Verſu ſeq. *curas* ad amantium curas refer, ut II, 6. 51. III, 6, 7. et Horat. Ep. II, 3, 85. *iuvenum curas.* W.

37. Sequitur diverſi carminis fragmentum. Amatore divite a lena adducto, mens amicae alienata erat a Tibullo. Nullo aeſtuantis

At dolor in lacrimas verterat omne merum.
Saepe aliam tenui, ſed iam quum gaudia adirem,
Admonuit dominae deſeruitque Venus.
Tunc me devotum deſcendens femina dixit,
Et, pudet heu! narrat ſcire nefanda mea.

Non

aeſtuantis animi levamine reperto, diris ille anum devovet, ſeque pauperem puellae commendat, multis commodis enumeratis, quae a paupere amatore exſpectanda ſint. H. Quomodo haec cum superioribus conveniant, docent Obſſ. W.

38. *verterat*) Plusquamperfecti, ad ſequentia *Saepe a. t.* referendi, uſu, Tibullum vino prius curas abigere conatum eſſe, accurate monſtratur. W.

39. *tenui*) in amplexibus habui. Notum dici de re Venerea, v. infr. II, 6, 52., uti mox *gaudia.*

40. *Admonuit dominae*) proprie ac ſignificanter *admonuit* (ſcil. *me*) poſitum; ſic enim dicitur, quicquid cum aliquo aculeo nobis in memoriam redit. Ovid. Met. IX, 324.

Dixit, et, admonitu veteris commota miniſtrae,
Ingemuit.

v. Broukh.

41. *devotum — dixit*) *devotus* eſt veneficio contactus, cui alieno ſcelere (magicis artibus, vid. Ovid. Amor. III, 7, 27. W.) vis maſcula deperiit; idem *defixus* dicitur, quod eorum imagines cereas vel laneas acubus confodiebant. Ovid. Epiſt. VI. Hyps. v. 91. et Heinſ. ad III. Am. 7, 29. v. Stat. et Broukh. ad h. l. Niſi tamen *defigere* in his ſimpliciter eſt immobilem reddere, adeoque *defixus* iners, immotus: ut defigi metu, ſic cantu. Convenit ex parte *θέλγειν*, debilitatis aut mentis aut corporis viribus. H. Ceterum uſus verbi *deſcendere* pro deſcendere lecto, cum huius mentio facta non eſſet, audacior ſimili tamen verbi *ſurgere* pro ſurgere e lecto Horat. Sat. II, 2, 81. confirmatur. Nec temere *cubare* I, 1, 45. I, 6, 11. 18. abſolute poſitum aut *deſcendere* apud Horatium Od. III, 21, 7. loco non notato, comparaveris. W.

42. *narrat ſcire nefanda mea*) Vulpius *narrat ſcire* accipit, dicit, profitetur, ſe ſcire torporem nervi mei. Alia eſt Broukhuſii expoſitio, ut *ſcire nefanda* per graeciſmum ſit, vulgat paſſim impotentiam meam; quam ſcire in vulgus nefas eſt. Fatendum tamen eſt, hunc verſum non minus, quam ipſum Tibullum, languere. v. Obſſ.

Non facit hoc verbis; facie teneriſque lacertis
Devovet et flavis noſtra puella comis.
Talis ad Haemonium Nereïs Pelea quondam
Vecta eſt frenato caerula piſce Thetis.
Haec nocuere mihi, quod adeſt huic dives amator,
Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
Triſtia

43 — 47. *Non facit hoc*) ut ſic devotus ſim, non devovet me puella, Delia, carmine, ſed formae venuſtate, qua illa ipſa Thetide non inferior eſt. (de qua ſententia conf. I, 8. 23 — 26. ubi in verbis *nocuiſſe* — *nocet* ſimilis huic: *devovere verbis* — *devovere facie* eſt luſus. Ceterum *facie* cum vi pro: ſed facie. Particulam *ſed*, negatione praecedente, frequenter ita omittunt ſcriptores optimi; et Graeci vocem *ἀλλά*, ut Callim. in Dian. 160. W.) Difficile dictu eſt, unde potiſſimum in hanc poëtae mens inciderit. Debuit Thetidis pulcritudo celebrata eſſe priſcis poëtis, qui Achillis et Pelei fata expoſuerant. v. vel Catull. in Epithalam. Ex iisdem petitum eſſe debet, quod Thetis ad Peleum delphine vecta venit, etſi omnino Nereïdes belluis marinis vehi ſolent. Varie autem fabula tractata a Graecis eſſe videtur, ut ex Romanis poëtis, quorum alius alium ſequutus eſt, intelligitur. Apud Pindarum et alios, in his apud Ovid. Met. XI, 235. ſqq. opprimitur illa inopinato a Peleo in ſpecu Aemoniae ſeu Theſſalici littoris. At apud Valer. Flacc. I, 130. ſqq. ubi Thetidis nuptiae in Argo pictae ſunt, lubens illa ad Peleum deducitur, delphino inſidens; nec de vi facta quidquam apud Catullum. Sponte illa ad Peleum accedere etiam h. l. intelligenda eſt. Quod pulcherrima dea *caerula* appellatur, ex more dearum marinarum, h. l. non ad corporis colorem referendum eſt; alias admodum abſurdum eſſet. H. Ubi rei deſcriptio comparatione aliqua finitur et illuſtratur, transitus a particula *Talis* exquiſitus eſt et iucundus; quem vide et apud Ovid. Amor. I, 7, 13. Catull. 61, 91. et infr. IV, 2, 13. W.

47. Nocuit mihi porro et devotum me fecit illa recordatio, quod alium illa amatorem habet, et quod lena adeſt illi, quae eam corrupit. De iuncturae vitio cf. V. L. H. *Haec noc. mihi* h. e. amatam mihi eripuere dives amator et lena. Ita

Triſtia cum multo pocula felle bibat;
Hanc volitent animae circum ſua fata querentes
Semper, et e tectis ſtrix violenta canat;
Ipſa, fame ſtimulante furens, herbasque ſepulcris
Quaerat et a ſaevis oſſa relicta lupis;
Curratetinguinibusnudis, ululetqueper urbes;
Poſt

II, 6, 44. *Lena nocet nobis.* Perfecto *nocuere* praeſentis notio ineſt. W.

50. *Triſtia — pocula*) h. amara. Notum illud: *Media fert triſtes ſuccos.* Mira vero imprecatio aniculae, ut illa crudas carnes devoret et potum ex felle mixtum bibat. *pocula cum felle* pro, pocula fellea, potus ex felle. Similia alia paſſim a viris doctis obſervata ſunt. Noſtrum ante oculos habuit Ovid. I. Am. 8. Adde Propert. IV. El. 5. Cogitandum autem de dirarum et imprecationum vi et exitu certiſſimo: *Diris agam vos; dira deteſtatio Nulla expiatur victima* ex Horatio Epod. 5, 89. notum eſt.

51. *Hanc volitent animae circum*) ſimulacra exſanguia mortuorum amantium, quos illa laeſit corruptis puellis. v. Horat. V. Carm. 5, 91. cf. Broukh. h. l. H. De poſitura verborum *Hanc — circum* vide Obſſ. ad I, 3, 68. Suavis variatio in verbis *illa — Hanc — Ipſa — Currat et;* cui ſimilem obſerva I, 7, 29 — 36. W.

52. *ſtrix violenta*) quae funeſta et triſtia ominatur, ut v. 13. *ſomnia ſaeva.* Sic Seneca Thyeſt. 693.

— Ipſe funeſta prece
Letale carmen ore violento *canit.*

Cyllenius ab eo violentam dictam putabat, quod pueris nocet. Diſerte de ea Ovid. Faſt. VI, 131. ſqq. De *ſtrige* ex hiſtoria naturali ad h. l. disputare velle, ineptum eſſet. Fabuloſam avem eſſe, iam Plinius cenſuit XI, ſ. 95. H. Heynium Voſſius ſecutus *ſtrix violenta*, h. e. infeſta, iunxit. Idque Virgilius Aen. XII, 864. de bubone: *canit* importuna *per umbras* firmare videtur.

53. *fam. ſtim.*) Ovid. Triſt. I, 6, 9.

Utque rapax, ſtimulante fame, cupidusque cruoris
Incuſtoditum captat ovile lupus. W.

55. *ululetque per urbes*) h. furore agatur. Vulpius de eo furoris genere intelligit, cum ſe lupos eſſe arbitrantur, ideoque ululantes discurrunt, nimis argute. Nam exprimitur tantum anus prae fame furens. *aſpera* ad iram canum refer.

Poſt agat e triviis aſpera turba canum.
Evenient; dat ſigna deus; ſunt numina amanti,
Saevit et iniuſta lege relicta Venus.
At tu quam primum ſagae praecepta rapacis
Deſere; nam donis vincitur omnis amor:
Pauper erit praeſto ſemper tibi: pauper adibit
Primus, et in tenero fixus erit latere;
Pauper in anguſto fidus comes agmine turbae
Sub-

56. *Poſt — canum.*) pro vulgari: *Poſt — (eum) agente.* Membra ſimiliter adiecta et exempla uſus vocabuli *poſt* pro poſt tergum vide in Obſſ. W.

57. *ſunt numina amanti*) eſt deus, qui amantium curam habeat, iniuriam a perfidis puellis factam ulciſcatur. H. Ἔστι μέγας - Ζεὺς Soph. Elect. 174. W.

58. *iniuſta lege*) Simpliciter accipe, ratione, modo iniuſto. Praeceptorum vero iſtorum, quae ab aniculis his impertiri ferebantur, formulam videre licet ap. Propert. IV, 5, 21 ſqq. *Venus* autem *relicta* dicitur, cum puella perfida amantem deſeruerit, qui ſub deae fide et tutela eſt. H. Ipſa *Venus relinquitur*, ſi e duobus amantibus, qui ad mutuum amorem conſpirarunt, atque ita *Veneri ſervire* (vid. IV, 5, 13.) dicuntur, alter alterum perfide deſerit. Eodem ſenſu *Amor deſertus* apud Catullum legitur 61, 128.

Neu nuces pueris neget
Deſertum dominum audiens
Concubinus Amorem.

uti e codicibus recipiendum eſt. *Amor*, qui apud eundem 44, 14 *dominus* appellatur, *deſertus* eſt a Manlio, qui, antequam uxorem duceret, puerum in deliciis habuerat. W.

60. *nam donis vincitur omnis amor*) h. quum primum dona admittes, ſis licet caſtiſſima femina, tamen fides tua ſtatim victa erit. Donis autem et muneribus a divite amatore miſſis aggredi puellam anus putanda eſt. *rapax* vero h. e. avara anus, quatenus et ipſa mercedem ab amatore accipit. H. Hunc ſenſum ineſſe video: nam dives, utpote qui divitiis ſuis omnes ſe puellas expugnare poſſe confiſus eſt, nec fidus neque officioſus eſt. vid. Obſſ. Tranſitus *At tu* exempla infra 69. I, 8, 47. exſtant. Uſus autem particulae *At* inter poëtas Tibullo, inter hiſtoricos Tacito frequens eſt. W.

Subiicietque manus efficietque viam;
Pauper ad occultos furtim deducet amicos,
Vinclaque de niveo detrahet ipſe pede.
Heu! canimus fruſtra, nec verbis victa fatiſcit
Ianua, ſed plena eſt percutienda manu.

At

64. *Subiiciet manus*) ſubmittet et interponet inter puellae corpus et turbam, ut hanc amoveat. Sed cf. Obſſ.

65. *Pauper ad occultos furtim deducet amicos*) Hic fugit nos ratio vitae et conſuetudinis illius aetatis. Amatores, ad quos perducat Tibullus amicam, vix licet intelligere. An ſunt amici communes, in quorum domo clam ex condicto convenire volebant Tibullus et Delia? Sed laborare videtur ipſa lectio. cf. Obſſ. H. De iuvenum compotationibus verſum interpretor. Nam talibus puellis, qualis Delia fuit, Romae et Athenis ſemper licuit amantium conviviis intereſſe, ut Theocritus Id. XIV. et e Latinis unus abunde probat Horatius. De verſus integritate mihi atque interpretatione aſſentiens Huſchkius Demoſthenis benigne indicavit locum c. Neaeram T. III. p. 571. ed. Tayl. *Καὶ συνέπινε καὶ συνεδείπνει ἐναντίον πολλῶν Νεαίρα αὕτη, ὡς ἂν ἑταίρα ὄσα.* De verbis *occultos furtim* vide Not. ad I, 10, 34. W.

66. *Vinclaque d.*) officii puellis praeſtiti genus. Ovid. II. Art. 212.

Et tenero ſoleam deme vel adde pedi.

De Diana III. Met. 168. *Vincla duae pedibus demunt.* H. Soleas in convivio pedibus demtas fuiſſe docet Wielandius ad Horat. Sat. II, 8, 78. p. 244. W.

67. *Heu! canimus*) Tibullus iam intelligit, *contra lucrum nil valere candidum pauperis ingenium*, ut Horatius Epod. XI, 11. loquitur. Similem ſententiarum iuncturam vid. II, 3, 59. W.

68. *plena eſt percutienda manu*) Broukh. ad oppugnationes forium nocturnas refert, quae huius loci eſſe non videntur. (cui Forcellinius, explicans: validis ictibus, nollem aſſenſus eſſet. W.) Ego cum Vulpio Cyllenii antiquam interpretationem probo, ut *manus* ſit *plena auri.* v. infr. El. 9, 52.

Et pretium plena grande referre manu.

in Luſib. 15.

— — — — — poma Nauſicaam pleno ſaepe tuliſſe ſinu.

H. Scilicet ex ſententiarum ſerie eiusmodi epitheta certam accipiunt ſignificationem. cf. Not. ad I, 7, 38. Agitur autem in

prioribus

At tu, qui potior nunc es, mea ſata timeto;
  Verſatur celeri Fors levis orbe rotae.
Non fruſtra quidam iam nunc in limine perſtat
  Sedulus, ac crebro proſpicit, ac refugit,
Et ſimulat transire domum, mox deinde recurrit
  Solus, et ante ipſas exſcreat usque fores.
Neſcio quid furtivus amor parat; utere quaeſo,
  Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.

E L E-

prioribus de divite amatore, cuius dona ad Deliam retinendam valebant. Ita apud Horat. Ep. II, 2, 154. *pleniorem eſſe* h. e. ditiorem eſſe. Accedit forma dicendi apud Iuv. VI, 546. *implere manum*. De ſignificatione verbi *vinci* conf. Obſſ. atque de eius ad inanima translati uſu locum ſimillimum I, 2, 9. W.

69. De fragmento hoc deperditi carminis v. Obſſ. Monet rivalem, ut ne ſecundae aurae nimium credat. Puellae, quam ille non ſine fraude ac malitia a Tibulli amore avocaverat, iam nunc inſidiari clam alium amatorem. Fatendum eſt, ferendum fuiſſe damnum, ſi et hoc fragmentum intercidiſſet; illiberalis amor ille eſt, et invenuſti hominis, qui in his verſibus regnat. *qui potior nunc es*) Elegans vocis uſus de eo, qui praeſertur rivali. Horat. III. Od. 9.

Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidae
Cervici iuvenis dabat.

v. Broukh.

70. *Fors*) Fortuna, inſiſtens rotae, vertit ſe facile. cf. Obſſ.

73. *mox deinde*) ut *poſt deinde* apud Terent. Andr. III, 2, 3. ubi vide interpretes. W.

75. *Neſcio quid furtivus amor parat*) amor pro amatore, qui clandeſtinum aliquid molitur, qui clam adrepit. Totius vero diſtichi ſententia flagitioſa et moleſta. cf. Obſſ. H. *Neſcio — parat* ſunt verba ridentis et ex iis, quae animadverterat, ſignis conatum aliquem novi tentatoris praeſagientis. Cave cum his confundas *Neſcio quid — paret*, neve credas interpreti Virg. Ecl. III, 103. in formula *neſcio quis* legitimum *quis* pro *qui* accipienti. De verbo *utere* conf. Obſſ. W.

76. *in liquida nat tibi linter aqua*) Copia tibi puellae deſideratae amore fruendi ſatis op-

portuna

ELEGIA VI.

Semper, ut inducar, blandos offers mihi vultus,
Post tamen es misero tristis et asper, Amor.
Quid

portuna data est. Dictum proverbialiter, ut fere Propert. II, 4, 19. (3, 11.)

Tranquillo tuta descendis flumine cymba.

et in praeclaro illo Cleopatrae epitaphio, quod ex Capaccii Hist. Neap. lib. I, c. 7. dedit Reinesius, hinc Gorius et Muratorius cum Bonada:

Ζῆθι, κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνας.

Laborarunt nuper in eo epigrammate emendando Valcken. Diatr. p. 236. Brunck. Anal. T. III. p. 313, 743. Lect. p. 299. Versus, quem apposuimus, convenit cum Pindarico Pyth. IV, 230. Iason convivio exceptis πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν. H. Proverbialem locutionem probat de favore patroni retinendo praecipiens Horatius Ep. I, 18, 87.

Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura. W.

Elegia VI.

Adducta in suspicionem puellae fide, misere anxius amator multa perperam comminiscitur, quibus aut furta eius arguere, vel intercipere, aut eam ad meliorem mentem revocare conatur. Tum matris puellae recordatur summo cum affectu, cum eam studiosam sui et amoribus propitiam expertus esset; utque filiam in fide retineat, enixe hortatur. Denique severis se legibus obstringens, quum, quae perfidas in senectute maneret fortuna, ostendisset, in spem perpetui Deliae erga se amoris inducitur. Est praestantioribus Elegiis annumerandum hoc carmen, inprimis affectus veritate et varietate.

1. *ut inducar*) *Inducere* est fallaciis quibusdam pellicere, ut decipias, ductum a feris, quae in casses pertrahuntur. v. Broukh. — *blandos offers mihi vultus*) h. fictos, falsos, ad decipiendum compositos. v. Broukh. Opponitur *tristis* h. crudelis, saevus, et *asper*, durus, immitis. (*blandi vultus*, cum *blandis oculis* apud Plin. H. N. XI. c. 37. a. med. comparandi, sunt favoris et benevolentiae Amoris indicia, quibus confisus Tibullus in spem felicis amoris *inducitur;* sed ubi prima prospere cessere, idem deus alienum et aversum animum ostendit, vel, ut imagine retenta Albius loquitur, *tristis* et *asper* apparet, ut infr. II, 3, 33.

tristi fronte Cupido. W.)

Loquitur autem poëta aut de pluribus amoribus, in quibus semper

Quid tibi, ſaeve puer, mecum eſt? An gloria magna
Inſidias homini compoſuiſſe deum?
Iam mihi tenduntur caſſes, iam Delia furtim
Neſcio quem tacita callida nocte fovet.
Illa quidem tam multa negat, ſed credere durum eſt;
Sic etiam de me pernegat usque viro.
Ipſe miſer docui, quo poſſet ludere pacto
Cuſtodes; heu! heu! nunc premor arte mea.
Fingere tunc didicit cauſas, cur ſola cubaret,
Cardine tunc tacito vertere poſſe fores;

Tunc

ſemper primos aditus experiri ſolebat faciles et ſecundos, aut de ſolius Deliae amore, cui ſaepe poſt diſcidia reconciliatus, in ſervitium priſtinum, meliore ſpe de eius fide ſuſcepta, redierat. H. Poſterius verum, nec vocabulum *ſemper* urgendum in amatore anxio fortunamque ſuam querente, qui quod *bis* paſſus eſt, *ſemper* ſibi paſſus eſſe videtur. W.

5. Conveniunt verſus Alcaei Meſſenii Anthol. Steph. p. 481. Brunck. T. I. p. 486. *Ἐχθαίρω τὸν Ἔρωτα — Τί πλέον, εἰ θεὸς ἄνδρα καταφλέγει; ἤ τί τὰ σεμνὸν, Δηώσας, ἀπ' ἐμῆς ἆθλον ἔχει κεφαλῆς;* Et Virgiliana Aen. IV, 93 — 95.

Egregiam vero laudem et ſpolia ampla refertis
Tuque puerque tuus, magnum et memorabile numen,
Una dolo divom ſi femina victa duorum eſt.

4. *Inſidias — compoſuiſſe*) ſtruxiſſe, molitum, machinatum eſſe. v. Broukh. H. Accuratum notent tirones temporis uſum, Taciti exemplo firmatum. Hiſt. I, 15. *Tibi* inſigne (erat), *Sulpiciae ac Lutatiae decora nobilitati tuae* adieciſſe. Neque alienus eſt locus infr. I, 8, 49. ubi cf. Obſſ. W.

7. *tam multa*) adeo multum negat, pernegat hoc; ſed v. Obſſ. H. *cred. dur. e.* *χαλεπόν ἐστι πιστεῦσαι.* W.

9. cf. ſimilem locum Ovid. III. Am. 1, 49. ſqq.

10. *nunc premor arte mea*) Sic Ovidius *urgeri*, *torqueri* dixit II. Am. 18, 20. 19, 34. de iis, quae moleſta ſunt, obſunt, nocent.

12. *Cardine tunc tacito vertere poſſe fores*) n. ſuffuſa aqua; ſaltem apud Plaut. Curcul. I, 3, 3. quamquam plures fraudes viguiſſe facile credas. *tacere* de oſtio ibid. I, 1, 20.

Tunc ſuccos herbaſque dedi, quîs livor abiret,
Quem facit impreſſo mutua dente Venus.
At tu, fallacis coniux incaute puellae,
Me quoque ſervato, peccet ut illa nihil.
Neu iuvenes celebret multo ſermone, caveto,
Neve cubet laxo pectus aperta ſinu;

Neu

13. *ſuccos herbaſque dedi*) Earum aliquot genera recenſet Broukh. ex Plin. XIII, 22. XXII, 4, 22. 25. et. al. *Dare* Vulp. h. l. explicat monſtrare, docere. Virg. Ecl. I, 19.

Sed tamen iſte deus qui ſit,
da, Tityre, nobis.

H. memor ſcilicet ille Horatii Ep. II, 2, 149. *monſtrata radice vel herba.* At verbum *dedit* amatorem ipſum *herbas* praebuiſſe ſignificat. De verbis *livor — quem — Venus* compara Ovid. Amor. I, 7, 41.

Aptius impreſſis erat os livere
labellis,
Et collo blandi dentis habere notam.

Adde Horat. Od. I, 13, 11. Proprie in rebus Venereis *livor* dicitur; quo equidem Catulli verba 66, 13. *dulcia nocturnae — veſtigia rixae* non retulerim. Quantum vero *mutua Venus* et *mutuus amor* infr. 76. differant, excuſſo et utroque hoc loco et Catull. 61, 44. 45. ubi Hymenaeus

Dux bonae Veneris, boni
Coniugator amoris

vocatur, facile diſces. W.

16. *Me quoque ſervato*) obſervato, cuſtodito, ut φυλάττειν. Terent. Eun. V, 2, 63.

— — — quin, Pythias,
Tu me ſervato. P. Neque
pol ſervandum tibi
Quicquam dare auſim, neque
te ſervare.

Vulp. Senſus vero, quicquid viri docti commententur, hic: malim, mihi quoque aditus ad coniugem tuam interclufus ſit, ut ea carere oporteat, quam ut ille aliis, iuxta me, pateat.

17. *Neu iuvenes celebret multo ſermone*) h. ne tam ſaepe cum adoleſcentibus verſetur, ſermones ſerat, et confabuletur. *Celebrare* dicimur homines, quibuscum frequenter ſumus aut aliquamdiu moramur. Cic. ad Att. IV, 1. *ſimilis et frequentia et plauſus me usque ad Capitolium celebravit.* Hoc unum ex omni exemplorum nube apud Broukhuſium ad rem facit; quod vero ablativum illuſtret, nullum eſt. Nempe ut v. c. *convivium ſermone laetitiaque* celebratur apud Cic. Verr. I, 26. ſic *ſermone celebramus* eos, quibuscum frequenter confabulamur: uti ap. Ovid. II. Met. 252. cygni dicuntur *celebrare*

Cayſtri

Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
Ne trahat, et menſae ducat in orbe notas.
Exibit quam ſaepe, time, ſeu viſere dicet
Sacra Bonae maribus non adeunda Deae.
At mihi ſi credas, illam ſequar unus ad aras;
Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis.

Saepe,

Cayſtri ripas carmine h. frequentes cantus in illis exercere. Ita etiam inverſe *celebramus ſermones*, *ſeria ac iocos* Liv. I, 4. Vulpii interpretatio minus idonea: *ne nimia ſit in laudanda iuvenum forma;* inprudens vero femina, quae viro coram id faceret! H. Verbo *celebrare* in hac conſtructione ſignificatur honorare, inſignem reddere. Liv. 27, 45. *Cernere ipſos, qua admiratione, quo favore hominum iter ſuum celebretur.* Tacit. Ann. III, 6. *neminem tam flagranti deſiderio celebratum.* Et, quamquam ablativus abeſt, proxime ad noſtrum locum accedit Tacit. Ann. II, 40. *Iamque Oſtiam invectum multitudo ingens, iam in urbe clandeſtini coetus celebrabant.* W.

19. *Neu te decipiat nutu*) dictum graece: *μή σε λάθῃ διανεύσα*, ne, te non obſervante, innuat rivali. De nequitiis autem his amantium nota loca ſunt Ovidii Ep. XVII, 75—92. Art. I, 569—579. H. De ratione ultimum membrum per particulas *que* — *ne* annectendi vid. Obſſ. W.

22. *Sacra Bonae maribus non adeunda Deae*) Notum vel ex Cic. Haruſp. Reſp. c. 17. ad Bonae Deae ſacra non niſi feminas fuiſſe admiſſas, et quicunque illa vir vel imprudens adſpexiſſet, eum oculis orbari creditum fuiſſe, unde mox: *Tunc mihi* etc. Ceterum in iſtis: *ſeu viſere dicet S.* ſententia eſt *ἀνανταπόδοτος*, quod et Vulpius notavit; nam deeſt alterum *ſeu quacunque alia de cauſa prodire ſe dicet.* H. Nil deeſſe concedes, modo particulae *ſeu* ſemel poſitae uſum pro *vel ſi* notes. Propert. II, 26 (20), 29.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, et fidos una aget aura duos.

Inf. II, 4, 43. *Seu veniet tibi mors.* Verba *vel ſi* ſimiliter cum coniunctivo apud Tacit. Hiſt. I, 33. *Vel ſi cadere neceſſe ſit, occurrendum diſcrimini*, et cum futuro ſupra I, 4, 45. coniuncta vides. *viſere ſacra* vid. II, 2, 5. W.

24. *non oculis ſit timuiſſe meis*) h. non timeam ego. Infr. IV, 3, 3. *Nec tibi ſit duros acuiſſe in praelia dentes.* Graece dictum

Saepe, velut gemmas eius ſignumve probarem,
Per cauſam memini me tetigiſſe manum;
Saepe mero ſomnum peperi tibi; at ipſe bibebam
Sobria ſuppoſita pocula victor aqua.
Non ego te laeſi prudens; ignoſce fatenti;
Iuſſit Amor; contra quis ferat arma deos?
Ille ego ſum, nec me iam dicere vera pudebit,

Inſtabat

dictum ἔστι μοι. Pindar. P. I, 56. εἴη, Ζεῦ, τὶν ἁνδάνειν. cf. Paſſerat. ad Prop. I, 20, 13. (Inſpicias potius quae plurima ad Ovid. Art. A. II, 28. congeſſit Heinſii diligentia. Verba *non ſit t.*, ut IV, 3, 5., cogitate poſita Graece reddas ὥς ἄν μοι εἴη φοβηθῆναι. W.) Cur oculis ſuis parcere nolit, dictum ad v. 22. conf. Gronov. Obſſ. III, 5.

25. et 26. Etiam hoc inter amantium artes alibi occurrit. Broukh. laudavit Plaut. Aſin. IV, 1, 33. *gemmas ſignumve*, docte pro ſigno in gemma annulari, exquiſitae fortaſſe ſcalpturae. (Ita Heynius, hendiadyn ſtatuens, cui particula *ve* ſatis obſtat. Utrumque mirationem fecit. *Signumve* ſc. gemmarum pro *ſignave* g. in poëta ferendum eſt. Voſſio *gemmas* ſine imaginibus, aut imaginibus ad obſignandum non idoneis inſignes, *ſignum* autem annulum ſignatorium eſſe opinanti haec ſignificatio vocabuli *ſignum* exemplis probanda erat. W.) *Per cauſam*) nos: ſub praetextu. v. Broukh. H. Ita *per ſpeciem* apud Tac. Hiſt. I, 71. *per ſimulationem* I, 74. W.

28. *Sobria — pocula*) Eleganter ita vocat, quae ipſe multa aqua affuſa diluerat. Sic II. El. 1, 46. *ſobria lympha*. Et Plato aquam τὸν θεὸν νήφοντα vocat, de quo v. Plutarch. aud. Poët. c. 3. H. Vide et Stat. h.l. Apud Ovidium Amor. I, 4, 51 — 54. ipſa uxor hac arte maritum aggredi iubetur; atque apud Iuven. I, 57. maritus venalis

Doctus et ad calicem vigilanti
ſtertere naſo,

ut alii uxoris copia fiat, ſomnum ſimulat. W.

30. *Iuſſit Amor; contra*) Trita et obvia amantium excuſatio; ſimiliter Eurip. Iphig. Aul. 1396. cf. Callim. in Apoll. v. 25. et Epigr. 44. H. Paulo ante *te laeſi* eſt tibi uxore corrumpenda iniuriam feci. *non — prudens* h. e. mente intelligentia et ratione praedita, ſed turbata abreptaque vi Amoris. (*iuſſit Amor.*) W.

Inſtabat tota cui tua nocte canis.
Quid tenera tibi coniuge opus? Tua ſi bona neſcis
Servare, ah! fruſtra clavis ineſt foribus.
Te tenet, abſentes alios ſuſpirat amores,
Et ſimulat ſubito condoluiſſe caput.
At mihi ſervandam credas; non ſaeva recuſo
Verbera, detrecto non ego vincla pedum;
Tunc procul abſitis, quisquis colis arte capillos,
Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu.

Quis-

32. *Inſtabat*) de cane allatrante, quam prope aedium fores cuſtodiae cauſa alligatam habere et antiquitus mos erat. Conf. II, 4, 32. Placet verbum ſignificanter ita uſurpatum. Ceterum verba *Ille ego ſum — cui* ſine ulla praedicatione beneficii aut boni facinoris h. l. poſita digna ſunt, quae notentur. Ita apud Virg. *Ille ego, qui quondam.* Aliter I, 5, 9. W.

34. *clavis ineſt foribus*) h. vectis, peſſulus. cf. ſup. 2, 18. et II, 4, 31.

36. *Et ſimulat ſubito*) En Gallorum noſtrorum *Vapeurs.* H. Si Iuvenalis VI, 234 — 238 audiendus eſt, hoc fecit puella, ut ſecubans intromiſſo amatore potiretur. Haec tranſitum ad ſequentia, ubi ſe vel ſervi miniſteria ſubiturum promittit, aptum praebent. W.

37. *At mihi ſervandam credas*) int. *ſi credas;* ut et infr. v. 53. Dicit vero ſe ianitoris loco futurum. H. Ut II, 3, 79. 80.

Ducite, ad imperium dominae ſulcabimus agros;
Non ego me vinclis verberibusque nego.

dummodo cum Delia ruſticante ſit, ſervi conditionem non recuſat, cf. III, 4, 66., ita hoc loco, modo Deliam inviolatam cuſtodire ſibi detur, ſervilem poenam et contumeliam non abnuit. *At — credas* ſunt verba optantis. Sed de ratione membra connectendi vide Obſſ. W.

ib. *non ſaeva recuſo verbera*) int. ſi me cuſtodem Delia fefellerit. H. *non — non ego.* Pronomina ita ſaepe in repetitione membro alteri a poëtis illata videmus, ut apud Iuven. VI, 111.

Hoc pueris patriaeque, hoc praetulit illa ſorori.

cf. Horat. Ep. I, 2, 63. Ita vis aliqua dictis conciliatur. Supra I, 5, 11 — 15. *Ipſe — Ipſe — Ipſe ego.* Pedeſter ſcriptor diceret: *nec detrecto.* W.

39. 40. Vides et hic puellas Romanas noſtris feminis ſimiles,

Quisquis et occurret, ne poſſit crimen habere,
Stet procul ante, alia ſtet procul ante via.
Sic fieri iubet ipſe deus; ſic magna ſacerdos
Eſt mihi divino vaticinata ſono.

Haec

quandoquidem delicatuli illi, quorum omnis cura in comae cultu et veſtitus elegantia ſita erat, puellis primo loco probabantur. Hos igitur Tibullus, cuſtos puellae conſtitutus, omnium primos ab eius aditu prohibiturus eſt. H. Delicatos illos alloquens (cf. I, 2, 7.) gratam et vividam variationem intulit. Sed ſonus verborum *abſitis quisquis colis* non magis delectabit, quam apud Tacit. Ann. I, 24. *nullis ſatis certis mandatis.* W.

Et fluit effuſo) h. molles homines; hos primo loco a puella remotos eſſe vult, tum omnino unumquemque, qui propius ad Deliae aedes acceſſerit: v. 41. 42.

42. *ante*) h. e. ante occurſum, ita ut particula temporis ad verbum *occurret* referatur. Sup. I, 3, 89.

Tunc veniam ſubito, nec quisquam nuntiet ante.

Similiter *poſt* v. 52. ad verbum, quod praeceſſit, *violare* refertur. H. Voſſii explicationi: donec cauſam, cur per tenebras vagetur, mihi probaverit, verba Tibulli non ſuffragantur. W.

43. *ipſe deus*) h. numen divinum in genere. Cum mox Bellona memoretur, uti ſolet graecum *θεός*, pro dea poſitum putat Vulpius. (H. Voſſius *Amorem* ex verſu 51. intelligendum eſſe, recte ſtatuit. Sed vel ſine verſu 51. verba *ipſe deus*, collato I, 8, 56., de *Amore* admonerent. W.) Mox *divinus* eſt *μαντικός*. (entheus. W.) Fuit autem Bellonae ſacrum inter ſuperſtitiones peregrinas, quae Romam inter bella civilia invaſerant. Etſi enim Bellonae aedes ad Circum Flaminium extra urbem iam dudum ab Appio Claudio ex voto erat exſtructa, vix tamen fanaticos homines admittere potuit Romanorum religio a maioribus accepta. Sed paullo ante haec tempora cum omni vaticinatorum genere plura ſacra cum furore celebrari ſolita, Cybeles, Deae Syriae, Bellonae, hoc fortaſſe ex Cappadocia illatum, hominum animos tanquam veneficio defixos tenuere. Eſt autem locus hic de Bellonae ſacris claſſicus, unde diſcimus, fuiſſe eius ſacerdotem feminam, quae deo plena furere videri et eadem futura praedicere volebat; eadem fanaticorum more adeo mente capta inſaniebat, ut igni, flagris et vulneribus in corpus ſuum ſaeviret eodem modo, quo Galli et Iſiaci; unde eos

Haec ubi Bellonae motu eſt agitata, nec acrem
Flammam, non amens verbera torta timet;
Ipſa bipenne ſuos caedit violenta lacertos,
San-

eos uno ore memorat Valer. VII, 635. 636. Iuvenal. Sat. VI, 511. ſqq. (cf. eund. Sat. IV, 123. ſqq.) et Lucan. I, 565 — 7. Praeter magnam autem Bellonae ſacerdotem alios quoque ſacerdotes virilis ſexus fuiſſe neceſſe eſt; certe eos memorat Lactant. I. Inſt. 21, 16. 17. Ciſtophorus aedis Bellonae Pulvinenſis in Inſcriptt. ap. Murator. T. I. p. CLXXVIII. occurrit. Bellonarii tamen, latioris ſignificatus vox, gregem et turbam ſignificare videntur hominum, qui ſacris his miniſterium ſuum addixerant, ut Iſiacorum grex, cf. van Dale Diſsert. ant. ill. p. 149. ſqq. Inter eosdem numerandi *fanatici*. *Fanaticus de aede Bellonae Pulvin.* occurrit apud Gruter. p. CCCXIII, 1. Vide aliud Marmor vitioſe exſcriptum p. antec. n. 7. et ap. Spon. Miſc. erud. ant. p. 30. Eiusmodi Bellonarium exhibitum credunt viri docti in gemma Dactylioth. Gorlaeanae To. II. n. 664. Eſt tamen is, non minus, quam in Auguſtini tab. 171. P. I. Diomedes, male ſeu exſculptus ſeu delineatus. H. Unde iuſſa dei comperta haberet, explanaturus, orationem repetita particula *ſic* pro vulgari: *ut — vaticinata eſt*, fortiorem reddidit. *magna* ad auctoritatem vatis refer, ut apud Virg. Aen. VI, 544. *magna ſacerdos* de Sibylla. Verſibus 45 — 50. ea primo, quae praedictioni ſacerdotis fidem conciliarent, expoſuit, ut I, 2, 45 — 55. W.

45. *Bellonae motu*) h. l. inſtinctu: *κάτοχος ἐκ τῆς θεᾶ, ἔνθεος*. H. Ovid. Met. VI, 158. *divino concita motu* (Mantó). De coniunctione *nec — non* vid. Obſſ. W.

46. *verbera torta*) h. flagella. v. I, 9, 22. Virg. Ge. III, 106. (Eiusmodi epitheton, quod rei naturam ſimpliciter deſcribit, *nativum* et *ſtabile* recte dixeris; qualia ſunt *firma licia* infr. 79. apud Soph. Elect. 747. *τμητοὶ ἱμάντες*, coll. 863. Oed. R. 1264. *πλεκταὶ ἑῶραι*. Antig. 1222. *βρόχος μιτώδης* ad ſimplicem Homeri orationem revocanda. W.) Sollenne autem hoc fanaticis illis, ut ſe flagris caederent, urerent, laniarent, more, qui primum ad placandos deos in magnis calamitatibus, aut in magno reatu inter criminum poenitentes, ortus erat, verſo in ludibrium et praeſtigias (*τερατείαν*). Parum ſcite Broukh. ſuperſtitionem hanc ab eo deducebat, quod Bellona flagro inſtructa pingitur. H. *violenta* h. e. divino furore correpta, furens; ad animi vaticinantis

Sanguineque effuſo ſpargit inulta deam;
Statque latus praefixa veru, ſtat ſaucia pectus,
Et canit eventus, quos dea magna monet:
Parcite, quam cuſtodit Amor, violare puellam,
Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo.
Attigeris, labentur opes, ut vulnere noſtro
Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.

Et

ticinantis ſtatum declarandum apte interpoſitum eſt hoc epitheton; de qua re vid. Obſſ. ad IV, 4, 19. Eodem ſenſu de vaticinantibus Graeci uſurparunt ζαμενής, Pind. Pyth. IV, 17. de Medea, IX, 65. de Chirone. W.

48. *inulta*) non ad deae ſignum, nec ad verbum *ſpargere*, ſed ad vulnera trahendum eſt, quae mirum eſt non dolorem, febrem aut mortem intuliſſe his hominibus. Ita ſe caedebant, quaſi dolorem inde non ſentirent. Scilicet *ſuſpenſa manu hi ſecandi lacertos ſuos artifices brachia atque humeros cruentabant*, ut ex Seneca de Vita beata c. 27. conſtat. Quamobrem Commodus Bellonarios vere exſecare brachia praecipiebat crudelitatis ſtudio, ut ex Lampridio c. 9. notum eſt. H. Ad *inulta*, h. e. ſine damno, bene H. Voſſius *innoxia* II, 5, 63. comparavit. W.

49. *Statque latus praefixa veru*) h. tenui lanceola cutem a ſagina diductam traiicit, ita ut prae latere ea transverſa ſtet. De voce *veru* v. Intpp. Minuc. Fel. c. 21. Mox 50. *monere* eſſe vatum, notiſſimum eſt. v. Broukh. cf. Burmann. ad Ovid. II. Met. 639.

51. ſqq. Sunt haec pro ſacerdotis Bellonae vaticinantis oraculo habenda, quod illa conſulta a poëta ſuper amore ac fide Deliae edidit. Minatur illa ſumma mala iis, qui puellam ſollicitaturi ſint, petita rei ſimilitudine a ſanguine ex ſectis membris defluente et a cinere arae, ad quam inter ſacra adſtans illa deo capta furere putanda eſt.

51. *violare puellam*) h. fidem puellae ſollicitare et ab amante ſuo eam abducere. Hinc mox: *Et tibi — dixit poenas*, nempe ſi minus caſta et fidelis amanti fuiſſet. H. Non de virginibus ſolis *violare* pro vitiare dici, quaſi nupta viro nec *caſta* dici (conf. v. 67.), nec *violari* poſſit, hic locus, ubi de Delia nupta agitur, monet. *didiciſſe* ad verba *cuſtodit Amor* referendum eſt. W.

53. *Attigeris, labentur opes*) ſi atti-

Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas;
Si tamen admittas, sit, precor, illa levis.
Non ego te propter parco tibi, sed tua mater
Me movet, atque iras aurea vincit anus.
Haec mihi te adducit tenebris, multoque timore
Coniungit nostras clam taciturna manus.

Haec

si attigeris, h. fidem eius labefactare ausus fueris, dilabetur, dissipabitur res familiaris, in poenam sceleris. H. - Ad constructionem *ut vulnere*, sc. labitur, compara Horat. Od. II, 19, 11. *truncis lapsa cavis mella*, animadvertens, verba, quae aliquid prodire ex aliqua re significant, cum casu sexto apud poëtas construi, ut *manare* apud Horat. Od. I, 17, 15. II, 9, 1. Tibull. III, 5, 1. *cadere* apud Ovid. Rem. 667. Met. XI, 516. *fluere* Ovid. Met. XI, 656. *mittere* Tibull. I, 3, 90. I, 2, 8. Graecis tunc genitivi usus placuit. Soph. Philoct. 696, *αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων*. Ceterum *labentur* pro composito *dilabentur*, ut apud Cic. Off. II, 18. *res familiaris dilabitur*, cf. Sall. Iug. c. 2., metaphora et Graecis (ἐκχεῖν) frequentata. Et placet brevitas verbi *labi* proprie et translate usurpati. Virg. Aen. II, 532. *vitam cum sanguine fudit.* 378. *retroque pedem cum voce repressit.* Vide plura ad III, 3, 21. notata, et de singulari, qua usa est sacerdos, comparatione Obss. W.

56. *Si tamen admittas, sit*) Male hic Scaliger: si hoc tibi cordi est. Sed explicandum: si admiseris flagitium hoc, ut a fide recedas, si pecces adultero, si fidem fallas; at vana et mendax *illa* Bellonae sacerdos sit. Suavissime dictum, et perdite amante dignum! H. Quod poenae genus non declarat, etiam hoc mollem animum Tibulli prodit. Similem locum vide II, 6, 41. 42. — *illa* sc. poena, de qua negligentia constructionis consulas Obss. W.

58. *aurea — anus*) optima et carissima. Horat. I. Carm. 5, 9.

Qui nunc te fruitur credulus aurea.

v. Broukh. cf. Propert. IV, 5, 21. 7, 85. Ita Graeci voc. χρυσοῦς usurpant. H. De verbis interpositis *aurea anus* adeas Obss. ad IV, 4, 19. W.

59. *Haec mihi te adducit*) praestolata amatorem ante fores, ut clam eum intra Deliae tectum recipiat, ut ex seqq. intelligitur. cf. inf. ad I, 9, 43. H. Ipsa puella ex aedibus egressa amatum convenit. Ita amatae *venire* dicuntur I, 8, 65. I, 9, 43.

Haec foribusque manet noctu me affixa, proculque
Cognoſcit ſtrepitus me veniente pedum.
Vive diu mihi, dulcis anus; proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuiſſe velim.
Te ſemper natamque tuam te propter amabo;
Quidquid agat, ſanguis eſt tamen illa tuus.
Sit modo caſta, doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Et

43. II, 1, 76. Horat. Sat. I, 2, 122. Ceterum matri Deliae ſimiles et ingenuarum matres amatoribus perductandis infamiam meruiſſe oſtendit Iuvenalis VI, 231—41. W.

61. *Haec foribus*) Iunge: *manet me*, *affixa foribus.*

63. *proprios tecum contribuiſſe annos*) pro, *tibi.* Eſt adeo *contribuere cum aliquo*, tribuere una cum, confundere, immiſcere, ut alterius annis proprii anni admiſceantur. H. *contribuere* ſignificat dispertire. Vell. Pat. II, 20. *novos cives in tribus.* Hinc fluxit conſtructio *contribuere aliquid cum aliquo*, analoga conſtructioni verbi *partiri praedam*, *curas cum aliquo* Aen. XI, 822. Ita *annos proprios cum aliquo contribuere* eſſe partem vel dimidium annorum propriorum alicui impertire, facile patet. W.

66. *ſanguis — tuus*) h. progenies. Notum Horatii II. Od. 20, 5.

— Non ego, pauperum
Sanguis parentum — obibo.

cf. Stat. h. l.

67. *caſta*) uno me amatore contenta. v. El. 3, 83. nam viro nupta erat, ut ſupra vidimus. H. Hoc ſenſu *caſtitatem Agrippinae*, uxoris Germanici, laudavit Tacitus Ann. I, 33. ubi vid. Wolfium p. 73. W.

ib. *quamvis non vitta ligatos*) Vittis et ſtolis ſolae utebantur matronae et virgines ingenuae, ut notum. v. Broukh. Has pudicas eſſe oportebat. In libertinis autem amor et furta permiſſa erant, quatenus matrimonium et nuptiae iuſtae erant inter civilia inſtituta, quae ad ſolos cives ſpectabant; unde iſtas hoc nomine indicat Plautus Curcul. I, 1, 25.

Num tu pudicae cuipiam inſidias locas,
Aut quam pudicam oportet eſſe?

h. ingenuae. Apparet igitur, Deliam fuiſſe libertinam, fruſtra contra nitente Ayrmanno

in

Et mihi ſint durae leges: laudare nec ullam
Poſſim ego, quin oculos appetat illa meos;
Et ſi quid peccaſſe puter, ducarque capillis
Immerito, pronas proripiarque vias.

Non

in Vita Tibull. §. 65. H. Ayrmanni ſententiam refutare videntur, et verſus Ovidii Ep. ex Pont. III, 3, 49 — 52.

Scis tamen, ut liquido iuratus dicere poſſis,
Non me legitimos *ſollicitaſſe* toros.
Scripſimus haec iſtis, quarum nec vitta pudicos
Contingit crines, nec ſtola longa pedes.

quorum poſteriores ex hoc fonte manaſſe, Abrahamus ad Philipp. Cic. II, c. 18. p. 466. de ſtola erudite agens obſervavit. — *impediat* pro involvat, proprie de *pedibus*, qui *ſtola longa* h. e. ad talos usque demiſſa teguntur. De veſtitu *matronarum*, omnia, *togatarum*, nil fere obtegente videndus eſt Horat. Sat. I, 2, 94 — 104. W.

69. *Et mihi ſint d. l.)* Haec usque ad *vias* conditionaliter ſcripta ad verba *Sit modo caſta, doce* ita referenda ſunt: *Delia ſi caſtitatem mihi praeſtet, et mihi* cet. — Ad *leges* cf. II, 4, 52. et Not. ad IV, 13, 2. W. *durae leges.* quales victis imponuntur; inde ductum. v. Broukh. Quae ſequuntur, de ſua amica conqueritur Ovid. II. Am. 7, 7.

Si quam laudavi, miſeros petis ungue capillos.

(Eandem tamen rem ſibi optat Art. II, 451 — 54. W.) Ceterum haec et alia, quae de incredibili amantium furore, rixis, verberibus, occurrunt, ut ſupra v. 13. 14. morſiunculae aut morſus potius, quorum notae reſtarent, etiam fores expugnatae, excubatio ante ianuas et alia, neſcio ſintne inter morum veteris Romae characteres, an inter calidioris ſanguinis argumenta habenda. Teſtantur ſaltem, exquiſitiorem τοῦ καλοῦ ſenſum ab iſtorum hominum moribus et ingeniis multum abfuiſſe. Bene ſaltem nobiscum agitur, quod a noſtris moribus aliena illa ſunt. H. *nec ullam.* Animadvertas notionem particulae *nec*, Graecorum vocabulo οὐδὲ reſpondentis, et idem fere, quod *ne — quidem*, ſignificantis. Cic. Tuſcul. I, 26. *Quid eſt enim memoria rerum et verborum? Profecto id, quo nec in deo quidquam maius intelligi poteſt.* cf. Obſſ. ad I, 2, 95. Si quis haec pro *nec laudare* accipere malit, ita ut per copulam leges annectantur, ei confugiendum erit ad I, 9, 13. W.

72. *pronas — vias)* deſcendentes a collibus in planitiem,

Non ego te pulſare velim, ſed venerit iſte
Si furor, optarim non habuiſſe manus.
Nec ſaevo ſis caſta metu, ſed mente fideli;
Mutuus abſenti te mihi ſervet amor.
At quae fida fuit nulli, poſt, victa ſenecta,
Ducit inops tremula ſtamina torta manu,
Firmaque conductis annectit licia telis,

Tracta-

ut in urbe Roma viae fere erant declives. H. Qui, fide puellae obligata, alius amore fruitur, is *peccare* legitime fere dicitur IV, 14, 1. I, 9, 23. De fructu Veneris eandem vocem accipe IV, 7, 9. — Similiter *culpa* de Venere illicita. Tac. Ann. 3, 24. Horat. Od. 3, 6, 17. — *proripiarque p. vias* pro vulgari: per vias. Graecorum verba motus conſtruendi rationem obſerva in Tibullo Graecis conſtructionibus parcius utente. Soph. Ant. 877.

ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ᾽ ἑτοί-
μαν ὁδόν.

Electr. 1163. *πεμφθεὶς κελεύθους δεινοτάτας.* W.

73. *Non — velim*) Commemorata poenae ſuae contumelia, in ſuſpicione aliqua ſubeunda, admonetur, ut, ſe, ſuſpicione fidei male a Delia praeſtitae iniecta, manibus in eam temperare velle, promittat. De more amatas pulſandi cf. I, 10, 55. 59. 65. et Horat. Od. I, 13, 9. 10. et Ovid. Amor. I, 7. W.

74. cf. Ovid. I. Am. 7, 23. 24. Arguunt vel hae amicarum pulſationes, cuius conditionis illae fuerint, nec de noſtris matronis vel ingenuis puellis hic cogitandum eſſe. Libertinae erant aut peregrinae mulieres, quarum amores ſectari per leges licebat.

76. *te mihi ſervet*) h. e. caſtam te praeſtet. De mutata diſtinctione cf. Obſſ. W.

77. *At quae fida*) Suave epigramma in puellam olim ſuperbam, poſt derelictam et egenam in Anthol. Gr. T. IV. p. 134. exſtat:

Ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύ-
σοις ἐπ᾽ ἐρασταῖς,
Ἡ Νέμεσιν δεινὴν οὐχὶ κύσασα
θεόν,
Μίσθια νῦν σπαθίοις πενιχροῖς
πηνίσματα κρέκει.
Ὀψέ γ᾽ Ἀθηναίη Κύπριν ἐληΐ-
σατο. W.

79. *Firmaque conductis annectit licia telis*) ait illam operas diurnas texendae telae locare. *Telam* h. l. pro iugo, ſuper quo ſtamen extenditur, accipit Broukhuſius, parum conſtans

Tractaque de niveo vellere ducta putat.
Hanc animo gaudente vident iuvenumque catervae
Commemorant, merito tot mala ferre ſenem;
Hanc

ſtans in huius loci interpretatione. Sed iugo licium non annectitur. Itaque potius trama ſtaminis (*die Werfte*) intelligenda per *telam*, cui *licia* (μίτος), h. ea fila annectuntur, quibus pectinis ope discriminatis ſubtemen radio immittitur. (*die Drümmern, woran die Werfte angedreht wird*, quo more *tela* vulgo dicta conficitur, h. *veſtis*, quam nos pannum vel linteum appellamus.) Sic Virgil. dixit Ge. I, 285. *licia telae addere.* Eodem ſenſu *tela* apud Ovid. VI. Met. 54.

Et gracili geminas intendunt
ſtamine telas.

nam ſequitur: *Tela iugo vincta eſt.* et Auſon. Moſella v. 397.

— *tenuique aptas ſubtemine*
telas
Percurrent — —

h. ſubtemen inter tramas ſtaminis traiicient. *conductam* vero intelligo, quia ipſa opus faciendum conduxerat, operam vero ſuam locaverat. Minus bene Broukhuſius cum Scaligero. H. *licia* ſunt vincula, quibus textores induunt atque implicant ſtamina et iugo annectunt; *telae* autem ſtamina, quae radius textorius percurrit. Ita epitheta *firma* (*vincula firma* ap. Ovid. Faſt. I, 570) et *conductis* (auctor epigramm. Gr. μίσθια) ſubſtantivis ſuis apte iunguntur. Utrum vero licia telis, an telae liciis annecti dicantur, nihil intereſt. Aſſentitur H. Voſſius, niſi quod *firma* ad anum, hunc laborem firmo ferentem animo, retulit; qua explicatione vereor ne imago turbetur. *inops* h. e. prae inopia, bene collocatum et ad *annectit* pertinet. W.

80. *Tractaque de niveo vellere ducta putat*) *lanam carminat.* Scilicet *tracta* ſunt manipuli lanae rudis, qui *putantur* h. caruntur, (κείρονται, carminantur) inſtrumento quodam ferreo a ſordibus purgantur, ut docte exponit Scaliger ad h. l.; quamquam vox aliunde, quam e Varrone et e gloſſis, nota non eſt. Explicant verſum verba Claudiani II. in Eutrop. 381. ſqq.

— *doctiſſimus artis*
Quondam lanificae, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis ſordibus aeque
Praebuerit calathis, ſimilis nec pinguia quisquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.

82. *ſenem*) h. l. de anu. Eſt enim *ſenex* adiectivum. v. Broukh. H. *ſenem* h. e. anum per appoſitionem adiectum eſt vocabulo *hanc*, ut I, 2, 92. I, 7, 56.

Hanc Venus ex alto flentem ſublimis Olympo
Spectat, et, inſidis quam ſit acerba, monet.
Haec aliis maledicta cadant: nos, Delia, amoris
Exemplum cana ſtemus uterque coma.

E L E G I A VII.

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluënda deo:
Hunc fore, Aquitanas poſſet qui fundere gentes,
Quem

56. I, 10, 44.; neque ullam hic aut de *comes* I, 10, 24. aliter ſtatuendi neceſſitatem video. — *ſublimis* ſuave in hac deſcriptione epitheton, ut III, 6, 6. prona *funde — manu.* W.

85. *maledicta cadant*) eveniant. v. infr. II, 2, 17. *vota cadunt.* H. Ad conſtructionem compara Cic. p. Quin. c. 16. §. 51. *incommodum mihi cadit.* W.

Elegia VII.

Celebrat poëta natalem M. Valerii Meſſalae paullo poſt eius triumphum Aquitanicum, actum V. C. 727. v. Obſſ. ſup. ad Eleg. 3, 1. Enumerat, quod poëtae facere ſolent, loca, in quibus Meſſala res geſſit, et Aegypto commemorata incidit in Oſirin, quem denique cum Genio ad diem natalem celebrandum advocat, et pro Meſſala vota facit.

1. *Hunc cecinere diem Parcae*) Natalem intelligi patet ex v. 63. Cogitandum eſt de carmine ſimili illi, quod Parcae canunt apud Catullum in Epithalamio Thetidis de Achille naſcituro, quo eius fata, res geſtae et laudes conſtituuntur. cf. inf. IV, 5, 3. Mox *ſtamina non diſſoluënda*, non reſolvenda, quae non reſolvi ac retorqueri poſſunt ab ullo deo. H. Parcae haud dubie eo, quo Meſſala partu editus eſt, die *canentes* cogitandae ſunt. *hunc cecinere* (pro: praedixere, ut IV, 5, 3. *novum Parcae ſervitium cecinere*, coll. I, 6, 50.) *diem* h. e. te hunc diem natalem laetiſſimum poſt res egregie geſtas et triumphum partum eſſe celebraturum praedixerunt. Illa: poſt triumphum partum, verſibus *Hunc fore — Atax* variata oratione expreſſit. W.

3. *Hunc fore*) *hunc* n. diem h. eum, qui eo die natus fuerit;

Quem tremeret forti milite victus Atax.
Evenere; novos pubes Romana triumphos
Vidit, et evinctos brachia capta duces.

At

vit; quod vix ferri poteſt. Probabile ergo ſit, *Hoc fore*, ſcriptum fuiſſe. v. Obſſ. *poſſet qui fundere* pro qui funderet: more noſtri poëtae. H. *Hunc fore* ſc. Meſſalam. Diverſa relatio pronominis *Hunc*, cum verba δεικτικῶς a Tibullo, qui adeſt vel ſe adeſſe fingit, cf. 49., pronuncientur, poëtae condonanda eſt. Ceterum verbo *poſſet* vis ſua h. l. non magis deeſt, quam apud Horat. III, 3, 43. *triumphatisque* poſſit *Roma ferox dare iura Medis*, aut infr. I, 10, 31. 64. II, 4, 7. III, 3, 25. 32. III, 4, 69. 82. aut apud Propert. I, 1, 15. ubi vid. exempla a Burmanno congeſta. Sed verbum *poſſe* in his locis, ut redundare, ita eadem ratione explicandum eſſe nego. W.

4. *Atax*) fluvius Galliae Narbonenſis, quo motum Gallorum pertinuiſſe, collato v. 11., veriſimile eſt, hodie *Aude* in terra, quae *Languedoc* vocatur. W.

5. *Evenere*) Meſſala, M. Antonii partibus relictis, ad Octavianum tranſierat, a quo conſul in ipſius Antonii locum ſuffectus (V. C. 723.) et paullo poſt, claſſe adverſus Antonium parata, inter Legatos claſſi praefectos (V. C. 724.) eſt allectus. Conſtiterat ea circa Actium, cum, nuntiata Galliae defectione, miſſus eſt ab Octaviano Meſſala proconſulari cum imperio: qui eodem anno Galliam pacavit, Aquitanos debellavit. Hinc memorantur a noſtro poëta flumina et urbes Aquitaniae et Narbonenſis. Inde evocatus Meſſala ab Octaviano ad res Aſiae conſtituendas, ſi Tibullus cum cura nomina locorum poſuit, in Cilicia, Syria, Phoenice et Aegypto cum imperio extra ordinem fuiſſe debet. Conf. ſup. Obſſ. ad El. 3. pr. et *Vitam Tibulli*. Reducem inde Meſſalam triumphum de Aquitanis egiſſe ſatis conſtat V. C. 727.

ib. *pubes R.*) pro exercitu, ut et alibi, v. c. apud Maronem. H. De Romanis ſpectantibus (II, 5, 119.) verba *pubes Romana*, h. e. populus Romanus, accipere praeſtat, ut *Dardana pubes* pro Dardanis dicitur apud Virg. Aen. VII, 219. et infr. 27. *pubes barbara* pro barbaris. Nota ſunt verba apud Feſtum: *Pube praesente*, populo praeſente; quae ex Plauto Pſeud. I, 1, 124. deſumta putant. W.

6. *evinct. bra.*) poſt terga, cf. I, 8, 5. ut verſu ſequenti *gerentem lauros* pro capite gerentem laur. cf. II, 5, 117. W.

At te victrices lauros, Messala, gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.
Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene
Testis, et Oceani littora Santonici;
Testis Arar Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti et flavi caerula lympha Liger.
An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
Caeruleus placidis per vada serpis aquis;
Quan-

9. *Non sine me est tibi partus honos*) Interfuit ergo expeditioni, et, ut probabile fit, triumphali pompae ipse Tibullus. *Tarbella Pyrene*) Pyrene sunt montes Pyrenaei, quos Tarbelli, Aquitaniae populus, versus littus Aquitanici maris accolunt; hinc *Pyrene Tarbella* seu *Tarbellica*, ut *Alpes Rhaetiae*. *honos* autem h. l. est ipse ille triumphus.

10. *Oceani — Santonici*) a Santonibus, gente Aquitanica inter Ligerim et Garumnam, versus idem littus sita, nunc *Saintonge*. H. *Testis* v. 11. cum vi repetitum, more pedestrium quoque scriptorum. Cic. pro leg. Man. c. XI. *Testis est Italia — testis est Sicilia* cet. cf. infr. IV, 1, 107. sqq. W.

11. *magnusque Garumna*) propter aestuaria, quae facit.

12. *Carnuti et flavi caerula lympha Liger*) Carnuti vel Carnutes Galliae populus supra Ligerim, *flavi* dicti a colore capillorum, ut omnino saepe Galli. *Caerula* appellatur lympha Ligeris, h. aequorea, quia Oceanus intrat per ostia, et aestuaria facit.

13. *An te, Cydne, canam*) Transit ad res a Messala in Asia, Syria, Phoenice et Aegypto aliquot ante annis gestas. v. ad v. 5. et Obss. ad El. 3. pr. Cydni autem amnis purus, et cursus placidus. Curt. III, 4. Itaque ille dicitur *tacitis undis leniter placidus serpere*, immittere se, *per vada*, *caeruleis aquis*, h. e. in mare. H. De recepta lectione *caeruleus placidis* cf. Obss. *caeruleus* ad purum colorem spectat. — *tacitis undis serpis.* Ovid. Trist. III, 10, 30. (Ister) *tectis in mare serpit aquis.* — *per vada. vadum* fundus fluminis, ut apud Ovid. Met. I, 369. *Cephisidas undas — vada nota secantes.* Ad lenem fluvii cursum pingendum conspirant verba *tacitis*, *leniter*, *serpis.*

Quantus et, aetherio contingens vertice nubes,
Frigidus intonſos Taurus alat Cilicas?
Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palaeſtino ſancta columba Syro;
Utque maris vaſtum proſpectet turribus aequor
Prima ratem ventis credere docta Tyros;

Qualis

ſerpis. Similem copiam adverte in Seneca Herc. Fur. 680.

Placido quieta labitur Lethe vado.

cf. Not. ad I, 10, 34. *placidis aquis* ad placidas aquas, in ſtagnum tranquillum. Nam — teſte Strabone lib. XIV. p. 990. (672.) *αἱ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον· ἔστι δὲ λιμνάζων τόπος, ἔχων τὰ πάλαι νεώρια, εἰς ὃν ἐμπίπτει ὁ Κύδνος* — in aquam placide ſtagnantem influit Cydnus. W.

16. *Taurus arat Cilicas*) divīdit, dirimit Ciliciam, per mediam regionem perpetuo iugo extenditur, v. Obſſ. *intonſos*, ut barbaros, omnino incultos. H. Lectionem *alat*, quam recepi, tuetur Strabo, qui lib. XII. p. 854. (569.) de fertilitate huius montis, notante Statio, diſſeruit. Summa enim cacumina fertilia eſſe et inhabitari ille tradit. W.

18. *Alba Palaeſtino ſancta columba Syro*) Syria, ut late patebat, praeter Coelen, Phoenicen, etiam Palaeſtinam continebat. Syros a veſcendis columbis abſtinuiſſe, etiam ex libro, qui Luciano tribuitur, *de Dea Syria*, notum eſt. Loca collegere Broukh. et quos laudat, tum Munker. ad Hygin. f. 197. Declarat igitur Tibullus Syriam per rem ſingularem eique domeſticam, columbarum candidarum greges paſſim volantes: levis profecto et ne elegiae quidem exilitate digna ſatis memoratio, ut ab hac poëtam abſtinuiſſe malis, niſi reputes, rem religioſam hanc eſſe, adeoque dignitatem aliquam exinde habere.

19. *proſpectet turribus*) Turres ſunt alte exſtructae domus, in quarum tectis interdum turres eminent; quales excitaſſe Tyrii memorantur, unde mare proſpicerent. v. Strab. XVI, p. 757. (1098. A.) Talis fuit *turris Maecenatiana* ap. Hor. III. Carm. 29. v. Broukh. Statius de navium propugnaculis accepiſſe videtur.

20. Tyriis tribuit, quod omnino de Phoenicibus praedicari ſolet; res et apud ſcriptores obvia, (v. quos Broukh. laudat, adde Dionyſ. Perieg. 907. ſqq.) et a recentioribus ad monumentorum fidem et ſuſpicionum ſubtilitatem accuratius declarata.

Qualis et, arentes quum findit Sirius agros,
  Fertilis aestiva Nilus abundet aqua?
Nile pater, quanam possim te dicere causa,
  Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
  Arida nec Pluvio supplicat herba Iovi.
Te canit atque suum pubes miratur Osirim
  Barbara, Memphiten plangere docta bovem.

Primus

declarata. Post Bochartum videndi inprimis Mignot (in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* To. XXXIV.) et Bryant (*Analysis of ancient Mythology* p. 225. sqq.).

21. *arentes quum f.*) Nili auctus fit ille quidem inde ab Aprili, in locis tamen Aegypti circa Memphim non nisi inde a Iunio sub observationem hominum venit, usque ad Septembrem exeuntem; adeoque Caniculae ortus in illud tempus incidit, Sole in Leonem transeunte. H. *aestiva*, qualis aestate esse solet. conf. de hac significatione I, 2, 52. et *hibernas undas* apud Virg. Aen. VII, 719. W.

23. Notum est Nili fontes olim ignoratos fuisse. Res tamen nunc quidem Iac. Brucii* narratione satis ad liquidum perducta. Praeclare physicas notiones poëtico ore extulit in splendido loco de Nilo Thomsonus (in *Summer* 773. sqq. 792—810.). Nilus *pater* dicitur communi fluviorum epitheto. *Occuluitque caput* etiam Ovid. II. Met. 255. Rem ingeniose in signo Nili redditam habemus, quod Fancellus ad Bernini manum effinxit in Capitolio, capite Nili patris velato apud Rubeum Stat. Ant. XCVII.

26. *Pluvio — Iovi*) a quo pluvia mittebatur; Graecis Ὑέτιος. Multa congessere Gebh. Broukh. et Vulpius. Agnoscitur nunc vulgo Iovis Pluvii signum in Columna Antoniniana, ut a Santes. Bartolio expressa ea est n. 15.

27. *miratur Osirim*) h. reveretur, veneratur. v. Cuper. II. Obss. 1. Fuit autem Nilus cum Osiride inter praecipua numina ab Aegyptiis culta; quod illustrare saltem possunt dicta a Iablonskio de Diis Aegypt. lib. IV, 1. et de Osiride lib. II, 1.

28. *Memphiten plangere docta bovem*) int. Apim. *plangere bovem* h. se propter bovem. v. Obss. H. Verba *pubes barbara*, h. e. barbari, cf. Not. ad v. 7., *Mem. pl. docta bovem* Aegyptios notant. W.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſolicitavit humum;
Primus inexpertae commiſit ſemina terrae,
Pomaque non notis legit ab arboribus;
Hic docuit teneram palis adiungere vitem;
Hic viridem dura caedere falce comam;

Illi

29. ſqq. Memorabilis locus de Oſiride, quem cum Baccho confuſum eſſe a Graecis iam inde ab Herodoto (lib. II, 42.) ſatis conſtat; et illuſtravit copioſe Iablonsk. Panth. lib. II, c. 1. §. 5. Cum Tibulli amica ſacris Iſiacis initiata eſſet, ut ex El. 3, 23. ſqq. colligi poſſe videtur, ſuſpicari licet, in ipſis initiis Iſiacis, cuiusmodi ea Romae erant, hoc idem traditum fuiſſe. Ad hunc autem Oſiridem non modo, ut ad Bacchum, vitium ſationem, verum etiam arationis et conſitionis arborum inventionem retuliſſe eos homines, ex hoc Tibulli loco diſcitur. Adde Diodor. I, 14. peſſimum rerum Aegyptiarum interpretem, cum Graecum ſcriptorem neſcio quem temere ſequutus ſit, qui Graeca cum Aegyptiis miſcuerat. H. Similia his, quae a verſu 29. ſqq. ad Oſiridem referuntur, Paci inventa tribuuntur I, 10, 45. W.

29. *manu ſolerti*) nempe inveniendis rebus ſolertia hominis maxime continetur. H. Bene ab *animo* vel *ingenio* ad manum translatum epitheton, quae *ſolers* vocatur, cum novam rem effinxit. W.

30. *teneram ferro ſolicitavit humum*) *movit, vertit, dimovit, revellit, eruit*, ut alii in ea re. v. Broukh. *teneram* vocat terram, quia recens adhuc orbis erat; ideo mox *inexpertam*. Valer. Flacc. I, 69. *ignaras Cereris terras* dixit. H. *teneram* ad humum Aegypti ex Nili exundatione mollem facilemque ad arandum, coll. Plin. XVIII, 18. ſ. 47., me probante, refert H. Voſſius. Opponitur *dura humus*. — Verſu ſequente ad uſum loquendi verbi *commiſit* facit Horatius Ep. 2, 3, 125.

Si quid inexpertum ſcenae committis.

Add. Tac. Hiſt. IV, 52. W.

34. *dura — falce*) nobis, culter hortenſis. *dura*, ut Hor. IV. Carm. 4, 57.

Duris ut ilex tonſa bipennibus.

propter rigorem ferri. Agit autem de amputatione vitium. H. *dura falx* eſt immitis, quae inutilibus non parcit, notante H. Voſſio, qui Virgilium Georg. II, 369. contulit:

tum

Illi iucundos primum matura ſapores
Expreſſa incultis uva dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit et ad certos neſcia membra modos.
Bacchus et agricolae magno confecta labore
Pectora

tum denique dura
Exerce imperia, et ramos compeſce fluentes.
cf. Obſſ. ad I, 1, 18. *coma* de vitibus, ut *frons*, uſurpatur. W.

36. *incultis — pedibus*) Cyllenius explicat: *ſtercore et paedore oblitis*; nimis inculte. Sed eſt aut ab inculta aetate, incultis et agreſtibus hominibus petitum, aut *incultis* eſt idem quod *ſqualidis* a muſti aſperſione. v. inf. II, 5, 85.
Oblitus et muſto feriet pede ruſticus uvas.
Propert. III. El. 17 (15), 18.
Et nova preſſantes inquinet uva pedes.
cf. Gebh. ad h. l. Ovid. IV. Faſt. 897. et II. Met. 29. *auctumnum calcatis uvis ſordidum* appellat. Apud Brunck. Analect. Vol. II. p. 239. XI. in carmine Quinti Maecii ipſe Bacchus uvas calcat. *Sapores* ſuperiori verſu ſunt *ſucci*. H. Omnes interpretationes verborum *incultis pedibus* H. Voſſio diſplicuerunt, *incultos p.* explicanti indoctos, rudes, oppoſ. I, 5, 24. *veloci pedi*, ratione quidem habita illorum temporum, quibus haec inventa tribuuntur, ſed non uſus loquendi, ex quo *incultus* de partibus corporis uſurpatum ornatum vel ſpeciem iis abeſſe ſignificat. Ipſe Gebhardo aſſentior. Ceterum morem uvas pedibus calcandi etiamnum in Italia ſolemnem eſſe Heynius ad Virg. Georg. II, 7. docuit. W.

37. *voces inflectere cantu*) h. variare, ſonos numeroſe mutare. v. Broukh.

38. *ad certos — modos*) ſunt modulationes tibiae vel fiſtulae variae, ad quas flectuntur ſaltantium artus. v. Broukh. *neſcia membra*, eleganter, corpus indoctum. H. *neſc.* ſaltationis ignara. Adiectivis ex enuntiationis alicuius natura vel ſententiarum ſerie, I, 5, 68., certam accipientibus ſignificationem inprimis annumera *neſcius*, *inſcius*, *rudis*, *inſuetus*. Ovid. Metam. II, 148.
Dumque male optatos nondum premis inſcius *axes.*
Adde Horat. Od. III, 24, 54. *rudis* et ſupra I, 4, 48. *inſuetus*. W.

39. ſqq. *Bacchus et*) Nolim putare, Bacchum nunc Oſiridis perſonae ſubſtitui, moxque ad Oſiridem rediri: ſed Bacchus nunc eſt vinum. H. At H. Voſſius deum intelligit confuſum cum Oſiride. W.

Pectora triſtitiae disſoluënda dedit;
Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulſa ſonent.
Non tibi ſunt triſtes curae, nec luctus, Oſiri,
Sed chorus, et cantus, et levis aptus amor;

Sed

39. *magno confecta labore*) opere ruſtico fracta et debilitata.

40. *triſtitiae disſoluënda dedit*) h. a triſtitia: genitivus hic graece ponitur. Sic ap. Cic. *legum ſolutus*. v. Broukh. Eiusmodi ſunt et alia, v. c. apud Propert. III, 9 (7), 54.

Parthorum aſtutae tela remiſſa fugae,

h. a fuga. v. Gronov. Obſſ. I, 11. *disſoluënda dedit* pro disſolvit, ut III, 6, 28. *diripienda ferant* pro diripiant. Ovid. II. Faſt. 521. *flammis torrenda dedere.* *Λυσιμέριμνος* autem Bacchus, noto epitheto. H. *disſol. dedit.* h. e. fecit, ut disſolverentur; de qua nova dicendi ratione cf. Obſſ. Ceterum *ſolvere* et *disſolvere* abſolute poſita, atque ad animum translata ſignificant: curis et metu liberare. Plaut. Merc. I, 2, 54. *disſolve me.* Senec. Agam. 74.

non curarum
Somnus domitor pectora ſolvit.

Ita, ne quis ad curas et timorem verbum *disſolvere* referret, adiecta eſt vox *triſtitiae*, quae in bonam accepta partem animi ſtatum, a riſu et hilaritate remotum, qui vultu vel verbis ſignificatur, notat; quae ſignificatio adiectivi *triſtis* ita non raro uſurpati uſu firmatur. Cic. de Orat. II, 71. f. *triſtis vultus.* Terent. Andr. V, 2, 16. *triſtis ſeveritas.* Noli de *triſtitia*, e malis acceptis vel imminentibus orta, cum aliis cogitare, ut vel verſibus ſequentibus *Bacchus et — ſonent* monetur. W.

42. *Crura licet d.*) De vinctis in ergaſtulo loqui poëtam, puta. cf. inf. II, 6, 25. (Inprimis compares Iuvenalis locum de patre ſaevo in ſervos XIV, 23. *quid ſuadet iuveni laetus ſtridore catenae? dur. comp.* Ovid. Amor. I, 6, 1. *dura catena.* W.) Simile autem hoc aliis vini laudibus apud poëtas, v. c. Horat. III. Carm. 21, 17. ſqq. et Ovid. I. Art. 237.

43. *Non tibi — ſed*) Tibullo Aegyptios ita reprehendi ſtatuit H. Voſſius: Oſiridem vel Bacchum non cultus Aegyptiorum, cf. 28., ſed hilaris veneratio decet. *ſed* ter cum vi poſitum, ut I, 8, 25. 26. de qua repetitione vid. Wolfium ad Tac. Ann. I, 10. p. 33. W.

44. *levis — amor*) v. ad I, 73. *eſt aptus*, quod alias, te decet, tibi convenit. Ovid. III, Met. 554. de Baccho:

Quem

Sed varii flores, et frons redimita corymbis;
Fuſa ſed ad teneros lutea palla pedes,
Et Tyriae veſtes, et dulcis tibia cantu,
Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.

Huc

Quem neque bella iuvant, nec tela, nec uſus equorum;
Sed madidus myrrha crinis mollesque coronae,
Purpuraque et pictis intextum veſtibus aurum.

Qui verſus ex ipſo Tibullo adumbrati eſſe videntur. Horatius autem de eodem Baccho II. Carm. 19, 25.

Quamquam choreis aptior et iocis
Ludoque dictus etc.

46. *Fuſa ſed ad teneros lutea palla pedes*) crocota ποδήρης. (De *crocota* Baccho apud Graecos propria vide interpretes ad Ariſt. Ran. 46. et Creuzer. Symb. T. 2. p. 330; de *luto* Not. ad I, 8, 52.; de *palla* Not. ad III, 6, 13. Ad ornatum Bacchi 45. 46. compares Senec. Oed. 411 — 425. W.) *Fuſa* ſuaviter, ut eodem modo *fluere* talis veſtis dicitur; apud Virgil. Aen. I, 404. *pedes veſtis defluxit ad imos*, et Propert. III, 17 (15), 32. de Baccho:

Et feries nudos veſte fluente pedes,

et in elegantiſſimis verſibus, haud dubie ex meliore poëta ſurreptis, in Epitaphio (Maffei Muſ. Veron. p. 467.):

Detrahe ſerta comis, et amorum oblita tuorum,
Triſtis, inops, pulla veſte, Thalia, veni.
Non manus Idalia laſciviat improba virga,
Nec fluat ante tuos lucida palla pedes.

Luteus h. flavus color erat feſti ornatus et laetitiae index, v. Catull. 61, 10. cf. Broukh.

48. *levis occultis conſcia ciſta ſacris*) quae habet in ſe reconditas res ſacras et myſticas, quae in ſacris Liberi Patris portabantur. *Conſcia* ſaepe poëtis ea dicuntur, quae aliquid in ſe continent vel incluſum habent. Sic Ovidius *litteram mentis conſciam* dixit, et inf. El. 8, 3. *fibra conſcia deorum.* Senec. Thyeſt. 632.

Quis hic nefandi eſt conſcius monſtri locus?

Valer. Flacc. Argon. I, 5.

— — Cymaeae conſcia vatis.
— cortina.

Sever. Aetn. 83.

Quidquid et interius falſi ſibi conſcia terra eſt.

h. quae ſub terra apud inferos eſſe feruntur. H. Loca rerum obtegendarum, quae ibi ſunt vel fiunt, *conſcia* translate dicuntur. Ovid. Ep. XV.

Conſcia deliciis illa (antra) *fuere tuis.* W.

Huc ades, et centum ludis Geniumque choreis
Concelebra, et multo tempora funde mero.
Illius e nitido ſtillent unguenta capillo,
Et capite et collo mollia ſerta gerat.

Sic

49. Genii religio praecipua eſſe debuit in celebrando natali. Vocatur a poëta Oſiris, qui amat feſta et luſus, ut feſto in Genii honorem celebrando interſit. Novum utique hoc, non tam quod deus alterius honori et ſacro, quam quod Oſiris Genii feſtivo honori adeſt. H. Oſiris vel Bacchus veniat diemque laetum reddat, orat Tibullus, ut apud Virgilium Aen. I, 734. Dido in convivio libatura:

Adſit laetitiae Bacchus dator, et bona Iuno.

Utrum vero Bacchus *diem natalem* (Plaut. Pſeud. I, 2, 32.) an ipſum *Genium*, qui illo die ſummopere colebatur, epulis, ludo cet. *concelebrare* dicatur, ad ſententiam parum refert, niſi quod poſterius poëta dignius eſt. Pro vulgari: *concelebret et potatione* ipſe deus, ut multum bibat, invitatur verbis *et multo tempora funde mero.* W.

50 *tempora funde mero*) perfunde, ſc. venis vino incaleſcentibus per eas diffuſo. v. ad El. 2, 3. Obſſ.

51. *Illius e*) n. Genii. cf. II, 2, 5. 6. 7. 8. ut adeo Genius unctis coronatisque capillis die hoc feſto aut ſit, aut eſſe fingatur, quippe ipſi ſacro ac ſollenni. Sic unguentis delibuti et coronis ornati ſunt omnino ii, qui epulis et ſollennibus interſunt. Sed v. 55. ad Meſſalam oratio converſa. Sic ſubinde mutatae perſonae, et paullo inſuaviores transitiones inf. El. 8, 27. 9, 61. 63. II, 2, 21. 22. (Melius huc vocatur I, 9, 13. ubi vid. Obſſ. W.) *unguenta* de *amomo* intelligit Broukhuſius, neſcio cur ſolo? *Collo* autem *ſerta* gerit, ut mos eſt in epulis hilarioribus. Loca dedit veterum Broukhuſ. Ovid. II. Faſt. 739. Horat. II. Sat. 3, 256. H. Graecum hunc morem coronandi eſſe, fidem facere poſſit Iuvenalis, Romanum, ad Graecorum mores compoſitum, ita perſtringens III, 68.

Et ceromatico fert niceteria collo.

Quae collo ferebantur coronae, ὑποθυμιάδες Graece appellabantur, ut Athen. p. 674. teſtatur. Verſu priore *nitido* ad pulchritudinem comarum referendum eſt, ut infr. 8, 16. *nitidum caput* et apud Callimachum Lav. Pall. 32. λιπαρὸν — πλόκαμον, quod Spanhemius bene illuſtravit. W.

Sic venias hodierne; tibi dem turis honores,
Liba et Mopſopio dulcia melle feram.
At tibi ſuccreſcat proles, quae facta parentis
Augeat, et circa ſtet veneranda ſenem.
Nec taceat monumenta viae, quem Tuſcula tellus
Candi-

53. *hodierne*) pro hodiernus h. hodie; ad Oſirin haec. H. Heynius in interpretatione vocis *hodierne* Statium, et verſus 53. 54. ad Oſiridem referens Broukhuſium ſecutus eſt. At et imago Genii, quae praeceſſit, ſimillima illi, quam II, 2, 6. 7. exhibuit Tibullus, et ſacra Genio rite data vel offerenda II, 2, 8. IV, 5, 9. et transitus per particulam *ſic* ad Genium haec verba *Sic venias* — *feram* referenda eſſe, demonſtrant. *hodiernum* pro: deum tutelarem huius diei accepit H. Voſſius. *dem* — *feram* conditionaliter eſſe relata ad *Sic v. h.*, apparet, collato loco gemello I, 10. 11. ibique Obſſ. et I, 1, 15. W.

54. *Mopſopio* — *melle*) h. Attico. Nam *Μοψοπία, ἡ Ἀττικὴ*, ab antiquo Athenienſium rege Mopſopo. Notum autem, in Attica fuiſſe Hymettum mellificio nobilem. Ait igitur ſe Oſiridi tus et liba mellita eſſe oblaturum; quod et ipſum ad Oſiridis religionem notabile eſt. Alias Genio liba appoſita: inf. II, 2, 8.

55. *At tibi ſuccreſcat proles*) Albinov., cuius vulgo habetur, III, 29.

Et tibi ſuccreſcant iuvenes bis
Caeſare digni.

ubi v. Scal.

55. *quae facta parentis Augeat*) ſc. aliis praeclare factis; niſi *facta*, *τὰ κλέα*, pro ipſa fama et gloria dicta malis. Duo autem Meſſalae filii. v. inf. ad II, 5. pr.

56. *circa ſtet veneranda ſenem*) h. formae dignitate, ut Vulpius praeclare interpretabatur, et omnino rebus geſtis et honoribus conſpicua et clara. v. Ayrman. Vita Tib. §. 58. Virg. Aen. IX, 276. *Euryalum venerandum puerum* appellat. inf. IV, 2, 10.

Seu comſit, comtis eſt vene-
randa comis.

57. *Nec taceat monumenta viae*) h. Tuſculani et Albani celebrent magnificentiam Meſſalae in munienda parte Viae Latinae, ut iam Cluverius e Strabone (lib. V. p. 362. A.) docuit, quam iuſſu Auguſti, vel novam, vel vetuſtate collapſam, ſternendam ſumſerat Meſſala inter ceteros viros triumphales, quibus vias partim ex manubiis partim ex ſuis pecuniis reficiendas diſtribuerat. cf. Sueton. Aug. 30. et Dio LIII, 22. *monumenta* h. l. ſunt opera

Candidaque antiquo detinet Alba Lare.
Namque opibus congesta tuis hic glarea dura
Sternitur, hic apta iungitur arte silex.
Te canet agricola, e magna quum venerit urbe
Serus, inoffensum retuleritque pedem.
At tu, Natalis, multos celebrande per annos,
Candidior semper candidiorque veni.

ELEGIA VIII.

Non ego celari possim, quid nutus amantis,
Quidve

opera publica. (Accuratius ita, quid *monumenta* sint, definitur, quam a Ruhnkenio ad Vellei. Pat. I, 11. p. 43. id factum est. W.) Opus autem praeclarum et ad saecula duraturum illud fuisse, ex Martialis versibus colligas, qui aeternam libri famam sic ominatur lib. VIII, 3, 5.

Et quum rupta situ Messalae
saxa iacebunt,
Me tamen ora legent.

58. *antiquo—Alba Lare*) *antiquo Lare*, propter vetustatem urbis, quoniam inde Romam colonia ducta. *Alba candida.* Suspicor seu montem ipsum, seu aedificia ex longinquo prospicientibus candorem exhibuisse. H. Ad constructionem *Alba detinet aliquem Lare a.* compara I, 3, 3.

Me tenet ignotis aegrum
Phaeacia terris. W.

59. *glarea — silex*) v. Liv. XLI, 27. *Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium locaverunt.*

64. *Candidior — candidiorque*) v. Ovid. V. Trist. 5, 13. cf. Cort. ad Sallust. Catil. 5, 7. *veni* pro redi, ut alias quoque.

Elegia VIII.

De amore Marathi in Pholoen agit hoc carmen. Erat Marathus formosus puer, multorum, etiam Tibulli, (I, 4, 81.) votis expetitus, ipse cultu sibi et ornatu placens; quem in gravem puellae amorem incidisse multis argumentis poëta deprehenderat. Nec tamen, ut ex vss. 25. 26. 49. 61. 62. intelligitur, novus ille erat amor, sed ex longa cum Pholoe, quae prior formosum puerum appetiverat,

Quidve ferant miti lenia verba ſono:
Nec mihi ſunt ſortes, nec conſcia fibra deorum,
Praecinit eventus nec mihi cantus avis;
Ipſa

verat, conſuetudine natus; quo obſervato, Pholoe, ad puellares artes facta, ſuperbe et faſtidioſe puerum habuit, eumque ſolita cum calliditate eluſit atque excruciavit. Immiſcet poëta monita et obiurgationes puellae, ne puerum illa ulterius torqueat. Et facit hoc more ſuo, qui elegiam decet, cum mira ſenſus et affectus, dum alius alii ſuccedit, varietate, et viciſſitudine creberrima. De Maratho ſupra ad El. 4, 81. vidimus. Pholoe inter claras eius aetatis puellas etiam ex Horatio nota eſt, ubi I. Carm. 33, 6. *aſpera puella* Cyrum faſtidit, alium mollem puerum; et II, 5, 17. eſt ea *Pholoe fugax*. Chloridis eam filiam fuiſſe, idem Horatius nos colligere iubet lib. III, 15, 7. 8.

1. *Non ego celari poſſim*) Ita Latini loquuntur. Cic. p. Cluent. c. 66. *Non eſt profecto de illo veneno celata mater.* v. Broukh. Ceterum de ſententia, et arte hac amatoris ſenſus ex certis ſignis coniectandi videri poteſt Epigr. Callim. 45. et Propert. I, 9, 5. ſqq. III, 8 (6), 9. ſqq. H. De coniunctivo *poſſim* vid. verſum 59. W.

2. *miti lenia verba ſono*) Sunt *lenes ſuſurri*. Horat. I. Carm. 9, 19. εὐναῖοι ὀαρισμοί. Callim. fr. 118. p. 486. H. *Suſurri*, de quibus iam Statius cogitavit, ut intelligantur, *lenia verba* non poſtulant; nec magna profecto requiritur ars vel exercitatio, quam Veneri ſerviendo ſibi paraſſe 5. 6. iactat Tibullus, ut ex verbis, quae iuvenis puellae in aurem inſuſurrat, amorem coniectes. *Lenia verba*, ut ipſe interpretor, placidam loquelam notant, ubi vel ſonus, quo quis verba eloquitur, amorem prodit. — *ferant* ſignificent. W.

3. Tria ponit divinandi genera: ſortes, quas ſupra vidimus Eleg. 3, 11. extiſpicium, augurium. cf. II, 5, 11. v. Broukh. Verum eſt, inquit, non ſum ſortilegus, nec extiſpex, nec auſpex; enimvero ab ipſa Venere edoctus haec novi. H. Colorem ſimilem ineſſe obſervabis verbis Ciceronis Ep. ad d. VI, 6. *Non ex alitis involatu, nec e cantu ſiniſtro oſcinis, nec ex tripudiis — tibi auguror, ſed habeo alia ſigna, quae obſervem.* W.

ib. *conſcia fibra deorum*) v. ad El. 7, 48. Prop. IV, 1, 104.

Aut ſibi commiſſos fibra
locuta deos.

Et apud Tacitum, affectatorem poëticae elegantiae, German. 10. *equos deorum conſcios*, e quibus

Ipſa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non ſine verberibus.
Deſine diſſimulare; deus crudelius urit,
Quos videt invitos ſuccubuiſſe ſibi.

Quid

quibus voluntas deorum cognoſcitur, dictos videas. H. Placet brevitas in verbis *ſ. conſcia deorum* h. e. quae deorum voluntatem norunt ac manifeſtant. Ovidii locum Heroid. XVII, 265. *furtivae conſcia mentis littera* commode compares, non vero Tibulli I, 7, 48. W.

5. *magico religatum brachia nodo*) fune in nodum magicum, ad certam ſuperſtitionis legem factum, conſtricto, ne poſſet renodari aut ſolvi. v. Broukh. Reſpicit autem modum caſtigandi ſervos in ergaſtulis, qui manibus fune ſuſpenſis verberibus caeduntur. Ad eum igitur modum ſe ſuſpenſis manibus caeſum a Venere fingit, ut diſceret ſingula, quae amori inſunt, adeoque et ea, quae amorem arguunt; nodum autem, ut firmum et ad ſolvendum difficilem declararet, *magicum* appellavit. *religatum* pro ligato dixit. H. Quamquam verbis *religare*, *revincire* praepoſitio *re* non ubique peculiarem vim addit, de captivis tamen aut vinctis, quorum manus poſt terga retortae, verba inde compoſita proprie uſurpari videas. Hoc igitur loco *religatum* pro religatum poſt tergum, ut I, 7, 6. *evinctos* (poſt terga) *brachia duces*. Adde *retorquere* apud Horat. Ep. II, 1, 191.

Mox trahitur manibus regum
fortuna retortis.

Sen. Thyeſt. 685.

Poſt terga iuvenum nobiles
revocat manus.

Ad verba *nodo magico* compara, quae de *vinculis Veneris* ad Virg. Ecl. VIII, 78. disputarunt interpretes. Imago huius loci ad IV, 5, 13. illuſtratur. W.

6. *Perdocuit*) n. artem intelligendi notas amatorias. Propert. l. l. I, 9, 7. rem clarius expreſſit:

Me dolor et lacrimae merito
fecere peritum.

et III, 8, (6) 17.

His ego tormentis animi ſum
verus aruſpex;
Has certas didici ſaepe in
amore notas.

Praeclarum eſt Centauri ſignum in Villa Borgheſia, qui ab Amore verberibus domatur. v. Statuas a Rubeo vulgatas tab. LXXII. Adde tabulam in Pictur. Herculan. To. I, n. 25.

8. *ſuccubuiſſe*) Qui amorem premit, huic affectui obniti videtur. Eum igitur Amor ἀνίκατος μάχαν (Soph. Ant. 777.) acrius urget et torquet. At qui

G amorem

Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos,
Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Quid ſucco ſplendente genas ornare? Quid ungues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?
Fruſtra iam veſtes, fruſtra mutantur amictus,
Anſaque compreſſos colligit arta pedes.
Ipſa placet, quamvis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda comſerit arte caput.

Num

amorem aperte fovet, eum Amor vel Venus iuvat. Catull. 61, 202 — 5.

Bona te Venus
Iuverit, quoniam palam
Quod cupis, capis, et bonum
Non abscondis amorem.

deus Amor; vid. Not. ad III, 6, 13. W.

9. ſqq. Ad Marathum Pholoes amore captum. Declarant haec puerum mollem et delicatum, cuiusmodi illa aetate, qua luxus Aſiatici omnis corruptela in Italiam transierat, multi Romam confluebant, a parentibus vel propinquis adducti, ut ex flore aetatis infame lucrum facerent. Etiam de artibus, quibus placere volebant hi formoſuli, notabilis eſt locus; nec modo de cura circa comae cultum, verum etiam de genis ſeu fucatis ſeu raſis, et de veſtibus ſubinde mutatis et corrigia calcei adducta. Illa v. 10. *Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas* apud Callimachum L. P. 22. ſunt: *Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.* Simile his verſibus eſt Epigramma Pauli Silentiarii ap. Brunck. Anal. T. III. p. 78. XXII.

11. *ſucco ſplendente*) eſt incruſtatio faciei, *σμῆγμα,* fortaſſe ex madido pane, cuius illitu genis ſplendorem conciliabant. v. Scal. et Vulp. H. Verſu 12. ad ungues reſecandos tonſoris opera uſos eſſe Romanos docuit Vulpius. cf. Valer. Max. 3, 2, 15. Tonſor ob artem barbam tondendi, quam egregie callebat, *artifex* appellatur apud Mart. VI, 52. 8. W.

13. *veſtes — amictus*) *veſtes* ſunt indumenta interiora; *amictus*, ut notum, quicquid veſtibus ſuperiniicitur. v. Broukh. II. *anſaque.* Gracilitate pedum ille placere ſtudebat. De ratione per copulam in repetitione ultimum membrum adiungendi, ut hic *anſaque* pro fruſtra anſa ponitur, vid. Obſſ. ad I, 2, 48. Verſu ſeq. *incultum os*, quod verbis *quid — ornare* opponitur, eſt cui cultus h. e. fucus abeſt et quaecunque ad pulchritudinem extollendam

Num te carminibus, num te pollentibus herbis
Devovit tacito tempore noctis anus?
Cantus vicinis fruges traducit ab agris;
Cantus et iratae detinet anguis iter;
Cantus et e curru Lunam deducere tentat,
Et faceret, ſi non aera repulſa ſonent.
Quid queror, heu! miſero carmen nocuiſſe?
Quid herbas?
Forma nihil magicis utitur auxiliis;

Sed

tollendam faciunt. Pholoen, cum amatori de amata diceret, per pronomen *ipſa* notavit, ut infra 27. per *tu.* Ita II, 3, 47. *At tibi* de Nemeſi, cuius nomen verſu demum 51. apponitur. W.

17. Etiam hoc exemplo apparet, quod ſup. I, 2, 41. monuimus, quantopere delectata fuerit illa aetas rerum magicarum narratione, cum ſtatim a v. 19. episodii more eam intexat Tibullus. Nota haec portenta per ſe ſunt, et cf. Obſſ. Sic etiam anilis ſuperſtitio de deliquio, quod Luna ab incantatione experitur, et de more defectui per aeris attritum et tinnitum ſuccurrendi, notiſſima; illuſtravit tamen Broukh. cum Vulpio.

18. *Devovit*) incantatione ad amorem adegit. H. Scriptores pedeſtres *ſilentium noctis* pro *tacito tempore noctis* dicunt. W.

22. *Et faceret — ſonent*) Rationem loquendi *Et faceret* pro idque faceret, et conſecutionem temporum *faceret — ſonent* vid. in Obſſ. explanatam. *aera repulſa* h. e. pulſata aere; ut apud Ovid. Met. III, 532.

aerane tantum
Aere repulſa valent?

Quod per locutionem *geminare aera* eleganter expreſſit Horatius Od. I, 16, 8. Si proprietatem compoſitionis ſpectas, praepoſitione *re* id ſignificatur, quod res pulſata retro impellitur vel impelli videtur; unde *uterus recuſſus* Virg. II, 52. equo haſta, validis viribus emiſſa, percuſſo tribuitur. H. Voſſius *re* in voce *repulſa* pro *ſaepe* accepit, ut ſup. I, 3, 24. ubi vid. Obſſ. — Aerea autem inſtrumenta, quorum ſtrepitu ſe Lunae ſuccurrere poſſe ſibi perſuadebant ſuperſtitioſi, per *aes* et pedeſtres ſcriptores ſignificant. Tac. Ann. I, 28. *Igitur aeris ſono, tubarum cornuumque concentu ſtrepere.* Add. Liv. 26, 5. Ceterum ſententiam ver-

Sed corpus tetigiſſe nocet, ſed longa dediſſe
Oſcula, ſed femori conſeruiſſe femur.
Nec tu difficilis puero tamen eſſe memento;
Perſequitur poenis triſtia facta Venus.
Munera ne poſcas; det munera canus amator,
Ut foveas molli frigida membra ſinu.
Carior eſt auro iuvenis, cui levia fulgent
Ora, nec amplexus aſpera barba terit.
Huic tu candentes humero ſuppone lacertos,
Et regum magnae deſpiciantur opes.

At

verſuum 23 — 26. vide ſupra iam I, 5, 43. 44. expreſſam. W.

25. 26. Pholoen ex protervarum puellarum, quas nos *Coquettes* appellamus, numero fuiſſe neceſſe eſt. Formoſum puerum illa illecebris ſuis et amatoriis nequitiis levioribus ad ſui amorem pellexerat, ſed ulteriora pueri vota repreſſit. cf. v. 49. H. *nocet* h. e. animum curis amoris perturbat; verbum generale potentius eſt ſpeciali, praeſertim hoc loco, ubi luſus in verbis *nocuiſſe — nocet* accedit, de quo vid. ſup. ad I, 5, 44. W.

27. *Nec tu —*) Alloquitur nunc Pholoen. H. Quanto flagraret Marathus amore Pholoes, quum eſſet 17 — 26. oſtenſum, Tibullus pergit v. 27. ad illam monendam, ut vota pueri ne moretur, neve eum aſpernetur. Quae ut arcte cohaerent, ita per *et tu*, *καὶ σύ*, pro: tu igitur, levius ſunt vincta. W.

28. *triſtia facta*) crudelia, ſaeva, pro: triſtitiam, h. ſuperbiam et faſtum erga amantem. v. Vulp. H. qui Virg. Aen. II, 548. *triſtia facta* bene comparavit. Sequentia *m. ne poſcas* quomodo ſuperioribus *Nec tu d.* annectenda ſint, Obſſ. docent. W.

32. De inſolentia locutionis *amplexus — terit* pro labella terit vid. Obſſ. *nec barba t.* pro et cuius barba non terit. *Cuius* ex *cui* aſſumi poſſe docent Obſſ. ad IV, 2, 17. W.

34. *regum*) h. divitum. Res nota. Eſt quod Eleg. I, 78. *deſpiciam dites.* H. Uſum vocabuli rex pro potente, divite et Horatius firmat Ep. I, X, 32.

Licet ſub paupere tecto
Reges et regum vita praecurrere amicos.

(quem

At Venus inveniet puero ſuccumbere furtim,
Dum tumet et teneros conſerit usque ſinus,
Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula, et in collo figere dente notas.

Non

(quem locum ad Auguſtum, ut ſcilicet regem, male retulit Wielandius p. 185.) Ita non mirum vocem illam de *patrono* uſurpaſſe veteres, ut Iuvenalem I, 136. V, 14. W.

35. *At Venus inveniet*) Cum dixiſſet: hunc tu in amplexus tuos recipere ne refuge, opportunitas, addit, amplexui haud deerit. Ipſa Venus parabit, demonſtrabit viam, ſuppeditabit locum; ut poſſis puerum in amplexus accipere. Sic Graecis *εὑρεῖν*. Incido in locum Luciani de Peregr. 19. *τότε μὲν ἐπὶ τὸν Δία καταφυγὼν, εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν ὁ γενναῖος.* inf. v. 56. *dare* dicitur. Tenendum autem, Pholoen eluſiſſe pueri deſideria per cauſam cuſtodiae, qua teneretur, conf. inf. v. 55 ſqq. Unde intelligitur, fuiſſe et ipſam Pholoen ſeu libertinam ſeu peregrinam, quae marito nupta eſſet, cui feminarum generi tuto per leges peccare licebat. H. Adde Soph. Oed. T. 120. *ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν*, ubi exempla congeſſit Musgrave. W.

36. *Dum tumet*) *ὀργᾷ, σπαργᾷ* de deſiderio; (at *οἰδᾷν* de ira, fluctibus, tempeſtate.) nec tam turpiter dictum accipiam, ut Horat. II. Sat. 7, 49. *cauda turgens* dixit. H. His ſuffragari nequeo. *tumet* notat: in vegeto flore aetatis eſt conſtitutus; et convenit Graecum *σφριγᾷν*. vid. Obſſ. Huic interpretationi ſequentia *teneros conſerit u. ſ.* egregie concordant. W.

et teneros conſerit usque ſinus) Neſcio quid obſceni hic quaerunt Interpretes; eſt, coniungere pectora per arctos complexus, unde ſubiicit: *et dare oſcula.* Hinc *iungere pectora* ſaepe de Venere Ovid. II. Met. 604.

— *et illa ſuo toties cum*
pectore iuncta.

Epiſt. XV, 191.

At quanto melius iungi mea
pectora tecum,
Quam poterant ſaxis praecipitanda dari!

Miſcere pectora dixit Statius II. Silv. I, 206. *ponere* Catal. vet. poët. p. 204. v. Scal.

Quaeque puella tuo cum
pectore pectora ponit.

Idem vult noſter, quod Plaut. Curcul. I, 3, 32. *Viden ut miſeri moliuntur? nequeunt complecti ſatis.* H. Ceterum v. 37. illa deſcripta ſunt oſcula, quae, Graecis *καταγλωττίσματα* appellata, vid. Ariſt. Nub. 52. ibique Schol., Venerem comitantur,

Non lapis hanc gemmaeque iuvant, quae frigore ſola
Dormiat, et nulli ſit cupienda viro.
Heu! ſero revocatur amor, ſeroque iuventas,
Quum vetus infecit cana ſenecta caput.

Tum

tur, ut h. l., vel praecedunt, ut apud Ovid. Am. III, 7, 9.

Oſculaque inſeruit cupidae luctantia linguae,
Laſcivum femori ſuppoſuitque femur. W.

39. *Non lapis hanc*) Sententiarum nexus fortaſſe hic eſt: Noli ſuperba eſſe in puerum te amantem. Sis facilis et admittas amantum deſideria, dum iuventa flores. Succedet ſenecta, qua nullis artibus ad amorem tui allicere poteris: ſic 39 — 48. Iam 39. 40. Noli excludere amantem: omnibus Veneribus et Gratiis careat puella ſuperba et dura! *Lapides* vel lapilli ſunt uniones, margaritae, ut Ovid. I. Art. 432.

Elapſusque cava fingitur aure lapis.

v. Broukh. h. l. *iuvent* ad ornandum corpus nullam venuſtatem, qua placeat, addant. Senſus vero: ἡ μονοκοιτοῦσα ἀνεπαφρόδιτος καὶ ἄχαρις ἔστω, ut egregie Scaliger. H. Prioribus haec ita annectenda eſſe puto: Etiam hanc ob cauſam muneribus amorem ne vendas; quoniam puellae, quae lucri cauſa ſervierunt, poſtquam aetas formoſa tranſiit, ab amatoribus deſtitutae, muneribus illis non delectantur. Tum ad ſequentia 40 — 46. transitus facilis: neque tum artes ad amatores revocandos quidquam proſunt. Ita *iuvant*, quod recepi, eſt delectant, ut III, 3, 17. 18.; et *quae ſ. ſ. dormiat* conditionaliter poſita pro: quae, ſi ſenibus pro muneribus ſe vendiderit, frigore ſola dormiat, ab amatoribus derelicta. W.

ib. *frigore*) hieme. Notum illud Virg. Ecl. II, 22.

Non mihi lac aeſtate novum, non frigore deſit.

cf. Statium h. l. Additum ſup. El. 2, 31. *hibernae frigora noctis.* Et *frigus* omnino *frigus noctis* apud poëtas. Poſſis quoque putare, frigus omnino ad τὸ μονοκοιτεῖν ſpectare, ut ſit pro, quae ſola, adeoque frigida, dormit. Sed prius verius eſt. H. Et *frigoribus* pro hieme Virg. G. I, 300.

Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur.

Similiter Graeci ψῦχος uſurparunt. Oppoſita vide apud Soph. Phil. 17. ἐν ψύχει μὲν — ἐν θέρει δ'. W.

41. 42. *Heu! ſero revocatur amor*) *Sero* fieri dicuntur, quae fiunt nimis ſero, ut non Latine loqui-

Tum ſtudium formae: coma tum mutatur, ut annos
Disſimulet, viridi cortice tincta nucis;
Tollere tum cura eſt albos a ſtirpe capillos,
Et faciem demta pelle referre novam.
At tu, dum primi ſloret tibi temporis aetas,
Utere; non tardo labitur illa pede;

Neu

loquimur, fruſtra, iam amiſſa occaſione; ſic in illo: *Sero medicina paratur, cum* etc. v. Broukh. *vetus caput* mox pro ſenili, v. inf. v. 50. *Inſicere* eſt *tinguere*. v. Broukh. H. De hac animi commotione vide Not. ad I, 4, 27. W.

43. *Tum ſtud. f.*) Haec ſententia membris tribus, quae ſequuntur, *coma tum* — *tollere tum* — *et faciem*, explicatur, ut II, 1, 40—46. verba *Tunc victus abiere feri* per ea, quae ſubiiciuntur; et apud Catull. II, 2. verba *Quicum ludere*. v. 46. *Et faciem* pro Tum faciem ſuo more dixit; vid. Obſſ. ad I, 2, 48. W.

44. *coma — viridi cortice tincta nucis*) Nota res. Plin. XV, 22. *rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis*. Illuſtratur a Cyllen. et Broukh.

46. *Et faciem — novam*) Hoc nemo illuſtravit. Aut de fuco illito, ita ut nativa cutis lateat et ſublata eſſe videatur; aut de ſmegmate intelligendum, v. 11. quo laevigatur cutis. *pelle* h. e. rugis.

47. *At tu*) Quae ab *aliis* non prudenter fiunt, quum expoſuiſſet Tibullus, ea, quae Pholoen melius facere vult, per voces *At tu* recte opponit. Nam ut Graeci poſt ſententias generales vel exempla aliena (Soph. Antig. 714. 1016.) et poſt argumenta prolata (Crit. Plat. c. 5. f. *Ἀλλὰ πείϑȣ μοι*) admonitionem vel exhortationem, quam ſubiiciunt, a particula *ἀλλὰ* incipiunt, ita Latini vocabulo *At*, cum pronomine plerumque copulato, uſi ſunt. Conf. I, 2, 89. 99. 5, 59. 8, 77. — Ad verbum *Utere* intellige *ea*, vid. Obſſ. ad I, 5, 75.; ad *Utere — neu torque* conf. Obſſ. ad I, 1, 37. et I, 4, 39. W.

48. *non tardo labitur illa pede*) Noli putare, *labi* celerem curſum non bene exprimere. Ovid. III. Art. 65.

— *cito pede labitur aetas.*

H. Adde Ovid. Am. I, 8, 49.

Labitur occulte fallitque volubilis aetas.

Horat. Od. I, 12, 19. *rapidos morantem fluminum lapſus*. Nec vero verbo *labi*, cur de placido curſu proprie accipiatur, cauſam ineſſe video. W.

Neu Marathum torque; puero quae gloria victo?
In veteres esto dura, puella, senes.
Parce, precor, tenero; non illi sontica causa est;
Sed nimius luto corpora tinguit amor.

Vel

49. *puero quae gloria victo*) h. amore subiugato et ita perdomito, ut omne fastidii et superbiae genus in eum impune exercere possis. cf. paullo ante ad v. 25. 26. (Ad constructionem facit Tac. Hist. I, 70. *reputans, plus gloriae retenta Italia fore.* cf. sup. I, 6, 5. W.) De *Maratho* v. Obss. ad I, 4, 81.

50. *veteres — senes*) contemtim *veteres* dicit, quasi vietos, rancidos et cariosos, ait Broukh.; nescio quam bene. Ornat simpliciter epitheton illud. Sic et Horatius *veterem senectutem* dixit Epod. 8, 3.

51. *Parce, precor, tenero*) Parce puero; nam vides, quantopere amore tui consumatur; vides, eum pallere, lamentari et lacrimari. *tenero*, absolute positum adiectivum, ut amat noster. v. II, 1, 74. *iratae.* II, 4, 50. *securae.* III, 4, 92. *duri.* IV, 2, 5. *violente.* Sic Albinov. II, 56. *exorientem* simpliciter pro *sole exoriente* dixit. H. Apud Iuvenalem XIV, 215. *Parcendum teneris* et I, 22. VI, 383. pariter verbum *tener*, absolute positum, ad annos teneros referendum est; quae usitatissima huius vocis significatio est, ut qui apud Iuv. VI, 548. *Spondet amatorem tenerum* amatorem *tenero* ac blando *amore* flagrantem intelligunt, et hunc usum, et teneros annos a feminis maxime peti iuxta ignorent. Ad Pholoen capiendam apte h. l. *tener* pro puero positum esse vides. — Absolute *glabri* pro pueris glabris dixit Catullus 61, 142. W.

ib. *non illi sontica causa est*) nempe, cur luteo colore sit et palleat, sed amor eum pallere facit. *Causa sontica* est morbus sonticus sive quivis vehementior, inprimis epilepticus. v. Scal. h. l. *Causa* pro morbo ponitur, quod morbo excusari interdum solemus. v. Vulp. h. l. Gronov. Obss. III, 14. Gesner. in Thes. h. v. H. Ita statuunt interpretes, haud scio an formulam: *cui* vel *nisi cui morbus causa erit* Liv. 24, 16. Auct. ad Her. 2, 13. respicientes. Melius Stroth. ad Livium 22, 8. significationem derivasse mihi videtur. Gronovius p. 554. 555. ad Senecae locum restituendum exempla collegit. W.

52. *luto*) h. pallore. *Lutum* est color inter flavum et album. Horat. Epod. 10, 16. *pallorem luteum* dixit: quamquam latius quoque *croceum lutum* dixere alii, ut Virgil. Ecl. IV, 44. conf. Broukh. ad nostrum locum.

Vide,

Vae miſer abſenti maeſtas quam ſaepe querelas
Coniicit, et lacrimis omnia plene madent!
Quid me ſpernit? ait; poterat cuſtodia vinci;
Ipſe

Vide, qui de hoc colore egerunt, laudatos a Titio ad Nemeſ. Cyneg. 319. Nunc vide doctiſſ. noſtrum collegam, Io. Beckmann *Beyträge zur Geſchichte der Erfindungen* IV, 1. p. 44. qui docuit, eſſe *lutum* noſtrum *Wau*, reſedam luteolam, quae colorem flavum gignit. H. Mirum igitur, in Catullo 61, 195. eundem colorem luteum, qui pallorem hoc loco notat, pro *roſeo et purpureo* contra rei et linguae indolem eſſe acceptum. — Ceterum pallori, ut ſigno certo ſummi amoris, maxime confidit Propertius I, 1, 22. coll. I, 5, 21. — *corpora* pro corpus Ovid. Heroid. VI, 129. XII, 45. Ita Graeci *σώματα* de uno homine. Apud Sophoclem Elect. 1232. ad Oreſtem haec:

Ἰὼ γοναί,
γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων.

Et *corpus* de ore, ut Virg. Aen. XII, 221. *iuvenali in corpore pallor*. Adde infr. III, 4, 30. W.

53. 54. *Vel miſer*) Iunge *vel abſenti*, quaſi hoc iam evidens ſatis amoris ſignum eſſet; multo magis praeſente puella. Terent. Hec. I, 1, 3.

Vel hic Pamphilus iurabat
quoties Bacchidi!

v. plura ap. Broukh. H. De lectione recepta *vae* vid. Obſſ. Poëta amici ſortem dolet 51. 67. W.

querelas Coniicit) h. iactat, iacit. Cic. de Divin. I, 14.

Vocibus inſtat, et aſſiduas
iacit ore querelas.

Sic *iacere minas, verba, convicia, probra*, etc. et *coniicere maledicta, voces*, etc. legitur. Porro: iacit querelas *abſenti*, pro in abſentem puellam, obvio uſu caſus tertii; nec modo in verbis lugendi, dolendi aut querendi, quod genus notat Musgrau. ad Eurip. Supplices 840. Ad v. 55. cf. ad v. 25. 26. H. Haud ſcio an conſtructio: *coniicit querelas abſenti* ab illa, quam verbum *coniicere* proprie uſurpatum patitur, ut Virg. Aen. XI, 193. *ſpolia coniiciunt igni*, et VII, 456. *facem iuveni coniecit*, repetenda ſit. — De conſtructione mutata: *et lacrimis — madent* pro: et lacrimis — opplet vid. Not. ad I, 3, 70. W.

55. *poterat cuſtodia vinci*) Si quis ad verbum *vinci* fallendo ex ſequenti *fallere* ſupplere vellet, niteretur loco II, 1, 75.

Hoc duce, cuſtodes furtim
transgreſſa iacentes
Ad puerum tenebris ſola puel-
la venit.

ubi

Ipſe dedit cupidis fallere poſſe deus.
Nota Venus furtiva mihi eſt, ut lenis agatur
Spiritus, ut nec dent oſcula rapta ſonum;
Et poſſim media quamvis obrepere nocte,
Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores.

Quid

ubi Amor, qui hoc loco per *ipſe deus*, cf. Not. ad III, 6, 13., notatur, puellas ita fallere docet. Sed praeſtat *fallere* abſolute poſitum, ut ad I, 2, 55. exemplis docui, quibus addere iuvat Tac. Ann. XIII, 1. *venenum datum eſt apertius, quam ut fallerent*, et Ann. XI, 12., ad eos, qui Pholoen cuſtodiendam curabant, referre. Et *vincere cuſtodiam* magis proprie ad corruptionem per dona refertur. Ita II, 4, 33.

Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt.

Iuvenalis pro *vincere domare* dixit VI, 234. *decipit illa Cuſtodes aut aere domat.* Sic Graeci verbo *νικᾶν* uſi ſunt. Dem. p. Cor. p. 309. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὠνούμενος νενίκηκε τὸν λαβόντα, ἐὰν πρίηται, οὗτος ὁ μὴ λαβὼν μηδὲ διαφθαρεὶς νενίκηκε τὸν ὠνούμενον. — Recte *poterat*, non *poſſet*; nam ad tempus certum reſpicitur. W.

56. *Ipſe dedit cupidis fallere poſſe deus*) *dedit* h. dare ſolet. deinde *dare* h. l. eſt monſtrare, docere. v. not. ad El. 6, 13. cf. ſup. 2, 19. *Cupidi* ſunt amantes, ut v. 74. II, 5, 54. et III, 4, 52. Saepe etiam adulteri, ut I, 9, 58. ubi vid. Broukhuſium p. 190. et Stat. p. 128. Paſſerat. ad Propert. I, 2, 17. p. 147. Huiusmodi ſolennia verba poetis ſunt magno numero, ut doctrinae alicuius genus conſtituant, facilius tamen paratu, quam diſciplinae graviores ſunt. Ipſe amor, inquit, docet amatores furta ſua occultare. H. Senſus verborum *Ipſe — deus*: Amantes ab Amore facultatem fallendi accipiunt. Verbo igitur *dare* ſua conſtat notio, qualis apud Iuv. VI, 568.

Quid enim maius dare numina poſſunt?

Et *dare*, *δοῦναι*, de muneribus deorum vel naturae (Prop. II, 22, (18) 18.) frequenter uſurpatur, nec rara conſtructio cum infinitivo, III, 4, 48. et Virg. Aen. III, 7. — Ceterum *cupidus*, abſolute poſitum, eſt cupidine Veneris fruendae captus. W.

57. *Nota Venus f. mihi eſt, ut l.*) dictum pro, Nota mihi Venus furtiva, et notum mihi eſt, ut, vel quomodo. H. *Nota Venus* cet. pro: Venerem furtivam exercere notum mihi eſt; huic ſententiae duas res, quae peritiam ſuam comprobent, annectit per particulam *ut*, qua

ſaepe

Quid proſunt artes, miſerum ſi ſpernit amantem,
Et fugit ex ipſo ſaeva puella toro?
Vel quum promittit, ſubito ſed perfida fallit,
Eſt mihi nox multis evigilanda malis:
Dum mihi venturam fingo, quodcunque movetur,
Illius credo tunc ſonuiſſe pedem.

Deſiſtas

ſaepe priora explicantur. Salluſt. Iug. c. 51. *Interim Romae gaudium ingens ortum*, cognitis Metelli rebus, ut *ſeque et exercitum more maiorum gereret.* Adde Liv. 1, 6. Tac. Ann. 3, 9. Catull. 66, 3. 4. 5. Tib. IV, 1, 82 — 88. Qui hodie Latine ſcribunt, eos plerumque *nempe ut* uſurpare videbis. At explicatio: *et notum ut*, correctionem *utque*, quam metri ratio non patitur, poſtulat, et alienum infert ſenſum. Tunc res diverſas novit Tibullus. Conf. Tac. Ann. 1, 15. ibique Wolfium. — Verſu 59. notandum eſt, Tibullum, cum per *ut* ſequentia adiungere poſſet, conſtructionem variaſſe. cf. I, 4, 45. *Et poſſim* pro: et puto me poſſe. vid. Obſſ. ad I, 9, 63. W.

61. Ut ſententiarum iuncturam aſſequaris, finge haec ſic dicta eſſe, ut pergat puer querelas iacere in Pholoen. At illa, inquit, omnibus artibus me ludificatur, callida et malitioſa puella; nam iam admiſſum et receptum ſubito illa deſtituit ac deſerit.

63. *Vel quum p.*) v. de his artibus Terent. Heaut. IV, 4, 3 ſqq. H. Particula *vel*, de qua vid. Obſſ. ad 53., Marathum plerumque triſtes exigere noctes, ſignificatur. Ad *promittit* ex verſu ſequenti *noctem* aſſumendum eſſe videtur. Nota locutio: *puella noctem promittit.* conf. II, 6, 49. Verba *ſubito — fallit* pro pedeſtri: fide violata. W.

64. *Eſt mihi nox multis evigilanda modis*) Exprimit aeſtuantem amantis decepti animum. v. Propert. II, 22, (18) 45 ſq. II, 17, 1. (13, 57) ſqq. Dictum vero ut: *omnibus modis aliquem cruciare*, ita *omnibus modis noctem exigere vigilando*, *et*, elegantius, *evigilare.* Ovid. III. Art. 160. quanquam paullo aliter:

Quarum ſunt multis damna pianda modis.

H. De lectione recepta *malis* h. e. doloribus vid. Obſſ. W.

66. *ſonuiſſe pedem*) Sic in illo carmine inter Luſus liberos, quod Tibullo tribuitur:

Sed ille quum redibit aureus puer,
Simul ſonante ſenſeris iter pede etc.

H.

Deſiſtas lacrimare puer; non frangitur illa,
  Et tua iam fletu lumina feſſa tument.
Oderunt Pholoe, moneo, faſtidia divi,
  Nec prodeſt ſanctis tura dediſſe focis.

Hic

H. *quodc. mov.* legitima fere dicendi ratio pro: in cuiuslibet rei motu. Cic. Cat. 1, 7. *Quidquid increpuerit, Catilinam timeri.* En argumentum carminis nobiliſſimi Schilleri inſcripti *Die Erwartung.* W.

67. *Deſiſtas lacrimare*) *deſiſtere,* ait Broukh., non eſt plane idem, quod *deſinere*; habet enim quandam mutatae mentis et conſilii ſignificationem, ut apud Virg. Aen. I, 37. *Mene incepto deſiſtere victam?* Recte hoc obſervari poterat, ſi de propria verbi vi quaeritur; ſic *deſinere* aliquis poteſt, etiam conſilio non mutato, ſed difficultate victus, aut ſocordia, aut opere profligato, et ſic porro. Sed vulgari uſu iſta ſubtilitas ſublata eſt.

ib. *non frangitur illa*) ut *flecti* dicuntur homines mitiore ac faciliore ingenio, ſic *frangi,* quibus eſt durior natura et inclementior. Sen. Thyeſt. 199.

— *novi ego ingenium viri:*
— *flecti non poteſt; frangi poteſt.*

v. Broukh. Etiam haec obſervatio ad proprietatem ſermonis ſpectat, quae in vulgari loquendi more non ſemper auctores coërcet. Mox *et tument* dictum eſt, ubi proprie eſſe debebat: etſi. H. Rectius dixeris, ut lacrimis puer abſtineret, alteram cauſam per verba *Et tua* cet. afferri. Senſus pentametri eſt: Et ſatis lacrimis te maceraſti. Cic. ad Attic. 15, 9. *plorando feſſus ſum.* W.

69. 70. De Pholoe v. Not. ad initium Eleg. — *Nec prodeſt ſanctis tura dediſſe focis;* hoc eſt: crimen eſt inexpiabile; ſaltem magnum, cui dii iraſcuntur, ut nec ſacrificia ſuperbae puellae admittant. H. Impiorum ſacra deos iratos aſpernari ſapientiores Veterum contra vulgi ſuperſtitionem pravam, deos ſacris vel donis ſceleratorum etiam graviorum maleficiorum poenas condonare, tradiderunt; unde Cicero de Legib. II, 9. f. iubet: *Impius ne audeto placare donis iram deorum.* Doctrinam illam ad crimina amantium graviora tranſtulit Tibullus. *Tura f. dare* pro imponere Ovid. Faſt. IV, 935. Ceterum verbum *moneo* poetae elegiaci, praecepta amoris tradentes, uſurpant; vid. Not. ad I, 4, 79. et Prop. I, 1, 35. *Hoc, moneo, vitate malum.* W.

Hic Marathus quondam miſeros ludebat amantes,
Neſcius ultorem poſt caput eſſe deum;
Saepe etiam lacrimas fertur riſiſſe dolentis,
Et cupidum ficta detinuiſſe mora.
Nunc omnes odit faſtus; nunc diſplicet illi,
Quaecunque appoſita eſt ianua dura ſera.
At te poena manet, ni deſinis eſſe ſuperba;
Quam cupies votis hunc revocare diem!

E L E G I A I X.

Quid mihi, ſi fueras miſeros laeſurus amores,
Foede-

71. *ludebat*) ludibrio habebat. vid. Obſſ. ad I, 2, 91. W.

72. *ultorem poſt caput eſſe deum*) Alias *a tergo* eſt Nemeſis. Sen. Herc. Fur. 385.

Sequitur ſuperbos ultor a tergo deus.

cf. Pium Poſter. c. 70. Similiter tamen, ut noſter, de Amore Propert. II, 30, 7. (23, 59.) *Inſtat ſemper Amor ſupra caput.*

74. *Et — mora*) tempore conſtituto ad amorem non veniſſe. *detinuiſſe*, ſuſpenſum tenuiſſe, fefelliſſe. W.

77. *poena manet*) ſive ultio numinis, ſeu Poena, Nemeſis. H. Prius unice verum; *poena* eſt ultio faſtidii ſuperbi, quo amantem cruciabat Pholóe. Nam *Amor ultor* poenam exigit, cf. 72., nec Latine dixeris: deus me manet. W.

78. Eodem modo Auſon. epigr. 13, 3.

— obrepſit non intellecta ſenectus,
Nec revocare potes, qui periere dies.

Elegia IX.

Cum tot praeclara vetuſtatis monumenta interierint, mirum eſt, tot alia eſſe ſervata, quae interiiſſe malimus. Huius ipſius elegiae iacturam nemo facile aegre ferret. In ſumma enim carminis elegantia et nitore pudet pigetque deterrimae iſtius aevi corruptelae foedaeque libidinis, ad quam eius argumentum comparatum eſt. Pueri, muneribus a pecunioſo aliquo homine — negotiatorem fuiſſe ex vſſ. 13. ſqq. colligo — corrupti, avaritiam et perfidiam graviter accuſat poëta; hinc acerbe invehitur in corruptorem, eique mala ſumma apprecatur, uxoris aſſidua adulteria et ebrioſitatem; puero

Foedera per divos, clam violanda, dabas?
Ah miser! etsi quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis Poena venit pedibus.
Parcite, caelestes; aequum est impune licere
Numina formosis laedere vestra semel.

Lucra

puero autem poenitentiam facti praedicit.

1. *laesurus amores*) v. Obss. ad I, 2, 91. est h. l. fidem datam fallere ac violare. H. *si fueras laes. am.* h. e. si ad perfidiam propensus fueras. Natura quasi insitum fuisse puero, ut fidem falleret, dixit Tibullus. Sunt vero qui, quamquam se fidem non servaturos esse sentiunt, eam tamen, ut optatis potiantur, iureiurando obstringere non dubitent; quod apud Horatium II. Od. 8, 5. *obligare perfidum votis caput* dicitur. W.

2. *Foedera per divos, clam violanda, dabas*) Ordo: *dabas foedera per divos, clam violanda. Foedus*, promissum. *Dare foedera* dictum ut *dare fidem, iusiurandum, promissa.* Etiam Ovid. II. Met. 757. *data foedera.* cf. Drakenb. ad Silium V, 304. *clam violanda* h. quae clam a te violantur. H. *clam violanda* h. e. quae clam eras violaturus. Horatius dixit Epod. XV, 3.

Quum tu, magnorum numen laesura deorum,
In verba iurabas mea. W.

4. *Poena venit*) h. Nemesis, quae celata illa periuria, h. ea, quae contra promissi fidem clam commissa sunt, in lucem profert et ulciscitur. Proxime Albiana ad Horatii illud III. Carm. 2, 31.

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo.

Res per se est notissima. H. *Poenam*, deam ultricem, unam Furiarum atque a Nemesi diversam esse, censet H. Vossius. Loquitur autem Albius de eo poenarum genere, quibus malefacta manifestantur. W.

5. Revocat se miser amator et deprecatur poenam periurii. Similiter Ovid. II. Am. 14, 43.

Dî faciles, peccasse semel concedite tuto.
Id satis est; poenam culpa secunda ferat.

Cf. sup. I, 4, 21.

6. *Numina — laedere*) n. periurio. v. sup. El. 5, 79. cf. h. l. Broukh. Poëtam in argumentatione agnosce. In pedestri scriptore haec desiderabas: Parcite dii; venia dignum est lucro captum aliquem semel fidem fefellisse. Lucri causa homines quid non suscipiunt! Lucri spe adductus rusticus arat, nauta navigat. H. Sententiarum nexus 7. hic est: At munera, ob quae ille haud dubie fidem laesit, ad nihilum

Lucra petens habili tauros adiungit aratro
Et durum terrae ruſticus urget opus;
Lucra petituras freta per parentia ventis
Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.
Muneribus meus eſt captus puer; at deus illa
In cinerem et liquidas munera vertat aquas.
Iam mihi perſolves poenas, pulvisque decorem
Detrahet et ventis horrida facta coma;

Uretur

nihilum veniant. Sententiam generalem: *cupidinem lucri omnes trahere et regere,* praepoſuit, ut Horatius I. Od. 16, 5 — 22. W.

7. *habili — aratro*) quod facile haberi, h. tractari et regi poteſt, v. Burmann. ad Ovid. II. Met. 531.; hinc *habilis* omnino idoneus, aptus, facilis. Gratius Cyneget. 122.

Quocirca et iaculis habilem perpendimus uſum,
Neu leve vulnus eat, neu ſit brevis impetus illi.

Ubi Gronov. Obſſ. II, 13. corrigit, *iaculis habiles praebebimus uſum.* Minus bene, cum *perpendimus* ſit: effecimus, ut iaculis commode, recte uti poſſimus, et quidem librando et iuſtum teli pondus exigendo. (Vid. etiam Heynium ad Aen. Virg. I, 318. XI, 555. et Burmannum ad Grat. l. l. W.) *Opus* vero de agricultura dici, notum in vulgus. v. Broukh. h. l. H. *opus terrae,* h. e. arationem, *urgere* eſt totis viribus in opus faciendum incumbere. Audacius Horat. Ep. I, 14, 26. dixit *urgere arva.* W.

10. *ſidera certa*) quia duces navigationis certi. cf. Horat. II. Carm. 16, 3. Valer. Flacc. I, 18. *inſtabiles rates*, quae communiori epitheto *vagae.* H. *inſtabilis* ſignificat motum incertum navis, in omnes partes fluctuantis. *navis inſtabilis* Ovid. Met. II, 164. W.

12. *In cinerem et liquidas munera vertat aquas*) h. in nihilum. conf. Prop. II, 16, (13,) 46. Ovid. III. Am. 8, 66. Non eſt argutandum, quaſi ſit ex chemia petitum, ut ſit, in elementa ſua redigat. Notus iam verſus Homeri Il. η, 99.

Ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

13. *Iam mihi p.*) intellige, puerum cum amatore locuplete, qui fortaſſe negotia in provinciis habebat, peregre abiiſſe. *Decorem detrahere* eſt imminuere, deterere, auferre. H. Cum per ſententias *pulvisque — pedes* poe-

narum

Uretur facies, urentur ſole capilli;
Deteret invalidos et via longa pedes.
Admonui quoties: auro ne pollue formam!
Saepe ſolent auro multa ſubeſſe mala.
Divitiis captus ſi quis violavit amorem,
Aſperaque eſt illi difficilisque Venus.
Ure meum potius flamma caput, et pete ferro
Corpus, et intorto verbere terga ſeca.
Nec

narum genus exponatur, quas ait perſoluturum eſſe puerum, notes uſum copulae *que* pro vulgari *nam.* cf. I, 5, 11. Add. *et* apud Virg. Aen. X, 40. W.

15. *urentur ſole capilli*) flavo crine in fuſcum mutato. Prop. IV, 9, 46. *Libyco ſole peruſta coma.* H. Ad fuſcum colorem referes *peruſtus* apud Horat. Epod. II, 41. *peruſta ſolibus uxor.* W.

17. Peccaſti immemor precum mearum — 31. iurisiurandi ſanctiſſimi mihi dati — 37. lacrimarum tuarum — 40. officiorum meorum — 47. et carminum — 50. W.

17. *auro ne pollue formam*) tanquam rem ſacram. *auro* h. auro te corrumpi patiens. Recte vero hoc dictum, quia, quae formae gratia eſt, deperit et imminuitur avaritia. Mox *ſubeſſe* eſt minus proprie dictum pro ſubſequi, comitari, adeſſe. *violare amorem* h. fidem in amore. H. *Subeſſe* proprie de iis, quae in aliqua re incluſa latent, ut non animadvertantur et decipiant. Itaque recte *mala auro ſubeſſe* dicitur, ut *dolus*, *fraus ſubeſt.* Tacit. Hiſtor. IV, 16. *Subeſſe fraudem conſilio — patuit.* Liv. VI, 15. Annal. Tac. II, 41. W.

21. *Ure meum potius*) Ure me potius, nempe, quam ut datam fidem, auro corruptus, fallas. Memorat autem extremos cruciatus, quales ſervorum fere ac noxiorum in quaeſtionibus habendis, cum lamina candens admoveretur. v. Broukh. cf. ſup. I, 5, 5. Ovid. III. Met. 698. Auctoramenti antiqui verba expreſſiſſe poëtam, putabat Vulpius ex Lipſii Saturn. II, 5. Qui enim ſe laniſtae auctorabant, in haec tria iurabant, Uri, Vinciri, Ferro necari; h. e. libertate depoſita ſervili ſorte uti, mancipii loco haberi, Petron. 117. iisdem poenis, ſi peccaſſent, affici, quibus ſervi punirentur, nunquam ingenui. v. Horat. II. Sat. 7, 58. 59. Sed ad poenae tormenta revocat nos, quod

Nec tibi celandi ſpes ſit, peccare paranti;
  Eſt deus, occultos qui vetat eſſe dolos.
Ipſe deus tacito permiſit lena miniſtro
  Ederet ut multo libera verba mero;
Ipſe deus ſomno domitos emittere vocem
  Iuſſit, et invitos facta tegenda loqui.
Haec ego dicebam; nunc me fleviſſe loquentem,
  Nunc pudet ad teneros procubuiſſe pedes.
Tunc mihi iurabas, nullo te divitis auri
  Pondere, non gemmis vendere velle fidem;
Non, tibi ſi pretium Campania terra daretur,

Non,

quod ſubiicitur de verberibus: *intorto verbere*, flagello, ut I, 6, 46. H. De locutione *verbere ſecare* vid. Heyn. ad I, 4, 70. — Ceterum a verberibus videbitur tibi petita eſſe translatio Perſii I, 114. *Secuit Lucilius urbem*, ſi memineris *verbera linguae*, *verberare verbis*, *verberare* ſine *verbis*. — 23. *par.* Iuv. XIV, 47. *Si quid turpe paras.* W.

25. 26. Saepe divino numine factum eſſe ait, ut, vel tacente ſervo, lena per ebrietatem perfidiam retegeret ac proderet. H. Ovid. Triſt. III, 5, 48.

Lapſaque ſunt nimio verba profana mero.

Sextus caſus *mero* cauſam ſignificat, cur verba libera ediderit. Virg. Ecl. V, 62. *Ipſi laetitia voces ad ſidera iactant.* W.

27. v. Lucret. V, 1157. ſqq. Addit alia Broukh.

29. 30. Sequi debebat: Haec ego dicebam flens et ad genua pueri advolutus. Poëtica arte haec invertit.

31. *divitis auri*) quod divitem reddit, divitias continet. H. Conf. I, 10, 7. *divitis auri.* et III, 3, 11. ibique Vulpium. Propert. III, 5, 4. *gemma dives.* Infra II, 5, 35. *gregis ditis* ibique Heynium. W.

33. *Non, tibi ſi pretium*) h. merces ſtupri, ut ſaepe. v. Broukh. cf. Heinſ. ad Ovid. II. Met. 701. Gronov. Obſſ. II, 25.

ib. *Campania terra*) dictum, ut *terra Italia*, *terra Hiſpania*, et alia, cuiusmodi exempla multa congeſſit Vulpius. H. Praeterquam quod *fluvius*, *urbs*, *terra*, *mons* etc. nominibus geographicis determinandi cauſa crebro adduntur, nomina terrarum primo, maximam certe partem, adiecti-

Non, tibi ſi Bacchi cura, Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi, ſidera caelo
Lucere, et puras fulminis eſſe vias.
Quin etiam flebas; at non ego fallere doctus
Tergebam humentes credulus usque genas.
Quid faceres, niſi et ipſe fores in amore puellae?
Sit, precor, exemplo ſit levis illa tuo.
O quoties, verbis ne quisquam conſcius eſſet,
Ipſe comes multa lumina nocte tuli!
Saepe inſperanti venit tibi munere noſtro,
Et latuit clauſas poſt adoperta fores.
Tum miſer interii, ſtulte confiſus amari;
Nam poteram ad laqueos cautior eſſe tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam;
At me nunc noſtri Pieridumque pudet.

Illa

iectiva fuiſſe videntur. Contemplare *Auſonia terra*, *Περσὶς αἶα*. W.

35. 36. *Illis eriperes verbis mihi*) h. vel invitum, contra animi et oculorum ſenſum, credere cogeres, non lucere ſolem, nec fulmen pura luce micare. cf. Obſſ.

39. *fores in amore puellae*) h. eam amares. v. Vulp. Si Marathus puer eſt, de Pholoe loqui videri poteſt. Conf. El. 8. pr.

43. *munere noſtro*) Alii vulgo dicunt: *beneficio meo, opera mea*. H. Add. Val. Flac. 1, 477. *Te* (Arge) *moenia doctum Theſpia Palladio dant munere* h. e. opera Minervae. W.

44. *Et latuit — fores*) Cum tu ante puellae aedes querelas funderes, quod non admittebaris, ecce mea opera illa tibi inopinanti adducta venit, et ſtetit pone fores clauſas adoperta et velata, ita ut foribus repente apertis illa te reciperet in domum. cf. Obſſ.

46. *ad laqueos*) inſidias et fraudes. *Nam p.* h. enimvero, at. cf. Obſſ.

47. *attonita — mente*) h. percuſſa, contacta, forma pueri; ut alii poëtae divino numine acti et percuſſi canunt. cf. Vulp.

Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
  Torreat, et liquida deleat amnis aqua.
Tu procul hinc abſis, cui formam vendere cura eſt
  Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es auſus,
  Rideat aſſiduis uxor inulta dolis;
Et quum furtivo iuvenem laſſaverit uſu,
  Tecum interpoſita languida veſte cubet.
Semper ſint externa tuo veſtigia lecto,
  Et pateat cupidis ſemper aperta domus;
Nec laſciva ſoror dicatur plura bibiſſe
  Pocula,

49. Ad loquendi morem cf. Horat. l. Od. 16, 3.

Quem criminoſis cunque voles modum
Pones iambis, ſive flamma,
Siue mari libet Adriano. H.

torreat h. e. comburat; redactio in cinerem ab hoc verbo proprie abeſt. cf. Ovid. ex Pont. II, 9, 44. W.

52. *plena — manu*) v. ſup. ad El. 5, 68.

53. Enumeratis et volutatis omnibus, quae fidem pueri obſtringere debuerunt, ita animus ira excandeſcit, ut puerum procul eſſe iubeat, corruptori vero a verſu 53. ultionem apprecetur et maledicat. W.

54. *uxor inulta*) h. impune rideat ſive ludat. *doli* ſunt furta. H. *rideat te dolis*, ut *deridere aliquem dolis* Ter. And. III, 4, 4. W.

55. *quum furtivo iuvenem laſſaverit uſu*) in Luſibus liberis, Carm. 47.

Illius uxor aut amica rivalem
Laſciviendo languidum, precor, reddat.

Uſus eſt vocabulum nequitiae etiam apud Ovidium. v. Remed. 357.

56. *interpoſita — veſte*) ſive ſtragula lecti, ſive veſte nocturna. v. Vulp. Idem commode laudavit Lucian. D. Mer. XI. *καὶ τέλος διετείχισες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς, μὴ ψαύσαιμί σου.* Similiter Horatius *extrema ſponda cubare* Epod. 3. extr.

57. *externa — veſtigia*) Nota illa Lucretiae apud Livium 1, 58.: *Veſtigia viri alieni, Collatine, in lecto ſunt tuo.* v. Broukh.

58. *cupidis*) h. moechis. v. ſup. ad el. 8, 56.

Pocula, vel plures emeruiſſe viros.
Illam ſaepe ferunt convivia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem;

Illa

60. *emeruiſſe viros*) h. confeciſſe, enervaſſe, peregiſſe: ut Ovidio Am. 3, 11, 15. *emeritum latus.* Sed notandus adiectus caſus. Tum *plura*, quam uxor tua. Sit uxor tua tam temulenta et adultera, quam ſoror tua. *Sororem* vero ſeu impudicae uxoris, ſeu mariti intelligere licet. Hoc fortaſſe melius. Eſt enim uſitata illa conviciandi acerbitas, propinquorum flagitia et turpitudinem iis, quos odimus, exprobrare. H. Soror corruptoris fuit, qualis Damalis apud Horat. I, 36, 13. W.

61. *Illam ſ.*) int. ſororem, etiam v. 63. 64. cui opponitur v. 65. uxor, quae a ſorore eadem flagitia didicit. *Convivia ducere Baccho* h. producere in multam noctem. notum. v. ſup. ad el. 4, 5. H. *Baccho,* potando. Horat. Od. II, 7, 6. *diem mero fregi.* W.

62. *Dum rota Luciferi provocet orta diem*) *rotam Luciferi* dictam olim ſtatueram pro orbe ſeu diſco ſtellae, male Douſae, Broukhuſio et Vulpio obſequutus; et in iis ipſis exemplis, quae ille laudat, *rota Solis* nulla alia eſt, quam currus Solis, poëtico ſolemni phantaſmate; v. c. apud Lucret. V, 433. *Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo Altivolans poterat,* ubi ipſum epitheton *rota Solis altivolans* ad currum nos retrahit. At Luciferum nemo veterum curru vectum dixit. Recte; ergo Tibullus primus dixit, et dixit ſatis commodè ex analogia Solis, Lunae, Aurorae. Nec aliter vetuſtiores ſaltem poëtae tradere potuere; nam ab iis omnia, quae ad deos ſpectant, ad vitam heroicam accommodate inventa ſunt; ad eam autem ſpectat hoc quoque, ut curru vehantur dii, non equo; viſumque adeo hoc audacter novatum eſſe a Bathycle, qui primus Caſtorem equo inſidentem ſculpſit. Etiam in Lucifero hoc vulgatius obtinuit, ut eques exhiberetur a poëtis et ſculptoribus; nunc etiam bigis. Laudavi iam olim Auct. Carm. in Obit. Maecen. 132. *Quem nunc — Luciferum contra currere cernis equis.* ad quem nunc cf. Excurſ. Wernsdorf. Poet. Lat. Min. T. III. p. 509. Adde Claudian. IV. Conſ. Honor. 562. et Intpp.; plura exempla qui deſideret, adeat Burman. ad Rutil. I, 511. et Secundum Anthol. To. II. p. 8. adde exemplum aliud To. I. p. 279. v. 7. 8. Barth. ad Stat. Theb. VI, 239. 240. van Staveren ad Hygin. f. 65. *provocet diem,* nempe quia eum antecedentem Sol ſequitur. Virgilio *diem ducere* dicitur

Aen.

Illa nulla queat melius conſumere noctem
  Atque operum varias diſpoſuiſſe vices.
At tua perdidicit, nec tu, ſtultiſſime, ſentis,
  Quum tibi non ſolita corpus ab arte movet.
Tune putas illam pro te disponere crines,
  Et tenues denſo pectere dente comas?
Iſta haec perſuadet facies, auroque lacertos
  Vinciat et Tyrio prodeat apta ſinu.

Non

Aen. II, 802. H. H. Voſſius *rota* explicat: orbis, quem Lucifer planeta curſu ſuo conficit. Sed tum *rota orta* dici nequit; nec *rota Luciferi* accipies pro: Lucifer, orbem conficiens, quaſi dici poſſit: *altitudo turris procidit* pro turris alta procidit; quod tamen erunt, qui putent. Claudianus V, 337. Voſſii interpretationem nil iuvat. W.

63. *melius conſumere noctem*) Ovidius II. Am. 10, 27.

— *laſcivae conſumto tempore noctis.*

64. *operum varias diſpoſuiſſe vices*) h. formas, figuras ſeu σχήματα Veneris, variare aeque bene nulla calleat. *operum*, operis. Petron. 100. *etiam cum voluerit aliquid ſumere, opus anhelitu perdet.* H. De *modis* vid. Not. ad II, 6, 52.; de infinitivis *conſumere* — *diſpoſuiſſe* Obſſ. ad I, 7, 40; de verbo *queat* Obſſ. ad h. l. W.

66. *non ſolita*) n. quam aliunde addidicit. *ab arte*, vt I, 5, 4. et alibi. ἐκ Graecorum pro διά. H. *Perdidicit* has malas artes, quod non ſentis ſtultitia. W.

68. *denſo — dente*) nempe pectinis, quod elicitur ex adiuncto *pectere*. H. *Dens* pro pectine poſuit, quia is dentatus. Ita Forcellini, allato Claud. in Nupt. Honor. et Mar. 102, rem expedivit. Et *dens pro compoſitione* varios habet ſignificatus. Ita *dens* de vomere Virg. Ge. II, 423. *dente unco recludere tellurem.* Ceterum *denſo dente* pro denſis dentibus, ut Virg. Aen. X, 361. *denſus vir.* Iuven. I, 120. *denſiſſima lectica.* Supra I, 3, 28. *multa tabella,* ubi vid. Not. Adde Sen. Hipp. 532. *creba turris.* — *pro te* eſt *tibi*, ut tibi placeat, qui uſus rarus. W.

69. *Iſta haec p.*) εἰρωνικῶς. Scilicet hic foedus tuus vultus ſatis illecebrarum habet, ut illa tibi placere cupiat. Int. *ut vinciatque et prodeat.* Ornata autem oratio pro: ut armillas gerat et purpura veſtita ſit. H. *perſuadet* ſc. illi. W.

70. *Tyrio prodeat apta ſinu*) h. in tunica purpurea, ſinum

Non tibi, ſed iuveni cuidam vult bella videri,
Devoveat pro quo remque domumque tuam.
Nec facit hoc vitio, ſed corpora foeda podagra
Et ſenis amplexus culta puella fugit.
Huic tamen accubuit noſter puer; hunc ego credam
Cum trucibus Venerem iungere poſſe feris.
Blanditiasne meas aliis tu vendere es auſus?
Tune aliis demens oſcula ferre mea?
Tunc flebis, quum me vinctum puer alter habebit,
Et geret in gremio regna ſuperba tuo.
At tua tum me poena iuvet, Venerique merenti
Fixa notet caſus aurea palma meos:

HANC

veſtis purpureae habeat aptum h. fibula ſeu alio vinculo comprehenſum. *Apere* enim eſt nectere, iungere. v. Broukh. H. *apta* videtur abſolute poſitum notare apte ornata, decora. Simile exemplum non vidi. Conſtructio *prodeat ſinu Tyrio* eſt qualis apud Propert. I, 2, 1. *ornato procedere capillo;* infr. I, 10, 19. *paupere cultu ſtare.* W.

72. *Devoveat pro quo remque domumque tuam*) h. cuius amore adeo inſanit, ut rem familiarem et totam domum tuam eius gratia perdat. *Devovere* h. l. fere cum Gallorum *ſacrifier* convenit. *res* eſt familiaris. v. Vulp.

73. *vitio*) vitio ac pravitate animi, libidine, ſed odio mariti podagrici ac ſenio decrepiti.

77. *Blanditiasne meas*) h. mihi debitas, ut mox *oſcula mea*, et *gremio — tuo;* nam de Tibulli gremio eſt intelligendum. H. *Tunc flebis* h. e. dolebis. Similes minas vid. apud Catullum, de Lesbiae perfidia querentem, VIII, 14.

At tu dolebis, quum rogaberis nulla,
Sceleſta, nocte. W.

81. *Venerique merenti*) dictum ex formula.

82. *aurea palma*) h. parma, clypeus votivus cum titulo. cf. Obſſ. H. *fallax amor* eſt qui decipit, ubi experiris perfidiam amati. Aen. IV, 17. *amor me deceptam fefellit.* — Laudabilis non eſt caeſura *reſolutus | amore Tibullus;* vid. Hermann. de Metris p. 275. — Ceterum conf. locum Horatii, amore fallaci reſoluti, I, 5, 13 ſqq. W.

HANC TIBI FALLACI RESOLVTVS AMORE TIBVLLVS
DEDICAT, ET GRATA SIS, DEA, MENTE ROGAT.

ELEGIA X.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc praelia nata;
Tunc brevior dirae mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit: nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſaevas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuerunt,
Fagi-

Elegia X.

Militatum abiturus poëta deteſtatur bellum, et belli cauſam, avaritiam; vota facit Laribus, laudat bona pacis inque his luſus Amoris. Scriptam hanc ante Elegiam III. arbitratur Broukhuſius tum, cum in cohortem Meſſalae allegeretur invitus, et Deliae ſuae amore irretitus. Nec tamen poëta aut Deliae aut amoris ſui usquam in hoc carmine diſertam mentionem facit.

1. *protulit enſes*) invenit. Exempla congeſſere Broukhuſius et Vulpius. H. Add. Horat. II, 3, 56. *quum lingua Catonis et Enni nova rerum protulerit nomina.* Hoc ſenſu Graeci *δεικνύω* uſurparunt. — Initium ſimile III, 2. bene comparavit Statius. W.

2. *ferreus*) iam inde ab Homero Odyſſ. ψ, 172. ἡ γὰρ τῆγε σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμός.

4. *mortis aperta via eſt*) *via mortis*, ut ſup. El. 3, 50. cf. h. l. Broukh. *via aperta* v. eundem 3, 36.

5. *ille miſer*) qui nullo ſuo merito incuſatur. H. *nihil meruit*, immo laudandus ille eſt auctore Cicerone Tuſcul. I, 25, 62. *Omnes magni, etiam ſuperiores, qui — praeſidia contra feras invenerunt.* Ad alium uſum arma inventa eſſe, ait Horatius Sat. I, 3, 102. W.

6. *in ſaevas quod dedit ille feras*) Rutil. I, 363.

At contra ferro ſqualentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via eſt.
Saecula Semideum, ferrati neſcia Martis,
Ferro crudeles ſuſtinuere feras.

7. *divitis — auri*) ut ſup. 9, 31. H. In ſententia: quum aurum

Faginus adſtabat quum ſcyphus ante dapes;
Non arces, non vallus erat, ſomnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oves.
Tunc mihi vita foret; vulgi nec triſtia noſſem
Arma, nec audiſſem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor, et iam quis forſitan hoſtis
Haeſura in noſtro tela gerit latere.
Sed patrii ſervate Lares; aluiſtis et îdem,
Curſa-

rum nullo in uſu erat, eloquenda ad pocula aurea reſpexit, quae Romanis in deliciis erant. cf. Iuven. I, 76. — Ceterum *fagina pocula* affabre facta apud paſtores ſui aevi in uſu et honore fuiſſe memorat Virgilius Ecl. III, 36. ſqq. — v. 9. *non vallus erat* ſc. tum. Deeſt interdum haec temporis notatio. Virg. Ge. I, 277. *quintam fuge; pallidus Orcus Eumenidesque ſatae.* W.

10. *Securus varias dux gregis inter oves*) Vt multae aliae in hac elegia, ſic haec grata rei ſpecies: paſtor recubans inter oves late errantes vel procumbentes. De *varias* v. Obſſ.

11. *vita foret*) pro fuiſſet, et int. *utinam.* ib. *vulgi — arma*, quae vulgo, non ſapientibus, qui pacem colunt, conveniunt. Sed v. Obſſ. Similes ſententias v. in Culice v. 80. ſqq. H. Senſus verborum *vulgi - tubam:* mala belli expertus non eſſem. *vulgi nec-nec* pro nec vulgi-nec. Ita *nec* poſtponitur apud Virg. Ecl. X, 16.

noſtri nec poenitet illas,
Nec te poeniteat pecoris, divine poeta.

Singularem vim orationi conciliare voluerunt poetae Latini, particulam *neque* ita poſt arſin quartam ponendo. vid. Lucret. III, 842. et Not. ad Virg. Ecl. IV, 63. — *triſtia arma*, ut 49.; *triſtia bella* Horat. Ep. II, 3, 73. Virg. Ecl. VI, 7. — v. 13. *trahor.* De ſyllaba *or* verbi *trahor* in arſi producta vid. Obſſ. ad I, 7, 61. W.

14. *in noſtro — latere*) nam latus praecipue petebant depugnantes, quod notum eſt, et a Broukh. copioſe illuſtratum; hinc omnino latus in vulneribus inferendis memorare ſolemne eſt. Sed praeſtat obſervare, quam ingenioſe vulgaris ſententia in hoc verſu ornata ſit. Mox v. 15. *aluiſtis et îdem* puta eſſe inverſam orationem: vos, Lares, qui aluiſtis me.

Curſarem veſtros quum tener ante pedes;
Neu pudeat priſco vos eſſe e ſtipite factos;
Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.
Tunc melius tenuere fidem, quum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus aede deus.
Hic placatus erat, ſeu quis libaverat uvam,
Seu dederat ſanctae ſpicea ſerta comae.

Atque

v. 16. *Curſarem*) Suavis rei imago. Sic inf. II, 2, 22. de Natali Genio:

Ludat et ante tuos turba novella pedes.

19. *Tunc melius tenuere fidem*) Inverſa oratio pro, *vos tenuiſtis. Obligamur* diis *votis*; itaque et *illi obligati* ſunt *ad fidem praeſtandam* in iis, quae precamur. Diligentius tum dii, cum lignea eorum ſigna eſſent, cuſtodiae ſuae mandatos tuebantur et praeſentiori numine eos voti compotes reddebant. Iuvenal. Sat. XI, 115.

Hanc rebus Latiis curam praeſtare ſolebat
Fictilis et nullo violatus Iupiter auro.

Propert. IV, 1, 5.

Fictilibus crevere deis haec aurea templa.

v. Cyllen. H. Durum eſt *dei* ex deus ad *tenuere* referre. Malim *Tunc m. t. fid.* explicari: fuerunt tunc homines meliores et moratiores. Tibullus temporum priſcorum 18. recordatus ad ſententiam digreditur: Et vero illa tempora fuerunt feliciora et moratiora; atque dei ſacris exiguis contenti homines curarunt: *Hic placatus erat* etc. De *aede* vid. Obſſ. W.

ib. *paupere cultu*) h. neque auro ornatus, neque ex pretioſa materia factus. Mox *in exigua aede* ſeu pro domo, ſeu de ſacello in agris.

21 — 24. Simplicitatem veterem ſacrificiorum belle depingunt verſus Sophoclis in Polyïdo, quos apud Porphyr. de Abstinent. lib. II. ſervatos laudavit Statius. Vide nunc Sophocl. Fragm. p. 440. ed. Br. — In verbis *Atque aliquis* adverte animum ad orationem variatam pro vulgari: ſeu obtulerat liba et favum. cf. I, 4, 45. Cauſa eius rei inde repetenda, quod *libare uvam, dare ſerta* ad ſolemnia et ſtata feſtorum ſacra pertinet; quibus oppoſita ſacrificia, quibus voti compotes gratiam deis reddebant. Vota enim faciebant in rebus gravioribus, iisque potiti

Atque aliquis voti compos liba ipſe ferebat,
  Poſtque comes purum filia parva favum.
At nobis aerata, Lares, depellite tela;
  Hoſtia erit plena ruſtica porcus hara;

Hanc

titi ſacrificia maiora, quam ſolemnibus feſtis, offerebant. *Atque* igitur non annectit ſimpliciter, ſed amplificationi inſervit. Maiora 25. vovet Tibullus, *hoſtiam*, pro incolumitate. Hinc bene per *At* oratio continuatur. W.

23. *voti compos*) quod vulgo, ex voto, ut, quod voverat, nunc perſolveret. *purum favum,* quia proprie *purum mel.*

25. *Lares*) int. rurales. v. 20. *patrii* dicuntur, quia, ab avis inde in iſto agro culti, tutelares agri dii habiti erant. Male Sellius Obſſ. miſc. Specim. c. 7. contra haec disputat. Diſcimus autem ex hoc Tibulli loco, fuiſſe Larium parva ſigilla, nunc ex ligno facta, quibus, vindemia et meſſe facta, uva apponeretur, aut corona ſpicea imponeretur capiti. Alias pater familias cum liberis ſacrum facit libis appoſitis et melle; interdum et porco mactato, haud dubie, ſi ſolemnius ſacrum eſſe debuit; tum ipſe pater familias candida veſte indutus et myrto coronatus incedit; myrto ornatae etiam res ſacrae, ut calathus, quo liba, molam ſalſam, vinum, affert. H. *tela aerata* Aquitanis propria fuiſſe, contendit H. Voſſius. *depellite nobis.* Ad conſtructionem conf. Perſ. I, 83. *capiti pellere pericula.* W.

26. *Hoſtia*) Similiter Ovid. III. Am. 13, 16.

Et minor ex humili victima porcus hara.

Luſ. lib. Carm. 66. *Hic tibi —*
Caeditur e tepida victima porcus hara.

Suavis autem tanquam in tabula imago ſacri ruſtici Laribus facti: cf. ſimilem locum Petronii c. 133. et Anthol. Lat. lib. I. Ep. 51. Vide eiusmodi ſacri apparatum in Picturis Herculanenſ. To. IV. t. 13. De Laribus autem eorumque religione multa adhuc obſcura ſunt, partim propter ſummam ſuperſtitionis varietatem, partim propter virorum doctorum pravum morem, argutandi et ariolandi pro ſuo ingenio aut ſaeculo, ubi res ſeu ex auctoritate ſeu ex analogia veteris moris exponenda erat. Haec tenenda inprimis iis, qui Gorium v. c. Inſcriptt. Etruſc. To. II. p. 129. Paſſerat. Paralipom. ad Dempſter. p. 118. et alibi evolverint. Sufficit tenere, *Lares* eſſe domus, *Penates* familiae, *Genios* unius cuiusque.

Hanc pura cum veſte ſequar, myrtoque caniſtra
Vincta geram, myrto vinctus et ipſe caput.
Sic placeam vobis; alius ſit fortis in armis,
Sternat et adverſos Marte favente duces,
Ut mihi potanti poſſit ſua dicere facta
Miles, et in menſa pingere caſtra mero.
Quis furor eſt atram bellis arceſſere Mortem!
Immi-

27. *pura cum veſte*) int. ſimpliciter νεοπλυνῆ, recens lotam, candidam. (Sacrificantibus ſolemniter tribuitur *pura veſtis* h. e. toga candida. Apud Virg. Aen. XII, 169. *puraque in veſte ſacerdos.* Compara cum hoc loco II, 1, 13—16. W.) *myrtoque c.* Horat. III. Od. 23, 15. 16. ubi ad Phidylen de Laribus:

Parvos coronantem marino
Rore deos fragilique myrto.

29. *Sic,* habitu ſacrificantis et opera pacis peragentis. Infr. 43. *ſic* in hac vitae conditione. — Ad 30. conf. Ovid. Heroid. III, 88.

Et preme turbatos Marte
favente viros. W.

31. *poſſit ſua dicere facta*) pro *dicat,* ut ſaepe. Horat. v. c. Carm. Sec. 11.

— poſſis nihil urbe Roma
Viſere maius.

v. Broukh. (cf. Not. ad I, 7, 3. W.) Suavitatem autem loci facile quisque ſentit.

32. *pingere caſtra mero*) Notus locus Ovidii Ep. I, 31.

Atque aliquis poſita monſtrat
fera praelia menſa,
Pingit et exiguo Pergama
tota mero.

Et rem variatam vide apud eund. Art. II, 127. ſqq.

33. Stolidum eſt mortem, voluptatum expertem, militia feſtinare; cf. Not. ad I, 4, 27. — *arceſſere* eſt facere ut accedat et opprimat, ut *arceſſere ſibi malum* Plaut. Amph. I, 1, 171. — Apud Lucanum VII, 257. ubi de proelio imminente Caeſar agit:

Nil opus eſt votis: fatum arceſſite ferro.

Notionem verborum *clam venit* vides explanatam et auctam adiecto *tacito pede;* ut mos eſt poetarum. Libenter in una ſententia coniungunt *clam tacitus.* Inf. IV, 6, 18.

Illa aliud tacita clam ſibi
mente rogat.

Similiter II, 6, 45.

furtimque tabellas
Occulto portans itque redit-
que ſinu.

Furtim occultus iuncta ut I, 5, 65.; *leniter tacitus* I, 7, 13. Add. Soph. Aiac. 171. σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι. Tautologiam igitur Horatiano I, 17, 5.

Impu-

Imminet, et tacito clam venit illa pede.
Non ſeges eſt infra, non vinea culta, ſed audax
Cerberus et Stygiae navita turpis aquae;
Illic exeſisque genis uſtoque capillo
Errat ad obſcuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic eſt, quem, prole parata,
Occupat in parva pigra ſenecta caſa!
Ipſe ſuas ſectatur oves, at filius agnos,
Et calidam feſſo comparat uxor aquam.
Sic ego ſim, liceatque caput candeſcere canis,
Temporis

Impune tutum per nemus arbutos
Quaerunt —
ineſſe nollem ſtatuiſſet Bentleius. W.

36. *audax Cerberus*) h. protervus, ſaevus, vel furens. Seneca Herc. fur. 1105. *ferocem* dixit. Idem Med. 840.
— — *ter latratus*
Audax Hecate edidit.
at illa trina capita canina habebat.

ib. *navita turpis*) ſqualidus. cf. Virg. Aen. VI, 298. ſqq. H. Eodem ſenſu Charontem *tetrum porthmea* dixit Iuvenalis III, 265. W.

37. *exeſisque genis*) h. carne nudatis a rogo, tum *uſto capillo*. Tales enim ad inferos umbrae deſcendere ſeu credebantur ſeu poëtis fingebantur, eaque forma, quam ſub ipſum mortis tempus exhibuiſſent. Sic Deiphobus *lacer* erat ap. Virg. Aen. VI, 495. Eurydice *paſſu* incedebat *de vulnere tardo* ap. Ovid. X. Met. 49. Add. XI, 691. conf. Heinſ. Adverſ. IV, 1.

39. Triſtem inferorum imaginem excipit ſuavis vitae ruſticae deſcriptio, plane ut Horatius Od. II, 14, 17 — 24. conditionem poſt mortem et hanc vitam exhibuit. — 40. *occupat* h. e. repente et celeriter ad eum accedit, ut apud Horat. II, 14, 3. *inſtans ſenecta.* Exemplis, ut Horat. Ep. I, 20, 18. uſum loquendi *occupat me ſenecta* firmavit Statius. W.

42. *comparat uxor aquam*) h. parat. Similia iſta Horatii Epod. 2, 43.

Sacrum vetuſtis exſtruat lignis focum
Laſſi ſub adventum viri.

43. *canis* pro canis capillis et Cicero de Senect. c. 18. dixit. W.

Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat: Pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curva boves;
Pax aluit vites, et succos condidit uvae,
Funderet ut nato testa paterna merum;
Pace bidens vomerque vigent, at tristia duri
Mili-

44. ut III, 5, 26. *Et referam pueris tempora prisca senex.*

45. *Interea*, dum ita vitam rusticam agam. Tum et pacem faustam sibi exoptat. — *Pax candida-situs.* Bona paci debita celebraturus, *Pax*, inquit, *et inventrix culturae frugum ac vitium et servatrix habenda est.* Hanc autem conservationem verbis *Pace bidens* etc. laudans, v. 51. sqq. apte ad ea, quae cum illa coniuncta sunt, describenda fertur, plane ut II, 5, 87. Ita transitus ad praesentia *vigent* — *occupat* morari non debet, praesertim si comparaveris similem transitum I, 7, 4. Accedit quod in descriptione longa ad delectationem tempora frequenter mutant boni scriptores. cf. Virg. Ge. I, 130 — 141. 2. et 475 — 483. Nihil vero quidquam in nexu sententiarum 49. (vid. Obss.) desidero. W.

47. *aluit)* h. alere solet. Praeclarus est qui sequitur locus, et Elegiae convenienter tractatus, h. e. eleganter, at sobrie et suspensa quasi manu, non morose. Est alius locus Ovidii cum hoc comparandus Fast. I, 697. sqq. (Comp. Eurip. Bacch. 413. *Εἰρήνη ὀλβοδότειρα. E marg.*) Illa vero v. 49. 50. de armis per pacem robigine corrumpendis sententia iam apud Theocritum occurrit Idyll. XVI, 96.

ἀράχνια δ᾽ εἰς ὅπλ᾽ ἀράχναι
Λεπτὰ διαστήσαιντο.

Simile quid versui ex Sophoclis Inacho apud Suidam in Ἀράχνη inest:

Πάντα δ᾽ ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει.

Sed omnibus praeivit Bacchylides in fragm. ap. Stobaeum, supra ad I, 1, 4. laudato:

Ἐν δὲ σιδαροδέτοις πόρπαξιν αἰ-
θᾶν ἀραχνᾶν
Ἱστοὶ πέλονται.
Ἔγχεά τε λογχωτὰ ξίφεά τ᾽
Ἀμφάκε᾽ εὐρὼς δάμναται. H.

Ita versus constitui et posteriores duos, qui apprime ad rem faciunt, ex Anthologia adieci. W.

48. *testa paterna)* Sic Horat. I. Od. 37, 6. *cellas avitas* dixit. Suavis autem haec adiuncta alteri illi superiori notio.

49. *vigent)* exercentur, in usu sunt. Horat. Ep. II, 3, 62. de verbis:

Et iuvenum ritu florent modo
nata vigentque. W.

Militis in tenebris occupat arma ſitus;
Ruſticus e lucoque vehit male ſobrius ipſe
Uxorem plauſtro progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent, ſciſſosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras ſubtuſa genas; ſed victor et ipſe
Flet, ſibi dementes tam valuiſſe manus.

At

51. *e luco*) ubi ſacra fecerat, et in epulis ſacris cum uxore liberisque potarat. Horatianum quis non meminerit: I. Carm. 4, 11.

Nunc et in umbroſis Fauno decet immolare lucis

etc. Aen. XI, 740. *lucos vocet hoſtia pinguis in altos.* et Gratius in Cyneg. 483.

Idcirco aëriis molimur compita lucis,

h. celebramus compitalia (quem locum illuſtravit Excurſu Wernsdorf. Poet. Lat. min. To. I.); uti hic in luco, ſic ſimili more inf. II, 1, 21. videmus, meſſe facta, in ipſo agro ſacrum cum epulis a patre familias factum. H. Hilaritatem diebus feſtis cum nimio vini uſu coniunctam fuiſſe teſtatur Horatius Ep. II, 3, 223.

Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator, functusque ſacris et potus et exlex.

Add. Tibull. II, 1, 29.

non feſta luce madere
Eſt rubor errantes et male ferre pedes.

Iunge *vehit ipſe*, ut I, 5, 66. *detrahit ipſe*, I, 5, 34. *ipſa gerat.* W.

53. *Sed Veneris tunc bella calent*) ſtrenue, magno cum animorum motu geruntur, ut Cicero ad Att. IV, 16. dixit: *Iudicia nunc calent.* Ita *fervere* etiam dicitur, ut in illo Virgiliano Aen. I, 436. *Fervet opus.* Contra *frigere* de otio et ignavia; unde Rutilius I, 389. *ſabbata frigida* dixit. *Bella Veneris* pro iris et rixis amantium: ut Propert. III, 5, 2. (3, 24.)

Stant mihi cum domina praelia dura mea.

56. *dementes tam valuiſſe manus*) Propertius *perverſas* dixit IV, 8, 64.

Et mea perverſa ſauciat ora manu.

Sic Horat. I. Od. 37, 7. *dementes ruinas*, quas demens femina parabat. (Ita Horatius Od. I, 17, 26. *manus incontinentes* dixit. Soph. Aiac. 229. *παραπλήκτῳ χερί.* h. e. *manu demente.* Aiac. 50. *χεῖρα μαιμῶσαν φόνου.* W.) Locum ex hoc noſtro adumbratum Calpurnii vide Ecl.

III,

At laſcivus Amor rixae mala verba miniſtrat,
Inter et iratum lentus utrumque ſedet.
Ah lapis eſt ferrumque, ſuam quicunque puellam
Verberat! e caelo deripit ille deos.
Sit ſatis e membris tenuem praeſcindere veſtem:
Sit ſatis ornatus disſoluïſſe comae:
Sit lacrimas moviſſe ſatis; quater ille beatus,
Quo tenera irato flere puella poteſt.
Sed manibus qui ſaevus erit, ſcutumque ſudemque

Is ge-

III, 71. ſqq. Simillimus eſt alius inf. II, 5, 101 — 104.

57. *mala verba*) convicia, iurgia (nobis *bittre Vorwürfe*). tum *laſcivus* h. petulans.

58. *lentus — ſedet*) ita ut nihil animo commoveatur. Imago rei iucundiſſima. H. Amor ſaevo cum ioco eiusmodi rixis amantium delectatur, ut perfidia puellae cum Venere apud Horat. II, 8, 13.

Ridet hoc, inquam, Venus ipſa, rident
Simplices Nymphae, ferus et Cupido.

De *miniſtrat* vid. IV, 6, 12. W.

59. Hinc Ovid. III. Am. 6, 59.

Ille habet et ſilices et vivum in pectore ferrum,
Qui tenero lacrimas lentus in ore videt. H.

De pulſationibus puellarum loquitur Horatius Od. I, 13, 9. Theocr. XIV, 34. Neque ea, quae 61. 62. ſequuntur, inaudita fuiſſe, Horatius teſtatur, apud quem Od. I, 17, 27. 28. Tyndaris Cyrum metuit, ne

ſcindat haerentem coronam
Crinibus immeritamque veſtem. W.

60. *e caelo deripit ille deos*) Proverbialiter dictum: tam dirum facinus committit, quam ſi, Gigantum more, deos caelo exturbare voluerit: ita Vulpius. Verum ſic *deripit* nondum planum eſt. Puto reſpici ad ſuperſtitiones magicas et male creditas artes deos eliciendi. v. Ovid. III. Faſt. 317. ſqq. H. vid. Obſſ. W.

64. *flere — poteſt*) pro *flet*. v. ad v. 31. (cf. Not. ad I, 7, 3. W.) Eandem rem ſic expreſſit Ovidius II. Art. 447.

O quater, et, quoties numero comprendere non eſt,
Felicem, de quo laeſa puella dolet!

65. *ſcutumque ſudemque Is gerat*)

Is gerat, et miti ſit procul a Venere.
At nobis, Pax alma, veni, ſpicamque teneto;
Perfluat et pomis candidus ante ſinus.

rat) h. miles ſit. *Sudes* poteſt genus teli militaris intelligi, vel, quod praeſtat, vallus, qui a milite portabatur.

67. *Pax alma, veni, ſpicamque teneto)* Et ita in numis ſaepe Pax cum ariſtarum faſciculo, etiam ariſtis ac pomis gremio onuſto, conſpicitur. v. Broukh. cf. Statium. *Pax alma* ſive a bona copia, quam affert, ſive ſimpliciter *venerabilis*, *ſancta*, ut *alma fides*, *Venus* etc. (cf. et Heyn. ad Virg. Aen. I, 306. W.) *candidus* — *ſinus* h. candidae veſtis. Tale ſignum Genii volantis, fortaſſe Abundantiae, ſinum collectum ante ſe ferentis, videas in Onyche nobiliſſimo Brunsvicenſi, quo Cereris ſacrum exhibetur. Elegiae autem fini ſimilis eſt exitus idyllii Theocritei VII. ubi poëta memorat vinum in ſacro Cereris hauſtum generoſius: *ἇς ἐπὶ σωρῷ Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον· ἁ δὲ γελάξαι, Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.* Dea, inquit, propitia ſit, quae utraque manu manipulos et papavera tenet.

ALBII



ALBII TIBVLLI

LIBER II.

ELEGIA I.

Quisquis ades, faveas; fruges luſtramus et agros,
  Ritus ut a priſco traditus exstat avo.

Bacche

Elegia I.

Sacrum ambarvale deſcribit, quod fiebat vere; v. Virg. Ge. I, 338. ſqq.; certe eiusmodi ſacrum, quod ad luſtrationem agri pertinebat. cf. not. ſup. I, 1, 23. Baccho et Cereri illud fieri, ex ipſo carmine v. 3. 4. intelligitur, et quidem agno. Ad Sementinas ferias Ovidius totum hoc argumentum transtulit Faſt. I, 658. ſeqq., ubi ei Tibullum ante oculos fuiſſe manifeſto apparet. Eſt autem hoc ex praeſtantioribus noſtri poetae carminibus. Indicit primo loco feſtum diem, tum preces facit ad deos, commemorat epulas

I   feſtas,

Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva
Pendeat, et ſpicis tempora cinge, Ceres.
Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et grave ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
Solvite vincla iugis; nunc ad praeſepia debent
Plena coronato ſtare boves capite.
Omnia ſint operata deo; non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.

Vos

feſtas, et inter vota Meſſalae mentionem facit ingenioſe. Inde ad laudes ruris convertitur, quas praeclare tractat et genio talis carminis accommodate. De tempore, quo ſcripta ſit, vid. ad v. 32. H. De ambarvalibus docte diſputavit Voſſius ad Virg. Georg. l. cit. W.

3. *tuis e cornibus*) Cornua Bacchi nota; v. Spanhem. de uſu et praeſt. numiſm. Diſſ. VII.; Broukh. tamen hoc et cetera copioſe illuſtravit. Sunt autem 3. 4. dicta pro vulgari: Bacche racemis, Ceres ſpicis ornata, adeſte propitii ſacro, quod in veſtrum honorem fit. H. Formulam dicendi ſimilem vide I, 10, 67. W.

7. 8. Hinc Ovid. l. c.

State coronati plenum ad
praeſepe iuvenci etc.

Tum *ſolvite vincla iugis*, h. e. lora iugorum, quibus illa boum collis alligantur; demite iuga. H. Videtur igitur Heynius *iugis* pro dativo accepiſſe, ad Virgilianum Aen. II, 146. Pronior tamen ſum in eam partem, ut caſum ſextum eſſe putem. Valer. Flacc. I, 628: *Vox littore puppim Solvimus*. Add. Virgil. Aen. I, 562. et II, 26. Audacter idem dixit Aen. IV, 479: *vel eo* (Aenea) *me ſolvat amantem*. Eodem modo explicabis locum Virg. Eclog. IV, 41. et Catull. LXIII, 76. Caeterum ex his verbis et verſ. 85. ſacrum mane non eſſe factum, ſed tempore matutino familiam Tibulli operibus ſolitis occupatam fuiſſe, mecum iudicat H. Voſſius. W.

9. *Omnia ſint operata deo*) h. ferientur, celebrent hunc diem. cf. Horat. III. Od. 14, 6. *deo*. numini, indefinite. Statius explicat *deae*, Vulpius *diis*. H. *Omnia*. Omnes agreſtes, qui in agro degebant, feſtum celebrare debebant. Compara Virgil. Georg. I, 343. et 346. H. Voſſium nemo, puto, ſequetur. — *Non audeat* iubentis eſt, ut Homericum *οὐκ ἂν ἀγορεύοις*, Il. 2, 250. W.

Vos quoque abeſſe procul iubeo, discedite ab aris,
  Quîs tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis; pura cum veſte venite,
  Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras,
  Vinctaque poſt olea candida turba comas.
Dî patrii, purgamus agros, purgamus agreſtes,
  Vos mala de noſtris pellite limitibus.
Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis,

Neu

11. *Vos quoque*) Quaſi lanificis mulieribus idem imperaverit. Praeter ea, quae ad I, 2, 15. notata ſunt, compara Ovid. Faſt. I, 683. ſeq. et Valer. Flacc. I, 407. — Mox de *pura veſte*, a qua turba comitantium candida vocatur, vid. I, 10, 27. Comitatum autem ſimilem videbis apud Virgilium Georg. I. l. cit. W.

15. *ut eat ſacer agnus*) igitur ſponte ibat; nam quae reluctabatur victima, cum ad aram duceretur, ea litari non potuiſſe, notum eſt. Hoc tamen loco tantum de hoc cogitandum: hoſtiam duci, ire. Comitatur eam familia Tibulli oleagineis ſertis coronata.

17. ſqq. Memorabile exemplum precum ad deos factarum, multo minus priſca ſuperſtitione inſignium, quam quae apud Catonem occurrunt de R. R. *Dii patrii* autem latius de diis maiorum religione coli ſolitis accipiendi; nec tantum de Penatibus. H. Antequam agnus ad aras adductus caeditur, preces fiunt. *Dî patrii.* De diis, quos Tibullus colebat, agreſtibus accipio, iisque et Lares, qui patrii I, 10, 15. audiunt, annumerandos eſſe ex I, 1, 19 — 24. apparet. W.

19. *Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis*) eludere meſſem h. operam meſſorum, ſive ſpem de meſſe; alias *decipere, fallere, mentiri* de ea re dicitur. v. Broukh. h. l. *Herbae* ſunt calami, dum virent. Notum illud Ovid. Her. XVII, 163. *et adhuc tua meſſis in herba eſt.* *Fallaces* autem, quod inanes et ſine granis ſunt. Videtur vero etiam hoc diſtichon feſtum ac carmen ad vernum tempus revocare. H. De frumento virenti tempore veris, ubi ſpicae in vaginis latent. *Fallaces*, quae laetae et vigentes poſtea ſpem meſſis largae decipiunt. Vid. ad Virgil. Georg. I, 195. Frumenti herba eſt apud Virg. Georg. I, 134. W.

Neu timeat celeres tardior agna lupos.
Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris
Ingeret ardenti grandia ligna foco;
Turbaque vernarum, ſaturi bona ſigna coloni,
Ludet, et ex virgis exstruet ante caſas.
Eventura precor. Viden ut felicibus extis
Significet placidos nuntia fibra deos?

Nunc

21. *Tunc*) cum ſeges meſſem non eluſerit, adeoque meſſe larga facta, ruſticus laetus *agris plenis,* frumenti copia, ſacrum faciet, ſtrue lignorum in ara accenſa, et vernis ante eam ludentibus. Conf. Obſſ.

22. *ardenti — foco*) int. eum, in quo ſacrum fit, et quidem in ipso argo, ſub dio, ut ſup. I, 10, 51. in luco. Fieri id potuit ad ſigna deorum agreſtium, paſſim in agris poſita. Non itaque focus frigoris cauſſa igni lucidus h. l. intelligendus, ut ap. Horat. I. Od. 9, 5.

23. *ſaturi bona ſigna coloni*) quae arguit herum *ſaturum* ex copia et divite penu, quem inſtruxit ex largo frugum proventu. Calpurn. IV, 125.

Ut quoque turba bono plaudat ſatiata magiſtro.

24. *exſtruet ante caſas*) ante focum ſacrum umbracula, ſub quibus potarent et luderent: *pergulae* dictae, *trichila, hypampeli:* v. ad Copam v. 8. et cf. inf. Not. ad II, 5, 97. Cuiusmodi umbracula fuere quoque in Veneris ſacro, cuius Pervigilium habemus, 5. 6. et 44. caſae e myrteis frondibus factae. H. Ex multitudine vernarum non apparet domini ſpes eſſe impletas; ſed ſi ludunt et caſas exſtruunt, id inter bona ſigna referes. *Saturi*, ſi quidem avarus ille audit apud Virgil. Georg. I, 47. Denique feſtum ruſticum celebratum *cum ſociis operum* vid. ap. Horat. Epiſt. II, 1, 142. W.

25. *Eventura precor*) I, 5, 57. *Evenient: dat ſigna deus.* H. *Viden ut* formula rem probandi exquiſita, quum ad eum qui praeſens eſt vel eſſe fingitur, oratio convertitur. Notandum eſt etiam quod plures hac dictione alloquitur, ut Catullus LXI, 77. et LXII, 8. Catullus, ut Virgilius Aen. VI, 780, indicativum adiunxit more Graecorum, Tibullus coniunctivum. W.

26. *nuntia fibra*) III. El. 4, 5. *venturae nuntia ſortis Exta.* Sup. I, 8, 3. *conſcia fibra deorum.* Eſt adeo *fibra* h. l. proprie dicta de pulmonis ſeu iecinoris lobo. Patet autem ex h. l.

etiam

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, et Chio ſolvite vincla cado.
Vina diem celebrent; non feſta luce madere
Eſt rubor, errantes et male ferre pedes.
Sed, bene Meſſalam, ſua quisque ad pocula dicat,
Nomen et abſentis ſingula verba ſonent.
Gentis

etiam in privatis ſacris extiſpicium fuiſſe adhibitum.

27. *fumoſos veteris proferte Falernos Conſulis*) *Falernos* int. cados vini Falerni, *fumoſos*, qui ad veterem condendorum vinorum morem, dum meliorem ignorabant, fumo maturitatem contraxerunt. v. Lambin. et Torrent. ad Horat. III. Od. 8, 11. conf. Demſter. Etrur. Reg. I. c. 11. Ovid. V. Faſt. 517.

Quaeque puer quondam primis diffuderat annis,
Prodit fumoſo condita vina cado.

veteris Conſulis vero, quia, ut notum, annos vini a Conſulibus computari ſolitos cadis inſcribebant. v. Horat. III. Od. 21, 1.

28. *Chio ſolvite vincla cado*) h. relinite cadum, corticem adſtrictum pice dimovete. v. Horat. III. Od. 8, 10. conf. Vulp. Chium vero cum Falerno miſcebant, quippe alterum dulcius, alterum auſterius. v. Horat. I. Sat. 10, 24. cf. Broukh. Adde Plin. XIV, 14. ſ. 17. H. De Chio inter ruſticos iam tum frequente vid. H. Voſſium ad Virgil. Eclog. V, 71. p. 268. W.

29. *Vina diem celebrent*) pro vulgari: vino dies celebretur; compotatione dies exigatur. Mox *madere*, ut *βρέχειν*, de ebriis notum. v. Obſſ. ad I. El. 2. pr. H. *Madere* h. l. de ebriis accipienti non intercedo propter adiecta *eſt rubor, errantes et* caet. Sed *madere* proprie eſt large ſe viro invitare, uti *uvidum eſſe.* Compara mihi Hor. IV, 5, 37. Satyr. II, 1, 9. Tibull. II, 5, 87. Adde Platon. Sympoſ. Cap. 4: *Καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων*, h. e. ex iis qui heri large vino ſe invitaverant. W.

31. *bene Meſſalam*) ſc. valere, rem gerere precor. vid. Broukh.

32. *ſingula verba*) dictum aut proverbii more, qui nobis quoque eſt, ut ſingulis verbis adiecta, hoc eſt, ſaepius iterata dicatur Meſſalae mentio, aut ut *ſingula verba* ſint: ſingulorum verba; quotquot adſunt convivae, Meſſalam valere iubeant.

Gentis Aquitanae celeber Meſſala triumphis,
 Et magna intonſis gloria victor avis,
Huc ades, aſpiraque mihi, dum carmine noſtro
 Redditur agricolis gratia caelitibus.
Rura cano, rurisque deos; his vita magiſtris
 Deſuevit querna pellere glande famem.
Illi compoſitis primum docuere tigillis
 Exiguam viridi fronde operire domum.

Illi

33. v. ad lib. I. El. 7. pr. Poſſunt autem v. 31. ſqq. videri declarare, carmen hoc ſcriptum eſſe paullo ante illud alterum, cum Meſſala *abſens* adhuc eſſet v. 32. adeoque nondum ex itinere rediiſſet. Verum *abſentis Meſſalae* rationem habere poteſt Tibullus etiam, quatenus *ruri* diem feſtum celebrabat, dum Meſſala ad urbem eſſet.

34. *intonſis — avis*) ita dicit, ut Meſſalae nobilitatem innuat. Tonſores enim non niſi poſt 454. in Italiam venere, ut e Varrone de R. R. II, 11. docent Broukh. et Vulpius ad h. l. H. Ex Varrone Plinius VII, 59. rem confirmat. W.

35. *Huc ades adſpiraque mihi*) tanquam numen invocat eum: quem propitium ſibi eſſe vult.

37. *his vita magiſtris D.*) vita, *βίος*, h. homines, humanum genus. Egregius autem qui ſequitnr locus de primo vitae cultu primisque humanitatis initiis, quae haud dubie ruri debentur, quatenus ea ab aratione profecta ſunt: cum eadem exſtruere ſibi coepere homines tecta, quibus frumenta conderent, et ipſi habitarent; tum invenere plauſtra, ad frumenta devehenda; tum conſevere arbores, et herbas hortenſes, et vites. Mox mellificium inventum. Feſti autem poſt meſſem conditam dies carminibus et cantui fiſtulae et choro ducendo originem dederunt. Ruri etiam religiones deorum ortum habuere (v. 59.). Ruri lanificium primum inventum cum textura. Ruri tandem amor primum in humana pectora ſaevire coepit.

Notandum vero et illud in poëta, quod diis agreſtibus vitae cultioris initia tribuit; quandoquidem eorum beneficio factum, ut homines mitiorem victum cultumque excogitarent. Etſi et vulgari more Cereri Bacchoque hoc tribuitur, ut monſtraſſe ac docuiſſe ea omnia dicantur. Sunt porro ſuaviſſimi verſus per totum hunc locum cum numerorum miro laevore, tum orationis venuſtate et lepore.

Illi etiam tauros primum docuiſſe feruntur
Servitium, et plauſtro ſuppoſuiſſe rotam.
Tunc victus abiere feri: tunc conſita pomus;
Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas;
Aurea tunc preſſos pedibus dedit uva liquores,
Mixtaque ſecuro eſt ſobria lympha mero.
Rura ferunt meſſes, calidi quum ſideris aeſtu
Depo-

41. 42. Ornate. tum aratio et vectura reperta. H. Servitium ad armenta translatum pariter apud Aeſchylum Prometh. 462: *Κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα Ζεύγλαισι δουλεύοντα.* W.

43. *victus — feri*) h. ferorum hominum, ferae vitae. ſc. glandes iſtae, arbuta, corna etc. H. Haec per ſequentia *tunc — tunc — tunc* explicantur, ut I, 8, 43. verba *tum ſtudium formae.* Mox *conſita* ut apud Graecos *φυτεύειν.* Ad ſententiam compara Plin. VII, 56. W.

44. *Tunc — aquas*) quam ornate! tum primum horti facti, et olera coli coeperunt. *irriguas aquas* h. l. active, quae hortos irrigant. v. Broukh. *bibere.* ut Virgil. IV. Ge. 32.

— *inriguumque bibant violaria fontem.*

cf. Stat. H. Hortus primum maceria aut ſaepe clauſus eſt, ut olera aliaque cibi cauſa ibi colerentur. W.

45. *preſſos pedibus*) vetere more. Sed proprie *uva premitur*, liquores autem *exprimi* dicendi.

46. *ſecuro — mero*) quod ſecuros et curis ſolutos reddit. *Sobria lympha*, ut I, 6, 28., ſuaviter dicta ex opp. vini inebriantis. Pertinet autem et hoc ad vitae mitioris progreſſum aliquem iam factum, quod non merum bibi, ſed miſceri vinum coepit. H. Verba *ſobria lympha* oppoſita ſunt vocabulo *merum*, ut I, 6, 28. Epitheton autem *ſecuro* beneficium vini, apud veteres habitum, egregie depingit. Vid. Horat. I, c. 18, 3. 4. add. Tibull. I, 2. ab init. et III, 6. W.

47. *Rura ferunt*) ſcil. ab illo inde tempore. Nam manendum eſt in eodem vitae manſuetioris exordio. H. Tempus praeſens pro praeterito poſitum puta a poeta, ſuaviter orationem mutante. Mox ad praeteritum redit. W.

ib. *calidi — ſideris*) h. Solis, ut toties ſidus. Nec de canicula nunc quaeritur. cf. Vulp.

Deponit flavas annua terra comas.
Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
Compleat ut dulci ſedula melle favos.
Agricola aſſiduo primum ſatiatus aratro
Cantavit certo ruſtica verba pede;
Et ſatur arenti primum est modulatus avena
Carmen, ut ornatos diceret ante deos.
Agricola et minio ſuffuſus, Bacche, rubenti
Primus

48. *annua terra*) quae annuas viciſſitudines experitur, ut ſeratur, demetatur, etc. v. Broukh. niſi malis adiectiuum pro adverbio poſitum eſſe.

49. *Rure levis verno f. a. i. alveo*) *verno* referendum ad *alveo*. v. Broukh. quia in Italia ab ipſo aequinoctio verno apes mellificare incipiunt, ut Columella de R. R. IX, 14. docet. H. Flores pro ſucco e floribus. Caeterum cf. Plin. XI, 7. W.

50. Omnia ornatiſſima, ut de ſingulis moneri vix poſſit. *Sedula* obſerva pro *ea*.

51. *aſſiduo — ſatiatus aratro*) *ſatiatus* h. ſatur ex aratione, frumento parato, adſiduo opere ruſtico facto. cf. Obſſ. *aſſiduum aratrum*, quod adſidue tractatur. Mox *certo pede* eſt certis numeris. H. *Aſſiduo aratro ſatiatus* dictum pro longorum et aſſiduorum operum taedio affectus. W.

54. *ornatos — deos*) h. coronatos v. 59. die feſto. Repetit adeo poëta, quod antiquiores iam docuerant: poëticam ab hymnis deorum initia habuiſſe: hos autem primum inter agreſtes tentatos: eosque lyrici ſtatim generis eſſe debuiſſe, ex eo facile intelligitur, quod ad fiſtulam canebantur et choro, qui ducebatur, adaptati erant. Conf. Lucret. V, 1378. ſqq. 1397.

55. *minio ſuffuſus, Bacche, rubenti*) Primordia rei ſcenicae, et primo loco tragoediae, doctus poëta ab agricolarum feſtis eſſe repetenda docet; notâ narratio. v. Horat. Art. 275. Diverſa ab ea eſt, nec cum illa permiſcenda, ut vulgo faciunt, origo rei ſcenicae in Italia, quam idem Horat. expoſuit II. Ep. 1, 139. 145. ſqq. Liv. VII, 2. Vtramque Virgilius attigit et diſtinxit Ge. II, 380. et 385. ſq. Bacchum appellat, quia *chori*, qui Tragoediae initia fuerunt, vel maxime in eius honorem inſtituebantur. Ideo autem minio inficiebant ſe, quia ipſe Bacchus eo illinebatur, (v. Broukh. et ante eum Cyllen.) ſeu, quod probabile mihi quidem ſit, quod in rudi et paupere

Primus inexperta duxit ab arte choros.
Huic datus, a pleno memorabile munus ovili,
Dux pecoris hircus: duxerat hircus oves.
Rure puer verno primum de flore coronam
Fecit, et antiquis impoſuit Laribus.
Rure etiam, teneris curam exhibitura puellis,
Molle gerit tergo lucida vellus ovis;
Hinc et femineus labor eſt; hinc pensa colusque,
Fuſus

pere populo, ut adhuc inter barbaras Americae gentes, rubeus color pro unico ornamenti genere parabili erat; itaque manſit etiam per ſeriora tempora in religioſis rebus, in quibus vetus mos pertinacius, quam in aliis ſervatur, ut et ſe et vero etiam deos minio pingerent in feſtorum dierum ſollennibus. H. *Αὐτοσχεδιάσματα* iſta hominum agreſtium, unde originem repetunt artis ſcenicae Tibullus et Horatius, qualia fuerint, optime explicuit *Boettig. Archaeolog. Pictur.* p. 189. — Verba *minio ſuffuſus* quod attinet, notandus verbi *ſuffundere* uſus de colore faciei inducto. De iis enim plerumque uſurpatur rebus, quae ſub cute conſpiciuntur. Sed exempla dabit Forcellinius. W.

56. *inexperta duxit ab arte choros) inexperta ars*, cuius nullum factum periculum, nova, intentata. *ab* poëtis ita abundare ſolet. v. ſup. I, 5, 4. H. Pedeſtres etiam ſcriptores praepoſitionem *ab* ita uſurparunt, ut eſſet idem fere quod *χρησθεὶς*, uſus, ut Cic. pr. Milon. cap. 21. §. 56. Non pertinent huc loca, qualis eſt apud Ciceron. de Officiis I. 2. W.

57. *Ovile* h. l. de ſtabulo caprearum, quod egregie Bentléius ad Horat. Od. I, 17. p. 33. illuſtravit. W.

62. *Molle gerit t.)* Verſus ſuaviſſimus artificioſa epithetorum collocatione. *lucida ovis* eſt candida. v. Broukh. Non minus eleganter Ovid. IV. Faſt. 773.

Lanaque proveniat, nullas laeſura puellas,
Mollis et ad teneras quamlibet apta manus.

63. *Hinc et femineus labor eſt)* Ovid. I. Am. 13, 23.

Tu, cum feminei poſſint ceſſare labores,
Lanificam revocas ad ſua penſa manum.

v. ib. Heinſ. *Hinc*, a lana, a vellere.

Fuſus et appoſito pollice verſat opus:
Atque aliqua aſſiduae textis operata Minervae
Cantat, et applauſo tela ſonat latere.
Ipſe interque greges interque armenta Cupido
Natus et indomitas dicitur inter equas.
Illic indocto primum ſe exercuit arcu.

Hei

64. *Fuſus — verſat opus*) alias *fuſus verſari* dicitur. Ovid. VI. Met. 22.

Sive levi teretem verſabat pollice fuſum.

Met. IV, 221.

Laevia verſato ducentem ſtamina fuſo.

Epiſt. 19, 37.

Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo.

hic vero *fuſus verſat opus* h. verſando fuſum, fit opus, netur filum. Sic etiam filum, quod deducitur, *verſari* dicitur. IV. Met. 34.

Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant.

et hoc *filum*, quod netur, h. l. per *opus* declaratur. H. Membrorum ratio haec eſt: Verba *Hinc — labor eſt* explicantur ſequentibus, *hinc penſa — opus*. Verſibus autem 65. et 66. alia ſententia ſuaviter adiicitur. W.

65. *adſiduae textis operata Minervae*) *operari Minervae* h. arti et operi textorio operam dare, ut dicimus, *operari Muſis*. *Textis* eſt caſus ſextus, ut Ovid. III. Art. 635.

Cum ſedeat Phariae ſiſtris operata iuvencae.

Melius tamen iunguntur *textă Minervae*, ut *colus calathique Minervae* ap. Virg. Aen. VII, 805. et *operari* textis, operam adhibere, cf. II, 5, 36. Ita videtur Broukh. accepiſſe, nam laudat verſum ex Aen. III, 136.

Connubiis arvisque novis operata iuventus. H.

Caeterum ad ſententiam illuſtrandam faciunt quae attulit H. Voſſius ad Virgil. Georg. pag. 141. W.

66. *tela ſonat*) h. ipſum textum. v. Obſſ. *Latus*, corpus, *applauſum*, cum ſtrepitu appulſum, alliſum, *telae*, iugo textorio, machinae, cui illud, inſerendo ſtamen liciis, ſubinde admovetur, *ſonat*. Nunc inverſe dicta *tela ſonare applauſo*, alliſo, corpore. H. Significationes vocis *tela* accurate exponit Forcellinius. W.

67. *Ipſe interque greges*) Etiam amoris ignibus prima agreſtium pectora fuere quae incaluerunt. Molles de hac re verſus ſunt Pervigilii Veneris 77. ſqq.

69. ſqq. Suaviſſima et admodum ingenioſa narratio de Amore artem ſagittandi experiente.

Hei mihi, quam doctas nunc habet ille manus!
Nec pecudes, velut ante, petit; fixiſſe puellas
Geſtit, et audaces perdomuiſſe viros.
Hic iuveni detraxit opes; hic dicere iuſſit
Limen ad iratae verba pudenda ſenem.
Hoc duce, cuſtodes furtim transgreſſa iacentes,
Ad iuvenem tenebris ſola puella venit,
Et pedibus praetentat iter, ſuſpenſa timore,
Explorat caecas cui manus ante vias.
Ah miſeri, quos hic graviter deus urget! at ille
Felix, cui placidus leniter afflat Amor!
San-

72. *perdomuiſſe*) h. l. telo traiicere; ſed ab effectu, quod telo transfixa ſternuntur, vincuntur, *δαμᾶσθαι* ſolent.

74. *iratae*) abſolute poſitum pro: iratae puellae. cf. not. ad I, 8, 51. H. *Limen ad iratae.* Notanda poſitura praepoſitionis *ad.* Similia exempla vid. ad Virg. Aen. IV, 257. congeſta. Paullo ante v. 71. *fixiſſe* poſitum cum vi pro *ſed fixiſſe.* W.

75. ſq. Suavis et haec memoratio: Amor in caliginoſa nocte dux puellae meticuloſae. Nec vero accipiendum, quaſi ea per vias ad iuvenum aedes perduci ſe patiatur: ſed, ut ſupra vidimus lib. I, 9, 43. 44. I, 6, 59. 61. puella e cubiculo egreſſa per domus atria et porticum reſeratis clam foribus amatorem recipit. Hinc h. l. *cuſtodes iacentes,* ſervus ianitor. H. *Iacentes* h. e. dormientes. W.

78. *caecas — vias*) ſunt viae, quae cognoſci et videri nequeunt.

79. 80. Belli verſus et ſententia et orationis ornamentis: *urget* potens verbum et efficax, aut de maiore vi, cui reſiſti nequit; ut ſi Phoebus urget vatem, Pythiam, ſi furor Bacchicus ingruit mentibus; aut de malis, a quibus reſpirandi nullus locus nec tempus eſt; petitum autem illud a procella ac vento graviter incumbente et ingruente; hinc natum vſ. ſequ. *afflat.* *Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ,* proxime ad noſtrum dixerat Euripides Hippol. 443. ubi v. illuſtrationem Valkenarii. Alterum, *cui placidus leniter afflat Amor,* ſumtum eſt ab aura ſecunda, qua favor et ſtudium toties exprimi ſolet; eſt adeo: cui Amor propitius eſt, *ᾧ ἐπιπνεύσῃ ἐνδέξιος,* dixeris

Sancte, veni dapibus feſtis; ſed pone ſagittas,
Et procul ardentes, hinc procul, abde faces.
Vos celebrem cantate deum, pecorique vocate
Voce; palam pecori, clam ſibi quisque vocet,
Aut

dixeris ſecundum Callimachi illud Epigr. IX. et Theocr. XII, 10. *Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες.* Alia, etſi non multum disſimili, ratione dixit idem de Berenice Idyll. XVII, 51. *Πᾶσιν δ' ἤπιος ἥδε βροτοῖς μαλακοὺς μὲν Ἔρωτας Προσπνείει.* quod ab afflatu deorum petitum, quo ἐνθουσιᾶν homines dicuntur. Sic quoque inf. El. 4, 57. *ubi indomitis gregibus Venus afflat amores.* Tertius afflandi modus eſt ſerpentum, peſtilens et exitioſus, petitus a levi tactu, odore, halitu. cf. ad Aen. I, 591.

82. *hinc procul abde*) h. remove. v. Gronov. Pec. vet. pag. 308. *Dapes* autem feſtae h. l. vix aliae ſunt, quam eaedem epulae ſacrae, quas celebrat poëta cum vernis.

83. *Vos c. cantate*) Vos, qui feſtis adeſtis caerimoniis. *celebrem — deum*) eſt, qui valde celebratur, frequentatur, ad quem frequentes adeunt. v. inf. IV, 4, 23. *Iam celeber, iam laetus eris.* (cf. Not. ad I, 3, 33. W.) *pecori vocatur* Amor, ut feturam laetam et copioſam det. H. *Vocare* eſt verbum proprium, cf. Virg. Georg. I, 347. et II, 388. Vocatur deus, ut propitius adſit. *Voce vocare* exemplis illuſtrat Forcellinius. W.

84. *clam ſibi quisque vocet*) Vota parum honeſta, aut nimis improba aut etiam invidioſa, inprimis ſi verendum erat, ne adeſſet, qui contraria vota faceret, tacite concipiebant. v. inf. IV, 5, 17. 18. conf. Scalig. et Broukh. Vulp. ad Catull. LXIII, 104. Fundus ſuperſtitionis in Homero eſt Il. η, 194-6. Adduxit ea ſublimem ſententiam Senecae Epiſt. X. *Tunc ſcito te eſſe omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perveneris, ut nihil deum roges, niſi quod rogare poſſis palam.* et Perſianum illud: *aperto vivere voto* Sat. II, 6. Haec quidem commemoravi ad interpretum communes rationes, quas tamen tantum non alienas ab h. l. arbitror. Amorem quisque vocat ſibi, ut amoribus ſuis propitius ſit votaque rata faciat, quae forte pro puella ſua quisque facit. Ad amatoria adeo vota ſpectat locus, et ad pudorem amantium, vota ſua ac gaudia non palam fatentium, nec in vulgus efferentium. Nec aliter inf. IV, 5, 17. 18.

Aut etiam ſibi quisque palam; nam turba iocoſa
Obſtrepit, et Phrygio tibia curva ſono.
Ludite, iam Nox iungit equos, currumque ſequuntur
Matris laſcivo Sidera fulva choro.

Poſt-

86. *Phrygio tibia curva ſono)* Tibia Phrygia inter ſacrificandum cani ſolita, ne ſiniſtri quid audiri poſſet; ut velato capite precabantur, ne quid poſſet videri. habebat ea cornu aduncum ſive κώδωνα curvum adfixum, cum aliae rectae eſſent. v. Gronou. Obſſ. I, 17. p. 142. 3. Burman. ad Ovid. III. Met. 533. Vulp. ad Catull. LXIII, 22. et h. l. Broukh.; atque ſonus eius multo erat gravior, quam noſtrae tibiae.

87-90. Quatuor hi verſus longe pulcerrimi, etſi cumulatis perſonis ſymbolicis Noctis, Stellarum, Somni, Somniorum, reprehendendi. Ut alii *Lunae*, ſic nunc *Nocti* tribuit *equos* et *currum*, ut multi alii. v. Statius, Douſa F. in not. c. 4. et Broukh. conf. inf. III, 4, 17. Deinde *Nox mater ſiderum*, quam ſequuntur Stellae tanquam liberi, quod ſumtum ab Euripide Iou. 1150. Scaliger pronuntiat:

Μελάμπεπλος δὲ Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς
Ὄχημ᾽ ἔπαλλεν, ἄστρα δ᾽ ὡμάρτει θεᾷ.

ubi ſaltem *Nox agitare currum*, cui equi non funibus alligati ſunt, ſed ſolis habenis reguntur, *eamque ſidera ſequi* dicuntur. Sed et aliorum poëtarum uſu frequentata eſt haec ratio; etiam Hymn. Orphic. 6, 3. *Ἀστέρες οὐράνιοι, Νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης* etc. Et quod Sidera Noctis currum ſequuntur: Theocrit. Idyll. 2. fin. *χαίρετε δ᾽ ἄλλοι Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ᾽ ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί.*

88. *laſcivo Sidera fulva choro)* Propter modulatum et conſonum motum *choreae et chori* ſideribus tribuuntur. v. Lucian. de Saltat. c. 7. conf. Douſa l. l. et Vulp. h. l. Simili modo apud auctorem Carm. in Maecen. obitum, qui vulgo Albinovanus habetur, II, 129.

Quaeſivere chori iuvenem ſic Heſperon illi.

Scaliger *choros* abſolute dictos de aſtris intelligit, quae Lucifer antecedit ortu ſuo. Ego malim de turba adoleſcentum ludentium ſub veſperam accipere et lego adeo *chori iuvenum.* De reliquis iſtius loci v. Wernsdorf. Poet. Lat. min. Vo. III. p. 506 ſq. docte diſputantem. *Laſcivus* vero proprium eſt ſaltationis epitheton propter exſultationem liberiorem aut motum molliorem: v. Ovid. III. Met. 685.

Poſtque venit tacitus fuſcis circumdatus alis
Somnus, et incerto Somnia nigra pede.

ELE-

89. *Poſtque venit t.*) *Somnus* alatus fingebatur, quod in vulgus notum. v. Broukh. Sic et aeternus ille Somnus. v. Anthol. III, 25. Epigr. 69. Ornatum hoc ab aliis poëtis egregie. Ita alis ſuis obumbrat Somnus eos, quos ſopire vult: v. Orphei Argon. 1009. Simili modo *alata Somnia;* unde Eurip. Hecuba 71. *Πότνια Χθὼν, μελανοπτερύγων μᾶτερ Ὀνείρων.* et *Nox alata:* unde Aen. II. 360.

Nox atra cava circumvolat umbra.

Idem VIII, 368. eleganter:

Nox ruit et fuſcis Tellurem amplectitur alis.

ut ap. Euripid. Bacch. 380. crater *ἀνδράσιν ὕπνον ἀμφιβάλλει.* Profecit hinc Statius Achill. I, 620.

— totis ubi Somnus inertior alis
Defluit in terras, mutumque amplectitur orbem.

Alata etiam Nox in veterum monumentis occurrit: in Monum. ined. Winkelmanni No. 27. cum alis veſpertilionis: etsi forma adoleſcenti propior. et apud Callimach. in Del. 234. *ἐπερείδειν πτερὸν Ληθαῖον Ὕπνος* dicitur, h. urgere, alis applicitis, impactis, impreſſis, ut fit in artiore amplexu. Propert. in noto loco I, 3, 35. nimis ad verbum reddidit: *Dum me Sopor impulit alis.* Aliud phantaſma Virgilius habet Aen. V, 854. ubi Somnus Palinuro aquam Lethaeam inſpergit in oculos. At Callimachi locus adumbratus eſt ex Pindar. Pyth. I, 13. ſqq. Imaginem pueri alati cum papavere et lacerta in anaglyphis obviam de Somno explicant; ſic iam Tollius in Epiſtola ad Cuperum. v. Fortuita eius p. 277. Sed de hac antiquitatis parte copioſe diſputatum eſt nuper a viris doctis, qui de Mortis ſigno ac ſymbolis apud veteres diſſerere inſtituerunt.

90. *incerto Somnia nigra pede*) *Incerto pede* h. infirmo, claudo, ferri Somnia qua de cauſſa dicantur, coniectura aſſequi neceſſe eſt, cum doctrina veterum certa nulla ad nos pervenerit. Sunt autem multa, quae ſimilitudinem aliquam habeant, ut in ſymbolicis fieri ſolet. Poſſunt *pedes incerti* et inceſſus claudicans referre Somniorum naturam incertam, ambiguam et obſcuris ambagibus involutam: aut eandem ad cauſſam, qua *Somnus* titubare et inconſtanti greſſu incedere fingitur: ut ſolent ſomno gravati. Poteſt quoque Somniorum natura adumbrata eſſe hactenus, quod ſimulacra illa levia et volubilia menti et oculis obverſantur inconſtanti greſſu et incerto.

ELEGIA II.

Dicamus bona verba, venit Natalis, ad aras;
Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.
Urantur pia tura focis, urantur odores,
Quos tener e terra divite mittit Arabs.
Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores,

Cui

Elegia II.

In natali puellae Cerintho deſponſae ſacrum indicit poëta Genio, votaque eius pro puellae connubio et conſtanti amore rata fore auguratur. Cerinthum puerum lib. IV. El. 2. et ſqq. a Sulpicia amari videbimus; sed puellae tam illustri gente prognatae libertinus homo, ſaltem Graeculus et peregrinus, deſponderi vix potuit. De alia igitur paris ſortis puella haec accipio. H. Cerinthi dies natalis celebratur. vid. Obſſ. W.

1. *Dicamus bona verba*) hoc *favere lingua* dicitur. Bona verba ſunt εὔφημα, boni ominis. cf. Ovid. V. Triſt. 5, 5. 6. Ea *ante aras*, inter ſacrum, inprimis obſervabantur: conf. paullo ante ad El. II, 1, 86. *Natalis dei* obſcura religio eſt, nec niſi ariolationes ſunt, quae viri docti de eo diſputant, inprimis Paſſer. Paralipom. Demſteri p. 99. Vaſa Etr. To. I. p. 51. 55. 60. 61. 63. 72.; et omnis de Geniis res parum ad liquidum perducta eſt aut perduci poteſt. Noſter paullo poſt v. 5. Genium a Natali diſtinguere videtur. *Deum Natalem* inf. videbimus lib. IV, 5, 19. Eum iam affore ſacris ait. H. *Venit Natalis.* Adventantem deum praeſagit Tibullus; itaque quae deo adventante facienda ſint, praecipit. Similiter Callimachus hymnum in Apollin. 1 — 25. orditur. — Denique, de Genio a Natali non diſtinguendo expoſitum in Obſſ. W.

3. *pia tura*) *pia*, quia diis cremantur pietatis teſtandae cauſſa. *odores*. v. ad I, 3, 7. vbi *Aſſyrii odores* memorantur.

4. *tener — Arabs*) h. mollis, effeminatus bonitate ſoli. v. Broukh. Scilicet, quod non omnes tenent, illo tempore praeter tus etiam aliae res odorae in ara adoleri ſolebant; ut croci flos, v. c. Ovid. Faſt. I, 76. cinnamomum et caſia — *quae diis per ſingulas micas dantur*, ait Plin. XII, 18. ſ. 41. nardi folia ac ſpicae etc. H. *tener* pro mollis. Sic apud Iuvenalem XII, 39. Maecenates teneri. De voce *mittit* conſule Heynium ad III, 2, 23. W.

Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas;
Illius puro deſtillent tempora nardo;
Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.
Adnuat et, Cerinthe, tibi, quodcunque rogabis.
En age, quid ceſſas? adnuet ille; roga.
Auguror, uxoris fidos optabis amores;
Iam reor hoc ipſos edidiciſſe deos;
Nec tibi malueris, totum quaecunque per orbem

Fortis

6. *Cui d.*) I. 7, 52. de Genio:

Et capite et collo mollia ſerta gerat. H.

Viſurus. Viſere de deo ad ſacra ſua veniente. Supr. I, 6, 22. de cultore numinis ad loca certa veniente ſacrorum gratia. Similiter *inviſere* Virgil. Aen. IV, 144. — Caeterum poeta, poſtquam dei adventum ſupra praeſagiverat, hic optat, ut adſit ornatus. W.

7. *puro — nardo*) *purum nardum* eſt tenue ac ſimplex, oleum nardinum, contra *unguentum* erat craſſum ac mixtum. v. Spanhem. ad Callim. in Apoll. v. 38. qui cum noſtro comparari poteſt:

Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια.

etiam in Hymno Homerico in Veſtam 3.

Αἰεὶ σῶν πλοκάμων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

deſtillare eſt guttas deorſum mittere. conf. I, 7, 51.

Illius e nitido ſtillent unguenta capillo:

etiam de Genio. At de Apolline III, 4, 28. Graphice autem deſcripta eſt religio alioqui perobſcura. Dum Genio ſacrum fit ture aliisque odoribus accenſis, et appoſitis libis et libato vino: Genii ſimulacrum, adoleſcentis ſpeciem referens, corollis ornatur, nardo aliisve unguentis delibutis capillis. Inſtitutum hoc forte eo, ut tanto magis epulis ille adeſſe ſuis videretur; quandoquidem conviviorum ille mos perpetuus erat, ut coronati eſſent et uncti convivae. Conf. ſup. lib. I, 7, 49. ſqq. Itaque libis etiam ſaturari et vino inebriari fingitur h. l. Genius.

11. *uxoris*) ſpe quidem et voto. vid. v. 17. 18. Et omnino puellae amatae eo nomine ſaepe appellantur.

12. *Iam reor h.*) quod tacite iam votum iſtud concepit. v. ad ſup. Eleg. 85. H. Quod votum diis notiſſimum, utpote iam ſaepius factum ad eosque latum. W.

Fortis arat valido ruſticus arva bove;
Nec tibi, gemmarum quidquid felicibus Indis
Naſcitur, Eoi qua maris unda rubet.
Vota cadunt. Utinam ut trepidantibus advolet alis,
Flavaque coniugio vincula portet Amor!
Vincula, quae maneant ſemper, dum tarda ſenectus
Inducat rug s, inficiatque comas.
Hac venias, Natalis, avi, prolemque miniſtres:
Ludat et ante tuos turba novella pedes.

ELEGIA III.

Rura meam, Cerinthe, tenent villaeque puellam:

Fer-

14. Verſus admodum ſcitae ſtructurae, ex indole Latini ſermonis, qui tales iuncturas variatae admittit, modo non ad faſtidium adhibitas. Contra ad noſtri ſermonis ingenium ratio iſta erit damnanda. Hactenus probabo iudicium Leſſingii.

15. 16. *felicibus Indis)* divitibus. et *Eoi qua maris unda rubet*, ſole oriente. H. *Gemmas* intelligam margaritas, ut ap. Propert. I, 14, 12. W.

17. *Vota cadunt*) rata ſunt. ut I, 6, 85. *Haec aliis maledicta cadant.* cf. h. l. Vulp. Praeclarum autem φάντασμα Amoris advolantis et vincula coniugalia apportantis. De tali vinculo iugali interpretatur vittam, quae ſaepe in Etruſcis vaſis occurrit, Paſſerius To. I. p. 32. p. 45. 58. et v. Index. H. *Vota cadunt.* De hac forma loquendi vid. not. ad I, 6, 85. — *Utinam* reſtituimus pro *Viden ut*, de qua re dictum in Obſſ. W.

18. *Flavaque coniugio vincula portet Amor)* *Coniugio* ſcil. legitimo. *Vincula* ſunt *flava*, quia is color, ut omnino laetitiae, ſic nuptiarum eſt. v. Ovid. X. Met. 1. conf. ad I, 7, 49.

21. *Hac — avi)* hoc augurio. v. Obſſ. *prolemque miniſtres.* Expectatum igitur et a Genio etiam hoc beneficium; quod tamen ſibi ipſi parandum eſt ab unoquoque. Verum a diis quoque agreſtibus feturam expectari vidimus. v. inf. II, 5, 91. 92.

22. *ante tuos — pedes)* non Cerinthi, ſed Natalis Genii. v. Obſſ.

Elegia III.

Amica rus abducta ruſticari et ipſe geſtit Tibullus, ſi vel

K opus

Ferreus eſt, eheu, quisquis in urbe manet.
Ipſa Venus laetos iam nunc migravit in agros,
Verbaque aratoris ruſtica diſcit Amor.
O ego quum dominam adſpicerem, quam fortiter illic
Verſarem valido pingue bidente ſolum!
Agricolaeque modo curvum ſectarer aratrum,
Dum ſubigunt ſteriles arva ſerenda boves;
Nec quererer, quum ſol graciles exureret artus,
Laederet aut teneras puſtula rupta manus.
Pavit et Admeti tauros formoſus Apollo;

Nec

opus ruſticum ſit faciendum, ſeque tuetur Apollinis exemplo. At v. 33. ad v. 60. diras imprecatur avaritiae ſaeculi ſui, et de puellae cupiditate conqueritur: inde a v. 61. et ipſi ruri mala precatus propter puellam in rus abductam. De ceteris v. Obſſ. Eſt prior Elegiae pars inter ſuaviſſima carmina.

v. 1. Imitatus eſt Statius V. Silv. 2, 1.

Rura meus Tyrrhena petit ſaltusque Tagetis
Criſpinus etc.

3. *laetos.* Refero epitheton ad amoenitatem agrorum. Muretus ſtatuit, agros dominae Tibulli praeſentia exhilarari. — Caeterum deos cum iis, quos fovent, venire et abire poetae fingere ſolent. vid. Tibull. II, 6, 2. 4. et ad Virg. Eclog. V, 35. W.

4. *Verbaque* —) Ovid. I. Pont. 8, 55.

Et diſcam, Getici quae norint verba iuvenci.

Suaviſſima autem haec facies Amoris: quae in gemmis quoque antiquis occurrit, ut vomerem ſeu raſtrum teneat, et in Moſchi poematio.

5. Comma poſt *ego* ſuſtuli. *Fortiter*, non ſuccumbens labori. W.

8. *ſteriles — boves*) i. teſticulis demeſſis, et, ſi feminae ſunt, vulva extracta. cf. Vulp.

9. *Nec quererer, quum*) Cic. Epiſt. IX, 14, 5: Gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam. *Quum* dicitur in talibus pro *quod*, latente quadam temporis ſignificatione. Mox *puſtula rupta*, ut cicatrix rupta dicitur. W.

11. *Admeti*) ad Pheras Theſſaliae, quem amabat, cuique ſe

Nec cithara, intonſae profueruntve comae.
Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis:
Quicquid erat medicae, vicerat, artis, Amor.
Tunc fiſcella levi detexta eſt vimine iunci,
Raraque per nexus eſt via facta ſero.
O quoties, illo vitulum geſtante per agros,
Dicitur occurrens erubuiſſe ſoror.

O quo-

ſe ſponte mancipabat. v. Broukh. qui adſcripſit auctorum loca, quibus haec fabula exponitur. Sed principes hi ſunt: Homer. Il. β, 763-7. Callimach. in Apoll. 47. ſqq. Ovid. Met. II, 680. ſq. ubi v. Intpp. etiam de ſede Admeti. Apollodor. I, 9, 15. Ceterum locum hunc noſtri ante oculos habuit Ovid. Epiſt. V, 151. Adde inf. III. 4, 67. ſqq. H. Imitatus eſt hujus loci verſus 17. 18. aperte Valer. Flacc. I, 447 — 449. ſed nonnulla mutavit, ut faciunt imitatores. — *Profuerunt*, nimirum ad animum Admeti ſibi conciliandum. cf. II, 4, 15. III, 8, 1. I, 8, 9. W.

12. *Nec cithara*) Similiter Ovid. X. Met. 170. ſqq. et Albinov. II, 79. Scilicet dicitur Admeti amore ſerviiſſe. Alii poëtae aliter fabulam tractarunt.

14. cf. Ovid. I. Met. 521. ſqq. et hinc alii poëtae ſaepe idem ſequuti ſunt. Praeivit forte omnibus Bion in fragm. X. in Hyacinthum.

15. *detexta eſt vimine iunci*) Virg. Ecl. 2, 71.

Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus,
Viminibus mollique paras detexere iunco?

v. Broukh. cf. Ovid. II. Met. 554. IV. Faſt. 435. Copa 17. (add. Virg. Eclog. X, 71. W.) *Fiſcellae* vero erant calathi in uſum cogendi lactis. Columella VII, 8, 3. Eas detexere otioſorum et erat et eſt paſtorum. cf. *Shaw* Travels p. 168. Suave autem in carmine hoc Tibulli illud, quod ad tam leves operas praeſtandas Amorem adduxiſſe deum narrat.

16. *Raraque p.*) Ovid. IV. Faſt. 770.

Dentque viam liquido vimina rara ſero.

17. *vitulum geſtante*) v. ſup. I, 1, 32.

Non agnamve ſinu pigeat foetumve capellae
Deſertum, oblita matre, referre domum.

Soror eſt Diana vel Luna. Expreſſit h. l. Valer. Fl. lib. I, 447. 8.

O quoties auſae, caneret cum valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boves.
Saepe duces trepidis petiere oracula rebus,
Venit et e templis irrita turba domum.
Saepe horrere ſacros doluit Latona capillos,
Quos admirata eſt ipſa noverca prius.
Quisquis inornatumque caput crinesque ſolutos
Adſpiceret, Phoebi quaereret ille comam.
Delos ubi nunc, Phoebe, tua eſt? ubi Delphica Pytho?
Nempe amor in parva te iubet eſſe caſa.
Felices olim, Veneri quum fertur aperte
Servire aeternos non puduiſſe deos!
Fabula nunc ille eſt; ſed cui ſua cura puella eſt,
Fabula

19. *valle ſub alta*) ita Latini pro *in valle.* v. Burman. ad Ovid. I. Met. 689.

21. *trepidis — rebus*) h. in magno periculo et diſcrimine. Saepe Livius.

22. *irrita t.*) pro adverbio poſitum. mox *noverca* eſt Iuno.

26. *Phoebi quaereret ille comam*) Notus nunc loquendi modus de re deſiderata, quae periit vel abeſt, poſt Broukh. ad h. l. Gronov. Obſſ. II, 11. et Burman. ad Ovid. II. Met. 239. cf. vulp. h. l. *ſolutos* autem dixit, cum alias in nodum eleganter collecti ſint, ut vel in Vaticano Apolline vides.

27. *Delphica Pytho*) eſt ipſa urbs Delphi, olim eo nomine appellata. cf. Broukh. et Vulp. et inprimis Callimach. in Apoll. 35. et Intpp. ad e. l. Suaviter autem mutata ſunt tempora. Debebat enim eſſe: *ubi tunc erat?* H. Cic. pr. Milone cap. 6.: Quid ergo tulit? Nempe ut quaereretur. W.

29. *Felices olim*) Ita abſolute in exclamatione. Ovid. Heroid. XIX, 3. add. Virg. Georg. II, 458. — *Veneri ſervire* eſt indulgere, ut voluptatibus ſervire dicitur a Salluſtio Catil. cap. 56. W.

31. *Fabula nunc ille eſt*) v. ſup. I, 4. 83. *ne turpis fabula fiam.* Horat. Epod. XI. *Heu me!* per

Fabula ſit, mavult, quam ſine amore deus.
At tu, quisquis is es, cui triſti fronte Cupido
Imperitat, noſtra ſint tua caſtra domo.
Ferrea non Venerem, ſed praedam ſaecula laudant;
Praeda tamen multis eſt operata malis.

Prae-

v. 33. *Sequitur haud dubie fragmentum alterius Carminis usque ad v. 60. Scaliger reiecit infra in El. 6. poſt v. 14. et continuat Elegiam hanc v. 61.* At tibi dura Ceres.

per urbem — Fabula quanta fui! ille h. qui aperte, palam, amori indulgeat, ib. *cui ſua cura puella eſt*) cui puella ſuus amor eſt. Animoſum autem amatorem vides. H. *Sed cui — eſt* pro ſed ſi cui eſt. — *Nunc* h. e. tempore mutato. W.

33. *At tu, quisquis is es*) Disſident haec prorſus a ſuperioribus ſententiis et numeris. Antea de puella in rus abducta, nunc de avara agitur et ab amatore divite abducta. Non itaque unius carminis partes eſſe potuere. Nemeſin nunc nomine apponit v. 51. *triſti fronte Cupido Imperitat*) non modo, cui puella dura et ſaeva eſt, ſed etiam, quod ſequentia docent, quem puella excluſit, divite amatore admiſſo, quique adeo amore parum ſecundo utitur: ut ſup. I, 6, 2.

Poſt tamen es miſero triſtis et aſper, Amor. H.

At tu, vid. ad I, 2, 87. et compara Ovid. Remed. 371. Signa lacunae ſuſtuli; de qua re vid. Obſſ. W.

34. *noſtra ſ.*) vide, ut aliter expreſſerit eandem rem I, 4, 77. 78.

35. *praedam*) h. l. latius patet, et eſt quodvis lucrum, opes, divitiae, quas quis quaerit: una cum ſignificatu cupiditatis, qua illae appetuntur. Nam avaritia eſt, de qua ſequentia praedicantur.

36. *Praeda tamen multis eſt operata malis*) *eſt operata* h. operari ſolet. *Operari malis* eſt mala committere, patrare, ut *ſacris operari* eſt ſacra facere, ſacris operam dare. Sever. in Aetn. 381.

— magnis operata rapinis
Flamma micat, latosque recens exundat in agros.

h. quae magnas fecit rapinas, dum multam materiam ſecum rapuit, abstulit. H. *Operari commodis* eſt apud Eumen. de reſtaur. ſchol. c. 4. W.

Praeda feras acies cinxit diſcordibus armis;
Hinc cruor, hinc caedes, mors propiorque venit;
Praeda vago iuſſit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubiis roſtra dedit ratibus.
Praedator cupit immenſos obſidere campos,
Ut multo innumeram iugere paſcat ovem;
Cui lapis externus curae eſt, urbique tumultus
Portatur validis mille columna iugis;

Clau-

37. Avaritia inſtigati homines ad bella et pugnas prolapſi ſunt. Ad v. 38. cf. I, 10, 3. 4. et I, 3, 49. 50.

39. *geminare pericula*) dum periculo ex mari additur periculum ab hoſte vel piratis et praelio navali. Similiter de telis venenatis Ovid. I. ex P. 2, 17.

Qui, mortis ſaevo geminent ut vulnere cauſſas,
Omnia vipereo ſpicula felle linunt.

40. *dubiis — ratibus*) h. fluctuantibus. vento et fluctibus iactatis. Ovid. I. Art. 558.

— coelo ſpectabile ſidus
Saepe reges dubiam Creſſa Corona ratem.

cf. II. Art. 514. II. ex P. 5, 62. III. Triſt. 2, 15. Male Statius explicabat, *utrinque roſtratis. roſtra* autem tantum erant in triremibus, in belli uſum inſtructis.

41. *Praedator*) h. l. avarus eſt. vide ad v. 35. Is agros ſaltusque coëmit, paſcuorum cauſſa.

43. *lapis externus*) marmor peregrinum, quod eleganter *urbi tumultus* dicitur, propterea quod, cum per vias portaretur mole ſua vicina aedificia, inprimis altiora, vehementer concuteret. Plin. Paneg. 51. *Itaque non, ut ante, immanium transvectione ſaxorum urbis tecta quatiuntur; ſtant ſecurae domus; nec iam templa nutantia.* Hinc ſatisdationes illae redemtorum pro cavenda aedium ruina, quoties ingentia ſaxa devectanda per vias eſſent. *cui*, ſc. praedatori, pro ei. H. *Urbique tumultus* recte explicat Forcellinius: columna terrorem et tumultum iniiciens, ne, vicis intrementibus, aedes ruant. Comparat ille Senecae epiſt. 90. et Iuvenal. ſat. 3. a verſ. 254. W.

44. *mille columna iugis*) iunge: *mille iugis:* eſt eadem ὑπερβολὴ ac modo *innumeram — ovem.* cf. Propert. III, 3, 27.

Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur.

mille columna, pro *columnae,* ut Vulpius vult, Latinum non eſt.

Claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hibernas piſcis adeſſe minas.
At tibi laeta trahant Samiae convivia teſtae,
Fictaque Cumana lubrica terra rota.
Heu, heu! divitibus video gaudere puellas;
Iam veniant praedae, ſi Venus optat opes;
Ut mea luxuria Nemeſis fluat, utque per urbem
Incedat donis conſpicienda meis.

Illa

45. *Claudit et i. moles mare*) Nota res de his piſcinis marinis, molibus in altum iactis, ne piſcium marinorum diverſi greges, ne mari quidem tempeſtuoſo, deeſſent, vel ex Hor. III. Od. 1, 33. II. Od. 15, 1. Locus claſſicus Varro de R. R. III, 17. Ex eo genere erat lacus Lucrinus: de quo in Portum Iulium converſo v. Virgil. Ge. II, 161. ſq. Mox *Negligat adeſſe minas*, quod ſollenne, contemnat minas, ſpernat, aut, negligat minas, nude. H. *Lentus*, animo nil commoto, de hominibus, cf. IV, 11, 6. et Ovid. Heroid. XIX, 81. W.

47. *At tibi*) ref. ad v. 33. n. tibi, qui militaturus es mecum in caſtris Cupidinis, praeda ex vulgari militia contemta. Ita olim cum Broukhuſ. et Vulpio parum ſcite. Immo vero puellam alloqui putandus eſt. Mox ſe ipſum admonet, fruſtra ſe hoc puellae perſuadere velle.

ib. *trahant Samiae convivia teſtae*) h. trahantur tibi convivia, celebres convivia vaſis fictilibus Samiis, frugalia quidem, ſed laeta.

48. *Fictaque Cumana lubrica terra rota*) *Rota* in re figlina. v. Horat. Art. v. 22. *Cumana vaſa* olim nobilia fuere. Plin. XXXV, 12. Conf. Broukhuſ. Sunt autem haec inter vaſa Campana, quae vulgo nunc Etruſcis accenſeri ſolent; cuius generis pleraque Hamiltoniana ſunt. Eſtque adeo hic locus inter ea, quae memoriam iſtorum vaſorum ſervarunt. H. De ratione loquendi vid. Stat. Sylv. IV, 9, 43: *Cumano patinas in orbe tortas.* Adde Horatium, qui pro vino *Caleno* I, 20, 9. praelo domitam Caleno uvam ſimiliter dixit. Modicam fortunam teſtabatur Campana ſupellex, ut locus Horat. Sat. I, 6, 118. docet. W.

51. *Ut mea luxuria Nemeſis fluat*) *fluere*, *diffluere* de mollitie et luxu. v. Propert. II, 22, 26. Terent. Heaut. V, 1, 72.

52. *Incedat*) ornatius quam *ſit*. notum eſt, ineſſe huic verbo notionem faſtus. v. Broukh. h. l.

Illa gerat veſtes tenues, quas femina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.
Illi ſint comites fuſci, quos India torret,
Solis et admotis inficit ignis equis.

Illi

h. l. cf. Propert. III, 11, 11. H. *Conſpicienda donis.* cf. Horat. Epiſt. II, 3, 37: ſpectandum nigris oculis nigroque capillo. W.

54. *auratas diſpoſuitque vias*) Salmaſius in epiſt. Sarrav. 139. de veſte reticulato opere contexta intelligebat, ut fila aurea reticulatim vel ſcutatim intexta *viae* ſint: cf. eund. ad Inſcript. Herodis Attici p. 271. Broukhuſius de veſte virgata, h. virgis ſive ductibus aureis variegata. Sed ſimpliciter *vias* de ſubtemine accipio, quod aurum erat quomodocunque intertextum ſtaminibus alterius coloris. Ita et de loco Virgil. IV. Aen. 264. et XI, 75. ſentiendum:

— *et tenui telas discreverat auro.*

Quod ad *veſtes Coas* attinet, tenuitate infames, haec tenenda: fuiſſe eas bombycinas, ex vermibus ſui generis in Co inſula confici ac texi ſolitas; alias ex Aſſyria importatas, eiusdem cum ſerico materiae, vermium ſeu eorundem, quos noſtrates alunt, ſeu ſimilium lanuginem; diverſi tamen paratus ac pretii, fortaſſe et mollitudinis, ſubtilitatis, ac levitatis. Loc. claſſ. Plin. XI, 23. ſ. 27. VI, 17. ſ. 20. ubi v. Harduin. contra Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 226. ſqq.

55. *comites fuſci*) Eſt hic locus notandus de mancipiis ex Aethiopia iam tum Romae inter feminarum luxus inſtrumenta referri ſolitis. Antiquior auctoritas eſt Terentii Eun. I, 2, 85. *Nonne ubi dixti, cupere te ex Aethiopia ancillulam, relictis rebus omnibus quaeſivi?* Nigritam quoque videbis obſervatam in Moreto v. 32. ſq. H. De India vid. Heyn. ad Virgil. Georg. II, 116. et H. Voſſium in Notis ad eundem locum. W.

56. *Solis et admotis inficit ignis equis*) cum Theodectis carmine comparat Caſaubonus ad Strabon. XIII. p. 1019. et h. l. Scaliger:

Ἧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
Σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
Εἰς σώματ᾽ ἀνδρῶν, καὶ συνέστρεψεν κόμας,
Μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός.

Solem ait imbuere corpora nigrore. At *μορφὰς πυρὸς* vix explices, et ineſt ultimis ſtribligo; ſed de ſenſu conſtat: cauſſa criſpae comae eſt idem Sol, qui radiis ſuis, omne incrementum tollentibus, contabefacit,

Illi ſelectos certent praebere colores,
Africa puniceum, purpureumque Tyros.
Nota loquor; regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.
At tibi, dura Ceres, Nemeſim quae abducis ab urbe,
Per-

v. 61. *Iterum hic ad argumentum prioris carminis redit poëta, poteſtque adeo illi ſubtexi, ut Scaliger fecit: cui hi verſus ſunt 33. et ſic porro, ſubiecti illis:* Fabula nunc ille eſt.

befacit, adeoque impedit, quominus promittatur coma. cf. Tibull. inf. IV, 2, 19. Propert. III, 11, 16. IV, 3, 10. ubi v. Broukh. Senec. Thyeſt. 603. Scilicet notum nunc in vulgus eſt, Indorum nomine latiſſime uſos veteres in Aſiae auſtralis et Africae orientalis populis deſignandis; eosdem porro fuſcum colorem a nimio ſole repetiiſſe mirum non eſt.

58. *Puniceum colorem* a cocco repetunt viri docti; eſt certe color vegetus et exuberans, ut apud Gellium eſt, et fulgens; et Africae coccum a Plinio recitari conſtat lib. XXII. ſ. 3. Fuit tamen Africana quoque purpura, floridi et illa ruboris.

59. *Nota loquor*) ſc. cum dico, puellas gaudere divitibus amatoribus. H. Vid. Obſſ. W.

ib. *regnum ipſe tenet*) Praefertur a puella dives libertus, olim inter mancipia peregre adductus et venditus. — *regnum tenet* amator, qui praefertur aemulis. v. ſup. I, 9, 80. et ibi Obſſ.

60. *Barbara gypſatos ferre cataſta pedes*) *Cataſta* erat locus, tabulatum, ſive pegma, ubi venales exponebantur empturis. v. quos laudat h. l. Broukhuſius. *Barbara*, quia in ea ſervi, natione barbari, exhibebantur: ut Statius II. Silv. I, 72. *barbaricam — cataſtam* dixit. *Gypſati pedes* dicuntur, quia venalium ſervorum trans mare advectorum pedes creta vel gypſo ſignabantur. Plin. XXXV, 17, ſ. 58. cf. Propert. IV, 5, 51. et ibi Broukh. Ovid. I. Am. 8, 64. *Saepe coëgit*, ſaepius redhibitus propter vitioſitatem, inquit Scaliger; vel ſimpliciter, quia ſaepe dominum mutavit. Praeclare autem huc facit fragmentum Anacreontis ad h. l. a Scaligero laudatum: eſt illud quaerendum ap. Athenaeum XII. p. 533. F. H. Signa lacunae poſt verſum 60. ſuſtuli, quia omnia apte cohaerere mihi videntur. Poeta divitem illum rure puella ſua frui cogitans, ad mala agris imprecanda animi impetu abripitur. Adde Obſſ. W.

61. Nunc puellam in rus abductam

Perſolvat nulla ſemina terra fide.
Et tu, Bacche tener, iucundae conſitor uvae,
Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus.
Haud impune licet formoſas triſtibus agris
Abdere; non tanti ſunt tua muſta, pater.
O valeant fruges, ne ſint modo rure puellae;
Glans alat, et priſco more bibantur aquae.
Glans aluit veteres, et paſſim ſemper amarunt;
Quid nocuit ſulcos non habuiſſe ſatos?
Tum, quibus adſpirabat Amor, praebebet aperte

Mitis

ductam indignatus amator omne rus, rurisque opes et amoenitates, periiſſe mallet.

62. *nulla — fide*) v. inf. ad El. 6, 22. Meſſis vero tempore ruſticatum abiiſſe puella putanda eſt, ſi Ceres eam abduxit. Forte tamen hoc argutius expoſitum, quam neceſſe eſt. Ceres ſimpliciter pro ruri poni putanda: haud dubie doctius ac venuſtius, quam ſi ipſum rus, ipſum agrum alloqueretur eique diras faceret. Ruſticatum abierat puella a viro abducta.

64. *devotos — lacus*) diris defixos, ut vina corrumpantur. H. *Iucundae conſitor uvae*, ut genialis conſitor uvae apud Ovidium Metamorph. IV, 14. Porro *Et tu — tu quoque* ſimile ei quod legitur apud Virgil. Aen. I, 78. W.

65. *triſtibus agris*) ingratis, qui triſtitiam afferunt amatori, quia puellam ab eo abſentem retinent.

67. Superiores imprecationes nimis atroces fortaſſe ſunt; at haec, quae ſequitur, lepore non caret: etſi et in his locum habet id quod ſupra legebamus: *Iuraſſet cupide quicquid ineptus amans.*

68. *Priſco more.* Haec verba, ſi ſententiam conſideraveris accurate, non minus ad *bibantur aquae* quam ad *glans alat* pertinere videbis. Fecit igitur poeta quod ſaepius Veteres fecerunt; in altero demum membro poſuit, quod ad utrumque membrum pertinet. W.

69. *paſſim ſemper amarunt*) h. promiſcue. v. Douſa Praecid. c. 7. et Broukh. h. l.

71. *adſpirabat Amor*) propitius erat. ut II, 1, 80. *afflat Amor*, ubi vide Notam. H. Erat illis temporibus *concubitus vagus*, ut Horatius ait Epiſt. II, 2, 398. W.

Mitis in umbroſa gaudia valle Venus.
Nullus erat cuſtos, nulla excluſura dolentes
Ianua: ſi fas eſt, mos precor ille redi.
* * * *
Horrida villoſa corpora veſte tegant.
Nunc ſi clauſa mea eſt, ſi copia rara videndi,
Heu miſerum! laxam quid iuvat eſſe togam?
Ducite, ad imperium dominae ſulcabimus agros,
Non ego me vinclis verberibusque nego.

ELEGIA IV.

Hic mihi ſervitium video, dominamque paratam.
Iam

vſſ. 75-78. *Scaliger reiecit in lib. I. El.* 8. (*ipſi* 9.) *poſt v.* 66. *Hoc ſaltem defendam: v.* 77. 78. *alienum locum hic occupare. Sed probabilius eſt totum fragmentum ex alio carmine adhaeſiſſe.*

73. *Dolentes*, vid. I, 8, 73. ſupra. Mox verſ. 75. quaedam ad ſententiam perficiendam neceſſaria librarii culpa exciderunt. W.

76. *Horrida v.*) cf. Propert. III, 11, 35. in loco a v. inde 15. cum hoc comparando.

77. *Clauſa*, ut Propert. I, 8, 24:

Dicite quo portu clauſa puella mea eſt. W.

78. *in laxa — eſſe toga*) toga laxa, h. laxo ſinu, erat delicatorum. Eadem ſententia ap. Ovid. Epiſt. XV, 77. 78. H. Vulgatam lectionem reſtitui, et mutavi interpunctionem, ut iungeretur: quid iuvat (me) miſerum, togam eſſe laxam. *Me* in tali contextu ſaepe omiſſum, ut II, 6, 17. II, 6, 45. Add. I, 2. 3. W.

80. *Non ego m.*) v. I, 6, 37. 38. Dicit adeo ſe ſervi loco opus velle facere, amica, puto, opus exigente.

Elegia IV.

Nemeſis amore devinctus, cum ea munera poſtularet, de eius avaritia acerbe conqueritur, deos hominesque accuſat, diras facit puellae; conſtituit tamen miſer vel paternis bonis venditis extundere munera, quibus illam expugnet. Terſa et nitida eſt oratio, et commode ſen-

Iam mihi libertas illa paterna, vale.
Servitium ſed triſte datur, teneorque catenis,
Et nunquam miſero vincla remittit Amor.
Et ſeu quid merui, ſeu quid peccavimus, urit;
Uror, io, remove, ſaeva puella, faces.
O ego ne poſſem tales ſentire dolores,
Quam mallem in gelidis montibus eſſe lapis,
Stare vel inſanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vaſti tunderet unda maris!
Nunc

ſententiis interſperſa; inprimis autem affectus varietate ac diſſidentis ſecum amatoris aeſtu aeſtimanda eſt.

1. Cum (vulgari uſu Amor cum ſervitute comparetur: poëta amoris aerumnas per ſervitutis mala et miſerias declaravit.

3. *Servitium ſ. triſte*) Propert. I, 5, 19.

Tum grave ſervitium noſtrae cogere puellae
Diſcere.

Servitium vero pro ſervitute, ut II, 1, 41. v. Broukh. et Vulp. H. Amant veteres *ſervitium* hoc dicere. vid. Ovid. d. Art. Am. 3, v. 486. et d. Amor. I, 2, 18. Caeterum Fronto apud Putſch. p. 2200. ſcribit: *Servitus* eſt ſub domino; ſervi patientia *ſervitium* facit. — *Paratam*, h. e. cui tradar. Pertinet hoc etiam ad *ſervitium*, et comma delendum eſt. — Comparat autem poeta fortunam ſuam cum ſorte ſervi male habiti miſera; hinc dicit, *teneorque catenis*, hinc pergit: *et nunquam vincla remittit Amor*, quippe qui adiuvet puellam cruciatibus poetam graviſſimis afficientem. W.

4. *nunquam vincla remittit*) h. perpetuo urget, premit. II, 1, 79.

Ah miſeri, quos hic graviter deus urget!

De v. 5. videndae Obſſ.

6. *faces*) ſunt h. l. cruciatus ſervilis inſtrumentum. v. ad I, 9, 21. *poſſim ſentire* mox pro ſentiam, ut toties Tibullus. H. *Remove faces.* Miſerere mei, exaudi me; ſed continuat imaginem verſ. anteced. inchoatam, et dicit: remove faces, quibus tu et iſte tuus ſocius Amor me vexatis. — Ad verſum ſequentem comparabis Tibull. III, 4, 82:

Ah! ego ne poſſim tanta videre mala. W.

10. *Naufraga — unda*) quae cauſſa eſt naufragiis. Sic Ovidius fretum Siculum *navifragum* dixit

Nunc et amara dies, et noctis amarior umbra eſt;
  Omnia iam triſti tempora felle madent.
Nec proſunt elegi, nec carminis auctor, Apollo;
  Illa cava pretium flagitat usque manu.
Ite procul Musae, ſi nil prodeſtis amanti;
  Non ego vos, ut ſint bella canenda, colo,
Nec refero Solisque vias, et qualis, ubi orbem
  Complevit, verſis Luna recurrat equis;
Ad dominam faciles aditus per carmina quaero.
  Ite procul, Muſae, ſi nihil iſta valent.
At mihi per caedem et facinus ſunt dona paranda,
  Ne iaceam clauſam flebilis ante domum;
Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis:

Sed

dixit XIV. Met. 6. cf. Vulp. H. *Naufraga tempeſtas* hab. Valer. Flacc. I, 584. *naufraga* Syrtis Sil. Ital. 17, 635. — *Inſanis*, ut Virgil. Ecl. 9, 43: *inſani fluctus*. W.

12. *tempora felle madent*) haec ſunt amara tempora. *Madere* e re infectoria de iis, quae imbuta, illita ſunt, adeoque plena. cf. Broukh. Ovid. II. Am. 520.

Quae patimur, multo ſpicula felle madent.

13. Senſus: nec deus Apollo, cuius praeſidio utpote carminis auctoris fruor, mihi amorem puellae comparat. Poetae ſunt ſub tutela Apollinis. W.

14. *cava — manu*) graphice. v. Sueton. Veſpaſ. c. 23.

17. Sic ſolent poëtae, ubi graviora carminum argumenta commemorare volunt, naturam rerum, ſiderum curſus, excitare: v. c. Propert. III, 5, 25. ſqq. (3, 47. ſqq.) Virgil. Ge. II, 475. ſqq.

19. *faciles aditus*) Sic Virgilius Aen. IV, 423: *molles aditus* dixit.

21. Cum neque carmina mollia, quibus adierat Nemeſin, quidquam profeciſſent, neque ipſe dolores amplius tolerare poſſet, quovis facinore vel ſacrilegio dona, quibus illa capiatur, parare apud animum ſuum conſtituit. W.

23. *ſuſpenſa ſacris inſignia fanis*) docte reddidit ἀγάλματα. *inſignia* pro ornamentis. Loquitur autem de donariis. *Venus*

Sed Venus ante alios eſt violanda mihi;
Illa malum facinus ſuadet, dominamque rapacem
Dat mihi; ſacrilegas ſentiat illa manus.
O pereat, quicunque legit viridesque zmaragdos,
Et niveam Tyrio murice tinguit ovem!
Hic dat avaritiae cauſſas, et Coa, puellis,
Veſtis, et a rubro lucida concha mari.
Haec fecere malas; hinc clavim ianua ſenſit,
Et coepit cuſtos liminis eſſe canis.

Sed

nus Veneris fana: haec primo loco ſacrilego auſu diripienda ſibi eſſe ait. H. *Aut rapiam*; apte mutavit orationis ſtructuram, quum verſ. 21. dixiſſet, *paranda ſunt.* W.

27. *O pereat, q.*) cf. Propert. II, 24, 27. I, 17, 13. Anacr. Carm. 46. v. 8. Color orationis qui ſup. I, 1, 51. ſq. H. Conſilii, quod modo profeſſus erat, impietate tanta eius commovetur ira, ut avaritiae puellarum auctores exſecretur. — *Ovem,* h. e. lanam. Sic Sophocl. Trach. 696. *ὄϊς* pro *μαλλός*: *Τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως Τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριον.* W.

29. *Hic dat avaritiae cauſſas, et Coa, p.*) Iunge: Hic, n. qui legit ſmaragdos, et lanam purpura tingit, et praeterea veſtis Coa et margaritae dant cauſſas avaritiae puellis. Ita fere iam Statius et Vulpius. cf. Propert. III, 11, 1. ſqq. H. *et Coa veſtis et concha.* Non inſolitus hic mos apud Veteres, alia breviter adiungendi. cf. Thucyd. I, 41. *καὶ ἡ εὐεργεσία* ſeq.; nec praetermittendus Horatius Od. I, 12, 39. ſeq. Dixerat Tibullus, cur devoveat eum, *quicunque legit* ſeq.; nunc adiungit res, quibus eadem culpa, quaeque eadem exſecratione dignae ſint. W.

30. *concha*) bacca, quae eſt in concha, unio. v. Burm. ad Ovid. III. Art. 124. et inf. IV, 2, 19.

31. *malas*) h. avaras, rapaces, periuras. cf. inf. v. 45. H. Comparandus eſt Iuven. XIV, 187:

peregrina ignotaque nobis
Ad ſcelus atque nefas, quaecunque eſt, purpura ducit. W.

ib. *hinc clavem i.*) h. peſſulum. v. ſup. I, 6, 34. Senſus vero: hinc coepere puellae fores occluſas et cuſtodiam habere, ut amatores, qui admitti volebant, auro emungerent. Docent hoc ſeqq.

Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt;
Nec prohibent claves, et canis ipſe tacet.
Heu, quicunque dedit formam caeleſtis avarae,
Quale bonum multis addidit ille malis!
Hinc fletus rixaeque ſonant; haec denique cauſſa
Fecit, ut infamis hic deus eſſet Amor.
At tibi, quae pretio victos excludis amantes,
Diripiant partas ventus et ignis opes.
Quin tua tunc iuvenes ſpectent incendia laeti,
Nec quisquam flammae ſedulus addat aquam.
Seu veniet tibi mors, nec erit, qui lugeat, ullus,
Nec qui det moeſtas munus in exſequias.
At bona quae, nec avara, fuit, centum licet annos
Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.

Atque

38. *ut infamis hic d.*) vt male audiret hic deus, Amor, quippe qui, puellarum avaritia, iuvenes bonis exuat et perdat. Color autem orationis fere ut I, 3, 47. ſq. I, 10, 3. ſq. II, 5, 38. H. *Hic.* Vid. Obſſ. W.

41. Poſtquam exſecratus erat poeta avaritiae puellarum auctores et pulchritudinem queſtus erat avaris datam, nunc diras precatur ei quae habendi amore teneatur. W.

42. *addat aquam*) doctius, quam afferat, apportet. H. *Spectent*, ut θεᾶσθαι eſt apud Graecos cum voluptate ſpectare. W.

44. *moeſtas munus in exequias*) n. ex more iniiciendi pretioſiſſima quaeque, ſaltem unguenta et odores, in rogum. Haec proprie erant *munera.* Virgil. XI. Aen. 198. cf. Broukh. Sunt tamen et ipſae *inferiae* pro munere. *Exequias* dixit ut *funus*, ſeu pro rogo, ſeu pro cinere ac tumulo. Et hoc, puto, melius ſtatuas. H. *Exſequiae* eſt pompa funeris. *In exſequias* eſt ad funus curandum. Amantium erat funus curare. cf. Terent. And. I, 1, 81.

45. *At bona quae, nec avara, fuit*) *bona* opponitur rapaci, avarae. cf. inf. El. 6, 44. Horat. IV. Od. I, 1. v. Broukh. Sic *mala* ſupra v. 31. pro avara. H. *Flebitur ante rogum.* cf. Catull. 39, 4. Differt locus III, 2, 12. W.

Atque aliquis ſenior, veteres veneratus amores,
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo,
Et, bene, discedens dicet, placideque quieſcas,
Terraque ſecurae ſit ſuper oſſa levis!
Vera quidem moneo; ſed proſunt quid mihi vera?
Illius eſt nobis lege colendus amor.
Quin etiam ſedes iubeat ſi vendere avitas,
Ite ſub imperium ſub titulumque Lares.
Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid et herbarum Theſſala terra gerit,
Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hip-

48. *Annua c.*) ex vulgari more coronas imponendi tumulo ſeu monumento. conf. Kirchman. de Fun. Rom. IV, 3.

50. *ſuper oſſa ſecurae*) pro vulgari *oſſa tua.* H. Vid. Not. ad I, 4, 60. Iocatur Martialis VI, 52, 5. 6. W.

52. *Illius — lege*) conditionibus ab ipſa praeſcriptis, n. ut pecuniam afferam.

54. *Ite ſub imperium, ſub titulumqae, Lares*) ſub titulum eunt aedes, quae proſcribuntur, h. publice propoſita tabula venales declarantur. v. Salmaſ. de M. U. c. 15. et h. l. Vulp. conf. Ovid. Rem. 302. Sed quid ſit *ſub imperium ire,* nemo interpretum dixit. Nempe is, qui bona, in quorum poſſeſſionem miſſus eſt, vendit, qui magiſtratus auctoritate auctionem habet, is *dominus* vocatur, ut ſaepe apud Ciceronem. vid. Orat. pro Quinct. c. 5. et ibi Graev. cf. c. 15. et ibi Hotoman. itaque ei *imperium* tribuitur. v. Gronou. Obſſ. II, 6. conf. Salmaſ. l. l. H. Lacunae ſigna poſt verſ. 54. delevi. Vid. de h. loc. Obſſ. W.

55-60. Omnia ſe ſubiturum eſſe ait, etiam graviſſima quaeque, modo Nemeſin ſibi propitiam reddere poſſit. Hoc extulit: ſe vel omne venenorum genus epoturum eſſe. cf. Obſſ. H. *Habet.* Falſum dices hunc uſum praeſentis; nam praeſenti hiſtorico nullus hic locus eſt Comparavi Virg. Aen. I, 316. ubi vid. Not. Fortaſſe haec obverſabatur ſententia Tibullo: Quidquid veneni Circe vel Medea habent ſecundum poetas; quidquid veneni habere videmus Circen vel Medeam apud poetas. W.

57. *gregibus Venus afflat amores*) *gregibus* h. equis. *afflat* h. libi-

Hippomanes cupidae ſtillat ab inguine equae,
Si modo me placido videat Nemeſis mea vultu,
Mille alias herbas miſceat illa, bibam.

ELEGIA V.

Phoebe fave, novus ingreditur tua templa ſacerdos;

Huc

libidine exſtimulat. v. II, 1, 80. cf. Barth. ad Stat. V. Theb. 194.

58. *Hippomanes*) humor ex equae, ubi Veneris ſtimulis incaluit, locis eliquatus; v. Virgil. Ge. III, 280 - 3. ibique Notas; quo in veneficiis et philtris utebatur anicularum ſuperſtitio. H. *Miſceat* pr. admiſceat illis ad potionem paratis. Ita miſcent Virg. Georg. III, 449. W.

60. *bibam*) n. ſuccum herbarum, quas miſcuit.

Elegia V.

M. Valerio Corvino Meſſalae duo erant filii, alter Marcus, qui Conſul fuit cum L. Cornelio Lentulo V. C. 750. et Proconſul Dalmatas vicit; alter Lucius, datus in adoptionem genti Aureliae, et dictus L. Aurelius Cotta Meſſalinus Voluſus, *fratre ei cognomen ſuum relinquente*, ut Velleius ait II, 112. Alteri eorum (nam inane eſt contendere cum Broukhuſio et Ayrmanno in Vit. Tib. n. 61. vel Pighio Annal. T. III. ad a. 758. uter fuerit) gratulatur Tibullus, quod in collegium Quindecimvirorum ſacris faciundis et inſpiciundis libris Sibyllinis cooptatus fuerat. Primum Apollinem invocat, ut ſacris huius diei ſollennibus adſit; deberi eius beneficio Sibyllina carmina. Narrat inde praeclarum Sibyllae oraculum, quo ea ſub Aeneae a capta Troia diſceſſum fatalem eius acceſſum ad Italiam, novam urbem, Albam Longam, inde Romam condendam, orbemque terrarum ſub eius imperium ceſſurum praedixit. Pergit hinc v. 62. ad librorum Sibyllinorum argumentum. Cum ex iis peterentur prodigiorum procurationes, de ipſis prodigiis multa in iis tradita eſſe debuere. Repetit igitur poëta prodigia ſub illa tempora viſa; habetque in votis, ut ea porro abolita et ſublata ſint; contra memorat meliora omina ex lauro in ara accenſa, et exponit bona, quae inde ſint conſequutura, inque his bonam meſſem, vindemiam, ac feturam pecudis, fecundaque matrimonia: inde feſtos dies ab agreſtibus hilariter peragendos (v. 95.) inque iis luſus

 ſus

Huc, age, cum cithara carminibusque veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc, precor, ad laudes flectere verba meas.
Ipſe, triumphali devinctus tempora lauro,
Dum cumulant aras, ad tua ſacra veni;

Sed

ſus amatorios; inter quos ſui ipſius amoris parum ſecundi meminit: facit tandem vota pro Meſſalino eiusque patre, M. Meſſala. Eſt autem paullo maioris ſpiritus hoc carmen, in priore ſaltem parte, quo illud ad vaticinium adeo aſſurgit. Solet autem talis locus grandiorem orationem ornatumque exquiſitiorem admittere; eſtque adeo, id quod paſſim ad Virgilium monuimus, inter poëtarum artificia, res geſtas in vaticinium futurorum eventorum convertere.

His puto rationibus ab initio expoſitis, factisque ſuis in locis parentheſibus, diſtinctisque a primario argumento episodiis effectum eſſe, ut carmen, per ſe ſatis obſcurum, lucis foeneretur quantum ſatis ſit. Conf. inf. ad v. 39.

1. *novus — ſacerdos*) erat enim inter ſacerdotia etiam hoc Quindecimvirorum libris Sibyllinis adeundis. *tua templa*, intellige templum Apollinis Palatini, ab Auguſto exſtructum cum porticu illa magnifica, de qua Propert. lib. II, 31, (23) pr. In illo Apollinis ſignum ex marmore lyra canentis (ibid. v. 15.), qualem habitum Tibullus h. l. exprimit; et ſub eius baſi in binis forulis libri Sibyllini, qui ab Auguſto, delectu habito, probati erant, conditi. Sueton. c. 31.

4. *ad laudes flectere verba meas*) h. cantum modulari ad carmen meum. Videtur hoc a choro ductum, cui incedenti ad numeros praeit choragus, et, cantum exorſus, cum voce tum cithara chorum moderatur. Tractum hoc ad Apollinem, qui poëtae cantum moderatur modo voce modo cithara, qua tacta numeros modosque iuſtos eum docet, quibus utendum ſit. Nunc poëta Meſſalinum ſacerdotium auſpicantem carmine eſt celebraturus; rogat, ut praeeat Apollo partim lyra impulſa, partim voce, ad quam ipſe poëta modos ſuos accommodet. V. Obſſ. 5. repetendum memoria, quod Apollinis ſigna plura ſunt capite laureato.

5. *Ipſe* vim ſuam habet, ſi quidem adeſt deus rite eum vocantibus. Tibull. IV, 2, 2.: *Spectatam e coelo, ſi ſapis, ipſe veni.* W.

6. *Dum cumulant aras*) n. ſeu ture in ara cumulato, ſeu proficiis

Sed nitidus pulcherque veni; nunc indue veſtem
Sepoſitam; longas nunc bene pecte comas:
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Iovi.
Tu procul eventura vides, tibi debitus augur
Scit

ſiciis arae impoſitis. Virg. XI. Aen. 50.

— *cumulatque altaria donis.*

7. *nitidus*) h. l. ad univerſum cultum refertur. (*Galli proprement mis.*) Horat. III. Od. 24, 20.

— *nitido fidit adultero.*

Ita Broukhuſius. Sed et *nitor* corporis eſt, ſimpliciter pro pulcritudine. H. *Nitidus pulcherque* de ornatu accipiendum eſſe docet ſenſus. Ornatum deos pro diebus feſtis et ſolemnibus mutare, credidit antiquitas, et ſignum habitum eſt faventis et placati dei, cuius honori dies celebrabatur, ſi bene ornâtus intereſſet. cf. II, 2, 6. et Catull. 61, 6 — 10. W.

8. *veſtem Sepoſitam*) n. ad dies feſtos: *quae ſemel toto veſtis ſumitur anno*, ut Ovid. V. Triſt. 5, 7. int. vero pallam. v. III, 4, 35. et omnino is citharoedorum habitus, ut vel ex Herodoti I. libro de Arione conſtat. Quo minus haec ex noſtris illa moribus aeſtimanti inepte dicta videantur, recordandum eſt, partim ſolere ad deos referri ea, quae homines agunt ac faciunt, atque etiam ornatum in ſollenni ſacro; partim in feſtorum ſollennibus ſigna deorum comta et ornata fuiſſe.

9. 10. Paullo exquiſitior fabula. Fuit haud dubie in laudibus Iovis argumentum frequens tractatum. Tribuuntur autem laudes Iovis cantui Phoebi et Muſarum. Unde Horatius: *Scimus, ut impios Titanas* etc. Carm. III, 4, 42. ad Camenas; Senecam Agam. 331. iam alii laudarunt; ad Phoebum:

Licet et chorda graviore ſones,
Quale canebas, cum Titanas
Fulmine victos videre dii.

Videntur eo referri poſſe gemmae nonnullae, quarum ſcalptura Apollinem refert cithara canentem, appoſita Victoriola in columella; etſi etiam victoriam in certamine muſico declarare ea poteſt.

11. *Tu p.*) Apollo vates, augur. cf. III, 4, 47. 48. Attingit autem in his diverſa vaticinandi genera: augurium, oracula, aruſpicinam, et libros Sibyllinos. Compara ſimilem locum de laudibus Apollinis

Scit bene, quid fati provida cantet avis;
Tuque regis ſortes, per te praeſentit haruſpex,
Lubrica ſignavit cum deus exta notis;
Te duce Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quae ſenis fata canit pedibus.
Phoebe, ſacras Meſſalinum ſine tangere chartas
Vatis, et ipſe, precor, quid canat illa, doce.
Haec dedit Aeneae ſortes, poſtquam ille parentem
Dici-

apud Statium I. Theb. 696-705. ſqq. *tibi debitus augur:* cuius ars tibi eſt debita. *Sortes* v. 13. de oraculo accipio; ut toties, et paullo poſt v. 19. non cum Broukh. de ſortibus proprie dictis, ut ſup. I, 3, 11. quae plebis ſuperſtitio eſſet nimis tenuis inter has laudes publicas. Niſi ſortes Praeneſtinas huc voces.

15. *Sibylla*) n. Cumaea. v. Virg. Aen. VI, 9. ſqq. 69. ſqq.

16. *Abdita quae*) manifeſtum hinc hexametris libros Sibyllinos exaratos fuiſſe: ſaltem eos, qui tum habebantur, ſubſtituti antiquioribus in bello Sullano cum Capitolio crematis; de quibus omnino nihil certi conſtitit inter Romanos.

18. *et ipſe — doce*) quandoquidem vaticinia nemo facile interpretari poteſt, niſi qui et ipſe mentem habeat, quae deum recipere, afflatuque divino concitari poſſit. Neque aliter res ſe habet in ſacris Iudaeorum vatibus legendis, quorum interpretes non alia de cauſſa habemus tam paucos tolerabiles.

19. ſqq. Novum hoc, quod hic a Tibullo commemoratum videmus: Aeneae ab Ilio conflagrato ſolventi, (nam hoc credere iubent v. 21. 22.) Sibyllam hanc, quae librorum Sibyllinorum auctor habita, futura praedixiſſe. Non ſine vetere aliqua auctoritate hoc proditum eſſe, iam olim ad Virgil. Exc. V. ad Aeneid. lib. VI. ſuſpicatus ſum ex eo, quod apud Dionyſ. I, 55. narratio antiqua eſt de Sibylla Erythraea ab Aenea conventa, antequam ex Troade diſcederet, quae monuerat, ut verſus occidentem navigaret, usque dum menſas comeſturus eſſet. Videtur autem antiquiſſima alicuius vatis feminae memoria fuiſſe, cui varia vaticinia tribuerent, etiam ii, qui res Troianas poſt Homerum verſibus conderent. Appellant eam alii *Erythraeam*, ab Erythris, Ioniae urbe, alii *Cumanam;* et hanc quidem modo Cyma Aeolidis

Dicitur et raptos ſuſtinuiſſe Lares.
Nec fore credebat Romam, cum moeſtus ab alto Ilion

lidis oriundam, modo Cumis Italiae vaticinatam tradunt; alterum hoc plerique ſequuntur. Nulla in his fides certa, quam ſequi liceat, nec ulla ſcriptoris alicuius auctoritas ſatis gravis. Confundi quoque *Cumen* (*Κύμην* Aeolidis) et *Cumas*, notatum eſt, inprimis a Salmaſio ad Solin. p. 52. ſq. Videtur tamen Erythraea antiquioris eſſe auctoritatis; (v. Strabo XIV. p. 984. C.) altera, Cumana, a Romanis potiſſimum ſcriptoribus eſſe celebrata. Mihi ſic ſtatuenti fidem facit Varro ap. Lactant. I, 6. et Pauſan. X, 12. quae ſunt claſſica loca de Sibyllis. Ut autem Sibyllae Erythraeae nomen tandem in Sibyllam Cumanam tranſiret, ſaltem utraque confunderetur et pro una eademque haberetur, factum eſt forte propterea, quod Cumae in Italia, a Chalcidenſibus Euboeae conditae, tamen ex opinione aliorum novos ex Cuma Aeolidis colonos ſeu accepere, ſeu accepiſſe creditae ſunt; v. Scymnus Chius in Perieg. 237-9. Strabo V. p. 372. B. Cum igitur in Italia non minus Sibyllae alicuius priſcae vatis memoria circumferretur, Cumana illa et Erythraea pro eadem a nonnullis haberi coepit, tanquam quae ex Aeolide ad Italiam acceſſiſſet. Eodem ducit locus de Admir. Ariſtoteli tribui ſolitis §. 90. (c. 97.). Ita tribus verbis componi poſſunt altercationes virorum doctorum ſuper his Sibyllis; v. inprimis Salmaſ. ad Solin. l. c. qui perturbate de his egit, uti et in ceteris Sibyllis mirum eſt eos, qui de iis egere, omnia et ſingula ad hiſtoricam veritatem adducere voluiſſe, cum hoc unum teneri et poſſit et debeat: fuiſſe multis in locis vetera vaticinia, quae ad vatem aliquam obſcuri nominis ac famae referrentur; eae vates Sibyllarum adeo nominibus eſſe declaratas, diverſa utique ſuſpicione, probabilitate ac ratione, pro cuiusque ingenio ſeu doctrina; ita quoque, cum fama acceptum eſſet, libros Sibyllinos a Sibylla aliqua ad Tarquinium fuiſſe perlatos, cum, quae illa fuiſſet, quaeſitum eſſet, Cumana fuiſſe credita eſt; cum autem tempora nimium quantum diſcreparent, longaevitate Sibyllae memorata dubitationi occurri poſſe viſum eſt. Tenendum hoc etiam inf. ad vſſ. 67. ſqq.

20. *Lares*) Nota Lares manifeſte h. l. pro Penatibus poſitos.

21. *Nec fore credebant Romam*) ſuaviter, nihil tale cogitabat; nondum norat, Romam aliquando fore, quae Troiae deſiderium eximeret. H. Non ſupplenda hic fuit particula *poſt-*

Ilion ardentes respiceretque deos:
(Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia, consorti non habitanda Remo.

Sed

postquam, quare interpunctionem post *Lares* mutavi. Est sententia adiecta et annexa more apud veteres scriptores non infrequente. Simul transitum sibi parat poeta ad sequentem digressionem, ad Heynio parenthesios signis inclusam. Reliqui haec signa nec improbo, modo teneas, nihil hic esse plane abruptum, sed alterum ex altero apte nexum. W.

22. *ardentes — deos*) deorum templa. v. Passerat. ad Propert. II, 5, 28. Sellius Obss. c. 15. et h. l. Broukh. Valet autem hic loquendi modus ad ἐνάργειαν. H. De locutione confer praeterea Virgil. Aen. II, 311. Adde similia loca Iuven. Sat. 3, 201. et Callimach. Hymn. in Del. 180. ubi verum non viderunt interpretes. Caeterum *ardentes dii* aliis in locis *statuae deorum* dici possunt, quandoquidem recte *deus* pro *effigie dei* usurpatur; ut apud Virgilium Aen. XI, 200. *ardentes socii* non tecta sunt sociorum ardentia, sed corpora. W.

23. *R. aeternae nondum formaverat urbis Moenia*) *Aeterna urbs* solenni nomine Roma vocatur. v. Dousa Praecid. c. 8. Broukh. et Vulp. h. l. *formare* est proprie describere et delineare aedificium, antequam excitatur. Unde formae aedificiorum. v. Scaliger. Lect. Auson. c. 4. Sed h. l. simpliciter accipiendum, condere, exstruere. Nam nimis argute interpretantur Broukh. et Vulp. de eo, quod Romulus futurae urbis speciem atque imaginem animo, tanquam in aliqua membrana, praeformaverit; aeque ac si quis illa Callimachi ita exigeret, H. in Apoll. 55.

Φοίβῳ δ᾽ ἑσπόμενοι πόλιας
διεμετρήσαντο.

Placent autem sibi plures poëtae in comparatione hac inter veterem locorum situm et futuram Romae magnificentiam instituendam; nec quicquam ad mirabilem rerum speciem effingendam opportunius. Vide principem poëtam, Aen. VIII, 337. sqq. Propert. IV. Eleg. I. Ovid. Fast. I, 509. sqq. Carmentae oraculum. Atque haec loca comparent inter se, suadeo, generosioris indolis adolescentes, nec tamen, ut verba tantum inter se et formulas comparent, verum ut rerum varietate alant et excitent mentem; nec enim aliter εὐφαντασίωτος fieri aliquis potest.

24. *consorti — Remo*) de fratre dixit, regni socio, ut Ovid. XI. Met. 347. XIII. Met. 663.

Sed tunc paſcebant herboſa Palatia vaccae,
Et ſtabant humiles in Iovis arce caſae.
Lacte madens illic ſuberat Pan ilicis umbrae,
Et facta agreſti lignea falce Pales;
Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum,
Garrula ſilveſtri fiſtula ſacra deo,
Fiſtula, cui ſemper decreſcit arundinis ordo,
Et calamus cera iungitur usque minor.
At qua Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulſa per unda linter aqua.

Illa

25. *Palatia*) montem Palatinum. Quae mox v. 26. de Capitolio meminit, ornatiora dedit Virgil. Aen. VIII, 347. ſqq. H. *Profugas boves* et *caſas* memorat Propert. IV, 1, 4. De conſtructione, *vaccae paſcebant Palatia*, vid. ſupr. ad II, 3, 42. W.

27. *Lacte madens*) I, 1, 36.

Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem.

Suaviſſimus autem hic locus ſimplicitatis ſpecie.

28. *facta — falce*) Culex 85.

Illi falce deus colitur, non arte politus.

falx autem pro ferro, ſecuri, cultro, ut alibi quoque. H. Pani ilicem fuiſſe ſacram docet H. Voſſius ad Virg. Eclog. VII. p. 361. W.

29. *Pendebatque*) tanquam donarium, ex voto: v. Virgil. Ecl. 7, 24. cf. Broukh. qui etiam de *fiſtula* ſeptem cannis inaequalibus compacta multa congeſſit. *vagus* paſtor: v. ad I, 3, 39. *Silveſtris deus:* haud dubie Silvanus: etſi et de Pane accipi poſſit; ſed is praeceſſerat. H. *Silveſtri deo* h. e. diis ſilveſtribus. Deus collectivum, ut I, 10, 19. II, 1, 9. II, 5, 95. Vid. Heynium ad I, 1, 14. — *Fiſtula* dicata ab iis etiam, qui artem canendi abiurabant. cf. Virg. Eclog. VII, 21. W.

33. *Velabri regio*) erat planities inter Capitolinum, Palatinum et Aventinum, in quam olim Tiberis exundare ſolebat, antequam cloacae ſubſtructae ſtagnantibus aquis et paludibus exitum fecerant. (vid. Luc. Fauni de Antiquit. Urb. Rom. III. c. 7. p. 252. Tom. I. Sallengre N. Th. A. R. W.) Saepe hoc poëtae attingunt, v. c. Propert. IV, 9, 5. IV, 2, 7. 8. et inprimis Ovid. Faſt. VI, 401. ſqq. In ſeqq. autem 35 - 37. iterum agnoſco Tibulli ingenium etiam in epicis ad ſimpliciora

Illa ſaepe gregis ditis placitura magiſtro
  Ad iuvenem feſta vecta puella die eſt,
Cum qua fecundi redierunt munera ruris,
  Caſeus et niveae candidus agnus ovis.)
Impiger Aenea, volitantis frater Amoris,
  Troïa qui profugis ſacra vehis ratibus,
Iam tibi Laurentes adſignat Iupiter agros;
  Iam vocat errantes hoſpita terra Lares.

Illic

42. *Poſt hunc verſum interpoſuit Scaliger diſtichon inf. v.* 61. 62.

ciora et humiliora proclive. *Ad iuvenem*, puta ad ludos ac ſollennia ruſtica celebranda inter paſtores. H. De verſ. 34. *pulſa aqua* cf. Catull. 64, 58. : *iuvenis pellit vada remis.* — Deinde verba *ad iuvenem* intelligenda de ipſo illo, magiſtro gregis; *feſtam* autem *diem* dicemus eſſe v. c. natalem amati iuvenis, in quam rem comparabis Virgil. Eclog. III, 76. — Verſ. 37. *munera ruris.* Handius pag. 67. comparat Catull. 64, 280. *ſilveſtria dona.* W.

35. *gregis ditis*) dicitur ita, qui et numeroſus eſt, et nova quotannis foetura ſuppletur. v. Broukh. Si tamen dictum velis, ut *aurum dives* ſup. I, 10, 7. III, 3, 11. *ager dives* Virg. Aen. VII, 262. erit *grex* propterea *dives*, quia facit divitem, inprimis quod iſto tempore divites cenſebantur ex copioſis gregibus.

38. Finita hic eſt digreſſio. Similem digreſſionem, quamquam lyricam, vide Horat. Od. l. IV. c. 6. v. 5. ſeq. W.

39. Poſitis his a v. 23. ad 38. in parentheſi, ſubiici nunc puta ipſum vaticinium Sibyllae, in quod praeclare res geſtas et in annalibus narratas mutavit et transtulit. cf. Exc. XIV. ad lib. VI. Aeneidis. Simili artificio in hac re uſus Ovid. in l. c. Faſt. I, 509. ſqq. ubi ex Carmentae vaticinio eadem fata Romae exponuntur. *frater Amoris*) ex matre, Venere. cf. Aen. I, 667. Totus locus eſt inter ſplendidiſſimos, et memorabilis etiam ex hoc, quod in elegia occurrit, quodque novo ac proprio aliquo modo eſt tractatus.

40. *Troïa — ſacra*) ſunt ipſi Dii, ſive Deorum ſimulacra. v. Aen. II, 717. conf. Exc. IX. ad Aen. II.

42. *Iam vocat — terra Lares*) *Vocare* nos terra, urbs dicitur, ſeu, qua libenter et benigne excipimur, ſeu quae gratam et iucundam ſedem oſtendit. alias *invitare.*

Illic ſanctus eris, quum te veneranda Numici
Unda Deum caelo miſerit Indigetem.
Ecce ſuper feſſas volitat Victoria puppes;
Tandem ad Troianos diva ſuperba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia caſtris;

Iam

invitare. H. *Laurentes agros*; proprie locutus eſt poeta, cf. Heyn. ad Virg. Aen. VII, 63. — De *hoſpita terra* Mitſcherl. ad Horat. Od. II, 3, 10. poſteriorem Heynii probat ſententiam. W.

43. *Illic ſanctus eris, quum te veneranda Numici Unda Deum caelo miſerit Indigetem*) *Sanctus* h. divus. v. Broukh. ad II, 7, 13. (6, 31.). Aeneas ſive in ipſo flumine, ſive in praelio iuxta eum periiſſe et ad deos abiiſſe ferebatur. v. Liv. I, 2. Numicius autem eum *miſiſſe caelo*, ad caelum, *deum* dicitur, ſeu, quia, quicquid mortale in Aenea erat, eo flumine ablutum fuerat. v. Ovid. XIV. Met. 600 ſqq. ſeu ſimpliciter, quia is, qui illo amne merſus fuerat, inter heroes ſeu deos indigetes fuit relatus. De *Indigete* res nota ex Liv. I, 2. apud Dionyſ. Hal. I, 64. eſt ϑεὸς χϑόνιος πατήρ. v. Virg. Aen. XII, 794. ſq. *Veneranda* unda dicta, ut omnino fluvii *ſancti*, quia ipſis numen ineſſe credebant. H. Apte poeta ſubiunxit antecedenti verſui ſententiam, *ubi pro deo coleris.* — Caeterum ſpectat hanc narrationem Arnobius adv. Gent. libr. I. p. 12.: „*Ediſſertate, quinam ſint hi dii,* „*qui a nobis Chriſtum coli ſuam* „*credant ad iniuriam pertinere;* „*indigetes illi, qui flumen repunt* „*et in alveis Numici cum ranis* „*et piſculis degunt?*" Ubi vid. Elmenh. p. 19. et 20. de diis indigetibus. W.

45. *feſſas — puppes*) longa navigatione. v. Heinſ. ad Virg. Ge. I, 303. *Volitat* vero *Victoria*, nam alatam eſſe deam, notum; eaque volitans occurrit multis in numis Siciliae et Italiae; etiam ſuper prora navis in numis gentis Memmiae et Terentiae. Alias ea eſt *gradiens* aut *in trigis vecta;* ſi ad navalem victoriam ſpectat, *prorae navis inſiſtit.* Placet autem, quod volitantem Victoriam nobis repraeſentat pro victoria a Troianis in praelio cum Latinis facto reportata.

46. *Tandem ad T.*) ad Troianos ab Achivis toties victos. Ovid. XIV. Met. 572.

— tandemque Venus victricia nati
Arma videt.

47. *Ecce mihi lucent*) Ergo neceſſe eſt, fuiſſe inter veteres de Troianorum rebus in Italia

fabulas

Iam tibi praedico, barbare Turne, necem.
Ante oculos Laurens caſtrum, murusque LavinI eſt,
Albaque ab Aſcanio condita Longa duce.
Te quoque iam video, Marti placitura ſacerdos,
Ilia,

fabulas etiam aliquam narrationem de caſtris Turni ab Aenea captis et incenſis, etſi a Virgilio praeteritam. Nam Laurentum ab Aenea oppugnatum vix huc trahi poteſt, etſi unus in Aen. XII, 596. verſus eo revocari poſſit:

Regina ut tectis venientem proſpicit hoſtem,
Inceſſi muros, ignis ad tecta volare.

Sed res ibi ad terrorem aucta, ex eo, quod metui poterat. H. Tibullus videri poteſt reſpexiſſe ad incendium, quo Turnus claſſem Troianorum exurere parabat, de quo Virgil. Aen. IX, 69. ſeq. *Incendia* igitur pro facibus, ut Virgil. Aen. IX, 71. Ovid. Met. XIV, 539. *Caſtris* pr. in caſtris. Quam apte quidem deinde Turnus caeſus memoretur, facile apparet. W.

48. *barbare Turne) Barbarum* eſſe h. l. Italum, Latinum, ut interdum apud Plautum, poſt Statium ſtatuunt Broukh. et Vulp. Apud iſtum tamen alia res eſt, cum Graecanicae ſint iſtae fabulae, et Graeci inducantur loquentes. Ego intelligo crudelem, ferocem, ſaevum, audacem, ut ſaepe Virgilio audit. Ita et in Ovid. XIV. Met. 574. *barbarum ignem* accipere malim, quam cum Interpretibus tot difficultates movere.

49. *Laurens caſtrum*) ſedes regia Latini, quae modo caſtrum, modo *arx Laurens*, ut Aen. VIII, 1. modo *urbs*, ut Aen. VII, 862. nomine communi *Laurentum* appellatur. v. Serv. ad e. l. Vulpius oppidum ab Aenea eſcenſu in Latio facto munitum intelligebat, ut eſſet *Caſtrum*, de quo Virgilius Aen. VII, 158. 159. loquitur, *Troia* vero nomine dictum; quod etſi firmare poſſim alio Virgilii exemplo, qui libr. X, 635. eandem Novam Troiam *Laurentia Caſtra* appellavit; non tamen accedendum puto: quandoquidem celebrius nomen eſt alterum oppidum, Latini regia. Vide de his locis Exc. III. ad lib. VII. Aen. H. Ioan. Henr. Voſſius ad hunc locum ſcribit, *Laurens caſtrum* eſſe *Laurentia caſtra* Virgilii, Aen. X, 635. neque recte intelligi urbem Laurentum. Laurens caſtrum honeſtiore vocabulo *urbem* recte dici potuiſſe a Virgil. Aen. IX, 8.; ſed minus apte Tibullum *urbem* dicturum fuiſſe caſtrum. W.

eod. *murusque LavinI eſt*) *Lavinium* in honorem Laviniae, coniugis, ab Aenea conditum.

Ilia, Veſtales deſeruiſſe focos;
Concubitusque tuos furtim, vittasque iacentes,
Et cupidi ad ripas arma relicta dei.
Carpite nunc, tauri, de ſeptem montibus herbas,
Dum licet; hic magnae iam locus urbis erit.
Roma, tuum nomen terris fatale regendis,
Qua ſua de caelo proſpicit arva Ceres,
Quaque patent ortus, et qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.

Troia

53. *Concubitus — furtim*) h. furtim peractos, furtivos. H. Vid. Obſſ. W.

eod. *vittasque iacentes*) Vittas, virginitatis inſigne, abiectas. v. Ovid. III. Am. 6, 56. ubi Anio ad Iliam:

Quo cultus abiere tui? quid ſola vagaris?
Vitta nec evinctas impedit alba comas?

etiam ibi Burmannus vittam Iliae abfuiſſe narrat, quia vitiara erat. Sed hoc forte argutum magis quam verum: non enim ea, cui virginitas erepta eſt, ſtatim illud reminiſcitur, aut, ſi reminiſcitur, id curat, ut vittas virginitatis inſigne de capite tollat. Ilia porro vittam gerebat tanquam Virgo Veſtalis. Verum vittae defluere debebant puellae reluctanti et vim a deo inferendam depellenti. Suave nec minus illud, quod Mars discedens arma de humo tollere obliviſcitur.

57. *Roma, tuum nomen terris fatale regendis*) Nomen *Romanum* eſt populus Romanus, v. c. Ovid. I. Met. 201. imperium Romanum. Sed hic *tuum nomen* dictum pro *tu*. *Fatale* h. a fatis deſtinata es, ut orbis terrarum imperium teneas.

58. *Qua ſua d.*) h. qua orbis habitabilis eſt; verbis Horatii: *qua ſol habitabiles illuſtrat oras.* H. Ex alto Ceres arva ſua adſpectare et in univerſum dii ſuperiores res ſibi creditas inſpicere cogitantur. Ita I, 6, 83. verba de Venere acceperim. Vide de Iove Virg. Aen. I, 223. ſeq. W.

60. *amnis*) int. oceanus terram ambiens. Iterum ſic inf. III, 4, 18. Sic Homero ποταμὸς (adiecto tamen ποταμὸς Ὠκεανός, ut Od. λ, 638. μ, 1.) v. Douſa Not. c. 7. Broukh. h. l. *Oceani amnes* dixit Maro IV, Ge. 234.

Troia quidem tum ſe mirabitur, et ſibi dicet
 Vos bene tam longa conſuluiſſe via.
Vera cano; ſic usque ſacras innoxia laurus
 Veſcar, et aeternum ſit mihi virginitas.
Haec cecinit vates, et te ſibi, Phoebe, vocavit,
 Iactavit fuſas et caput ante comas.
Quidquid Amalthea, quidquid Mermeſſia dixit;
Hero-

v. 61. 62. ſupra collocarat Scaliger poſt v. 42. nullo cum fructu.

61. *Troia q. tum ſe mirabitur*) n. cum ex ſuis ruinis h. e. ex iis qui excidio ſuperſtites erant, tantam urbem ſurgere videbit.

62. *Vos b.*) o Aenea, et comites fugae. Propert. IV, 1, 39.
Huc melius profugos miſiſti,
Troia, Penates.

63. *ſic usque ſacras innoxia laurus Veſcar*) *Sic* h. l. in aſſeveratione; paullo aliter ac I, 4, 1. et inf. II, 5, 121. Vates lauri folia manducabant, quae futuri praeſenſionem afferre credebantur. v. Spanhem. ad Callim. in Del. 94. (Translatum hoc Iuven. VII, 19. W.) *Veſci* h. l. cum quarto caſu, ut paſſim. v. Broukh. *Innoxia* h. l. paſſive, cui non nocetur, ut ap. Lucan. IX, 892. et ſic *innocuus*, v. c. ap. Virg. X. Aen. 302. Furor enim iſte, cum numine Dei afflaretur vates, noxius et fatalis ne eſſet, verendum erat.

64. *aeternum ſit mihi virginitas*) nam perpetuam eam retinuit Sibylla Cumaea. v. Ovid. XIV. Met. 129. ſqq. Quandoquidem enim deo conſecratae videri poterant ſacerdotes ac vates feminae, non poterant mortalium contactu pollui.

66. *Iactavit f. et caput*) more vaticinantium, omniumque fanaticorum, iactavit caput; pro hoc dixit: i. comas, fuſas ante caput. Sic de Carmenta Ovid. Faſt. I, 503. *Utque erat*, immiſſis *puppim ſtetit ante* capillis. H. Recte Heynius crines fuſos vaticinantium eſſe notavit. Iidem et *ſparſi* dicuntur, de quibus Huſchke in Analect. Crit. p. 81. ſuo more docte diſputavit. Ad noſtrum locum cf. inprimis Valer. Flacc. I, 208. et Catull. 64, 506. Caput iacere de *percitis furore* eſt ap. Catull. 63, 23. W.

67. *Quidquid* etc.) Exciderunt hic nonnulla, quibus poëta ad argumenta librorum Sibyllinorum exponenda progrediebatur: inque iis prodigia et oſtenta, quae bellorum civilium tempore multis hominum ſermonibus ferebantur. Haec igitur

Herophile Phoebo grataque quod monuit;
Quasque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes
Portarit, ſicco pertuleritque ſinu:

Hae

tur et cuncta prodigia, quae praedixerant reliquae Sibyllae: *haec fuerint olim.* Ita iungenda puto, ut vſſ. 71-79. ἐν παρενθέσει ſint. *Mermeſſia* dicta a Mermeſſo, vico in monte Ida; alias *Helleſpontica* appellatur, v. Lactant. I, 6, 12. apud Steph. Byzant. autem in *Μέρμησσος* Erythraea. H. Lacunae ſigna delenda curavi. Plenus deo poeta ſpernit ſententias, quales alias diverſis rebus nectendis interponi ſolent, ſtatimque ad alia procedit, quibus librorum Sibyllinorum dignitatem commendet. Expoſito oraculo Aeneae dato quaeque cecinerit Sibylla de futura urbis imperiique Romani magnitudine, nunc ad mala venit, quae ominibus certiſſimis hi libri fatales procenderint. W.

68. *Herophile Phoebo grataque quod monuit*) nam fuit Apollinis Sminthei ſacerdos. *Monere* non minus quam *admonere* de vaticiniis, ominibus etc. dici notum. v. Cic. de N. D. II, 66. cf. Broukh. ad I, 7, 56. Diſtinguuntur autem inter ſe h. l. plures Sibyllae, tanquam diverſae, quae ab aliis paſſim confundi ſolent: v. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 53. ſqq. et, ſi tanti eſt, Olear. de poëtriis graecis p. 127. nec potuit facile in his rebus, quae vulgi ſuperſtitionibus inter ſe diverſiſſimis continebantur, explorati aliquid ac certi unquam tradi; et inanis eſſet opera, ſi quis haec ad liquidum perducere vellet.

69. 70. Etſi lectio diſtichi dubia eſt, teneri tamen poteſt hoc, fuiſſe veterem aliquam nunc parum notam narrationem de Sibylla aliqua, quae vaticiniorum librum per medium flumen portaverit et ab aqua intactum volumen ſervaverit. Servaverat rei memoriam ſignum deae Tibure in fano ad Anienem conſtitutum, manu librum tenens, quod in Anienis gurgite inventum ferebatur: ut ap. Lactant. I, 6, 12. legitur; qui ſimulacri habitus et fatum forte fabulae originem et cauſſam fecerat. H. Verba *Quidquid Amalthea — ſinu* intelligenda ſunt de libris Sibyllinis, quibus contineri ſtatuit poeta plurium Sibyllarum collecta oracula. Egit nuper de his libris B. G. Niebuhrius in Hiſtor. Roman. Part. I. p. 309. ſeq., qui collectionem fuiſſe ſuſpicatur praedictionum et oraculorum hexametris graecis ſcriptorum, atque adeo in eo quod apud Livium XXXVIII, 45. legitur, Herophiles Erythraeae vel alius cuiusdam Sibyllae effatum ſibi deprehendere

viſus

Hae fore dixerunt, belli mala ſigna, cometen,
  Multus ut in terras deplueretque lapis.
Atque tubas atque arma ferunt crepitantia caelo
  Audita et lucos praecinuiſſe fugam.

Ipſum

viſus eſt Lydorum regibus olim datum. Caeterum puncto poſt *ſinu* ſublato locum melius diſtinxi. De reliquis vid. Obſſ. W.

71. *Hae fore dixerunt* —) Iunge: *Hae dixerunt fore cometen, et ut multus lapis deplueret; quae ſunt belli mala ſigna.* v. de hac iunctura Bentl. ad Horat. I. Od. 1. Sunt autem, quod tenendum eſt, inter vatum praedictiones etiam prodigia aliquando futura cum declaratione, quid per ea dii monituri ſint, et cum expoſitione procurationum, quibus malorum minae averti poſſent. Similis locus eſt in Ciceronis verſſ. de Div. I, 12.

Atque ea, quae lapſu tandem cecidere vetuſto,
Haec fore, perpetuis ſignis clariſque frequentans,
Ipſe deum genitor caelo terriſque canebat.

Reſpicit autem Tibullus haud dubie prodigia et portenta, quibus belli civilis terrores per genus humanum illa aetate circumlati fuerant; duobus maxime temporibus: primum sub initium belli inter Caeſarem et Pompeium geſti, v. Dio XLI, 14. et duo ampliſſima poëtarum loca, Lucani I, 524. ſqq. et Petronii c. 122. ſqq.; tum ſub Caeſaris necem; loc. claſſ. ſunt Virgil. Ge. I, 466. ſqq. et Ovid. Met. XV, 782. ſqq. quae loca conferant inter ſe poëticam copiam ſitientes, coniuncto Ciceronis diſerto loco de portentis ſub a. V. C. 689. viſis, et altero anno poſt a ſe Conſule expiatis: de Div. I, 10. ſqq. H. *Deplueretque lapis.* Imbres ſaxei dicti. vid. Elmenh. ad Arnob. adverſ. Gent. p. 5. — *Ut* — *que.* cf. I, 6, 54. I, 4, 2. et vid. Obſſ. ad I, 10, 51. W.

73. Nunc ἐμφατικῶς vaticinia Sibyllae ab eventu ſuo memorat: *atque etiam ferunt* etc. quando debebat pergere: eas praedixiſſe plura alia portenta: armorum tubarumque ſtrepitum in caelo etc. H. *Caelo audita* iunges, ut Ovid. Metamorph. XV, 784.: *Audítaque cornua caelo.* Ita etiam apud Virgil. Georg. I, 375.: *altis montibus audiri fragor.* W.

74. *lucos praecinuiſſe fugam*) h. vocem ex luco redditam. Virg. Ge. I, 476.

Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentis
Ingens.

Lucan. I, 569.

Tum

Ipſum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos,
Et ſimulacra deum lacrimas fudiſſe tepentes,
Fataque vocales praemonuiſſe boves.
Haec fuerint olim. Sed tu iam mitis, Apollo,
Prodigia indomitis merge ſub aequoribus,

Et

Tum fragor armorum, magnae-que per avia voces Auditae nemorum, et venientes cominus umbrae. Praeivit Romanis poëtis in his prodigiorum generibus Apollon. IV, 1280-1288. loco valde luculento, quem Intpp. Statius, Broukh. Vulp., qui multa congeſſerunt, non meminerunt. H. *Praecinuiſſe* etiam ad *tubas* et *arma* pertinet; cf. Ovid. Met. XV, 783-785. Quare commata moleſta ſuſtuli. W.

75. *ſolem defectum lumine*) Reſpicit Tibullus *prodigioſum et longiorem ſolis defectum*, *qui fuit Iulio Caeſare occiſo*, *totius pene anni pallore continuo*, ut Plinius teſtatur II, 30. Plutarch. Caeſ. extr. Dio XL, 7. cf. Virg. Ge. I, 466. ſq. Douſa Not. c. 5. Scaliger de Emendat. temp. L. V. p. 441. H. Verum ſolis defectum eo anno fuiſſe, teſtatur Sammlung aſtronom. Tafeln, Berl. T. II. p. 122. W.

76. *annus nubilus vidit*, quia *totius pene anni pallore continuo* fuit is ſolis defectus.

77. Etiam Lucan. l. c. I, 556. *Indigetes fleviſſe deos — Tum pecudum faciles humana ad murmura linguae.* et Ovid. Met. XV, 792. *Mille locis lacrimavit ebur* etc.

78. *Vocales*, h. e. quae humana voce loquerentur. cf. Propert. II, 25, 37. add. Ovid. Met. XIII, 716. W.

80. *Prodigia indomitis merge ſub aequoribus*) non modo monſtroſi partus, expiationis cauſſa, in mare proiiciebantur, de quo v. Broukh. et Vulp. ſed et quaecunque prodigia aut portenta aboleri poterant. Ita Apollinis ſimulacrum, quod per tres dies fleverat, paullo ante mortem Scipionis Africani minoris, conciſum et in mare proiectum (καταποντωθὲν) memorat Dio Exc. Peireſc. n. 98. Conf. Auguſtin. C. D. III, 11. iam a Vulpio laudatum. Conſtabat ſaltem ſibi in hoc ſuperſtitio, ſi eae res mala portendebant, ut eas e medio tollerent: ſublata cauſſa videri potuit ſublatus effectus. H. *Medioque ſub aequore merſit*, Virg. Aen. VI, 342. W.

Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis;
Omine quo felix et ſacer annus erit.
Laurus, io, bona ſigna dedit, gaudete, coloni;
Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.
Oblitus et muſto feriet pede ruſticus uvas,
Dolia dum magni deficiantque lacus.
At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Concinet; a ſtabulis tunc procul eſte lupi.
Ille levis ſtipulae ſolennes potus acervos
Accendet, flammas tranſilietque ſacras.

Et

81. *Et ſuccenſa ſ.*) Non in promtu eſt ex ipſis verbis intelligere, fueritne aliqua propria huic Quindecimvirali ſacro religio haec, ut lauro incenſa ſuper ara auſpicium inde caperent; an ad vulgarem et privatam hominum ſuperſtitionem hoc pertineat. H. De uſu lauri in ſacris vid. Interpp. ad Virg. Eclog. VIII, 82. W.

82. *ſacer annus*) fauſtus, felix, feſtus.

84. *Distendet ſ.*) elegans loquendi forma de magna copia, quae *distendere* et *rumpere* dicitur penum ſeu horreum aliumve locum, quo ſervatur. vid. Obſſ.

87. *Palilia*) celebrabantur XIII. Kal. Maias. v. Ovid. IV. Faſt. 721. ſqq. Vina horna iam tum apponebantur in menſis veteris Italiae. *Concinet:* pro celebrabit; forte cum reſpectu carminum paſtoritiorum: v. II. El. 1, 51. ſqq.

88. *a ſtabulis tunc procul eſte lupi*) num quia laetitiae dediti minus curam habebant pecoris? an potius: quia etiam ad lupos arcendos iſta ſollennitas agebatur. vid. Ovid. l. l. 765. in precibus Pali deae factis:

Neve minus multo redigam, quam mane fuerunt;
Neve gemam referens vellera rapta lupo.

Videntur quoque ovium greges tum primum in paſcua dimittere e ſtabulis paſtores per Italiam. cf. Calpurn. Ecl. 5, 24. ſq. Certe admiſſurae tempus vernum tum erat, ut ex Varr. R. R. VII, 3, 11. conſtat.

90. *tranſiliet*) v. Ovid. Faſt. IV, 781. et Propert. IV, 4, 75. 76. H. Morem paullo diverſum vid. apud Virgil. Aen. XI, 787. At huc verba Perſii Sat. I, 72. *fumoſa Palilia foeno,* pertinent. W.

Et fetus matrona dabit, natusque parenti
  Oſcula comprenſis auribus eripiet.
Nec taedebit avum parvo advigilare nepoti,
  Balbaque cum puero dicere verba ſenem.
Tunc operata deo pubes discumbet in herba,
  Arboris antiquae qua levis umbra cadit,
Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertis

Vin

91. 92. Palilibus pro felici ovium fetu vota faciebant: v. Ovid. l. c. IV, 771. 2. et Dionyſ. Halic. I, 88.; at hic memorabile eſt, quod etiam ex iſtius diei religione exſpectatur laetus puerorum proventus. Suaviter autem ea res narrata 91 - 94. Porro *Et fetus m. dabit:* appoſita tanquam effectus iſtius luſtrationis pro vulgari modo: ut fetus matrona det. H. Nos puncto poſt *ſacras* poſito ſeiunximus verſſ. 91. 92. ab antecedentibus, ſecuti H. Voſſium. Caeterum *dare liberos* proprie de parentibus dicitur, qui liberos procreant; Catull. 61, 212. Ibidem v. 66. domus dare liberos dicitur, quae augetur liberis. W.

92. *Oſcula* —) Decet elegiam moris ſimplicitas. v. Obſſ. H. Compara Virgil. Georg. II, 523. W.

94. *Balbaque cum puero dicere verba ſenem*) Broukhuſius in eo laborat, ut doceat, non eſſe balbutire h. l. ſed blaeſam linguam habere, quod nobis *liſpeln.* Quin potius omnino corruptam, ſed amabilem puerorum, *dimidiata verba tentantium, loquelam, ipſo offenſantis linguae fragmine dulciorem,* ut Minucii c. 2. verbis utar, intelligi malim.

95. *operata deo*) v. ad II, 1, 9. Ceterum exponitur hic hilaritas illa ruſtica feſtaeque dapes, de quibus ſup. ad II, 1, 21 - 24. vidimus. Simile prorſus feſtum, re divina facta Annae Perennae, comparare iubeo ap. Ovid. III. Faſt. 523 - 540.

97. *ſertis Vincta*) Scaliger intelligit *ſertas* h. funiculos, σχοινία. Sed cur obſcuram hanc vocem h. l. inferciamus, cauſſa idonea nulla eſt: ſerta ſunt rami ac frondes cum floribus ac foliis, quae ad viminum et iuncorum morem pro vinculis eſſe poſſunt. Occurrunt huiusmodi umbracula, de quibus iam dicta ſunt plura ſup. ad II, 1, 24., paſſim in antiquitatis monumentis, v. c. Pictur. Herculan. To. III. p. 59. In vaſis Etruſcis et Campanis (vide v. c.

 Monum.

Vincta, coronatus ſtabit et ante calix.
At ſibi quisque dapes et feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibusque torum.
Ingeret hic potus iuvenis maledicta puellae,
Poſtmodo quae votis irrita facta velit.
Nam ferus ille ſuae plorabit ſobrius idem,
Et ſe iurabit mente fuiſſe mala.
Pace tua, pereantque arcus, pereantque ſagittae,
Phoebe, modo in terris erret inermis Amor;
Ars bona: ſed poſtquam ſumſit ſibi tela Cupido,
Heu, heu, quam multis ars dedit illa malum!
Et mihi praecipue, iaceo cum ſaucius annum,
Et

Monum. ined. Winkelm. tab. 200.) et in gemmis, quae Faunos et Bacchos exhibent, nihil his pergulis et hypampelis frequentius. In ipſa illa nobili gemma, quae Michaelis Angeli annulus vulgo dicitur, talem pergulam videre licet. E pellibus factum umbraculum dabunt Admiranda Rom. n. 44.

101. *Ingeret hic* caet.) Luſus quoque amoris in artes, quae paci debentur, referri vides, ut I, 10, 53. ſeq. Idem canit Propert. III, 3, 23. W.

104. *mente fuiſſe mala*) h. ſe inſanum, vecordem fuiſſe, ut contra *bona mens.* Ex formula ducit Broukhuſius poſt Douſam Praecid. c 8. Memineris ſimilem locum ſup. I, 10, 53-56. H. Formula qua utebantur veniam petentes. Senec. Benef. III, 27.: *et cum malam mentem habuiſſe ſe pridie iuraſſet, id ut in ſe et filios ſuos recideret optavit. Mala mens* eſt etiam Catull. 40, 1. W.

105. ſq. Abrupta ortio. Cum in amoris curas et aerumnas incidiſſet, quibus ipſe tum cummaxime laborabat, totum hoc curarum genus, omnem amorem, e genere humano eliminatum eſſe vult. Suaviter autem *Pace tua:* cum ſagittas et ipſe Phoebus geſtet. *Ars bona:* facile ſuppleri poteſt: tractandi arcum et ſagittas.

108. *dedit — malum*) nocuit. cf. Vulp. Sic in illo noto e Mauro Terentiano de Metris:

Et Naevio poetae,
Cum ſaepe laederentur,
Dabunt malum Metelli.

Et faveo morbo; tam iuvat ipſe dolor!
Usque cano Nemeſin, ſine qua verſus mihi nullus
Verba poteſt, iuſtos aut reperire pedes.
At tu, nam Divum ſervat tutela poëtas,
Praemoneo, vati parce, puella, ſacro,
Ut Meſſalinum celebrem, cum, praemia belli,
Ante ſuos currus oppida victa feret,
Ipſe gerens laurus, lauro devinctus agreſti
Miles, io, magna voce, Triumphe, canet.
Tunc Meſſala meus pia det ſpectacula turbae,
Et plaudat curru praetereunte pater.

Adnue;

112. *Poſt h. v. traduxit Scaliger in hunc locum e ſequente Elegia vſſ.* 15-18. Acer Amor etc.

110. *Et faveo morbo*) eſt, ſibi placere cum morbo ſuo, eum omni ope fovere et nutrire, eique indulgere: id quod ignaviam et inertiam illam creat, qua miſer amator victus amori ſuccumbit. Ovid. II. Am. 5, 11.

Ferreus eſt, nimiumque ſuo favet ille dolori,
Cui petitur victa palma cruenta rea.

113. ſqq. Suavis reditus ad argumenti, quod orſus erat, ſummam et caput.

116. *oppida victa*) n. eorum ſimulacra, quae in triumpho portabantur. H. Uſitatius eſt *oppida capta*, ut Propert. III, 4, 16. dixit: *et titulis oppida capta legam*, ubi vid. Burm. W.

117. *gerens laurus*) n. manu, propter ſequens: *lauro devinctus*. H. Recte I. H. Voſſius comparat Senec. Herc. fur. 818: *frontibus laurum gerens*. Add. ſupr. I, 7, 7. Caeterum ut iam olim feceram, interpunctionem mutavi, commate poſito poſt *feret*, ut *ipſe gerens laurus* idem hic Meſſalinus ſit, *cum feret oppida victa*. — *Lauro devinctus agreſti* eſt miles. Conſtructio igitur eſt totius loci haec: cum ipſe gerens laurus opp. capt. feret, miles autem laur. dev. agr. canet, caet. Particula omiſſa eſt, ut fieri ſolet ſaepiſſime in tali ſententiarum oppoſitione. W.

119. *pia det ſpectacula turbae*) praebeat ipſe, ipſe ſit ſpectaculo pater triumphantis. *pia*, quia amorem in filium teſtatur.

120. *Plaudat*) *Plaudere* et

Adnue; ſic tibi ſint intonſi, Phoebe, capilli,
Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

ELEGIA VI.

Caſtra Macer ſequitur; tenero quid fiet Amori?
Sit

plauſus verba ſunt in hac re ſolemnia. Propert. III, 4. 22.: *Mi ſat erit ſacra plaudere poſſe via.* W.

121. *Adnue; ſic tibi ſint*) h. e. precor te *per tuos promiſſos capillos* et *per tuam ſororem* perpetuo virginem, Dianam, ut adnuas et me exaudias. Formulam hinc habet Sidon. Carm. V, 600.

Adnue; ſic veſtris reſpiret Byrſa tropaeis.

Licentius in carm. ad B. Auguſtinum praeceptorem in Epiſt. 26. Tom. II. Opp. Auguſt. p. 41.

Adnue; ſic nobis verum ratione pateſcat.

Uſum hunc particulae *ſic* iam vidimus I, 4, 1. Praeivit Apollon. II, 708. Ἱλήκοις· αἰεί τοι, ἄναξ, ἄτμητοι ἔθειραι, Αἰὲν ἀδήλητοι· τῶς γὰρ θέμις.

Elegia VI.

Affectus magni et varii plenum carmen. Aemilio Macro ad militiam profecto, hoc idem ſe facere velle minatur, ut puella relicta militatum diſcedat. At enim quam impar tali auſo, ut puellam relinquat, futurus ſit, mox reputat, et ex eo intelligit, quod toties, cum excluſum ſe vidiſſet, indignabundus iuraverat, ſe ad puellam nunquam eſſe rediturum, mox tamen ad puellae fores rediit. Inde (v. 15.) ſe ſummos amoris cruciatus experiri teſtatus, nil ſe habere ait, quo minus vitam abiiciat, praeter ſpem, quae tantum in rebus humanis valet. Tum ad miſerationem converſus Nemeſim obteſtatur per Manes ſororis, quae circa illud tempus violenta morte, de feneſtra praecipitata, interierat. Culpam vero levitatis aut ſuperbiae puellae in malitioſam lenam transfert. Scaligerum ſententiarum nexus hic deſideraſſe nolim. Ad meum ſenſum eſt hoc ex praeſtantiſſimis ſui generis carmen, terſum, nullo naevo dehoneſtatum, inprimisque affectus gravitate notabile, quam vix putares elegiam decere poſſe.

1. *Macer* hic eſt Aemilius Macer Veronenſis, nobilis poëta, Ovidio natu maior, Virgilio et Tibullo fere aequalis. Scripſit Ornithogoniam, Theriaca, et de Herbis. Multa de eo docte congeſſit Broukhuſius ad h. l. adde Maffei Veronam illuſtr. P. II. pr. Circumfertur nunc ſub eius nomine liber de viribus herbarum. Diverſus ab hoc

Sit comes, et collo fortiter arma gerat?
Et, ſeu longa virum terrae via, ſeu vaga ducent
Aequora, cum telis ad latus ire volet?
Ure, puer, quaeſo, tua qui ferus otia liquit,
Atque

hoc fuit is, qui *Iliaca* ſcripſit (de qno v. ad Virgil. lib. II. Exc. I. p. 306.), quem confuſum cum illo, etiam a Broukhuſio et a me, poſt alios diſcrevit Wernsdorf. P. L. M. To. IV. p. 579. 580. H. *Sequitur.* cf. Lucan. X, 407. Eſt ſtudioſe ſectari, appetere, delectari. *Caſtra*, h. e, militiam. W.

2. *collo — arma gerat*) Ut humeris et ex humeris, ita collo et e collo portamus ea, quae ex eo appenſa aut ei impoſita ſunt. Arma geſtant milites; et Romanus quidem miles arma cum vallis, vaſisque. Quaeſitum eſt h. l. etiam a Vulpio, Amorine militis an calonis perſona induatur. Verba utrique ſunt accommodata: prius quidem militi potius: *collo fortiter arma gerat.* Alterum *cum telis ad latus ire* caloni; etſi et miles alter alteri eſt παραστάτης, ad latus incedit vel ſtat. Cum tamen *puer* Amor ſit: videri poteſt hoc alterum accommodatius, ut caculae ſeu ſervi militaris ei partes tribuantur. Sententiarum ordo ita luculentior: Macer militatum abit, puella deſerta; quid Amori fiet? An ſequetur ille tanquam armiger Macri et calo? Id vero cum expectari nequeat, alterum ſubiicit poëta: Immo vero, Amor, retrahe eum ex militia, revoca eum a profectione. Alioqui ſi tua tormenta effugere licet militia ſuſcepta, en me, qui extemplo militatum iturus ſim. In ſeqq. proprietas ſermonis et elegantia obſervanda. *Otia* proprie dicta reſpectu *militiae. Aequora vaga,* v. 4. propter vagos nautas et maritimos errores. ſup. I, 3, 39. *ducunt viae et aequora* elegantius, quam ut quis terra marique iter faciat. *Urere* v. 5. de cruciatu accipe, de quo ſup. ad I, 9, 21. non eo ſenſu, quo alibi Amor *urere* dicitur. Eleganter tandem erro ſub ſigna Amoris revocatur, ad militiam Amoris, in quam ſacramento adactus fuit. H. *Vaga aequora,* ut II, 3, 39. *vagus pontus.* Epitheton ad naturam aquae marinae referendum. — *Ferus* dicitur is, qui animum obfirmavit et induravit adverſus vim amoris. Similiter vox tribuitur Tibullo I, 5, 5. qui ad fortitudinem ſe compoſuerat et conſuetudine puellae carere ſe poſſe iactaverat. — *Erro* v. 6. eſt is, qui a ſignis, ſub quibus militat, diſceſſit. W.

Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca.
Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles,
Ipſe levem galea qui ſibi portet aquam.
Caſtra peto, valeatque Venus, valeantque puellae;
Et mihi ſunt vires, et mihi facta tuba eſt.
Magna loquor, ſed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clauſae fortia verba fores.

Iuravi

7. *erit hic quoque miles, Ipſe*) δεικτικῶς de ſe loquitur Tibullus. Notum illud Virgilii:

Eſt hic, eſt animus lucis contemtor.

conf. Horat. I. Sat. 9, 47. v. Broukh. et Vulp. Sellium Spec. Obſſ. miſc. c. 5. Senſus vero: *Quod ſi tu, o Amor, militi parcis: iam mihi certum eſt militare vel in imis ordinibus.* Nam extremum hoc deſignari debet per iſta: *Ipſe levem g.* Cum gregarius miles calonem non haberet, ipſum aquam victumque ſibi petere neceſſe erat. Itaque galeam dixit *levem*, leviorem utique velitis, quam haſtati, principis, aut triarii.

10. *Et mihi ſ.*) h. etiam ego is ſum, qui militare poſſim, qui munera militaria obire queam. H. Repetitio verborum *et mihi* non diverſitatem rerum indicat, ſed eandem ſententiam bis cum vi reddit. Comparabis Virg. Aen. XII, 50. et Iuven. Sat. I, 15. Caeterum quum *et* aperte ſit pro *etiam* dictum in talibus, in Valer. Flacc. I, 508. legendum: *eſt mihi* pro *et mihi*. W.

11. *Magna loquor*) eſt gloriari. v. Ovid. I. Met. 751. Idem eſt *magnifice loqui*, ut et ſup. I, 5, 6. cf. Broukh. et Vulp. Paſſerat. ad Propert. II, 19, 71. Praeclare Seneca Ep. 82. *Magna verba excidunt, cum tortor popoſcit manum, cum mors propius acceſſit.* et Seneca Tragicus Troad. 575.

Magnifica verba mors prope admota excutit.

12. *Excutiunt clauſae fortia verba fores*) *fortia verba* ſunt eadem magna, aſpera, ſuperba verba. Propert. I, 5, 14.

Quum tibi ſingultu fortia verba cadent.

Excutere vero eleganter hoc ſenſu. Cic. pro Sulla c. 8. *qui ſi attulerint nervos et induſtriam, mihi crede, excutient tibi iſtam verborum iactationem.* v. Broukh. cf. loc. Ovid. II. Am. 1, 15. H. *Verba fortia* ſunt quae audacem animum oſtendunt, ut *fortia conſilia* Tacit. Hiſt. III, 67. et Liv. XXV, 38. Similiter *magna* ſunt, quibus te ad rem aliquam magnam perficiendam ſatis valere

Iuravi quoties, rediturum ad limina nunquam!
  Quum bene iuravi, pes tamen ipſe redit.
Acer Amor, fractas utinam, tua tela, ſagittas
  Ilicet exſtinctas adſpiciamque faces!
Tu miſerum torques, tu me mihi dira precari
  Cogis, et inſana mente nefanda loqui.
Iam mala finiſſem leto; ſed credula vitam
Spes

14. *Magnas turbas hic movit Scaliger. Primum vſſ.* 15 - 18. *retraxit ad ſup. Eleg. inter v.* 112 *et* 113. *Porro ſubiecit hoc loco poſt illa:* pes tamen ipſe redit *verſſ.* 33 - 60. *ex lib. II. el.* 3. At tu quisquis is es. *et in iis finivit elegiam hanc:* Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. *Tum novam eamque ſeptimam Elegiam orſus eſt cum verbis:* Finirent multi leto mala: credula vitam etc.

lere iactas, cf. Virg. Aen. XI, 381. et μεγάλοι λόγοι Soph. Antig. fin. Patet ex his, fortia verba non eſſe plane eadem quae aſpera. Diverſa etiam ſunt *ferocia* verba, quae ſuperbis tribuuntur et tumidis, Liv. 26, 19. Tacit. Hiſt. 4, 71. W.

14. *pes tamen ipſe redit*) cf. Horat. Epod. XI, 30. Propert. II, 19, 59. Broukh. *ipſe redit* eſt ultro redit. H. *Ipſe.* Add. Virgil. Eclog. IV, 21. quem locum utiliter conferes cum loco Tibulli I, 3, 45. W.

15. *Acer Amor*) *Acre* dicitur, quod urit, urget, ſtimulat, ut *acris flamma*, *acer dolor*. Ovid. Ep. 4, 70.

Acer in extremis oſſibus haeſit amor.

Hinc ad animum traductum, de ira, crudelitate, vehementiore omni motu et affectu ſollenne eſt. Ergo eſt ſaevus Amor. Redit inf. IV, 2, 6. H. Meleager ira incenſus combuſturum ſe eſſe tela Cupidinis omnia minatur, Anthol. Gr. T. I. nr. 52. p. 17. ed. Iacobs. — V. 16. *Ilicet* ad *exſtinctas* quoque pertinet; cf. *ſemper* apud Tib. I, 5, 52. W.

15. 19. De ſententiarum nexu dictum ad Eleg. pr.

17. *Torques.* De hoc vid. Obſſ. ad I, 4, 81. — Verſ. 18. *nefanda loqui.* In deos haec dicta eſſe, vidit Heynius ad III, 5, 14. W.

19. ſqq. Sequitur locus dulciſſimus de ſpe, felicitatis, quandoqui-

Spes fovet, et fore cras ſemper ait melius.
Spes alit agricolas, Spes ſulcis credit aratis
Semina, quae magno foenore reddat ager.
Haec laqueo volucres, haec captat arundine piſces,
Quum

23. *In recenſ. Scalig. El. 7, 5. ſq.*

doquidem eam dari mortalibus fas non erat, ſuccedanea. Eſt alius de ea locus apud Ovidium I. ex Ponto 6, 29. ſqq. et elegans Elegia in Catalectis vet. poët. et Anthol. Lat. Burmanni To. I. lib. III. ep. 82., in qua multa ex Tibullo adumbrata ſunt. Quanto beatior is, cui licet epitaphii pulcerrimi verbis uti:

Inveni portum; Spes et Fortuna valete.
Sat me luſiſtis. Ludite nunc alios.

Quod carmen adumbratum eſt ex Graeco Anthol. I, 25. Analect. To. III. p. 286. *Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη, μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν᾽ εὗρον. Οὐδὲν ἐμοὶ χ᾽ ὑμῖν, παίζετε τοὺς μετ᾽ ἐμέ.* Corrupit brevitatem et vim verſuum Palladas Analect. T. II. p. 437. no. 140. H. In verbis *Iam mala finiſſem leto, ſed — Spes fovet* caet. notanda eſt elegans loquendi ratio pro vulgari: Iam mala finiſſem leto, niſi ſpes foveret caet. Eandem ſecutus eſt Ovid. in Art. A. III, 43. et Heroid. XV, 88. 92. Nec pedeſtres ſcriptores hanc iuncturam refugerunt, quod te docebit Liv. III, 25. Idem uſitatum Graecis eſt inde ab Homer. Odyſſ. XI, 564. — *Credula ſpes* illuſtratur ab Heinſ. in Syllog. T. 2. p. 539. W.

20. *et fore cras ſemper ait melius*) Notum illud Theocriti Idyll. IV, 41.

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε· τάχ᾽ αὔριον ἔσσετ᾽ ἄμεινον.

21. *Spes — credit — foenore reddat*) Haec ſollennia de aratione et meſſe. v. Stat. et Broukh. ad h. l. cf. Heinſ. ad Valer. Flacc. I, 69. hinc et *fides* ſegeti tribuitur. Hor. III. Od. 16, 30. et Sever. Aetn. 263. *terra fidelis ſilvis*, ubi v. Intp. contra *fundus mendax* Hor. III. Od. 1, 30. Ad potentiam autem deae et vim ſpei ad animos humanos declarandam valent utique cetera: an vero et illud ſatis accommodatum ſit, quod v. 23. 24. ab aucupio et piſcatione petitur, dubitare licet; etſi et hoc vitae tolerandae genus ſpe capturae ſuſtentatur: abeſſe tamen malim. H. *ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν*, dixit Sophocl. — Ad verſ. 22. cf. Plin. 2, 63. *quam bona fide terra creditum foenus reddit!* W.

Quum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum;
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.
Spes facilem Nemeſin ſpondet mihi; ſed negat illa.
Hei mihi, ne vincas, dura puella, deam!
Parce, per immatura tuae precor oſſa ſororis;
Sic bene ſub tenera parva quieſcat humo.
Illa mihi ſancta eſt; illius dona ſepulcro
Et madefacta meis ſerta feram lacrimis;
Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque ſedebo,
Et mea cum muto fata querar cinere.

Non

26. *inter opus*) quod ruri facit. Loquitur de mancipio ex ergaſtulo. Ovidius, iam aliis laudatus, IV. Triſt. 1, 5.

Hoc eſt, cur cantet vinctus quoque compede foſſor,
Indocili numero cum grave mollit opus.

27. *negat.* vid. Not. ad I, 4, 15. W.

29. *per immatura — oſſa ſororis*) immatura morte raptae, ante diem in oſſa verſae. H. *Immatura*, vid. Horat. Sat. II, 8, 59. W.

30. *ſub tenera — humo*) quae levis ſit. Res nota. *Sic bene.* Obteſtandi formula: per id, quod in votis habetur, ut oſſa quieſcant, obteſtatur Nemeſin.

31. *Illa mihi ſancta eſt*) *Sancti* vocantur piorum Manes. Noti verſus Virgil. XII. Aen. 648.

Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpae
Deſcendam.

cf. Broukh. Sic Callimachus mortem boni viri bene appellat ὕπνον ἱερὸν in Epigr. Anth. III. c. 1. (Callim. Epigr. X.) quod male in aliam partem trahunt Intpp. Mox *inferiarum dona* ſunt munera, libationes, unguenta. v. II, 4, 44. et III, 2, 19. ſqq. Totus hic locus mirifice ad affectum concitandum elaboratus.

33. *Illius ad tumulum fugiam*) tanquam ſervi, a domino male habiti, in aſyla. Mox *ſedebo* ex more ſupplicum. v. Broukh. et Vulp. cf. Nodell. Not. crit. p. 74. At illa v. 34. *Et mea cum muto fata querar cinere* in ipſis praecordiis haerent.

Quot

Non feret usque ſuum te propter flere clientem;
Illius ut verbis, ſis mihi lenta, veto,
Ne tibi neglecti mittant mala ſomnia Manes,
Moeſtaque ſopitae ſtet ſoror ante torum,
Qualis, ab excelſa praeceps delapſa feneſtra,
Venit ad infernos ſanguinolenta lacus.
Deſino, ne dominae luctus renoventur acerbi;
Non ego ſum tanti, ploret ut illa ſemel.
Nec lacrimis oculos digna eſt foedare loquaces.
Lena

35. *In recenſ. Scalig. El.* 7, 17. *ſq.*

Quot autem eſſe putamus miſeros et aerumnis confectos, quorum aegritudinem hoc unum levat, quod cum cinere cariſſimorum fata ſua queruntur, eaque una ſpe ſe ſuſtinent, fore, ut paullo poſt ſua oſſa cum eorum oſſibus ſepulta quieſcant! H. Veterum morem ad ſepulchrum deorum Manium auxilium ſuppliciter implorandi, ex Aeſch. Perſ. 218. et Sophocl. Electr. 453. notum, imprimis illuſtrant verſus Choeph. 331-334:

Λίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος
θρῆνος ἀναστενάζει·
Τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται
φυγάδας θ' ὁμοίως. W.

35. *clientem*) h. l. ſupplicem.

36. *lenta*) h. e. dura, quae precibus non movetur. v. I, 10, 58.

39. *Qualis, ab e.*) tales enim Manes apparebant, quales vita exceſſerant: exemplum Aen. II, 268. ſqq. v. ſup. ad I, 10, 37. et h. l. Broukh. Meurſ. ad Lycophr. p. 306.

eod. *ab excelſa — feneſtra*) igitur habitabat in coenaculo, ut pauperes. v. Vulp.

41. 42. *Deſino — Non ego ſum t.*) Hoc vero unice Tibullianum, et pectore molli ac tenero dignum. Ipſe, puellae ſuperbae amore excruciatus et ira exaſperatus, tamen dicere ea veretur, unde ea dolere poſſit. H. Comparanda eſt Dido apud Ovid. Heroid. VII, 45.:

Non ego ſum tanti, quamvis merearis, inique,
Ut pereas, dum me per freta longa fugis. W.

Lena nocet nobis; ipſa puella bona eſt.
Lena necat miſerum Phryne, furtimque tabellas
Occulto portans itque reditque ſinu.
Saepe ego cum dominae dulces a limine duro
Agnoſco voces, haec negat eſſe domi.
Saepe, ubi nox promiſſa mihi eſt, languere puellam
Nuntiat, aut aliquas extimuiſſe minas.
Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,
Quisve meam teneat, quot teneatve modis;

Tunc

44. *nocet*) vid. Not. ad I, 5, 47. Nocere eſt cauſſam malorum eſſe, cf. Ovid. Heroid. VII, 93. coll. Virg. Aen. IV, 169. De caeteris vide Obſſ. W.

45. Ovid. Art. III, 621.

— — — *tabellas,*
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu:

ſtrophium mammis ſubligatum.

46. *itque reditque*) cf. Valer. Flacc. I, 725. Virg. Aen. XII, 753. IV, 438. Sunt hae formulae loquendi ſolemnes. Pedeſtre eſt, iterum iterumque portat, ſimilia. W.

50. *aut a. ext. minas*) aut eſſe periculum aliquod, quod illa extimeſcat. *Minae* pro malo, aut pro periculo, ſaepe.

51. *Tunc morior curis*) Ovid. II. Faſt. 753.

Mens abit et morior, quoties pugnantis imago
Me ſubit.

III. Am. 14, 37.

Mens abit et morior, quoties peccaſſe fateris,
Perque meos artus frigida gutta fluit.

Sic *morientes* intelligendi ad mortem afflicti, perituri. In Sulpiciae Sat. v. 14.

Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes.

male mutant. Sic et *pereo, perditus ſum*, inprimis in Comicis.

eod. *mens — perdita*) aegritudine et moerore confecta, ut *perditus metu.* Ovid. I. Triſt. I, 43.

Carminibus metus omnis abeſt: ego perditus enſem
Haeſurum iugulo iam puto iamque meo.

52. *modis*) Concubitus varias Venerisque figuras dicit, ut cum Ovid. loquar Triſt. II, 523.

Add.

Tunc tibi, lena, precor diras; ſatis anxia vivas,
Moverit e votis pars quotacunque deos.

Add. Amor. III, 7, 64. Vid. ſupr. I, 9, 64. W.

53. *ſatis anxia*) *ſatis* h. l. intendit et auget. *ſatis cum periclo* ap. Terent. I. Andr. 1, 104. v. Broukh. h. l.

54. *Moverit*) h. ſi vel minima dirarum pars eos moverit, ut ad effectum eas perducant. H. Ovid. Ib. 134.:

Certe ego, quae voveo, Superos motura putabo. W.

ALBII



ALBII TIBVLLI

LIBER III.

ELEGIA I.

Martis Romani festae venere Kalendae;
Exoriens nostris hinc fuit annus avis;

Et

Elegia I.

Kalendis Martiis ex more mittit munus ad Neaeram suam Tibullus, idque carmen hoc, in volumine pulcre adornato perscriptum. Neaera quae fuerit, aliunde non constat; sed ex iis, quae sequuntur, carminibus discimus haec: Amatam eam esse a Tibullo et speratum eius coniugium, (El. 1, 25 - 28. et 2, 14.) Discessit mox illa Roma cum matre; quod discidium aegerrime fert amator Eleg. 2. et 3. expectabat tamen reditum (3, 25.). Mox, som-

Et vaga nunc certa discurrunt undique pompa
Perque vias urbis munera perque domos.
Dicite,

ſomnio territus, eam alii nubere velle ſuſpicatur (El. 4, 51. ſqq.); qua de re paullo poſt certiore nuntio allato, levitatem ac perfidiam puellae graviter incuſat (El. 6. inprimis 29. ſq.).

Haec ex ipſis carminibus tenenda ſunt et teneri poſſunt. Inani ſtudio Interpretes multa quaeſivere, quae nec ſciri poſſunt nec ſcire quicquam refert, cum aut in Delia, aut in Nemeſi, aut in Glycera, Neaeram quaeſivere; aut mirati ſunt, cur Ovidius in noto carmine in obitum Tibulli (III. Am. 9.) Deliam et Nemeſin tantum memoraverit; aut contendunt, ex alia perſona haec carmina Tibullum ſcripſiſſe, vel in ficto argumento luſiſſe. Quam inania captant ſaepe viri docti, utilibus ac neceſſariis poſthabitis! Ipſa affectus veritas docere debebat, non haec carmina ex animi luſu proficiſci potuiſſe. De Neaera forte haec ſuſpicari licet, fuiſſe eam origine Graeca, ſaltem peregrinam; non adeo nuptias iuſtas cum ea iungere potuit eques Romanus, ſed tantum pro concubina eam habere, quod etiam Lex Papia Poppaea facere permiſit. Itaque ille ei erat *frater* mox futurus *coniux:* III, 1, 23. 26. cf. ad III, 4, 51. 52. Porro Neaeram nec humili loco, ſed in domo honeſta et liberali (El. 4, 92-94.) eductam eſſe probabile ſit. Cum eadem (El. 4, 57.) *Carminibus celebrata tuis formoſa Neaera* ſit: videntur plura in eam ſcripta a Tibullo carmina fuiſſe, quam quae nunc extant.

1. *Kalendae Martiae* et maritis et amantibus pro ſacris et feſtis erant ſub Matronalium nomine. v. Intpp. ad Horat. III. Od. 8. et Ovid. III. Faſt. 167. ſqq. Pars erat feſtivitatis, ut puellis munera mitterentur; ſimili more ſtrenae mitti ſolebant Kal. Ianuar.

3. *certa discurrunt undique pompa — munera) pompa,* quia palam et cum oſtentatione, a longa ſerie puerorum geſtantium, portabantur. *certa* vero, quia ſingula ſuis perſonis deſtinata. Ad talem *pompam munerum* reſpicit Propert. loco pulcerrimo III, 13. (11) 27. ſqq. H. *Pompa* de iis quae dono mittimus. vid. H. Voſſ. ad Virg. Eclog. II, 53. pag. 81. — *Perque vias — perque domos.* Ita accurate munera puellis ab amatoribus et matronis a maritis miſſa diſtinguere voluit auctor. Vid. interpretes ad Mart. Epigr. V, 84, 10. — Caeterum cf. Virg. Aen. II, 364: *Plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim Corpora perque domos.* Add. Obſſ. ad I, 4, 25. W.

Dicite, Pierides, quonam donetur honore
Seu mea, ſeu fallor, cara Neaera tamen.
Carmine formoſae, pretio capiuntur avarae.
Gaudeat, ut digna eſt, verſibus illa meis.
Lutea ſed niveum involvat membrana libellum,
Pumex et canas tondeat ante comas;
Summaque praetexat tenuis faſtigia chartae,
Indicet ut nomen littera facta meum:

Atque

8. *ut digna eſt)* quippe quae formoſa ſit. H. *Ut digna eſt* ſcil. gaudere; vid. IV, 6, 10. W.

9. *Lutea ſed niveum involvat membrana libellum)* int. de volumine convoluto. Voluminis, quod tantum in interiore parte perſcriptum erat, ſummae orae, in averſa charta, membranae fruſtum adglutinari ſolebat, quod convoluto libro tegumenti loco eſſet, et fere croco, ut h. l., vel minio vel purpura *tingebatur.* Heinſius quidem ad Ovid. I. Triſt. 1, 5. non haec ad velamentum libri, ſed ad ipſum volumen referri volebat. Verum membrana ipſam membranam involvere commode dici nequit. In involucro illo, quod tamen non ſemper adglutinatum fuiſſe puto, ſi tamen erat, in eo ſcribebatur titulus voluminis. Ovid. IV. ex P. 13, 7.

Ipſe quoque, ut chartae titulum de fronte revellas,
Quod ſit opus, videor dicere poſſe, tuum.

uti intus in πρωτοκόλλῳ, ſive prima pagina h. fronte (v. Scalig. ad h. l.) index ſive ſumma libri. De alterutro accipiendi v. 11. et 12. Equidem malim de titulo in membranula iſta picta. At Schwarzius, qui tribus diſſertationibus de ornamentis librorum, poſt Iſ. Voſſium ad Catull. p. 52. rem librariam praeclare illuſtravit, de indice praefixo ſummae patri voluminis interpretabatur. H. Particulam *ſed* conditionem quandam et adiunctionem ſignificare, obſervavit Ruhnk. ad Vellej. II, 4. p. 83. W.

10. *Pumex et c.)* pumice membranas laevigatas fuiſſe, ut *comae* h. pili tollerentur, notum eſt.

11. v. ad v. 9. Senſus eſt: Littera facta praetexat faſtigia ſumma tenuis chartae, ut indicet nomen meum: h. e. in ſumma ora voluminis ſeu exteriore, (ut malim) ſeu interiore, inſcriptum eſto: *Tibulli Carmen.*

11. *tenui — chartae)* in tenuitate ac teneritate praeſtantia char-

Atque inter geminas pingantur cornua frontes;
Sic etenim comtum mittere oportet opus.
Per, vos, auctores huius mihi carminis, oro,
Caſtaliamque umbram Pieriosque lacus,
Ite domum, cultumque illi donate libellum,
Sicut erit; nullus defluat inde color.
Illa mihi referet, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.

Sed

chartae cernebatur etiam in involucro. Martial. III. epigr. 2.

Te purpura delicata velet.

13. *Atque inter geminas pingantur cornua frontes)* Extremae voluminis orae impactus erat teres bacillus, cui volumen circumvolveretur, qui *umbilicus* dicebatur. Umbilici huius eminentes utrinque partes, auro, argento vel alio metallo praemuniri ſolitae et varie pictae, dicta *cornua*. *Frontes libri* quae ſint, disputatur inter viros doctos. Voſſius l. l. et Schwarzius Disſ. altera §. 17. qui iuſto brevior in hac parte eſt, baſes cylindri intelligunt, puto, utrinque oras laterum chartae, quae, ut fere nunc noſtrorum librorum trinae frontes, circumcidebantur et pumice poliebantur. Ita tamen potius frontes inter cornua erunt, quam haec inter illas: et eſſent *geminae frontes inter duo cornua:* non, duo cornua inter geminas frontes. Sed Burman. ad Ovid. I. Triſt. 1, 11. ubi

Nec fragili geminae poliantur pumice frontes.

poſt Manut. ad Cicer. III. ad Div. 7. ſummam intelligit ipſius voluminis partem interiorem et exteriorem inſcriptione et titulo inſignitam. Hoc bene; nam *frons libri* ſeu voluminis alia non eſſe poteſt quam ſumma ora ſeu pars ſumma chartae; adeoque *geminae frontes*, interior et exterior. At doceri volebam, quae ſint *cornua duo inter geminas frontes.*

15. *Per, vos, auctores huius mihi carminis, oro, Caſtaliamque v. —)* Iunge: *Oro vos* (Pieridas) *auctores mihi huius carminis, per umbram Caſtaliam*, h. nemus circa fontem Caſtalium, in monte Parnaſſo, *et per lacus Pierios*, h. fontes Pieriis his puellis in Parnaſſo et Helicone ſacros, *Aganippen*, *Hippocrenen*, alios.

18. *Sicut erat)* Formula frequens. v. Vulp. vetat vero libellum manibus multum tractari et atteri.

20. *An minor)* ſcil. cura, amor tepidior et inferior meo

in

Sed primum meritam larga donate ſalute,
  Atque haec ſubmiſſo dicite verba ſono:
Haec tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neaera,
  Mittit, et, accipias munera parva, rogat,
Teque ſuis iurat caram magis eſſe medullis,
  Sive ſibi coniux, ſive futura ſoror.
Sed potius coniux; huius ſpem nominis illi
  Auferet exſtincto pallida Ditis aqua.

ELEGIA II.

Qui primus caram iuveni, carumque puellae
  Eripuit iuvenem, ferreus ille fuit.

Durus

in ipſam. Tres gradus quaſi in amore conſtituit. cf. Propert. I, 11, 5. 6. 7. Ineſt tamen ludicri aliquid in hac gradatione: ſed v. Obſſ. Paullo ante *ſi* eſt pro utrum. *pectore deciderim*) alias *excidere*, *effluere*. v. Broukh. H. Caeterum vid. Obſſ. W.

22. *ſubmiſſo — ſono*) hoc eſt, tanquam a verecundo et timido amatore mandata ferentes. cf. Obſſ.

23. *vir quondam, nunc frater*) aliquando coniux futurus, nunc amator. v. Obſſ. adeoque *ſoror* mox pro *amica*. H. *Vir*. An de iuſto matrimonio cogitaverit, quod quidem III, 3, 6-10. probare videntur, ex ſignificatione vocabuli *vir* demonſtrari nequit. Nam inter *maritus* et *vir* idem intercedit discrimen quod inter πόσις et ἀνήρ. In Soph. Trachin. 550. Deianira:

Ταῦτ᾽ οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
Ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ᾽ ἀνήρ. W.

28. *pallida Ditis aqua*) *Pallidus* omnino rerum inferarum epitheton eſt: idque ſatis eſt, cur *Styx* dicta ſit *pallida*, ut *pallida regna* et alia: hic tamen colorem lividum et luridum Stygis indicare poteſt ex Broukhuſii explicatione, quem v. Sic *χλωρὸν χεῦμ᾽ Ἀχέροντος* in Anthol. III, 32, 12. Ut *Lethen*, eiusque munus, oblivionem, huc voces, licet forte facere, neceſſe non eſt.

Elegia II.

Scripta haec et ſequens Elegia poſt diſceſſum puellae. v. ſup. ad Eleg. I. pr. cumque ipſi

disci-

Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
Vivere et erepta coniuge qui potuit.
Non ego firmus in hoc, non haec patientia noſtro
Ingenio; frangit fortia corda dolor.
Nec mihi vera loqui pudor eſt, vitaeque fateri
Tot mala perpeſſae taedia nata meae.
Ergo quum tenuem fuero mutatus in umbram,
Can-

diſcidium hoc intolerabile malum ſit, vitae taedio victus, ut ſolemus tum eſſe ad mortis et funeris cogitationem proclives, multo cum affectu et ad miſerationem movendam idonea memoratione, iuſta ſibi perſolvenda exponit. Scripta autem eſt munda ſimplicitate et ingenuo nitore commendabilis elegia ſub Lygdami nomine, quo Albium nomen graece reddidiſſe videtur; nam ex ipſius poëtae perſona haec eſſe ſcripta, affectus veritas docet.

4. *erepta coniuge*) h. puella amata, ut ſaepe. v. Broukh. H. cf. Virg. Aen. III, 330. ſeq. ubi *erepta coniux* eſt Hermione Oreſti promiſſa, nondum ducta in matrimonium. Add. Virg. Ecl. VIII, 18. — *et* — *qui.* Repetitum *qui* in hac iunctura non ſemper apud poetas novum quid ſignificat, ſed interdum prima latius declarat; cf. Hor. Ep. II, 3, 180. Ovid. Met. XI, 729. 730. Iuven. VII, 54. Augent haec vim ſententiae. Erraret qui crederet, diverſas perſonas a poeta indicari. vid. Catull. 64, 96. et Obſſ. ad I, 6, 40. W.

5. *non haec patientia noſtro Ingenio*) *Patientia* eſt rerum durarum atque difficilium aequo animo perpeſſio. v. Broukh. *fortia corda* h. e. etſi fortia: etiam fortia. H. *Firmus in hoc.* Ovid. Amor. II, 16, 12.:

Nonne erat in curas una puella ſatis.

frangit — *dolor.* Sententia generalis, ut III, 4, 76. ubi non magis ante *dura* quam hic ante *fortia* ſuppleo *etſi.* Ineſt haec notio iam in *fortia.* Hinc cave emendes Phoeniſſ. Eurip. 277. qui locus illuſtratur ſimili ſententiarum nexu Aeſch. Prom. 64 - 108. W.

7. *taedia vitae*) Abſolute *taedium* idem ſignificat Iuv. VII, 34.:

Taedia tunc ſubeunt animos. W.

9. *tenuem* — *in umbram*) definit Ovid. V. Faſt. 463.

— *elapſa rogi flammis, et inanis imago.*

Eſt autem locus, qui ſequitur, claſſi-

Candidaque oſſa ſuper nigra ſavilla teget,
Ante meum veniat, longos incomta capillos,
Et fleat ante meum moeſta Neaera rogum;
Sed veniat carae matris comitata dolore;
Moereat haec genero, moereat illa viro.
Praefatae ante meos Manes, animamque precatae,
Perfuſaeque pias ante liquore manus,
Pars quae ſola mei ſuperabit corporis, oſſa
Incinctae nigra candida veſte legant;

Et

claſſicus de re funebri Romanorum. H. Senſus: Quum doloribus conſumtus vel ſponte vitam finiero. W.

14. *genero — viro*) ſpe quidem atque animo. v. III, 1, 23. Sunt vero vel ſexti, v. Cic. Lael. 4. vel tertii caſus, dativi *cui* dicti. Paullo ante *matris comitata dolore* ad notam figuram dictum eſſe patet, pro, matre dolente.

15. *Praefatae*) Notum: *magna Manis ter voce vocavi.* Aen. VI, 506. *Praefari* ergo h. l. quod affari, nomine compellare; v. c. Aen. II, 644. dixit autem *praefari*, quoniam h. l. fit, antequam oſſa leguntur. *animam precari* autem referendum videtur ad ſollenne illud Have, anima, vale, leviter quieſcas: precando compellare animam. H. *Ante — ante.* Sic Catull. 64, 198.:

Non tamen ante *mihi langueſcent lumina morte,*
Nec prius *a feſſo ſecedent corpore ſenſus.* W.

16. *Piae manus* ſunt manus ſacros ritus peragentium, ὅσιαι. cf. Sophocl. Oedip. Colon. 469. et Virgil. Aen. IV, 517. W.

17. *oſſa — legant*) quae quomodo a reliquo cinere diſcerni potuerint, quaeſivit docte poſt Kirchman. de Fun. Rom. III, 7. Berger. Eclog. Corſic. II. §. 18. Iungenda vero *Praeſatae legant oſſa, quae pars* etc.

18. *Incinctae nigra — veſte*) h. ſuccinctae, praecinctae. Ovid. V. Faſt. 217.

— *pictis incinctae veſtibus Horae.*

cf. Heinſ. ad II. Faſt. 633. Nec vetat, quod Sueton. c. 100. Auguſti reliquias legiſſe ait primores ordinis equeſtris *tunicatos et discinctos pedibusque nudis:* voluit enim haec narrare Suetonius tanquam inſolita: forte tanquam heroi ac deo facta.

Et primum annoſo ſpargant collecta Lyaeo,
Mox etiam niveo fundere lacte parent,
Poſt haec carbaſeis humorem tollere velis,
Atque in marmorea ponere ſicca domo.
Illuc, quas mittit dives Panchaia merces,
Eoique Arabes, pinguis et Aſſyria,
Et noſtri memores lacrimae fundantur eodem;
Sic ego componi, verſus in oſſa, velim.
Sed triſtem mortis demonſtret littera cauſſam,

Atque

19. *ſpargant — Lyaeo*) cf. Kirchman. l. l. qui, ut et Douſa Praecid. c. 10. male legem Numae, *rogum vino ne reſpergito*, huc referunt. Agitur hic, non de rogi, ſed de cineris et oſſium adſperſione; quae ad religionem quidem ſpectabat, quam tamen teter odor uſtulatorum oſſium et cineris neceſſario poſtulabat.

22. *in marmorea — domo*) ita ſepulcra et monumenta appellabant. v. Broukh. In inſcriptionibus ſollenne *aeterna domus.*

23. *quas mittit — Panchaia*) *Mitti* dicuntur merces peregrinae. v. Burman. ad Ovid. III. Art. 213. Virg. Ge. I, 57.

India mittit ebur.

illuc autem, in cinerem; non, in *domum*. H. Huſchkius negat in urnam eſſe recondita unguenta, ſed ſepulchris et cippis ea eſſe adſperſa. Conf. etiam Potter. Archaeolog. T. II. p. 455. edit. Rambach. W.

25. *noſtri memores lacrimae*) quas memoria et recordatio noſtri exprimit. Uſi ſunt h. l. homines ad vaſa lacrimatoria comminiſcenda: cum eſſent unguentaria.

26. *Sic ego componi*) *Componi* dicuntur cineres atque oſſa, cum, vaſculis ſuis incluſa, in monumentum condebantur. v. Broukhuſium, qui tamen negare non debebat, *componi* etiam dici de mortuis in feretro collocatis. v. Ovid. XIV. Met. 753. et de toto funebri apparatu ſingulisque eius partibus.

27. *triſtem — cauſſam*) Cauſſa mortis inſcripta titulo ex more: (v. Broukh. h. l. Kirchman. de Fun. Rom. III, 20.) ut ex tot marmoribus ap. Gruter. et alios patet. Etiam in morte violenta, v. c. eius, qui ſibi ipſi manum intulerat. H. Cum verſibus 9 - 30. Propert. II, 10, 27 - 36. compara. W.

Atque haec in celebri carmina fronte notet:
Lygdamus hic ſitus eſt; dolor huic et cura Neaerae,
Coniugis ereptae, cauſſa perire fuit.

ELEGIA III.

Quid prodeſt caelum votis impleſſe, Neaera,
Blandaque cum multa tura dediſſe prece:
Non ut marmorei prodirem e limine tecti
Inſignis clara conſpicuusque domo,

Aut

28. *in celebri — fronte*) quae in eam partem ſpectat, qua frequens hominum iter et tranſitus eſt; adeoque eius ſepulcrum ex communi more propter viam publicam fuit. Mox *cura N.* eſt deſiderium, aegritudo ex amore eius parum ſecundo concepta.

30. *cauſſa perire*) pro *pereundi* ex graeciſmo. *Lygdamus* vero videtur *Albium* exprimere, ex graeca interpretatione: Lygdinum marmor eſt candidiſſimum.

Elegia III.

In eodem diſcidio perſcriptum et hoc carmen nitidum ac molle, ornatum tamen: vota ſibi ait fuiſſe nulla, niſi ut cum Neaera vitam exigeret; ſine ea ſi vivendum ſit, vitae munus deprecatur.

1. *Quid prodeſt —*) Puta verba haec erumpere ore poetae graviſſimo affectu oppreſſi; adeoque ſupplendum: ſi tamen longa abſentia ab amica disiunctus ſum! H. *Caelum votis impleſſe.* Virg. Aen. IX, 24.: *oneravitque aethera votis.* W.

2. *Blanda — tura*) Voc. *blandus* tribuitur precantibus et ſupplicibus: unde et ipſae *preces, voces, hoſtiae,* et h. l. *tura blanda* dicuntur, quia cum iſta animi affectione Diis offeruntur. H. *Blanda* h. e. quibus dii placantur. Blandus qui pollet arte perſuadendi. W.

4. *Inſignis clara — domo*) pro vulgari habens domum magnifice factam. Cic. Off. I, 39. *Cn. Octavio honori fuiſſe accepimus, quod praeclaram aedificaſſet in Palatio et plenam dignitatis domum.* H. Talis domus apud Catullum 61, 156. vocatur *potens* et *beata*, quatenus potentiae et beatitatis h. e. divitiarum ſignum eſt. Verſus ita legendi:

En tibi domus ut potens
Et beata viri tui!
Quae tibi, ſine, ſerviat, caet.
W.

Aut ut multa mei renovarent iugera tauri,
Et magnas meſſes terra benigna daret,
Sed tecum ut longae ſociarem gaudia vitae,
Inque tuo caderet noſtra ſenecta ſinu
Tum, quum, praemenſae defunctus tempora lucis,
Nudus Lethaea cogerer ire rate?
Nam grave quid prodeſt pondus mihi divitis auri?
Arvaque ſi findant pinguia mille boves?

Quid-

5. *Aut ut multa mei renovarent iugera tauri*) Ovid. I. Am. 3, 9.

Nec meus innumeris renovatur campus aratris.

cf. Vulp. Non latifundia votis ſuis expetierat. H. Interpunctiones mutavi, quibus membrorum nexus obſcurabatur. Eſt enim hic: *Non ut — Aut ut — Sed ut;* cf. Cic. Catil. I, 7. §. 16. Adde locum ſimillimum Horat. Epod. 7, 5. ſq. W.

7. 8. Suaves verſus notionum dilectu ac verborum ornatu. *ſociarem* h. e. una tecum caperem. *caderet noſtra ſenecta*) h. ego ſenex, expleto tempore vitae, occiderem. Sic paullo ante El. 2, 13. *matris comitata dolore.* (Simillime Propert. II, 10, 22.: Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro. W.) Ad ſenſum non minus ſuaviter Virg. Ecl. 10, 43. *tecum conſumerer aevo.* Suavius Horatius: *Tecum vivere amem, tecum obeam libens.* Quod ſexcenties repetitum a recentioribus, qui non meminit! H. Praeclare Cornelia illa ap. Propert. IV, 11, 63. alloquitur filios:

Tu, Lepide, et tu, Paule, meum poſt fata levamen,
Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.

Noſtra ſenecta h. e. ego. cf. Horat. Od. II, 6, 6. W.

9. *praemenſae — lucis*) h. vitae iam in ipſo ortu a Parcis aſſignatae et definitae. Sic Iuvenal, Sat. IX, 127. *portionem vitae* dixit. *ire rate* eſt vehi. *Lethen* nunc ponit, cum alii Stygem memorent. Eſt *Ληθαῖος*. Sic iterum inf. 5, 24. H. Comparandus eſt Propertius III, 3, 35.:

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate. W.

11. *pondus — divitis auri*) ornate, pro *auro* ſimpliciter. v. alia exempla ap. Vulp. H. Omnibus exemplis a Vulpio congeſtis praeſtat locus Tibulli I, 9, 31. *divitis auri pondus*, ubi vid. Not. — *mille boves*, cf. II, 3, 44. W.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
Taenare, ſive tuis, ſive, Caryſte, tuis,
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos,
Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum?
Quidve in Erythraeo legitur quae littore concha,
Tinctaque Sidonio murice lana iuvat,
Et quae praeterea populus miratur? in illis
Invidia eſt; falſo plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominum curaeque levantur;
Nam

13. 14. Marmora, *Synnadicum*, purpureis maculis diſtinctum, ex Phrygia, *Taenarium* ex Laconica, quod viride erat, *Caryſtium* ex Euboea inſula etiam viride, valde iſto tempore fuiſſe probata, oſtendit Broukhuſius; et res ex Plinio nota eſt.

15. *nemora in domibus*) Is erat luxus iſtorum temporum, ut viridarium in impluvio haberent. Horat. I. Ep. 10, 22.

Nempe inter varias nutritur ſilva columnas.

idem III. Carm. 10, 5. 6. Adde Senec. Thyeſt. 652. qui expreſſit Virgil. VII. Aen. 171. A multis obſervata res: v. quos laudant Broukh. et Vulp. et Sitzman. ad Rutil. Itin. I, 111.

16. *Auratae trabes*) deſignant lacunar auro obductum; et *marmoreum ſolum* aut ſimpliciter e marmore, aut, quod eius aevi luxus ferebat, opere teſſellato ſeu muſivo.

17. 18. cf. ſup. II, 2, 15. 16. IV, 2, 19. 20. Prop. I, 14, 12.

19. *in illis Invidia eſt*) Invidiam iſta bona fortunae, quae populus miratur, faciunt.

20. *falſo plurima vulgus amat*) Hinc *falſas populi voces* Horat. II. Od. 2, 19. dixit, et Senec. Thyeſt. 447.

— *falſis magna nominibus placent.*

21. *mentes hominum curaeque levantur*) Zeugma. nam aliter *animus*, aliter *cura* levari dicitur. Ita fere Ovid. X. Met. 368.

— *curasque et pectora ſomnus Solverat.*

Ita in noto illo Homerico:

Καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ. H.

Levare curas ap. Catull. II, 10. Add. Cic. ad Att. I, 18. — Eiusmodi autem ζεύγματα vid. Virg. Aen. I, 255. *ſerenare*, 264. *ponere*. Aen. II, 259. *laxare* Hor. Od. III, 3, 33. *redonare*. Tacit. Ann. I, 20. *ferre*. W.

Nam Fortuna ſua tempora lege regit.
Sit mihi paupertas tecum iucunda, Neaera;
Et ſine te regum munera nulla volo.
O niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem!
O mihi felicem terque quaterque diem!
At ſi, pro dulci reditu quaecunque voventur,
Audiat averſa non meus aure deus,
Nec me regna iuvent, nec Lydius aurifer amnis,
Nec, quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Haec alii cupiant; liceat mihi, paupere cultu,
Securo cara coniuge poſſe frui.
Adſis, et timidis faveas, Saturnia, votis,
Et faveas, concha, Cypria, vecta tua.

Aut

22. *Nam Fortuna ſua tempora lege regit*) Ita haec cum ſuperioribus connexa: Non divitiae animo tranquillitatem comparant; poteſt aliquis in ſummis rerum copiis miſer eſſe; nam conditio noſtra innumeris fortunae caſibus obnoxia eſt, quos copiae illae vel a ditiſſimo avertere nequeunt. *Tempora* ſunt diverſi ſtatus et conditiones hominum.

24. *regum munera* h. l. ſunt opes; nihil amplius. Mox

25. *poterit reddere*, ex Tibulli negligentia, pro reddet.

28. *Audiat averſa non meus aure deus*) *Oculos, aures, vultum avertere* indignantium eſt atque iratorum. cf. Broukh. *non meus deus* h. inimicus, adverſus, iratus. v. Aen. II, 396.

Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

Contra *Dii ſui* ſunt propitii. Ovid. IV. Met. 373.

Vota ſuos habuere deos.

cf. Vulp. v. Parrhaſ. Ep. 35.

29. *Lydius aurifer amnis*) Pactolus. v. Ovid. XI. Met. 90. H. Summa bona infeliciter amantem nil iuvant. Propert. I, 14, 15.:

Nam quis divitiis adverſo gaudet amore? W.

34. *concha, Cypria, vecta tua*) Nota res vel e Luciani DD. extr. cf. Strozzae elegantiſſimam Elegiam Amor. II, 5. v. etiam h. l. Broukh. Occurrit Venus ita vecta in antiquis ſignis, ac gemmis, et nuper in Pictur. Herculan. Tom. IV. tab. 5.

Aut ſi Fata negant reditum, triſtesque Sorores,
Stamina quae ducunt, quaeque futura canunt,
Me vocet in vaſtos amnes nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

ELEGIA IV.

Di meliora ferant, nec ſint inſomnia vera,
Quae tulit extrema peſſima nocte quies.

Ite

35. *triſtesque Sorores*) Parcas dicit, *triſtes* h. ſeveras, inexorabiles, ut *triſtis iudex;* cf. Broukh. et omnino res inferorum eo epitheto inſigniuntur.

36. *quaeque*) Repetitio relativi maiorem vim hic non habet. Caeterum vid. ad III, 2, 3. Not. W.

37. *vaſtos amnes*) Stygios. Albinov. II, 6. *ratis*

It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus.

Nec ad latas ripas, verum ad locorum inferorum vaſtitiem eſt referendum.

38. *Dives in ignava luridus Orcus aqua*) *Orcus* eſt Dis Pater, Pluto, ut Servius docet ad Aen. VI, 273. Cic. de N. D. III, 17. is dicitur *dives* h. potens, quia tam lata et ampla regna tenet in locis inferis, quae per *ignavam aquam*, ut toties per amnes ac fluvios, Cocytum, Stygem, Acherontem, deſignantur. Ergo *aqua* eſt fluvius ex modo dictis *ignava*, quia ſtagnans aut certe languide labens. *luridus*, ut pallidus, epitheton rerum inferarum.

Elegia IV.

Elegia haec ſomnium exponit ſatis diſerte, per quod Apollo ei apparuerat et de Neaerae inconſtantia dataque alii viro fide monuerat: deteſtatur poëta viſum et meliora precatur. v. Obſſ.

1. *Di meliora ferant*) abominantis et a ſe deprecantis aliquid formula. v. Virg. Ge. III, 513.

Di meliora ferant erroremque hoſtibus illum!

cf. Stat. et Vulp. εὐφήμει. Iam Pacuvius apud Varronem de LL. VI. p. 81. dixerat: *Di monerint meliora atque amentiam averruncaſſint.* (De formula *Dii melius* vid. Senec. Epiſt. 98. p. init. W.) De verſſ. 3. 4. ex quibus nihil, quod ſanum ſit, elici poſſit, v. Obſſ. Forma orationis *Ite procul* redit inf. El. 6, 7. et lib. I, 1, 76. H. Mendi notas in margine appoſitas delevi. W.

Ite procul, vanum falſumque avertite viſum,
   Deſinite in vobis quaerere velle fidem.
Divi vera monent; venturae nuntia ſortis,
   Vera monent Tuſcis exta probata viris:
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
   Et pavidas mentes falſa timere iubent.
At natum in curas hominum genus omina noctis
   Farre pio placant et ſaliente ſale.
Sed tamen, utcunque eſt, ſive illi vera monenti,
   Mendaci ſomno credere ſive volent,
Efficiat vanos noctis Lucina timores,

Et

6. *Tuſcis — viris*) aruſpicibus Etruſcis. *Monere* ut I, 6, 50. Ergo duo haec divinandi genera illo tempore in praecipua auctoritate erant: aruſpicina et deorum monitus ſeu per vates ſeu per oracula; ſi modo *divi monent* non generaliore notione dictum eſt de omni divinatione.

7. *Somnia fallaci ludunt t. nocte*) Somniorum adeo fides elevatur, comparatione oraculorum et extiſpicii. *Ludunt* apte de ſomniis. Horat. III. Od. 27, 40. cf. Broukh. *fallacem noctem*, ut *ſomnum fallacem* dixit, qua nos falſae ſpecies et imagines ludunt, fallunt.

9. *natum in curas*) ad aerumnas ac metus facti homines; *δειλοὶ βροτοὶ* Homeri. *omina noctis*) ſomnia. vid. Propert. IV, 4, 21. conf. Broukh.

10. *Farre pio — et ſaliente ſale*) h. mola ſalſa. *Far pium* ſollenne eſt, quia pietatem in deos teſtatur. *Sal ſaliens* h. micans in igne, etiam Horat. III. Od. 23. extr. *placant*, proprie, expiant.

11. *ſive illi*) h. ſive homines malunt credere divis et aruſpicibus, quos dixi vera monere, ſive ſomniis fallacibus: quicquid, inquam, eſt, hoc meum ſomnium dii averruncent! Sententia non adeo praeclara eſt: ſed lectio ceteris verior. v. Obſſ.

13. *noctis — timores*) ſunt ſomnia. *Timor* res, quae timetur. *δεῖμα νύκτερον* etiam Sophocl. Electr. 412. et *δείματα νυχίων ὀνείρων* Apollon. IV, 685. dixere. Longe alii ſunt *φόβοι νυκτερινοὶ*, quos Vulpius ex Pſ. XCI. laudat. *Lucinam* eſſe Iunonem, lucis auctorem, Broukhuſius contendebat. Verum docere debebat, ad Iunonem

Et fruſtra immeritum praetimuiſſe velit:
Si mea nec turpi mens eſt obnoxia facto,
Nec laeſit magnos impia lingua deos.
Iam Nox aetherium nigris emenſa quadrigis
Mundum caeruleo laverat amne rotas,
Nec me ſopierat menti deus utilis aegrae
Somnus; ſollicitas deficit ante domos.
Tandem, quum ſummo Phoebus proſpexit ab ortu,
Preſſit languentis lumina ſera quies.

Hic

nem quoque ſomnia pertinere. Ea vero ad Hecaten, adeoque ad Dianam ſpectant; inprimis ubi de eorum procuratione agitur. Diana autem Lucina nec minus dicitur. Mox *immeritum* pro adverbio poſitum. H. *Pavores* apud Tacit. Hiſt. II, 76. res quae pavorem faciunt. *Metus* Valer. Flacc. 1, 402. Liv. 31, 27. Tacit. Ann. 1, 40. Ita *ira* et *dolor*. W.

15. 16. Ad religioſum poëtae animum haec ſpectant: mala ſibi portendi per ſomnum non poſſe a diis infligenda propter impie commiſſum aliquod vel dictum: cuius ſibi ipſe conſcius non ſit.

17. *aetherium — Mundum*) *Mundum* pro caelo multi dixere. v. h. l. Broukh. et Vulp. Gronov. Obſſ. I, 9. Heinſ. ad Ovid. II. Met. 157. Caſtal. ad Rutil. I, 17. H. *Mundus coeli* dixit Ennius ap. Macrob. VI, 2. Sat. Hinc mundus abſolute pr. caelo dictus. W.

eod. *nigris — quadrigis*) alii Nocti bigas tribuunt: v. Broukh. ad II, 1, 87. quam ob rem valde in h. l. laborat. Sic Aurorae modo bigas Aen. VII, 27. modo quadrigas Aen. VI, 535. dat Virgilius; et ſimiliter alii poëtae variant alia, quae ad rem non faciunt.

18. *amne*) Oceano. v. II, 5, 60. Exeuntem noctem declaravit per deſcenſum Noctis in Oceanum.

20. *ſollicitas deficit ante domos*) defetiſcitur, viribus deſtituitur, ut in domum ingredi nequeat, quam ſcil. aegritudo et curae obſident; ante hanc igitur ſubſiſtit, nec eam intrat, eam praeterit.

21. *cum ſummo Phoebus proſpexit ab ortu*) Cum *ſumma* relative dicantur, *ſummus ortus* h. l. eſſe debent primi ſupra finitorem ſeu horizontem emicantis Solis aſcenſus et evectiones: ita ille *proſpicere* videri poteſt ſive in altiores illas caeli partes,

quas

Hic iuvenis, caſta redimitus tempora lauru,
  Eſt viſus noſtra ponere ſede pedem.
Non illo quidquam formoſius ulla priorum
  Aetas, humanum nec videt illud opus.
Intonſi crines longa cervice fluebant,
  Spirabat Syrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
  Et color in niveo corpore purpureus:
Ut iuveni primum virgo deducta marito
  Inficitur teneras, ore rubente, genas:

Ut,

quas mox curſu ſuo emenſurus eſt, ſive in terras has noſtras, quas primis radiis ſuis imbuit et illuſtrat. H. *ab ortu*, ut apud Virg. Aen. VII, 25.: aethere ab alto Aurora — fulgebat. W.

23. *caſta — lauru*) Nota fabula de Daphne ex Ovid. Met. I. unde *caſta*. De v. 25. 26. v. Obſſ. H. Compara cum hac Phoebi deſcriptione v. 23-40. Apuleii Metam. libr. XI. p. 756-761. elegantem deſcriptionem Iſidis. W.

25. 26. Vide de his verſibus Obſſ. W.

28. *Stillabat Syrio myrtea rore coma*) *Myrtea coma* a colore, qui eſt inter flavum et nigrum: caſtaneus nobis color. v. Scalig. *Syrius ros* ſunt unguenta, quae e Syria veniunt, ſtacte, malobathrum, balſamum. Vulpius nardum intelligebat. *Stillare* dictum ut Graec. ψεκάζειν, ἀποστάζειν. v. ſimilem noſtro locum in Callim. in Apoll. 38. et ibi cf. Spanh. H. *Spirabat* pro vulgata *ſtillabat* recepi. Spirare odorem eſt exhalare. Cum caſu ſexto etiam Statius Sylv. III, 3, 211. iunxit:

Semper odoratis ſpirabunt floribus arae.

Et eſt analoga conſtructio verbi *olere*. Ovid. Heroid. XV, 76.:

Non Arabo noſter rore capillus olet.

ad quem locum vid. interpr. et ad Propert. IV, 7, 22. — *Syrio*. vid. Burm. ad Propert. II, 10, 29. p. 299. Caet. vid. Obſſ. W.

32. *ore rubente*) non pendet ab *Inficitur*: ſed eſt, ita ut os rubeat. *deducta* autem h. l. aliter ac ſup. I, 6, 59. *deducit* in nonnullis occurrebat; nunc honeſte, de ſponſa in domum mariti ducta. Propert. IV, 3, 13. *Quae mihi deductae fax omen praetulit* etc. Res nota. H.

Deduci

Ut, quum contexunt amarantis alba puellae
    Lilia: ut autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla;
    Namque haec in nitido corpore veſtis erat.
Artis opus rarae, fulgens teſtudine et auro,
    Pendebat laeva garrula parte lyra.
Hanc primum veniens plectro modulatus eburno,
    Felices cantus ore ſonante dedit.

Sed

Deduci marito h. e. ad maritum. Nomina *maritus* et *coniux* uſurpantur etiam ante coniugium deductione firmatum. Catull. carm. 61, v. 32, 55, 157. — *ore rubente* h. e. erubeſcente, quam ſignificationem exemplis probat Forcellinius. Comparandus imprimis locus Virg. Aen. XII, 67. de Lavinia erubeſcente:

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
Alba roſa: talis virgo dabat ore colores. W.

34. *rubent*) Repetitio eiusdem vocabuli ne male te habeat, compara Virg. loc. laud. v. 66. et 68. W.

35. 36. Pallam exſpectabam in Apolline; quandoquidem is proprius deo amictus, (cf. ſup. II, 5, 8.) olim omnino vatibus, hinc citharoedis communis. Verum in ea deſcribenda laborare adeo Tibullum aegre fero. Pentameter ſaltem friget vel maxime. H. Vide de hoc pentametro Obſſ. ad I, 4, 38. W.

39. 40. 41. Referemusne haec ad praeludium, *προοίμιον*, toties memoratum veteribus, ubi de Lyricis agunt? In praecipuis locis Pindaricus Pyth. I, 6.

Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
Ἀγησιχόρων ὁπόταν φροιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.

Praeludebatur ſcilicet chorum ducentibus et communem cantum inſtituentibus: h. l. vero oraculo edendo praeluditur. Quod neſcio an alibi occurrat. H. *Modulatus* h. e. ita moderatus lyram, ut ſonos certis modis et muſica ratione inflexos et temperatos redderet. Sic Claudian. XXXIV, 15. *modulatus pectine nervos.* Proprie dicimur modulari carmen, ſonos, ſimilia. W.

40. *Felices cantus*) poſſunt eſſe propitii, favorem Numinis oſtendentes. Virgil. I. Aen. 334. *Sis felix noſtrumque leves quae-*

cun-

Sed poſtquam fuerant digiti cum voce loquuti,
Edidit haec dulci triſtia verba modo:
Salve, cura deûm; caſto nam rite poëtae
Phoebusque et Bacchus Pieridesque favent.
Sed proles Semeles Bacchus doctaeque Sorores
Dicere non norunt, quid ferat hora ſequens.
At mihi fatorum leges, aevique futuri
Eventura, pater poſſe videre dedit.
Quare, ego quae dico non fallax, accipe, vates,
Quodque deus vero Cynthius ore feram.
Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
Quan-

cunque laborem; aut, quod cum Vulpio malo, faciles et feliciter provenientes. Poſſunt etiam eſſe excellentes, praeſtantes, divini, ut Horat. IV. Od. 13, 21. *felix facies.* Fere ſic inf. IV, 2, 13. *felix Vertumnus.*

41. Compar. Virg. Aen. 10, 67.: *Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit.* — Mox verſ. 42. *modus* eleganter uſurpatur pr. *ſono*, ut τρόπος. Aeſch. Sept. 448.:

φιμοὶ δὲ συρίζουσι βάρβαρον τρόπον. W.

43. *caſto rite poëtae*) Proprie caſtus in ſacris parandis et obeundis, purum corpus ſervans; ſic ſacerdos caſtus; hinc omnino religioſus, pius; etiam res caſtae, ut ſup. II, 1, 13. *caſta placent ſuperis*, ſacra rite parata. Nunc *caſtus poëta*, ut alias ſacer, ſanctus, pius, qui ſe addixit ſacris Muſarum; rite ea colit; in ſtudiis poëticis occupatus. Aliis in locis accedit notio vitae purae a violentia et rapinis alienae.

47. *Leges fatorum*) cf. Virgil. Aen. XII, 819. W.

48. *pater — dedit*) Non de ſuo habere, ſed a Iove patre futuri praedictiones accipere Apollinem, nunc vulgata res eſt. Hymn. in Mercur. 468. 9. conf. Virg. III. Aen. 251. vid. Broukh.

51. 52. Mirum, poëtam amorem ſuum Neaerae, ſperatae coniugis, comparare cum amore matris in filiam et mariti in uxorem ſuam. Neutra, vereor, comparatio ut ſatis commoda ſit. Ipſe eius uſum adhuc habuerat; mox eam in concubinatu habiturus: v. ſup. ad libri princ. Mirum et illud, quod a deo edocetur poëta, puellam ſe

Quantum nec cupido bella puella viro,
Pro qua ſollicitas caeleſtia numina votis,
Quae tibi ſecuros non ſinit ire dies,
Et, quum te fuſco Somnus velavit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus,
Carminibus celebrata tuis formoſa Neaera
Alterius mavult eſſe puella viri;
Diverſasque ſuas agitat mens impia curas,
Nec gaudet caſta nupta Neaera domo.
Ah crudele genus, nec fidum femina nomen!
Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum!

Sed

ſe deſerto alii velle nubere. Scilicet id dignum deo erat futura providente!

55. *quum te fuſco Somnus velavit amictu*) v. Obſſ. iniecto ſuo velo ſeu peplo obtexit et obnupſit. Peplum autem Noctis frequentatum eſt poëtis; ut in illo Euripidis ſup. ad II, 2, 87. laudato: *Μελάμπεπλος Νύξ*.

56. *Vanum n. fallit i.*) ita ut ipſe vanus ſis; h. illuſum, deceptum, fingentem inania. Vulpius hic haerebat.

57. *Carminibus celebrata tuis*) Videntur adeo plura a Tibullo in Neaeram ſcripta intercidiſſe.

58. *Alterius — viri*) Oratio fere eadem apud Ovid. Remed. A. 772.:

Eſſe quod alterius coeperat illa viri. W.

60. *caſta — domo*) Sollenne de poëtis, v. ſup. v. 45. propter innocuos mores, et quod alieni ſunt a ſcelere, caede et rapinis, vitamque, ſecus ac illi, qui divitias et honores parant, a ſcelere puram et integram agunt. *Nupta domo*, pro in domum; et eſt graeca ratio: *non gaudet nupta*, ſe nuptam eſſe, nubere. H. Reſtitui *ſuas*. *Caſta domo*, ut Silius I, 609. dicit:

Caſtaque beatos
Paupertate patres.

Caet. vid. Hand. p. 65. W.

61. *nec fidum femina nomen*) h. perfidae feminae ſimpliciter. Saepe *nomina* pro hominibus. cf. h. l. Scaliger. et Bentl. ad Horat. III, 27, 34. *Mox ſi qua* in poëtis eſt pro, quaecunque. H. Virgil. Aen. IV, 569. Mercurius: *Varium et mutabile ſemper Femina*, ad Graecorum magis formam. W.

Sed flecti poterit; mens eſt mutabilis illis;
Tu modo cum multa brachia tende prece.
Saevus Amor docuit validos tentare labores;
Saevus Amor docuit verbera poſſe pati.
Me quondam Admeti niveos paviſſe iuvencos,
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora,
Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos;
Sed perlucenti cantus meditabar avena,
Ille ego Latonae filius atque Iovis.
Neſcis, quid ſit amor, iuvenis, ſi ferre recuſas
Immitem dominam coniugiumque ferum.
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas;
Vincuntur molli pectora dura prece.

Quod

63. *flecti*) cf. Tacit. Hiſt. IV, 42. W.

64. *Saevus Amor*) ut ἄγριος ἔρως ap. Graecos. vid. Plat. Phaedon. p. 109. ed. Heind. W.

67. *Me quondam Admeti*) v. ſup. II, 3, 11. Paullo ante *verbera pati*, pro ſervitium ferre. cf. ſup. II, 4, 3. 4. 5.

68. Quod alibi dicitur *fabula vana*. W.

74. *coniugiumque ferum*) h. cum muliere fera h. indomita atque intractabili. *coniux* pro amica, ſic *coniugium* pro amoris foedere ſimpl. Eſt adeo pro *amica ſuperba* dictum *coniugium ferum*.

75. 76. Proprietas verborum cum elegantia. *Adhibere querelas*, uti: adhibere preces, ſollenne et publicum eſt. cf. Burmann. ad Ovid. III. Met. 376.

O quoties voluit blandis accedere dictis
Et molles adhibere preces.

Proprium quoque *blandae preces.* cf. ſup. III, 3, 2. Sententia verborum ipſa centies a Propertio, Ovidio et aliis retractata eſt. cf. Propert. I, 1, 9-16. H. *molli.* Graeci hoc modo uſurpant μαλακός. cf. Odyſſ. α, 56. W.

Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis,
  Haec illi noſtro nomine dicta refer:
Hoc tibi coniugium promittit Delius ipſe;
  Felix hoc, alium deſine velle virum.
Dixit, et ignavus defluxit pectore ſomnus.
  Ah ego ne poſſim tanta videre mala!
Nec tibi crediderim votis contraria vota,
  Nec tantum crimen pectore ineſſe tuo.
Nam te nec vaſti genuerunt aequora ponti,
  Nec flammam volvens ore Chimaera fero,
Nec conſanguinea redimitus terga caterva,
  Cui tres ſunt linguae tergeminumque caput,
Scyllave virgineam canibus ſuccincta figuram:
  Nec te conceptam ſaeva leaena tulit,

Bar-

77. *vera canunt oracula*) Oracula canere vera, et deos canere oracula, utrumque in uſu. W.

81. *defluxit pectore ſomnus*) ſuaviter, nam dormientes, pulmonibus plenis proflantes ſpiritum, attollunt pectus. cf. Obſſ.

83. *votis* meis *contraria* tibi eſſe *vota;* ut amantium vota dici ſolent, pro ipſo amore.

85. *Nam te nec vaſti*) Nota loca Homeri Iliad. *II*, 33. ſq. Virg. Aen. IV, 365. ſqq. Subiicit Tibullus plura alia, ſed ea copia, quae faſtidium faciat, neceſſe eſt; cf. ad Elegiae principium; praeſertim cum eiusmodi phantaſmata iam nimium trita ſint a poëtis, nec ſatis placeant, niſi novitatem habeant pro condimento.

86. *flammam volvens*) eleganter pro, vomens, ut exprimit undantis flammae globos, ſpiras et volumina. conf. Virgil. Aen. VIII, 255. Ovid. VII. Met. 109. de tauris Colchicis:

Pectora ſic intus clauſas volventia flammas,
Pectoraque uſta ſonant.

87. *Nec c.*) de Cerbero loquitur, cuius capita anguibus horrent.

89. Scylla utero, in belluam marinam exeunte duplici cauda, intertextos habet canes marinos. v. Obſſ.

90. *tulit*) n. utero, protulit, edidit.

Barbara nec Scythiae tellus, horrendave Syrtis;
Sed culta, et duris non habitanda, domus,
Et longe ante alias omnes mitiſſima mater,
Isque pater, quo non alter amabilior.
Haec Deus in melius crudelia ſomnia vertat,
Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.

E L E G I A V.

Vos tenet, Etruſcis manat quae fontibus unda,
Unda ſub aeſtivum non adeunda Canem,
Nunc

edidit. Illuſtratum vide a Mitſcherl. in Lectionib. p. 107.

95. *Haec Deus*) Ad verbum Moſchus Id. 2, 27. *Ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον.*

Elegia V.

Ad amicos ſcripta eſt, qui thermas in Etruria adierant, a poëta ex febri graviter laborante. Verens ille, ne in mortis periculo verſetur, deprecatur iram deorum, tanquam cauſſam morbi, ob facinus, vel nefas, inflicti; vota facit pro ſalute et amicos ſuos vota pariter facere iubet.

1. *Etruſcis manat quae fontibus unda*) De thermis Etruriae agi, dubitari vix poteſt: v. Obſſ. Etiam inf. 29. *Tuſcae numina lymphae.* Habuit autem et olim et nunc Etruria aquas ſalubres pluribus locis. De noſtro aevo v. Baccium de Thermis p. 54. et de vetere aetate Dionyſ. Halic. lib. I, 37. (p. 29.) et Strabo lib. V. p. 347. Alm. *πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία κατὰ τὴν Τυῤῥηνίαν. Τῷ δὲ πλησίον εἶναι τῆς Ῥώμης, οὐχ ἧττον εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαΐαις, ἃ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα.* Ita locus ille conſtituendus videtur; qui vulgatus eſt, vitio laborat. Fuere inter eas thermas inprimis clarae Caeretanae. v. Strabo lib. V. p. 337. C. Aquae Cluſinae, ſed eae frigidae. v. Horat. I. Epiſt. 15, 19. Tauri thermae. v. Rutil. I, 250. Et thermae Piſanae etiamnum ſatis celebres, de quibus Ant. Cocchius peculiari libello egit. Quaenam illae fuerint thermae, quas Tibulli amici adierant, quaerere viros doctos potuiſſe mirarer, niſi tot alias inanes quaeſtiones, gravioribus praeteritis, motas meminiſſem.

2. *Unda ſub aeſtivum non adeunda Canem*) Mirum eſt hoc a poëta moneri; quandoquidem in

Nunc autem ſacris Baiarum maxima lymphis,
Cum ſe purpureo vere remittit humus:
At

in iſtis regionibus per dierum canicularium aeſtum vix quisquam ſanus calidis aquis utetur; quin immo inſtante graviore aeſtu discedunt homines ex thermis in agros. Idque faciebant haud dubie etiam olim. Martial. IV. Ep. 57, 6.

Horrida ſed fervent Nemeaei pectora monſtri,
Nec ſatis eſt Baias igne calere ſuo:
Ergo ſacri fontes, et littora ſacra, valete,
Nympharum pariter Nereidumque domus.
Herculeos montes gelida vos vincite bruma,
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

Igitur etiam Martialis ait hieme commorandum eſſe Baiis, propter caeli clementiam, at aeſtivo tempore ſecedendum eſſe in agrum Tiburtinum. In Martiale hoc commode memorari poterat; non aeque in hoc Tibulli loco: in quo aeſtuans ex febri et ex metu inſtantis mortis poëta vix huic obſervationi vacare poterat: v. Obſſ. ad v. 3.

5. *Nunc autem ſacris Baiarum maxima lymphis*) *Baiarum maxima*, inquit Broukh. h. e. ſaluberrima. Si vir doctus interpretandi artem tam bene tenuiſſet, quam rusticam, facile vidiſſet, hoc vix latine fieri poſſe. Fac enim hoc ita ſe habere, *Baias* appellative non modo Puteolanas illas, ſed quascunque alias thermas dici, quod tamen, niſi certa aliqua ratione et poëta forma, fieri dubito, ferri tamen vix poteſt, ut *Baiarum maxima* efferatur, ſed *Baiarum maximae*, uti *nuptiarum ſollenniſſimas* dixeris, non *ſollenniſſimam.* Nihil dicam de noto graeciſmo, quo non modo *adiectiva*, quae numerum deſignant, ut: *militum ultimi; quorum pleraque;* verum etiam, quae proprietatem et naturam rei declarant, ſubſtantive ponuntur; ut *lanarum nigrae.* De quo genere v. Ruhnken. ad Vellei. II, 80. p. 337. et Hemſterh. ad Lucian. To. I. p. 117. quem ille laudat. Ergo alia via ineunda eſt. Poſſunt autem verba illa et ſic iungi: *unda maxima Baiarum*, inter Baias praecipua unda. Enimvero primum hoc durum et abſonum vixque latinum eſt; (nam quod e Virgil. Aen. VII, 83. laudari poteſt,

— nemorum quae maxima ſacro
Fonte ſonat;

de Albunea, et per ſe diverſum eſt, et aliter expediri poteſt) tum vero a vero alienum, Etruſcas thermas fuiſſe maximas ac ſeu ſaluberrimas, ſeu potius celeberrimas (quod *maximae* ſignificarent) inter thermas,

At mihi Perſephone nigram denuntiat horam;
Immerito iuveni parce nocere, Dea.
Non ego tentavi, nulli temeranda virorum,
Audax laudandae ſacra docere Deae.
Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit;

Nec

etiam Baiis Campaniae praelatas, quae Martiali *principes Baiae* dictae, lib. VI. Ep. 42, 7. id quod nemini in mentem venit. Verum eſt tertia verborum iungendorum ratio eaque haud paullo melior: *unda maxima lymphis ſacris Baiarum*, praeſtans, praeclara, per ſ. propter aquas h. fontes ſuos ſalubres, quos lymphas Baiarum appellat a ſimilitudine. Hanc ſaltem inire debebant, qui locum defenderunt. — *ſacris lymphis* dixit, quia omnes fontes, multo magis ſalubres diis ſacri erant. Martial. l. c. *Nympharum pariter Nereidumque domus*. Mox *ver purpureum*, pulcrum; ut ſaepe poëtae: illuſtratum a Vulpio. H. *Nunc autem — lymphis*. Verba: *nunc autem maxima, quum humus ſe remittit vere purpureo*, ſane oppoſita ſunt antecedentibus: *Unda — canem*, ut facile apparet. *Maxima* autem dictum eſt pr. maior, vid. Obſſ. — *ſe remittit*, cf. Lucan. I, 17.: *bruma rigens ac neſcia vere remitti*. add. Mitſch. ad Horat. Od. I, 4, 1. W.

5. *nigram denuntiat horam*) *denuntiat*, minatur. Copioſe de hoc Broukh. et Vulp. *nigram*, quatenus omnia, quae ad mortem et inferas res ſpectant, eo epitheto ornantur, etiam noſtro ſermone. Quod autem v. 7. ſqq. ut itidem ſup. I, 3, 51. ſqq. ſe innocue vixiſſe teſtatur, ad communem illam opinionem referendum eſt, qua graviores morbi, acutae febres, furores ex morbo, a deorum ira repetebantur; unde etiam ad religiones confugiebant, quibus deos placarent. Sollennis autem ſimilis ſcelerum, quae quis non commiſerit, enumeratio in poëtis, v. c. Claudian. de R. Proſ. II, 255. ſq. Petron. c. 133.; a noſtro illa ad faſtidium eſt producta.

7. 8. Sunt *ſacra Bonae maribus non adeunda Deae*, quas ſupra vidimus I, 6, 22. *Laudandam* dixit pro bona. cf. Obſſ.

9. *infecit pocula*) Virgil. II. Ge. 128.

Pocula *ſi quando ſaevae infecere novercae*.

Poculum vero frequens de veneno. v. Broukh. qui tamen male, contra Pafferatium, eo refert locum Propert. II, 12, 48.

Lae-

Nec nos ſacrilegos templis admovimus ignes,
Nec cor ſollicitant facta nefanda meum;
Nec nos, inſanae meditantes iurgia linguae,
Impia in adverſos ſolvimus ora deos.
Et nondum cani nigros laeſere capillos;
Nec venit tardo curva ſenecta pede.

Nata-

Laeſerunt nullos pocula noſtra deos,

nam eſt intelligendus ille de periuriis et conviciis in deos iactis inter compotationes. H. *Infecit — dedit.* Similiter diſtinxit Moſch. Id. III, 118.:

Τίς δὲ βροτὸς τοσσοῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι
Ἢ δοῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον; W.

12. 13. 14. Iungendae hae ſententiae, ne languere videatur genus *facta nefanda* inter ſigillatim narrata interpoſitum: quod bonus poëta non committat. Sed voluit dicere: nec facto nec dicto deorum iram provocavi. cf. III, 4, 15. 16. Hoc alterum ſic extulit, ut diceret: ſe non iracundia et furore abreptum in numen diras imprecationes impie evomuiſſe. ut ſup. I, 2, 79.

Num Veneris magnae violavi numina verbo,
Et mea nunc poenas impia lingua luit?

Et lib. II, 6, 17. 18. ac IV, 4, 14. (add. I, 2, 52. W.) Abominandas has in deum exſecrationes, nos blasphemias vocamus, inter piacula etiam veteres iſti homines habuere; quis ferat inter nos eas frequentari? H. *Facta nefanda.* Intelliguntur impetus graſſatorum et latronum. Catull. XXIII, 10: *Non facta impia, non dolos veneni,* ubi *facta impia* eadem ſunt, quae hic *facta nefanda.* Caeterum ordinem ſententiarum a verſ. 7 — 14. diſplicere mihi profeſſus ſum in Obſſ. ad I, 2, 49. Sed nunc aliter iudico. W.

12. *ſollicitant*) h. l. eſt ſollicitum et anxium habent. vid. Cic. pro Roſc. Amer. c. 24. *Sua quemque fraus* etc. Quae Broukh. exempla hic laudat, nihil huc faciunt.

15. *laeſere capillos*) h. colorem immutavere, ut Ovid. III. Art. 204.

Palleſcunt frondes, quas nova laeſit hyems.

v. Vulp. Sic colores, qui mutantur, *violant* lanas. H. Alia nunc cauſa ſubiicitur a poeta, quare mortem deprecetur. cf. *Tuque* Horat. II, 12, 9. — Cave autem iungas v. 16. *venit tardo pede,* ut I, 9, 4. Nam ſenectus, mors, ſimilia, celeriter venire dicuntur. cf. I, 10, 40. Iungendum eſt *curva pede tardo.* Deni-

que

Natalem noſtri primum videre parentes,
  Quum cecidit fato conſul uterque pari.
Quid fraudare iuvat vitem creſcentibus uvis,
  Et modo nata mala vellere poma manu?
Parcite, pallentes undas quicunque tenetis,
  Duraque ſortiti tertia regna dei.
Elyſios olim liceat cognoſcere campos,
  Lethaeamque ratem, Cimmeriosque lacus,
Quum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta,
  Et referam pueris tempora priſca ſenex.
Atque utinam vano nequidquam terrear aeſtu!
  Languent ter quinos ſed mea membra dies.
At vobis Tuſcae celebrantur numina lymphae,

Et

que ſenectam, non Senectam perſonam, cogitavit, opinor, Tibullus. W.

18. *Cum cecidit f.*) V. C. 711. quo Hirtius et Panſa Coff. bello Mutinenſi perierunt. Sed v. Obſſ.

20 *mala — manu*) nocente, perniencioſa, ut Virg. Ecl. 5, 11.

Atque mala vitis incidere falce novellas.

v. Broukh. H. Adde Catull. XX, 5. *malasque furis arceo manus.* W.

22. *Duraque — tertia regna*) *tertia* n. ex ſortitione, ut notum, pro tertia portione. *dura*, quae dure, crudeliter a Plutone duro rege exercentur. Deinde hic uni ſubſtantivo duo epitheta iuncta ſunt, nempe alterum *tertia* cum ſuo nomine quaſi unum vocabulum efficit, alterum ornatus cauſſa apponitur. Et ita ſe res habet in omnibus fere exemplis a Broukh. hic allatis. Ut vero utrumque epitheton qualitatem rei et naturam, ſive quantitatem vel numerum exprimat, hoc, niſi vitioſe, fieri poſſe non puto.

26. *Et referam*) Hoc ſuaviter adiectum. Sic ſup. I, 10, 44.

Sic ego ſim, liceatque caput candeſcere canis,
Temporis et priſci facta referre ſenem.

29. *Tuſcae — numina lymphae*) h. Tuſcae aquae, ſalubres (quibus numen ineſſe credebatur. v. ad v. 3.) frequentantur a vobis. Praeſunt fontibus ſalubribus Nymphae, *numina.*

Et facilis lenta pallitur unda manu.
Vivite felices, memores et vivite noſtri,
Sive erimus, ſeu nos Fata fuiſſe volent.
Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et nivei lactis pocula mixta mero.

ELEGIA VI.

Candide Liber, ades: ſic ſit tibi myſtica vitis
Sem-

30. *Et facilis lenta pellitur unda manu)* Singula verba accommodatiſſima ſunt. *Pellere* ſup. I, 4, 12.

Hic placidam niveo pectore pellit aquam.

Auſon. Moſell. 344.

— — mox amne refotos
Plaudenti gelidum flumen pepuliſſe natatu.

Facilis unda, ut Propert. I, 11, 12.

Alternae facilis cedere lympha manu.

cf. Rutil. I, 247. ubi leg. *natatibus*. *Lenta manu* pulcre luctantia brachia exprimit. Ovidius Epiſt. 19, 48.

Lentaque dimotis brachia iactat aquis.

cf. Epiſt. 18, 96. et ibi Burman. Erant vero natationes, piſcinae dicebantur, in balneis, ſive ad exercitationem, ſive ad ſanandos morbos. cf. Baccium de Thermis L. VII. c. 8. et 24.

32. *nos fata fuiſſe volent)* h. vixiſſe, per εὐφημίαν, ut notum. v. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII, 192.

33. *nigras pecudes promittite Diti)* ſcilicet compenſationem pro meliore anima hominis. cf. Vulp. *promittere* eſt vovere, ſpondere. vid. Broukh. et Douſa Praecid. c. 12. Vult adeo poëta, amicos diis inferis facere vota pro ſua ſalute. H. Vid. ſupra I, 5, 10. W.

Elegia VI.

Amoris curas et ſollicitudines vino diluere inſtituit poëta, nec tamen felici ſatis ſucceſſu. Aeſtuat miſeri amantis animus in omnes partes distractus: imprecatur puellae, deprecatur; excitat ſe ad hilaritatem, redit ad triſtitiam; ſuo exemplo alios monet puellarum perfidiam timere, cum hac ipſa tamen perfidia amicae memoriam animo dimittere nequit. Eſt haud dubie inter praeſtantiores ſui generis Elegia haec, affectus inprimis varietate et veritate.

1. *Candide Liber)* h. pulcher, formoſe; quod perpetuum Bacchi cognomen, ut iam Cyllen. accepit. v. Broukh. ad h. l. et aſſ

Semper, ſic hedera tempora vincta geras;
Aufer et ipſe meum pariter medicande dolorem,
Saepe tuo cecidit munere victus amor.
Care puer, madeant generoſo pocula Baccho;
I, nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum, curae, genus, ite labores,
Fulſerit hic niveis Delius alitibus;
Vos modo propoſito, dulces, faveatis, amici,
Neve neget quisquam me duce ſe comitem.

Aut

ad IV, 4, 19. (17.) qui Horat. I. Od. 18, 11. Ovid. F. III, 772. et Senec. Oedip. 508. contulit. H. *Candide*. a parte denominatur totum; ad pulchritudinem enim pertinet candor. *Cupido candidus* Catull. 68, 134. W.

ibid. *ſic ſit tibi*) h. oro te per vitem tibi ſacram et per hederam, capitis inſigne. v. ad I, 4, 1.

ib. *myſtica vitis*) quia eius uſus in myſteriis atque orgiis Bacchi cum reſpectu certae religionis erat: ut Virgil. Ge. 1, 166. *myſtica vannus Iacchi*, cuius inſtar habetur in ſacris Bacchi. vid. Gronov. Obſſ. IV, 9.

3. *et ipſe — pariter medicande*) h. cui non minus medela et auxilium opus eſt, ut animi morbo iſto, amore, libereris, quo in Ariadnen teneris. Sed haec putida ſunt. v. Obſſ. H. Mendi ſignum delevi, huic verſui appoſitum ab Heynio. W.

4. *cecidit*) Catull. XI, 21.:
Nec meum reſpectat, ut ante, amorem,
Qui illius culpa cecidit ſeq. *Victus*: cf. Obſſ. ad I, 5, 60. W.

5. *madeant*) Placuit poëtae tenue vocabulum: alius *ſpument* aut ſimile poſuiſſet.

7. *labores*) ſunt dolores animi, *πόνοι*, quam poteſtatem Latinos huic vocabulo tribuiſſe recte Daviſius notat ad Cic. Quaeſt. Tuſc. II, 15. p. 154. W.

8. *Fulſerit hic niveis Delius alitibus*) pro *fulgeat*. *ales* pro omine, ut *avis* II, 2, 21. ut poëta plurali extulit. Bono omine haec dies exorta ſit, fauſta et laeta ſit. *Delius* pro ſole et die; dictum ad formam: hic Phoebus. H. Vid. Obſſ. W.

9. *Vos modo*) Interpunctionem poſt *alitibus* mutavi. Caeterum comparanda ſunt Graeca, ut *μόνον θεοὶ σώζουσιν* Philoct. Soph. 526. W.

Aut ſi quis vini certamen mite recuſat,
Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos deus: ille ferocem
Contudit, et dominae miſit in arbitrium;
Armenias tigres et fulvas ille leaenas
Vicit, et indomitis mollia corda dedit.
Haec Amor, et maiora valet; ſed poſcite Bacchi
Munera; quem veſtrum pocula ſicca iuvant?
Convenit ex aequo, nec torvus Liber in illis,

Qui

11. *vini certamen*) h. e. compotatio. vid. Forcellin. voc. certamen. W.

13. *Ille — deus*) n. Amor. Male alii Bacchum intelligunt. Parum cohaerere videri poteſt ſententiarum ordo. Sed hoc ipſum decet poëtam valde animo commotum. Puellae mentione facta, Amoris potentiam memorat: tum Bacchi; mox utramque comparat, et ut amici Bacchum potando placidum ſibi reddant, hortatur. *Contudit, miſit*, et reliqua, pro *contundere*, *mittere ſolet.*

ib. *ferocem Contudit*) grave verbum, domuit; fregit. vid. Broukh.

14. *dominae miſit in arbitrium*) in pedeſtri debuiſſet dicere: mittere ſub imperium, ſubiugare.

18. *pocula ſicca*) vacua.

19. *Convenit ex aequo*) Alii interpretes ſilent; et Broukh. ut ſolet, ſatis habuit illuſtrare: *torvus in illis* dictum nota elegantia pro *in illos;* ut *aequus in hoſte* et ſimilia. Sed nunc quaeritur, quid ſit: *Convenit ex aequo.* Cyllen. ait: utile et conveniens eſt ex aequo, id eſt, iuſta parte; quae hic locum non habent. Vulpius interpretatur: *Libero patri cum bene potantibus nulla diſcordia eſt. Ex aequo* h. aequaliter, aeque: ut ſit dictum ut: convenit inter eos. Sed hoc redolet trivium et vulgus. Malim *convenire* accipere pro adire, itare ad, et quartum caſum ſubintelligere: *Hos Bacchus aequus et lenis convenit, iis praeſens et propitius eſt. ex aequo* eſt pro aequus, placidus, vel placide. Sed ſemper duri quid manet. nec magis propitiam et facilem Minervam habeas, ſi ad Amorem et Liberum revoces: *Convenit ex aequo*, pariter, Libero cum Amore; Liber et Amor dii inter ſe coniuncti et amici ſunt; bene inter eos convenit. H. *Ex aequo* eſt aeque, aequaliter,

Qui ſe, quique una vina iocoſa colunt.
Iam venit iratus nimium nimiumque ſeveris;
Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his poenas qualis quantusque minetur,
Cadmeae matris praeda cruenta docet.
Sed procul a nobis hic ſit timor; illaque, ſi qua eſt,
Quid valeat laeſi, ſentiat, ira dei.
Quid precor, ah, demens? venti temeraria vota
Aëriae et nubes diripienda ferant!

Quam-

ter, ἐξ ἴσου; ſed quem ſenſum hoc habeat e contextu conſtituendum eſt. Sic ap. Plin. H. N. 6, 25.: *Regna pertinent ad Scythas, cum quibus ex aequo degunt, ex aequo* ſignificat aequo iure et inſtitutis. Alius eſt locus Tacit. Hiſt. II, 97.: *Trium legionum legati — adverſam eius fortunam ex aequo detrectabant.* — Deinde hoc quoque tenendum, ſubiectum, quod requirunt verba *ex aequo*, modo diſerte enuntiatum, modo e contextu ſupplendum eſſe. Hoc loco eſt: *ex aequo cum illis, qui ſe, quique — colunt*, h. e. quales illi, talis deus; nam verba adiecta: *nec torvus Liber in illis*, clare oſtendunt, quid in animo habuerit poeta. Diſſipat Evius curas edaces eorum qui colunt deum. Caeterum *convenit*, ut Virg. Aen. XII, 184. — *Torvus in illis*, cf. Virg. Aen. II, 540. W.

20. *vina iocoſa*) h. compotationem inter ludum et iocos. Sic in Luſ. lib. *Venus iocoſa.* Contra *ſeveri* ſunt ſobrii. Laudatur Catull. 27, 5. *abite lymphae, Vini pernicies, et ad ſeveros Migrate.* H. Add. Horat. Ep. 1, 19, 8.:

Forum putealque Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeveris.

add. Ep. 1, 5, 15. — *Venit iratus*, cf. Horat. Od. I, 18, 3. W.

23. *Quales — qualis quantusque*) cf. Soph. Trachin. 1044. Electr. 750. W.

24. *Cadmeae matris praeda cruenta*) Pentheus a matre Agave et Bacchis furentibus diſcerptus. v. Ovid. III. Met. 701.

25. *illaque, ſi qua eſt*) ſi vivit, ſi ſuperat. cf. Obſſ.

26. *laeſi — dei*) irati. Bacchi iram deprecatur in illam. H. *Laedere* numen eſt in ea re peccare, quae data eſt numini. Sic laedere Nemeſin Catull. 50, 21. W.

28. *diripienda ferant*) h. diripiant.

Quamvis nulla mei ſupereſt tibi cura, Neaera,
Sis felix, et ſint candida fata tua.
At nos ſecurae reddamus tempora menſae;
Venit poſt multos una ſerena dies.
Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa;
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec bene mendaci riſus componitur ore;
Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.
Quid queror infelix? turpes diſcedite curae.
Odit Lenaeus triſtia verba pater.
Gnoſia, Theſeae quondam periuria linguae
Fle-

ripiant. ut ſup. I, 7, 40. *diſſoluenda dedit* pro *diſſolvit.* H. Recte, niſi quod ſignificatur ſimul, vota eſſe digna quae diripiantur. Infr. 4, 3, 22. — *venti* — *Aëriae et nubes,* cf. Catull. 31, 9. W.

30. *ſint candida fata tua*) laeta, bona, felicia. v. ſup. I, 7. extr.

31. *reddamus tempora*) tanquam debita commiſſationi, ait Vulpius: ſive omnino, *demus, impendamus, conſumamus.* Menſam *ſecuram* dixit, ad quam ipſe curis vacare volebat.

33. Vides aeſtuantem amatorem et a ſe ipſo diſſidentem ac diſcordantem. Praeclare haec et vere; ut et antea v. 25. 7. 9. H. *Imitari gaudia.* Tacit. Annal. I, 24.: *vultu, quamquam maeſtitiam imitarentur, contumaciae propiores.* W.

36. *ebria verba*) ſermones, quales ebriorum eſſe ſolent; nempe, non tam leves et inconſiderati, ut volunt, ſed liberiores, procaces, petulantes, lubrici. Ovid. Epiſt. XVI, 245.

Quin etiam, ut poſſem verbis petulantius uti,
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

37. *turpes — curae*) quae convivatorem non decent. Cyllenius, quod hominem turpem reddunt; male. ita quot non homines turpiter viverent! (Saltem iſta ad h. l. accommodate dicta ſunt; non autem univerſe. ſi *luctus turpis* dicitur, ſi *aegrimonia deformis* apud Horatium: eſt ea haud dubie, quae deformem et turpem reddit macie, ſqualore, habitu toto corporis.)

59. *Gnoſia*) Ariadne, Minois, Cretae, cuius Gnoſus urbs erat, regis filia.

Fleviſti ignoto, ſola relicta, mari.
Sed cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.
Vos ego nunc moneo: Felix, quicunque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.
Nec vos aut capiant pendentia brachia collo,
Aut

40. *Fleviſti ignoto — mari)* h. ad mare. cf. I, 10, 64. Sic apud Propert. I, 15, 9. Calypſo

Deſertis olim fleverat aequoribus.

Reſpicit autem noſter Carmen Catulli LXIV, 130. ſq.; idem etiam Severus Aetn. v. 21. 22. H. *Fleviſti mari*, ut *Nec quereris patri* Iuv. S. III, 131.; *plorabit ſuae* Tib. II, 5, 103. Catull. 64, 163. dicit: *Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris? — ſola relicta*, Catull. 64, 57. W.

41. *doctus — Catullus)* perpetuum hoc Catulli, et omnino poëtarum, epitheton, reſpectu multarum, inprimis Graecarum litterarum, quae iis tenendae tum erant. Notabilis autem locus inter ea, quae teſtimonia vocant de Catullo, ipſa memoratione Catulli ab alio poeta, qui ſub ea fere tempora vixit. H. *pro te*, recte. Nam querelae, quas fundit Ariadne v. 130 - 211. Ariadnen bene promeritam oſtendunt, Theſeum ingratum et perfidum. — *doctus* dicitur in ſua quisque arte peritus, perſaepe autem is qui in poeſi et muſicis peritus eſt. Non igitur ad doctrinam multarum litterarum, in primis graecarum, hoc epitheton ſpectat, ſed ad artem. W.

43. *Vos ego n.)* Optime haec et ſuperiora conciliat Vulpius: *Sodales et compotores alloquitur, tanquam ſi diceret: Monuit puellas Catullus, ne virorum iuramentis fidem haberent, propoſito exemplo Theſei et Ariadnae: ego viciſſim iuvenes moneo, ut ſibi caveant a muliercularum levitate, exemplo propoſito Neaerae.* Similiter Propert. I, 15. extr.

Quis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes,
O nullis tutum credere blanditiis!

44. *poſſe carere tuo)* h. evitare cauſſam dolendi. *poſſe carere* pro *carere* ſimpliciter, ut ſaepe. Sup. I, 2, 64. hoc ipſum:

— nec te poſſe carere velim.

Carere dolore recte dictum, nam *carere* dicimur etiam malis rebus. vid. Vulp. h. l.

Aut fallat blanda ſordida lingua prece.
Etſi perque ſuos fallax iurarit ocellos,
Iunonemque ſuam, perque ſuam Venerem,
Nulla fides inerit; periuria ridet amantum
Iupiter, et ventos irrita ferre iubet.
Ergo quid toties fallacis verba puellae
Conqueror? ite a me, ſeria verba, procul.
Quam vellem longas tecum requieſcere noctes,
Et tecum longos pervigilare dies!
Perfida, nec merito, nobis, nec amica merenti!
Perfida, ſed, quamvis perfida, cara tamen.
Naida Bacchus amat; ceſſas, o lente miniſter?
Temperet annoſum Marcia lympha merum.

Non

46. *ſordida lingua*) eſt avarae puellae, quae blanditias eo conſilio adhibet, ut miſerum amatorem exſpoliet.

48. *Iunonemque ſuam*) n. ut Genius virorum, ſic Iuno feminarum erat. Ita Iunonem meam iratam habeam! Res notiſſima. v. poſt alios Burman. ad Petron. 25. cf. inf. IV, 13, 15. (et IV, 6, 1. Corruptis tamen moribus Iuno virorum quoque effeminatorum Genius fuit, ut Iuvenalis docet, Sat. II, 98.:

Et per Iunonem domini iurante miniſtro. W.)

Mox 49. iunge: *Etſi* — *nulla tamen fides inerit.* H. Rem belle tractavit Catullus 70. W.

49. *periuria ridet* caet.) Expreſſit hunc locum Ovidius Art. Am. I, 633.:

Iupiter ex alto periuria ridet amantum
Et iubet Aeolios irrita ferre Notos.

Aliter rem ſupra I, 4, 21. tractatam vidimus. W.

55. Iunge: *nec merito perfida nobis, nec merenti amica.* h. mihi immerito perfida, alteri amatori non merenti amica.

57. *Naida Bacchus amat*) h. aqua miſceri vinum poſtulat. H. *Miniſter.* Alloquitur puerum, ut ſupr. v. 5. Caeterum cf. Horat. Od. II, XI, 18-20. ibiq. Mitſcherl. W.

58. *Marcia lympha*) a Q. Marcio Rege in urbem ducta, et a Q. Marcio Rege Praetore, iterum ab Agrippa, reſtituta. Plin. XXXI, 3. ſ. 24. *Clariſſima aquarum omnium in toto orbe,*

Non ego, ſi fugiat noſtrae convivia menſae
Ignotum cupiens vana puella torum,
Sollicitus repetam tota ſuſpiria nocte.
Tu puer, i, liquidum fortius adde merum.
Iam dudum Syrio madefactus tempora nardo
Debueram ſertis implicuiſſe comas.

orbe, frigoris ſalubritatisque palma, praeconio Urbis, Marcia eſt; inter reliqua deum munera Urbi tributa etc.

60. *vana puella*) levis, inconſtans. v. Broukh. *ignotum*, puto, ſimpliciter eſſe alienum, 'niſi mavis, obſcuri, ignoti hominis conſuetudinem. H. Recte, ignoti et ignobilis hominis conſuetudinem, ut IV, 10, 6. W.

62. *liquidum fortius adde merum*) *fortius* poteſt eſſe adverbium. Niſi malis duo epitheta iungi uni nomini. v. ſup. ad Eleg. 5, 22. Ita eſt *τὸ ζωρότερον*.

63. *Iamdudum — debueram*. Vel minimam moram impatienter fert; vid. Mitſcherl. docte hoc ad Horat. Od. I, 37, 4. explicantem. W.



ALBII TIBVLLI
LIBER IV.

CARMEN I.

Te, Messala, canam, quanquam me cognita virtus

Ter-

Carmen I.

Carmen hoc ad Messalam panegyricum est. Laudes Messalae canere aggressus poëta, primum excusat tenuitatem ingenii sui; v. 1-27. Inde laudem orditur a virtutum praedicatione, quod eae prosapiae vetustate illustriores sint; inde (v. 39.) laudem dispescit in castrensem et forensem; quod ad hanc attinet, comparat Messalam

Terret, ut infirmae valeant ſubſiſtere vires:
Incipiam tamen. At meritas ſi carmina laudes
Deficiant, humilis tantis ſim conditor actis,
Nec tua, te praeter, chartis intexere quisquam

Facta

lam cum Ulyſſe; cuius mentione facta, in errores eius evagatur (usque ad v. 105.). Inde res Meſſalae bello geſtae: (117. ſqq.) et maiorum rerum omina ex auſpiciis Conſulatus Kal. Ian. V. C. 723. ſuſcepti. (119 - 134.) Commemoratis terris ac populis, ex quibus triumphos habiturus eſſet Meſſala, incidit poëta in deſcriptionem orbis terrarum diverſarumque eius plagarum ſub diverſis caeli partibus (v. 151 - 176.). Inde iterum excuſat virium tenuitatem, etiam ex languore animi adverſis caſibus fracti; (177 - 189.) addictum tamen ſe Meſſalae profitetur in perpetuum: 190. ad fin. Ut emendando et interpretando carmen conſtituimus: non plane indignum lectu illud eſſe apparebit.

1. *me cognita virtus*) ſeu poëtae facultas poëtica, ſeu, quod magis placet, Meſſalae virtus, ampliſſimarum laudum materies. Ea iubet vereri, ut ne etc. H. Haud dubie virtus Meſſalae. W.

2. *nequeant ſubſiſtere vires*) Paſſerat. *excipere ac ſuſtinere vim et pondus argumenti.* Tu interpretare: timendum eſſe, ut pares ſint vires, ut ſufficiant. Cic. XI. ad Diu. 10. *Non, ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumtui poſſem*, ubi interpolarant, *ſuſtinere ſumtum*, et duo Manutii, *ſufficere ſumtui.* De forma, *vereor ut nequeant*, v. Obſſ. H. Recepi *valeant*, vid. Obſſ. W.

3. *At meritas ſi — Eſt nobis voluiſſe ſatis*) huc usque ſenſus continuandus eſt. In *humilis ſim* ſupplenda eſt copula. *meritas ſi carmina laudes Deficiant*, h. ſi laudes tuae virtuti debitas carmine meo aſſequi et aequare non poſſim. ἐὰν τὰ ἔπη ἀπολειφθῶσι τῶν κλεῶν. Simillimus autem locus Panegyr. in Piſon. 202. ſqq.

Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt etc.

5. *chartis intexere*) mandare litteris, ſed ſatis digne; rerum geſtarum a Meſſala hiſtoriam conſcribere, quae res illuſtret, non obſcuret. Paullo aliter Ciris 39. ubi poëta vult Meſſalam

Naturae rerum magnis intexere chartis.

Facta queat, dictis ut non maiora ſuperſint;
Eſt nobis voluiſſe ſatis; nec munera parva
Reſpueris. Etiam Phoebo gratiſſima dona
Cres tulit; et cunctis Baccho iucundior hoſpes
Icarus, ut puro teſtantur ſidera caelo,
Erigoneque Canisque, neget ne longior aetas.
Quin etiam Alcides, deus aſcenſurus Olympum,
Laeta Molorcheis poſuit veſtigia tectis.

Parva-

6. *dictis — maiora ſuperſint*) cf. Virg. Georg. III, 127.:

ne blando nequeat ſuperesſe labori. W.

8. *etiam Phoebo gratiſſima dona Cres tulit*) In diverſas partes, quotquot ſunt, Interpretes abeunt, quis ille Cres ſit. De ſacrificio agi, conſtat ex verbis, *dona ferre*, quae ſunt ſacrificii offerendi. vid. Paſſerat. et Broukh. h. l. Unice vera eſt Barthii ſententia Adverſ. III, 6. fabulam ab Homero Hymno in Apoll. 391. ſqq. memoratam reſpici. Apollinem, cum, occiſo Pythone, templum condidiſſet, ex omnibus ſibi terrarum incolis, qui ſacra facerent, homines quosdam probos ac pios ex Gnoſo, Cretae urbe, delegiſſe. Hos per Cretem, *Κρῆτα*, collective, ſingulari numero, declarat. In hac ſententia acquieſcunt etiam Broukhuſius et Vulpius.

9. *et cunctis B. — Icarus*) Icarus Atticam incolebat. Accepto a Baccho, quem hoſpitio liberaliter exceperat, utre vini pleno, vicinos quosdam paſtores largiter eo invitavit. Hi, venenum ſibi propinatum rati, occiſum eum inſepultum proiiciunt. Canis, Maera, latratu ſuo filiam Erigonen in eum locum allexit: quae ſpectaculo triſti perculſa ſe ſuſpendit. Sed a Baccho inter ſidera relata eſt una cum patre et cane. Virginem eam eſſe volunt. Pater Arcturus, Canis facta Canicula. v. Hygin. Aſtron. II, 4.

11. *longior aetas*) remotior ab illa aetate, ſerior. Ut alias ſimpliciter, *longa aetas*, *longum aevum.*

13. *Molorcheis — tectis*) Hercules, cum ad leonem Nemeaeum interficiendum proficiſceretur, iuxta Cleonas a Molorcho, vinitore, parvae caſae hoſpitio exceptus eſt. v. Apollodor. II, 5, 1. qui locus claſſicus eſt. Alia v. ap. Broukhuſ. Hoſpitalitatem Molorchi etiam aliis locis poëtarum celebratam videas, ut a Martiale IV, 64. extr.

Parvaque caeleſtes placavit mica, nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.
Hic quoque ſit gratus parvus labor, ut tibi poſſim
Inde alios aliosque memor componere verſus.
Alter dicat opus magni mirabile mundi:
Qualis in immenſo deſederit aëre tellus;
Qualis et in curvum pontus confluxerit orbem,
Et, vagus a terris qua ſurgere nititur aër,
Huic ut contextus paſſim fluat igneus aether,
Pendentique ſuper claudantur ut omnia caelo.

At

Laeta veſtigia, quia lubenter, non invitus, cum ipſo fuit: ipſe laetus, lubens.

14. *Parva — mica*) ſive turis, ſive ſalis. *pacavit*, graeco more pro, pacare ſolet, pacat: ἱλάσατο, ἵλεων καὶ εὐμενῆ παρέσχε τὸν θεόν. H. Similiter apud Horatium Od. III, 23, 18 - 20. *ſumtuoſa hoſtia* et *mica* oppoſita ſunt:

Non ſumtuoſa blandior hoſtia
Mollivit averſos Penates
Farre pio et ſaliente mica. W.

15. *inaurato — cornu*) v. Homer. Odyſſ. Γ, 384. et 425. ſqq. Notus hic antiquitatis, etiam heroicae, mos: v. Broukh. Ceterum oppoſitio haec in diis placandis ſeu victima ſeu ture frequens eſt poëtis. v. Burman. To. I. Anthol. p. 57.

16. *Hic quoque*) Hoc volebat auctor huius carminis: ut diis parva munera, ita tibi quoque hoc munuſculum gratum ſit. W.

18. *Alter*) pro alius. Sup. I, 9, 79. v. Broukh. Senſus autem: alius coſmogoniam ſibi carminis argumentum faciat.

19. *Qualis in i.*) terram, ut graviſſimum elementorum, imas cepiſſe ſignificat. Eſt ergo: elementis discretis, quomodo terra ſubſederit.

20. Vide de hac re H. Voſſ. ad Virgil. Eclog. VI, 35. W.

21. 22. et quomodo aër et aether ſummum locum teneant. v. Obſſ. H. Diſtinctione adiuvi locum, ut iungeretur: *Et ut igneus aether huic contextus fluat paſſim.* Vulgo colon poſt *aër* poſitum conſtructionem turbat. — Mox *pendenti ſuper* iunge. Horat. Epod. V, 80.: *Tellure porrecta ſuper.* Quamquam enim recte dicuntur *omnia ſuper claudi*, ut apud Celſ. l. 4. c. 1. *Renes tunicis ſuper conteguntur*, hoc tamen loco illud eſt aptius. W.

At, quodcunque meae poterunt audere Camenae,
Seu tibi par poterunt, ſed quod ſpes abnuit ultro,
Sive minus, certeque canent minus, omne vovemus
Hoc tibi, nec tanto careat mihi nomine charta.
Nam, quanquam antiquae gentis ſuperant tibi laudes,
Non tua maiorum contenta eſt gloria fama,
Nec quaeris, quid quaque index ſub imagine dicat,
Sed generis priſcos contendis vincere honores,
Quam tibi maiores, maius decus ipſe futuris.
At tua non titulus capiet ſub ſtemmate facta,
Aeterno ſed erunt tibi magna volumina verſu,
Convenientque tuas cupidi componere laudes
Undique, quique canent vincto pede, quique ſoluto.
Quis potior, certamen erit; ſim victor in illis,
Ut

25. *tibi par*) h. carmen tuis meritis et laudibus par, dignum. De v. 27. v. Obſſ.

28. *antiquae gentis*) Valeriae, gentis nobiliſſimae. *Superant*, abunde ſunt.

29. *tua — gloria*) h. tu. Propert. II, 6, 17.

Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen.

30. *index ſub imagine*) intelligit titulos. v. Lipſ. Elect. I, 29. h. e. nec curas, te maiores habere tot honoribus et triumphis claros, ut eorum laude contentus ipſe ignavus deſideas.

32. *futuris*) poſteris. Saepe Homer.

— *ἐσσομένοισιν ὀπίσσω.*

33. Ieiuna laus. Tot eius fore praeclare facta et merita, ut ea brevis titulus nomini in ſtemmate ſubiectus non capiat, ſed ut longo carmine opus ſit.

36. *quique canent vincto pede, quique ſoluto*) In eundem fere modum Statius II. Silv. 7, 22.

— *qui vos geminas tulit per artes,*
Et vinctae pede vocis et ſolutae.

4. *Ne tibi miranti t.*). Ita ſaepe poëtae de iis, qui magna miratione perculſi ſunt. Propert. IV, 4, 21.

Obſtupuit regis facie et regalibus armis,
Interque oblitas excidit urna manus.

Alia exempla Vulpius congeſſit. Propior ad h. l. ſpiritus eſt in Petron. c. 126. extr. H. Vide etiam quae Phoebo ſtupore perculſo evenerint, Ovid. Met. II, 601. *Excidere* in hac re uſitatius quam *cadere*. W.

5. *Illius ex oculis*) Hoc acumen placere poterat illa aetate, qua nondum vulgaris uſus illud obtudiſſet nec in contemtum adduxiſſet.

Illam, quicquid agit, quoquo veſtigia movit,
Componit furtim ſubſequiturque decor.
Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis;
Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.
Urit, ſeu Tyria voluit procedere palla;
Urit, ſeu nivea candida veſte venit.
Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Sola

7. *agit — movit.* Praeſens et perfectum iuncta vides, ut in Virg. Aen. II, 12.:

Quamquam animus meminiſſe horret luctuque refugit. W.

8. *Componit f. — decor)* h. omnem eius habitum cultumque decor temperat. *Componere* eſt ornare, decenter disponere. v. Burman. ad Petron. c. 67. ad Ovid. I. Art. 160. H. Illius habitus ubique eſt decens, inceſſu inprimis conſpicuus. vid. Mitſch. ad Horat. T. I. p. 63. Perſonam nunc non fingit Tibullus. cf. ad III, 5, 16. W.

10. *veneranda comis)* auguſta, *πότνια.* cf. ſup. ad I, 7, 56. Vulpius comparat *laetos honores* Virgilii I. Aen. 588. quanquam *honor,* ſi pro pulcritudine ponitur, potius ductus eſt ex graeco *καλόν.*

11. *Urit, ſeu T. —)* Eſt illud exquiſitiſſimae et rarae formae, utrumque colorem, et purpureum et candidum, eandem feminam decere, neque quicquam vel gratiae vel venuſtatis detrahere. Plerumque enim, ut ait Ovid. III. Art. 180. loco a Vulp. laudato: *Pulla decent niveas — Alba decent fuſcas —* (Ita olim ſcripſi: vereor tamen, ut hoc de colore nimis ſubtile et argutum ſit. Ut poëta, ſimpliciter dixit, omnigenum veſtitum eam decere.) *voluit procedere*, procedit: ut ſolet Tibullus. H. *Tyria procedere palla.* Conſtructio eadem Prop. I, 2. Add. Tibull. I, 9, 70. W.

12. *venit)* it, prodit, ſimpl.

13. Vertumnus, priſcis Italis ſymbolum anni viciſſitudinum ac temporum, mox poëticis fabulis tractari et ornari coepit. Locus claſſ. apud Propert. IV, 2, 21. ſqq. At Ovidius multa novavit Met. XIV, 642. ſqq. In noſtro autem loco illud notabile eſt, quod in Olympo Vertumno locus eſt; cum alias inter deos agreſtes ille ſit. Similem obſervationem v. ad Virgil. Aen. XI, 532. Eleganter etiam et ad rem accom-

Sola puellarum digna eſt, cui mollia caris
Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros,
Poſſideatque, metit quicquid bene olentibus arvis
Cultor odoratae dives Arabs ſegetis,
Et quascunque niger rubro de littore conchas
Proximus Eois colligit Indus equis.
Hanc vos, Pierides, feſtis cantate Kalendis,
Et teſtudinea Phoebe ſuperbe lyra.

Hoc

commodate pro formis *ornatus* ei tribuit. *felix* autem, quatenus aliquid praecipui habet ea in re prae aliis diis; ut in illo: *Felix arte ſua.* H. Mitſcherlichii ſententiam de Vertumno in coelo degente vid. ad Horat. T. II. pag. 387. W.

15-20. Suave hoc: dignam illam eſſe omnibus ornamentis vel exquiſitiſſimis, quippe quae eam unice deceant: nullam aliam puellam tam mirifice ornent. *bis madefacta vellera,* purpura dibapha. et quae *poſſideat:* ellipſis paullo durior. H. Sane *poſſideatque* pro: et quae poſſideat; *quae* ex antecedenti *cui* aſſumendum eſt; de qua conſtructione vid. Ruhnk. ad Hymn. in Cerer. 151. p. 27. praeclare agentem. — *Segetis.* cf. Not. ad I, 3, 61. — De Arabia odorifera vid. Plin. V, 11. W.

20. *niger — Indus*) Aethiops, qui ad mare Arabicum accolit. Sic ſup. II, 3, 56.

— comites fuſci, quos India torret,
Solis et admotis inficit ignis equis.

Notiſſimus vocis Indorum et Indiae uſus. cf. ad Virgil. Ge. II, 116. IV, 293. ubi v. Burm. Sive *mare rubrum* latius dictum putes, ipſos Indos orientales intelligere licet. (Et hoc haud dubie praeſtat facere: cum hic Indus *proximus Eois equis,* h. e. Soli orienti, adeoque plagis Orientis remotiſſimis, memoretur.) H. *Litus rubrum.* India remotiſſima intelligenda. Catull. XI, 2.:

Sive in extremos penetrabit Indos,
Litus ut longe reſonante Eoa
Tunditur unda.

qui locus integer eſt. De conchis colligendis vid. III, 3, 17. W.

22. *teſtudinea — lyra*) lyra teſtudine diſtincta et ornata. Sic Phoebo ſupra lib. III, 4, 37. erat *fulgens teſtudine et auro lyra.*

Hoc ſolenne ſacrum multos celebretur in annos:
Dignior eſt veſtro nulla puella choro.

CARMEN III.

Parce meo iuveni, ſeu quis bona paſcua campi,
Seu colis umbroſi devia montis, aper.
Nec tibi ſit duros acuiſſe in praelia dentes;
Incolumem cuſtos hunc mihi ſervet Amor.
Sed procul abducit venandi Delia cura.
O pereant ſilvae, deficiantque canes!
Quis furor eſt, quae mens denſos indagine colles
Claudentem, teneras laedere velle manus!
Quidve iuvat furtim latebras intrare ferarum?
Can-

24. *Dignior eſt veſtro nulla puella choro*) Non videtur eſſe: quae a vobis in chorum aſciſcatur, in Muſarum numerum referatur. Nimis argutum forte hoc et a ſententia alienum. Cantare enim puellae laudem Muſae iubebantur. Igitur *chorus* h. l. de cantu chori accipiendum: nulla eſt dignior, quae veſtro carmine celebretur. H. *multos in annos* pro: *multos per annos.* Liv. 1, 15. Varro de R. R. II. c. 5. adde εἰς Hom. Odyſſ. 4, 595. W.

Carmen III.

Sulpicia conqueritur, Cerinthum ſuum venatum abiiſſe.

3. *Nec tibi ſit — acuiſſe*) neve acuas. v. ad I, 6, 24. H. Ita ſcribendum foret *neu.* Tu vide Not. ad I, 6, 24. et de pentametro Obſſ. ad I, 2, 30. W.

5. *abducit venandi Delia cura*) Diana eum abducit cura et ſtudiu venandi. ef. Obſſ.

7. *Quis furor eſt, quae mens*) Sophocl. Trachin. 882.:

Τίς θυμὸς, ἢ τίνες νόσοι; W.

8. *teneras laedere velle manus*) *laedere velle* pro *laedere,* ut I, 2, 92. III, 4, 4. hoc vero pro ſecare, cruentare. Supra II, 3, 10.

Laederet aut teneras puſtula rupta manus.

Sic *laeſae genae* pro ungue dilaniatis ap. Ovid. I. Am. 7, 40. et alibi. Idem I. Met. 509.

Me miſerum! ne prona cadas, indignave laedi
Crura ſecent ſentes.

Candidaque hamatis crura notare rubis?
Sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
Ipſa ego per montes retia torta feram;
Ipſa ego velocis quaeram veſtigia cervi,
Et demam celeri ferrea vincla cani.
Tunc mihi, tunc placeant ſilvae, ſi, lux mea, tecum
Arguar ante ipſas concubuiſſe plagas.
Tunc veniat licet ad caſſes, illaeſus abibit,
Ne Veneris cupidae gaudia turbet, aper.
Nunc ſine me ſit nulla Venus, ſed lege Dianae,
Caſte puer, caſta retia tende manu;
Et quaecunque meo furtim ſubrepet amori,
Incidat in ſaevas diripienda feras.

At

10. *hamatis crura notare rubis) Notare*, cruentare. Proprie exprimit ſulcos et cicatrices, quae in cute diſcerpta remanent, ut Ovid. I. Am. 7, 5. *ungue notare genas*. Sic *notae* in collo apud Horatium et Ovidium ſunt veſtigia dentis in lenta cute.

11. *ut t.*) dummodo. *vagari*, per ſaltus et ſilvas, quod alias adiici ſolet.

12. *retia torta*) quia ex filis tortis, ſive ex lino torto ſeu cannabi. Ad ſententiam conf. ſup. I, 4, 50. *Nec — Dum placeas, humeri retia ferre negent.* Propert. II, 15, 17. *Ipſe ego venabor* etc. et ſimilem locum Phaedrae ad Hippolytum in Ovid. Epiſt. 4, 37. ſqq. et de Venere cum Adonide vagante X. Met. 533. ſqq. H. *retia torta.* Horat. I, 1, 28. *teretes plagas* dixit, ubi vid. Mitſcherl. W.

16. Docte dictum puta pro: requieſcam tecum in propatulo, in aprico. H. Comparandus eſt locus Tibull. II, 3, 71. W.

18. *Ne V. — turbet*) inverſa eſt oratio pro vulgari: amori noſtro vacantes patiemur eum illaeſum abire, ne in medio curſu turbentur gaudia noſtra. H. Vid. ad Virg. Eclog. III, 74. 75. W.

21. *ſubrepet amori*) amorem mihi debitum intercipiet, ad ſe avertet.

22. *Incidat* caet.) Gravis eſt ſententiae enuntiatio; precatur,

 ut

At tu venandi ſtudium concede parenti,
Et celer in noſtros ipſe recurre ſinus.

CARMEN IV.

Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,
Huc ades, intonſa Phoebe ſuperbe coma.
Crede mihi, propera, nec te iam, Phoebe, pigebit
Formoſae medicas applicuiſſe manus.
Effice, ne macies pallentes occupet artus,
Neu notet informis candida membra color;
Et quodcunque mali eſt, et quicquid triſte timemus,
In pelagus rapidis devehat amnis aquis.
Sancte, veni, tecumque feras, quicunque ſapores,
Quicunque et cantus corpora feſſa levant;

Neu

ut illam diripiant ferae, quod ardentem decet puellam. Verbis lenioribus convenienter uſus eſt Septimius Catull. 45, 6. Caeterum lupos tum temporis in Italia fuiſſe haud raros recordaberis. — De locutione *incidat diripienda* vid. Not. ad III, 6, 28. W.

24. *in noſtros recurre ſinus*) cf. Propert. III, 20, 10.:

In noſtros curre puella ſinus. W.

Carmen IV.

Ad Apollinem pro aegrotante Sulpicia, ut deus et ei ſuccurrat et Cerinthum amatorem anxio metu liberet.

3. *nec iam te — pigebit*) puto, pro, nec te pigeat; more graeco: *μὴ κατοκνήσεις* pro *μὴ κατόκνει.*

6. *Neu notet informis candida membra color*) *color informis* eſt luridus, pallor. *Notare* h. l. eſt deformare; nam et macula, naevus et omne vitium notae genus eſt.

8. *In pelagus r.*) ductum a genere expiationis, purgamentis in aquam profluentem deportatis. v. Intpp. ad Virg. Ecl. 8, 101.

9. *ſopores*) medicamenta ſomnum facientia, *ὑπνωτικά.* v. Corn. Nep. Dion. 2. cf. h. l. Broukh. H. Recepi *ſapores.* W.

10. *corpora feſſa*) exquiſite de aegris dicit. Ovid. Epiſt. 21, 14.

Adiu-

Neu iuvenem torque, metuit qui ſata puellae,
Votaque pro domina vix numeranda facit;
Interdum vovet, interdum, quod langueat illa,
Dicit in aeternos aſpera verba deos.
Pone metum, Cerinthe; deus non laedit amantes.
Tu modo ſemper ama, ſalva puella tibi eſt.
Nil opus eſt fletu; lacrimis erit aptius uti,
Si quando fuerit triſtior illa tibi.
At nunc tota tua eſt; te ſolum candida ſecum
Cogitat, et fruſtra credula turba ſedet.
Phoebe, fave, laus magna tibi tribuetur, in uno
Corpore ſervato reſtituiſſe duos.
Iam celeber, iam laetus eris, quum debita reddet
Certatim ſanctis laetus uterque focis.

Tunc

Adiuvor et nulla feſſa medentis ope.

Sic inf. Eleg. 11, 2. ſup. I, 5, 9. v. Intpp. ad Sever. Aetn. 624.

11. *puellae*) dandi caſu accipit Statius; argutius quam facere neceſſe eſt. H. *fata* h. e. mortem. Ovid. Her. XIX, 106. ibid. 118. — Mox *vota facit.* Nam vota faciunt qui ea exſolvenda ſuſcipiunt, cf. Catull. IV, 22. W.

18. *triſtior*) irata. Propert. I, 6, 10.

— — *Illa minatur,*
Quae ſolet ingrato triſtis amica viro.

conf. Broukh.

19. *candida*) pulchra, ut verbum explicat Broukh. cf. ſup. III, 6, 1. Sed magis placet Vulpii interpretatio, qui reddit: ſimplex, aperta, ſine dolo, ex animo amatorem redamans. H. Ad animi candorem epitheton referri contextus iubet, et poetarum bonorum ratio, qui epitheta ad rem propoſitam accommodant. W.

20. *credula turba*) amatorum. *ſedet*, exſpectat, putat ſe amari.

22. *reſtituiſſe duos*) n. ſaluti, ſervaſſe duos.

23. *Iam celeber, iam laetus eris.*) Vidimus *celebrem deum* iam ſup. II, 1, 83. cuius nomen celebratur laudibus et carminibus.

Tunc te felicem dicet pia turba deorum,
Optabunt artes et ſibi quisque tuas.

CARMEN V.

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi ſanctus,
Atque inter feſtos ſemper habendus erit.
Te naſcente, novum Parcae cecinere puellis
Servitium, et dederunt regna ſuperba tibi.
Uror ego ante alias; iuvat hoc, Cerinthe, quod uror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.
Mutuus adſit amor, per te dulciſſima furta,
Perque ſuos oculos, per Geniumque rogo.
Magne Geni, cape dona libens, votisque faveto;
Si modo, quum de me cogitat, ille calet.

Quod

bus. Magnum et omnium vocibus celebratum erit nomen tuum, o Phoebe. *Laetus*, quandoquidem ſacris votisque gaudent dii: ſed v. Obſſ. H. *celeber.* Adi Horat. II, 12, 20. W.

23. *debita*) ex voto. H. Vid. Obſſ. ad I, 3, 32. De voto ſimiliter dixit Propert. II, 21, 60.: *Munera — debita redde.* W.

Carmen V.

Sulpicia ad Cerinthum, in cuius die natali vota pro amoris mutui conſtantia facit.

1. *hic mihi ſanctus*) *honoratum diem* Virgilius dixit Aen. V, 49.

3. *Parcae cecinere*) vid. I, 7, 1. Elegantiſſimi ſunt verſus molliſſimi carminis.

4. *dederunt regna ſuperba tibi*) *regna ſuperba*, v. I, 9, 80. *dederunt*, tibi vaticinati ſunt, promiſerunt. Ita et alias *dare* pro deſtinare, adeoque etiam pollicendo.

6. *de nobis mutuus ignis*) de noſtro igni quaſi particula aliqua. alias eſſe deberet *in nos* vel *noſtri.*

10. *Si modo — calet*) amore contactum et commotum habet animum, quoties mei memoria ſubit. v. Obſſ. *Genium* autem

in

Quod ſi forte alios iam nunc ſuſpirat amores,
Tu precor, infidos, ſancte, relinque focos.
Nec tu ſis iniuſta, Venus: vel ſerviat aeque
Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva;
Sed potius valida teneamur uterque catena,
Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.
Optat idem iuvenis, quod nos, ſed tectius optat;
Nam pudet haec illum dicere verba palam.
At tu, Natalis, quoniam deus omnia ſentis,
Adnue; quid refert, clamne palamne roget?

CARMEN VI.

Natalis Iuno, ſanctos cape turis honores,

Quos

in carmine in diem natalem recte compellari ſenties.

11. *ſuſpirat amores*) ut I, 6, 35.

Te tenet, abſentes alios ſuſpirat amores.

ubi v. Obſſ.

12. *infidos — focos*) focos in domo perfidi amatoris.

13. *ſerviat*) Vide Mitſcherl. ad Horat. T. I. pag. 301. et pag. 429. W.

15. *Sed potius valida*) Idem color orationis, ac ſup. I, 2, 65. 66.

Non ego, totus abeſſet amor, ſed mutuus eſſet,
Orabam; nec te poſſe carere velim.

H. Confer Mitſcherlichium docte de hac re diſputantem ad Horat. T. I. p. 595. W.

17. *tectius optat*) ad pudorem ingenui adoleſcentuli referendum. v. Obſſ. H. Eadem, puto, de cauſa, quam IV, 6, 15. 16. allatam vide. W.

19. *Natalis — deus*) Notandus hic locus eſt de deo Natali, ſeu Genio, non ſaepe in poëtis obuio. Conf. ſup. II, 2, 1.

Carmen VI.

Ad Iunonem in natali puellae, quam Sulpiciam eſſe credere licet, ſi reliqua carmina compares. Sunt hi elegi mirifico lepore et vere urbana venuſtate imbuti. An ab ipſa puella ſcripti ſint, quis affirmet vel neget, cum auctoritas idonea nulla ſit?

1. *Natalis Iuno*) Ut viri Genio ſuo, ita mulieres Iunoni

Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Tota tibi eſt hodie; tibi ſe laetiſſima comſit,
Staret ut ante tuos conſpicienda focos.
Illa quidem ornandi cauſas tibi, diva, relegat;
Eſt tamen, occulte cui placuiſſe velit.
At tu, ſancta, fave, ne quid divellat amantes,
Sed iuveni, quaeſo, mutua vincla para.
Sic bene compones; ulli non ille puellae
Servire, aut cuiquam dignior illa viro.

Nec

ni ſacrificabant natali ſuo. cf. ſup. III, 6, 48. vid. Douſa Praecid. c. 19. ubi ille ad taedium usque copioſus eſt in diluendo hoc, quod Iuno matronalis pudicitiae dea ab impudica puella invocatur; nec tamen rem expedit. A Iunone matrona diverſiſſima notio eſt Iunonis, quatenus illud nomen erat Genii muliebris ſeu Geniae. In Vaſis Etruſcis, quae vocant, illa paſſim occurrere putatur ſub alatae ac comtae puellae habitu. Eſt enim omnis haec Geniorum religio ex Etruria propagata per Italiam: alio modo quam *Δαίμων* per Graeciam.

2. *docta puella*) ſpectat ad poëtices ſtudium.

3. *Tota tibi eſt hodie*) h. totam ſe hodie tuo cultui et honori deſtinavit et quaſi conſecravit; fere ut Galli loqui ſolent. *laetiſſima*, feſto ornatu. Nam quae feſta ſunt, eadem dicuntur laeta. H. *tibi ſe* — *comſit*. cf. Horat. I, 5, 4.: *cui flavam religas comam*. W.

4. *conſpicienda*) ut I, 2, 72.

Inſideat celeri conſpiciendus equo.

H. Sic *inſignis* I, 3, 32. W.

5. *ornandi cauſas tibi, diva, relegat*) ad te refert. Paterc. II, 64, 2. *Invidiam rei in auctorem relegans*. cf. h. l. Vulp.

7. *fave, ne nox d.*) effice, ut noctu ſimul ſint: ne veniat nox alteri ſine altero vigilanda. *Sancta*: v. ad II, 5, 43. H. Equidem recepi *quid*. vid. Obſſ. W.

8. *Sed iuveni q. mutua vincla para*) fac ut ille mutuo puellam amet.

9. *Sic bene compones*) Sic par praeclarum erit. Ductum a re gladiatoria. cf. Vulp. et *ſervire* de amore toties vidimus.

10. *Servire — dignior*) ad Graecorum loquendi normam, ἄξιος cum infinitiv. Thucyd. I, 70. cf. ſupra II, 6, 43. III, 1, 8. W.

Nec poſſit cupidos vigilans deprendere cuſtos,
Fallendique vias mille miniſtret Amor.
Adnue, purpureaque veni perlucida palla;
Ter tibi ſit libo, ter, dea caſta, mero.
Praecipit en natae mater ſtudioſa, quid optet;
Illa aliud tacita clam ſibi mente rogat.
Uritur, ut celeres urunt altaria flammae;
Nec, liceat quamvis, ſana fuiſſe velit.

Sit

11. De ſententiarum iunctura conſulas ſupr. I, 8, 33. 35. — Mox de Amore vias fallendi miniſtrante eadem habes I, 8, 56. De verbo *fallere* compara Not. ad I, 2, 55. W.

13. *purpureaque veni perlucida palla*) *Palla* deorum communis veſtitus, ut operoſe ad h. l. et ad I, 7, 46. docet Broukhuſius: cf. III, 4, 35. Etſi hoc ipſa res ſatis docere poterat. Quis enim ferat deum tunicatum aut alte praecinctum? *perlucida*, quia ipſa palla erat pellucida, e tenui byſſo texta. Notae ſunt Coae veſtes. v. ſup. II, 4, 29. Non igitur corpus deae putandum eſt fuiſſe pellucidum, ut nuda deae membra per byſſum oculis metiri liceret. Id quod ne per pallam quidem tenuiſſimam fieri poterat: nam ſuperiniecta illa erat tunicae, plerumque etiam aliis veſtimentis interioribus. Aliter res ſe habet, ſi membrorum formam et circumſcriptionem (τύπον καὶ χαρακτῆρα) iſtum habitum prodidiſſe dicas; ut in ſignis ſcite factis fit. H. *Perlucida.* adde Iuven. Sat. 2, 78.: *Cretice, perluces*, h. e. pellucida toga indutus incedis. Perlucere ſignificat lucem transmittere. — Laudant Martial. l. 12. ep. 38. W.

14. *Ter tibi ſit libo*) *ſit*, ut Virg. Ecl. 3, 77. *Cum faciam vitula* etc. *Libo*, v. II, 2, 7. I, 7, 53. Occurrunt puellae Geniis liba ferentes paſſim in Vaſis Etruſcis, quae vocant, ſi modo, quod probabile ſit, interpretatio recte ſe habet. cf. Paſſerii Vaſa Etruſca T. I. p. 68.

15. *mater ſtudioſa*) n. filiae, ſtudens eius commodis.

18. Prorſus ut II, 5, 110.

Et faveo morbo: tam iuvat ipſe dolor.

et ut ille in Anthol. Lat. lib. III. ep. 194.

Hic furor, hic, Superi, ſit mihi perpetuus!

fuiſſe, eſſe, *ſana*, non uri.

Sit iuveni grata, ac veniet quum proximus annus,
  Hic idem votis iam vetus adſit amor.

CARMEN VII.

Tandem venit amor, qualem texiſſe pudore,
  Quam nudaſſe alicui, ſit mihi fama minor.
Exorata meis illum Cytherea Camenis
  Attulit, in noſtrum depoſuitque ſinum.
Exſolvit promiſſa Venus; mea gaudia narret,
  Dicetur ſi quis non habuiſſe ſuam.

Non

19. 20. *Sic iuveni* —) Cum proximo anno natalis redierit, hic idem, tum iam vetus, amor adſit iuveni, votis gratis. vel: votis gratis iuveni. At v. Obſſ. H. Reſtitui *Sit* — *grata, ac* —. Mox *iam vetus.* cf. Iuv. Sat. III, 206.:

Iamque vetus Graecos ſervabat ciſta libellos. W.

Carmen VII.

Potita votis ſuis puella et amatoris amplexibus perfruita exultat prae gaudio. Videtur carmen reſpondere ſuperiori. v. ad Carm. II. pr.

1. *Tandem venit amor*) de amoris fructu, qui tandem ipſi obtigit, accipio; quem prae pudore celare, minus honorificum ſibi ducendum putat, quam palam eum fateri.

2. *Quam*) cf. Ovid. Heroid. XX, 45.:

Ut partem effugias, non omnia retia falles,
Quae tibi, quam *credis,* plura *tetendit Amor.*

Soph. Electr. 597.:

Καὶ σ᾽ ἔγωγε δεσπότιν ἢ μητέρ᾽ οὐκ ἔλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω. W.

3. *illum*) int. puerum, ut recte Vulpius. Tum *meis Camenis exorata* quod ait, credere iubet, puellam carminibus luſiſſe, in quibus Venerem ſibi propitiam precibus ac votis redderet.

4. *in noſtrum*) Recte, quamquam praeceſſerat *meis.* Sic I, 9, 48.:

At me nunc noſtri Pieridumque pudet. W.

5. *Exſolvit promiſſa Venus*) quaenam? roges. Nempe, quae ſacris et votis factis a diis expetuntur, in ea quaſi conſentire, ea promittere ipſi, honorum memores, videntur.

6. *Dicetur ſi q.*) h. narrent ſane meos amores et furta, ferant

Non ego ſignatis quidquam mandare tabellis,
Me legat ut nemo, quam meus, ante, velim:
Sed peccaſſe iuvat; vultus componere famae
Taedet; cum digno digna fuiſſe ferar.

CARMEN VIII.

Inviſus natalis adeſt, qui rure moleſto
Et ſine Cerintho triſtis agendus erit.

Dul-

rant fabulis, invidia ſcilicet ſtimulante, qui ipſi ſua potiti non ſunt; nam hoc eſt, habere ſuam puellam. Propert. III, 6, 22.

Me doceat livor, mecum habuiſſe meam.

7. 8. *Non ego — Ne legat*) Tam longe ſe ab omni cautione, ne divulgetur amor ſuus, abeſſe ſignificat puella, ut ne ſignatis quidem tabellis animi ſenſa et gaudia includat, quibus effici poterat, ut praeter amantem nemo alius ea legere poſſet: immo vero palam amorem ſuum fatetur et peccaſſe iuvat.

8. *Ne legat id nemo*) ne quis intercipiat, captet, et cognoſcat. Nam ne alii, praeter eum, ad quem mittuntur, legant tabellas, eas ſignamus. At illa ne obſignatis quidem tabellis amorem ſuum credere ſuſtinebit; palam vult eum prae ſe ferre. Propert. III, 6, 26.

Aut tua cum digitis ſcripta ſilenda notas.

H. Mutavi hunc locum. vid. Obſſ. Senſus eſt: Omnino amorem meum celare nolo, nec ſignatis uti velim tabellis, ut nemo me, verba mea, legat ante quam meus. W.

9. *vultus componere famae*) Dativus cui, in cuius rei gratiam. H. Senſus: vultu diſſimulare crimen, ſi quod eſt. W.

10. *digna fuiſſe*) Honeſtum nequitiae vocabulum *eſſe, fuiſſe.* Ovid. II. Am. 8. extr.

Quoque loco] *tecum fuerim* etc.

cf. Broukh.

Carmen VIII.

In villam ad natalem ſuum celebrandum abducta Sulpicia ſe ab amatore ſuo divelli aegre fert. Meſſalae fuiſſe in eo itinere et feſto apparatu partes aliquas, ex vſ. 5. colligitur, unde etiam ſuſpicio fit, Meſſalam amaviſſe Sulpiciam. An vero Meſſala ad natalem celebrandum rus eam invitaverit, quod Scaliger tanquam exploratum ponit, equi-

Dulcius urbe quid eſt? an villa ſit apta puellae?
Atque Aretino frigidus Arnus agro?
Iam nimium Meſſala mei ſtudioſe quieſcas,
Non tempeſtivae ſaepe propinque viae.
Hic animum ſenſusque meos abducta relinquo,
Arbitrii quoniam non ſinis eſſe mei.

CAR-

equidem non diſerte commemoratum video. Quid? quod nec illud admittendum videtur, quod ad natalem ſuum in villa celebrandum illa abducta putatur. Nam e ſequenti carmine potius ſic ſtatuendum: quavis alia de cauſa rus illam abiiſſe: incidiſſe tantum iter in illum ipſum diem, qui puellae natalis erat. Nam Cerinthi vix eſſe poteſt, quia *inviſus* adiectum eſt. H. Dicit puella inviſum ſibi eſſe natalem ſuum, ſi rure et ſine Cerintho celebrandus ſit, rogatque Meſſalam, qui eo abducturus erat Sulpiciam, ut iam quidem itinere deſiſtat. W.

4. *frigidus annus*) anni pars, hiems. v. ſup. ad I, 1, 13. *Eretino agro*, in Sabinis. v. Obſſ. H. Recepi: *Aretino — Arnus*. W.

6. *Non tempeſtivae ſaepe propinque viae*) Aſſiduitatem Meſſalae moleſtam et importunam deprecatur puella. Sed verba antiqua non tenemus. v. Obſſ. H. Vide tamen Obſſ. ad hunc locum. W.

7. *Hic*) n. in urbe, dum Cerinthus hic eſt. H. Veriſſime. Errant, qui agrum Aretinum intelligunt. W.

eod. *ſenſusque meos*) ita ut ruri nullum ſenſum, nullam voluptatem et delectationem perceptura ſim. H. Diverſa ſunt: *animum ſenſusque meos hic relinquo*, et: *animus ſenſusque me relinquunt.* Hoc quid ſit, diſce ex Ovid. Met. X, 458. 9.:

at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere, fugitque
Et color et ſanguis, animusque reliquit euntem.

Hic prius locum habet. Dicit enim puella, animum ſuum eſſe apud Cerinthum. Comparandus eſt locus caetera diverſus Liv. 27, 17.: *Itaque corpus duntaxat ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe; animum iam pridem ibi eſſe, ubi ius ac fas crederent coli.* — *Abducta*, ex urbe a Cerintho meo. Uſum verbi illuſtravit Heinſius in Syllog. T. 2. p. 349. et Drakenb. ad Liv. 27, 29. — De verſ. ſequent. vid. Obſſ. W.

CARMEN IX.

Scis, iter ex animo ſublatum triſte puellae?
Natali Romae nos ſinit eſſe ſuo.
Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi forte venit.

CARMEN X.

Gratum eſt, ſecurus multum quod iam tibi de me
Pro-

Carmen IX.

Paullo obſcurior horum verſiculorum ſententia eſt, quod ignoramus, ad quem et a quo ſcripti illi ſint. Videntur ab aliquo, qui puellae et Cerinthi amoribus favebat, alliti fuiſſe tabellae ceratae atque ad ſodalem miſſi. Solebant enim homines ingenioſi, equeſtri quoque loco nati, in domibus illuſtrium hominum verſari, ut in Maecenatis, Meſſalae: forte etiam ſic domum Sulpiciorum frequentabant. Certe ſcribit aliquis ad alterum, nuntiatque, Sulpiciam, itinere ſublato, Romae manſuram, adeoque contingere hoc, ut natalis hilariter celebrari poſſit ab omnibus, nemine ruri abſente.

1. *iter ex animo ſublatum*) ut dicimus, *eximere metum*, *curas*. Scaliger: ſuſtulit iter ex animo puella, hoc eſt: decrevit non ire. Forte res ita ſe habuit. Potuit tamen et ab iis, in quorum manu puella erat, conſilium mutari. H. Iunge: *ex animo puellae.* Optaverat enim Sulpicia, ut Meſſala iam quidem itinere deſiſteret. — Caeterum ſignum interrogationis in fine verſus addidi. W.

2. *nunc ſinit*) ſc. is, qui puellam in poteſtate habet, ſeu maritus, ſeu qui ſperat coniugio puellae ſe eſſe potiturum, Meſſala, ſeu quis alius, *eſſe* eam Romae natali ſuo. v. Obſſ. H. Reſtitui *nos.* — *ſinit* haud dubie Meſſala. Nimirum de re nota ſcribitur. W.

3. *nobis natalis agatur*) vel, ille dies natalis nobis omnibus agatur; vel, ille dies nobis natalis noſtri inſtar agatur, hoc eſt hilariter, utpote qui fortuna tua, aeque ac noſtra, laetamur, ut Ayrman. §. 82. explicat. Utrumque languet.

4. *forte venit*) forte fortuna, cum non ſperaremus fore, ut manente in urbe puella celebrare eum contingeret.

Carmen X.

Etſi obſcura res eſt, tamen aliquid incidiſſe neceſſe eſt, cur
Sul-

Promittis, ſubito ne male inepta cadam.
Si tibi cura toga eſt potior, preſſumque quaſillo
Scortum, quam ServI filia Sulpicia:
Solliciti ſunt pro nobis, quibus illa dolori eſt,
Nec cedam ignoto, maxima cura, toro.

CAR-

Sulpicia Cerintho iraſceretur. Forte ille vulgaris puellae amore captus aut erat aut eſſe putabatur. Sulpicia nobilitatis ſui generis ſuaeque dignitatis memor amara ironia eum exagitat et amorem ſe ſuum in digniores iuvenes transferre velle minatur.

1. *Gratum eſt*) Ironice dictum: uti alias, placet. Iuvat vero, inquit puella, quod de me, h. e. mei amoris erga te pertinacia tam multum tibi promittis, et me ne iniuria quidem provocatam moveri putas, ut ne alieno amori ſuccumbam. H. Iunge *ſecurus multum*, et compara Ovid. Am. II, 19, 37.

At tu formoſae nimium ſecure puellae. W.

2. *ſubito ne male inepta cadam*) *ne* ab voce *ſecurus* pendet: *ſecurus ne cadam*, nihil metuens. *Cadere* verbum nequitiae, ut *ſuccumbere*, *ſubſidere*, pro peccare. Sed *male inepta*, h. nimis ſtolida, quorſum pertinet? nempe, quae poſthaberet tam pulcrum iuvenem alii forte minus formoſo. Ita Propert. II, 22, 14.

Haec te non meritum totas expectat in horas:
At tu neſcio quas quaeris, inepte, fores.

Sententia autem puellae ſtomachabundae omnino haec eſt: Tu tibi adeo bellus homo eſſe videris, ut, quod ardorem meum ergá te refrigeret, nihil eſſe poſſe putes: ne iniuriam quidem acceptam a te.

3. *Si tibi cura toga eſt potior, preſſumque quaſillo Scortum*) *Cura* eſt amor. *Toga* h. l. pro *togata*, h. e. meretrice, quia meretricibus ſtola interdictum, adeoque toga uti neceſſe erat, ut notum vel ex Horat. I. Sat. 2, 63. *Quaſillum* eſt calathus, ſeu vas vimineum, in quo ancillae, cum lanam faciebant, penſa diurna reponebant: cf. Propert. IV, 7, 37. et Intpp. ad Cicer. Phil. III, 4. itaque eum tenere, portare, adeoque *quaſillo premi*, ſervile erat. Ovid. Epiſt. 9, 73.

Inter Ioniacas calathum tenuiſſe puellas.

Senſus adeo eſt: Si Sulpiciae meretricem togatam ancillamque quaſillariam praefers, in eaque detineris.

5. *Solliciti — pro nobis*) nova conſtructio. Laudant ex Gell. XIX,

CARMEN XI.

Eſtne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,
Dum mea nunc vexat corpora feſſa calor?
Ah ego non aliter triſtes evincere morbos
Optarim, quam te ſi quoque velle putem.
Nam mihi quid proſit, morbos evincere, quum tu
Noſtra potes lento pectore ferre mala?

CARMEN XII.

Ne tibi ſim, mea lux, aeque iam fervida cura,
Ac

XIX, 1. *ſollicitus pro vita.* Ait autem, eſſe alios amatores, quibus ipſa cordi ſit. Pro nobis, noſtri cauſſa et loco, ſolliciti ſunt illi, quibus illa mea maxima cura, *ne cedam ignoto toro,* h. ne praeferri videam mihi a te vulgare ſcortum, *dolori eſt:* h. qui dolent, me puellam nobilem, quamque ipſi petunt fruſtra, tam indigno metu teneri, ne poſthabear a te ignotae puellae. At v. Obſſ. H. *Solliciti ſunt pro nobis.* Conſtructio eadem in Tacit. Hiſt. IV, 58. Caeterum recepi *nec.* Videtur gloriari Sulpicia, ſe ab aliis amatam non poſtpoſitum iri togatae alicui, quam verbis *ignoro toro* (vid. III, 6, 60.) ſignificat. — *Maxima cura.* Apte comparant Horat. II, 8, 8. W.

Carmen XI.

Ex febri laborans puella unice de Cerinthi ſui amore ſollicitam ſe eſſe ait. Eſt ſuaviſſimum poëmatium puellae dulciſſimae. Quid enim amabilius eſſe poteſt hoc ingenio! hoc affectu in amantem! — Bene placideque quieſcas!

Terraque ſecurae ſit ſuper oſſa levis!

2. *calor*) eſt febris, dicta Lucretio quoque *calida:* ut a contrario effectu *frigus* dicitur apud Horat. I. Sat. 1, 80.

4. *velle*) i. e. idem cupere. W.

Carmen XII.

Puella neſcio quo animi impetu abrepta amatorem ſuum deſeruerat. Hinc irae et iurgia inter eos. Nunc excuſat illa amanti ſtultitiam ſuam. Etiam hi verſiculi in tabellis ceratis perſcripti ad iuvenem miſſi eſſe videntur.

1. *Ne tibi ſim* —) eſt h. l. aſſeverantis. ita non tam ardenter

Ac videor paucos ante fuiſſe dies,
Si quidquam tota commiſi ſtulta iuventa,
Cuius me fatear poenituiſſe magis,
Heſterna quam te ſolum quod nocte reliqui,
Ardorem cupiens disſimulare meum.

CARMEN XIII.

Nulla tuum nobis ſubducet femina lectum;
Hoc primum iuncta eſt foedere noſtra Venus.

Tu

ter a te amer, ut ante paucos dies amabar, ni ſtulte feciſſe mihi videor ipſi. Ita fere Scaliger quoque; qui tamen perperam alia fingit, quibus haec poëmatia ultro citroque miſſa ad certum temporis ordinem redigit.

Carmen XIII.

Iurat poëta puellae ſuae, ſe ei uni perpetuo eſſe ſerviturum. Mox cum ſe praecipitanter hoc iuraſſe intelligat, cum puella hac conſtantiae profeſſione adduci poſſit, ut de eius amore nimis ſecura in alios ipſa amores proclivis ſit, ad preces ſupplices confugit.

1. *ſubducet femina lectum*) h. ſurripiet, auferet, et quidem doloſe, blanditiis ſuis abducens me a te. Propert. I, 8, 45.

Nec mihi rivalis certos ſubducet amores.

furtim ſubrepere amori dixit ſup. IV, 4, 21. *Lectus* pro coniugio et h. l. omnino pro amore et conſuetudine. v. ſup. I, 5, 7. Propert. III, 6, 27.

— *qui noſtro nexiſti retia lecto.*

quod hic *ſubducere lectum.* Statius comparat illud Sophoclis in Electra 114. ὑποκλέπτεσθαι τὴν εὐνήν.

2. *Hoc primum iuncta eſt foedere noſtra Venus*) h. hac lege, hac conditione. Virgil. Aen. I, 66.

— — *regemque dedit, qui foedere certo*
Et premere et laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Propert. III, 20, 21.

— *ubi non certo vincitur foedere lectus.*

Modo *iura, legem, pignora* eodem ſenſu dixerat. *Venerem iungere* hic ſimpliciter eſt amores

Tu mihi ſola places; nec iam, te praeter, in urbe
  Formoſa eſt oculis ulla puella meis.
Atque utinam poſſis uni mihi bella videri,
  Diſpliceas aliis! ſic ego tutus ero.
Nil opus invidia eſt; procus abſit gloria vulgi;
  Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.
Sic ego ſecretis poſſim bene vivere ſilvis,
  Qua nulla humano ſit via trita pede.
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
  Lumen, et in ſolis tu mihi turba locis.

Nunc

res iungere, ut ſup. I, 1, 69. H. Catull. 64, 336.:

Nullus amor tali coniunxit foedere amantes. W.

4. *oculis meis*) Dativi uſus idem apud Latinos atque apud Graecos. Tacit. Hiſt. IV, 17.: *Vereque reputantibus Galliam ſuismet viribus concidiſſe.* Add. Tacit. German. cap. 6. E Graecis conf. Soph. Antig. 895.: *Καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.* — Caeterum imprimis frequens, pulchrum, bellum, formoſum eſſe alicui. W.

7. *gloria vulgi*) h. inter vulgus, quae a vulgo venit. Carere vult ea celebritate inter homines, ea fama, quod puellam pulcritudinis laude praeſtantem amet. At Cyllen., Douſa pater, Statius, de iactantia vulgarium hominum explicant, qui, quae pulcra habent, oſtendunt.

8. *in tacito gaudeat ille ſinu*) proverbialiter dictum. cf. Broukh. et Vulp. fruatur ille tacite et cum nullius invidia, adeoqne tuto et ſecure, ſuo bono, quod obtigit.

9. *Sic*, ſine invidia, ſine gloria ac vana ex eo laude, quod tam pulchram puellam amem. *poſſim bene vivere*, h. beatus eſſe, feliciter agere vitam; non, genio indulgere; unde enim? de herbis et radicibus? Sunt autem dulciſſimi verſus, qui ſequuntur.

11. 12. Compara Propert. I, 11, 23.:

Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes,
Omnia tu noſtrae tempora laetitiae. W.

Nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
  Mittetur fruſtra, deficietque Venus.
Per tibi ſancta tuae Iunonis numina iuro,
  Quae ſola ante alios eſt mihi magna deos.
Quid facio demens? heu, heu! mea pignora cedo.
  Iuravi ſtulte; proderat iſte timor.
Nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures.
  Hoc peperit miſero garrula lingua malum.

Iam

14. *deficietque Venus*) ipſa Venus artes ſuas et illecebras fruſtra in me experietur; omnia licet molita in me fuerit, tandem abstinendum ei erit a conſilio, meum animum a te abalienandi. Vulp. cum Statio accipiunt, ut ſup. I, 5, 40.

Admovit dominae deſeruitque Venus.

perperam, puto.

15. *tuae Iunonis*) tui Genii. v. III, 6, 48. H. Amantes ut puellis perſuaderent, per Iunonem iis aliasque deas feminarum iurare ſolebant. W.

eod. *Haec — numina iuro*) haec tibi iuro *per* numen, ſine praepoſitione, ut Virgil. XII. Aen. 197.

Haec eadem, Aenea, terram, mare, ſidera, iuro.

ubi v. Serv. cf. h. l. Broukh. H. Recepi: *Per tibi.* W.

17. *heu heu mea pignora cedo*) h. illud, quo eam illigatam et devinctam mihi habebam, ſcilicet illo metu et ſollicitudine de fide et conſtantia mea, ne deſereretur aliquando a me.

18. *proderat iſte timor*) Metus de fide mea et conſtantia proderat ad te in fide retinendam; nunc, ſublato illo metu, ſublatum eſt amoris tui pignus et fides.

19. *Nunc tu fortis eris*) ferox. ut ſup. I, 5. *gloria fortis.*

eod. *nunc tu me audacius ures*) non tam, amore incendes, quam, cruciabis, dolere coges, curam et ſollicitudinem animo iniicies; ut ap. Terent. Eun. III, 1, 47.

Si quando illa mentionem Phaedriae facit,
Aut ſi laudat, te ut male urat.

cf. ibi v. 43.

Iam faciam, quodcunque voles, tuus usque manebo,
Nec fugiam notae ſervitium dominae;
Sed Veneris ſanctae conſidam vinctus ad aras;
Haec notat iniuſtos, ſupplicibusque favet.

CARMEN XIV.

Rumor ait crebro noſtram peccare puellam.
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.
Crimina non haec ſunt noſtro ſine iacta dolore.
Quid miſerum torques, Rumor acerbe? tace.

CARMEN XV.

DOMITII MARSI.

Te quoque Virgilio comitem non aequa, Tibulle,
Mors iuvenem campos miſit ad Elyſios,

Ne

21. Mite amatoris ingenium agnoſce. Quandoquidem ſemel ſe in manu et poteſtate puellae eſſe ſentit: nolle ſe profitetur iugum detrectare, ſed in ſervitute perdurare.

23. *Sed Veneris ſanctae conſidam vinctus ad aras*) n. tanquam ſupplex. v. II, 6, 33. ut ſolebant ſervi male a dominis habiti. *Veneris ſanctae*, ut v. 15.

24. *Haec notat iniuſtos*) flagellis notas inurit, ut ap. Horat. III. Od. 26, 11. Venus ſublimi flagello tangit Chloen. Ita Vulpius. Poſſis et omnino interpretari, punit, caſtigat, ulciſcitur. Nam *notare* eſt non modo reprehendere et reprobare, verum etiam damnare et punire, proprie cum ignominia.

Carmen XIV.

Miri leporis et urbanitatis epigramma. Placet amator, qui, de puellae perfidia ſollicitus, tantum hoc in votis habet, ut ipſe ſurdus ſit. An Tibullum auctorem habeat, credere licet et non licet.

1. *peccare*) v. ſup. I, 6, 71.

Carmen XV.

Domitius Marſus vixit temporibus Auguſti, et Epigram-

 matum

Ne foret, aut elegis molles qui fleret amores,
  Aut caneret forti regia bella pede.

matum fcriptor habitus eft inprimis nobilis atque excellens. Multa de eo eiusque fragmentis docte disputat Broukhufius.

4. *Aut caneret forti regia bella pede*) bella, quae inter reges fuere. Virgil. Ecl. 6, 3.

Cum canerem reges et praelia.

Contra de Tragoedia intelligendus Horat. I. Sat. 10, 42.

— — *Pollio regum*
Facta canit pede ter percuffo.

conf. Heinf. ad Ovid. IV. ex P. 2, 1. *forti pede*, heroico. Horat. eod. loco:

— — *forte epos acer,*
Ut nemo, Varius.

OBSERVATIONES

ET

INDICES

IN

TIBVLLVM.

EDITIONIS

HEYNIO - WVNDERLICHIANAE

PARS POSTERIOR.

LIPSIAE, MDCCCXVII

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.

OBSERVATIONES

IN

TIBVLLVM.

IN LIBR. I.

ELEG. I.

In toto Tibulli volumine vix unquam maiores difficultates obiiciuntur interpreti, quam in ipſa fronte. Hiant enim inter ſe ac diſſident ſententiae; ſunt etiam verſus ſenſu commodo deſtituti. Luxatione igitur et corruptela laborare carmen hoc, ut nonnulla alia, in promtu eſt. Ioſ. Scaliger, quo erat acumine, transpoſitione verſuum tanto malo mederi voluit. Sed an boni medici partes ea in re tuitus ſit, qui nihil niſi idoneis de cauſſis, re explorata, et probabili ſatis cum ſpe boni eventus moliatur, valde dubites; ita enim pro arbitrio et auctoritate magis, quam cum ratione certa et perſpecta verſatus eſt. Statim v. 3. et 4. poſt v. 44. collocatum voluit, quod tamen Broukhuſius demum exſecutus eſt. At reliqua in ipſa Scaligerana editione novata ſunt: primum v. 9. 10. ante v. 7. 8. et poſt v. 10. inſerti ſunt vſ. 29 - 32. 35. 36. poſt v. 24. autem vſ. 37 - 40. hinc 33. 34. et 41 - 50. quibus ſubiiciuntur ii, quos paullo ante diximus, v. 3. 4. inde 25 - 28. eosque excipiunt vſ. 51 - 58. Tum ex altera Elegia huc retracti ſunt vſ. 71 - 78. et 65 - 70. Iam primum ſi quaeras, cur mutationes hae ac translationes hoc nec alio modo factae ſint, nullam aliam defenſionem eae habent, quam ſententiarum ſimilitudinem aliquam; ita tamen, ut non minus commode ſatisque opportune pluribus aliis ſimilibus traiectionibus uti poſſis; quo iure autem Scaligerana aliis rationibus praeferenda ſit, dicere non habeas. Tum vero illud multo magis moleſtum eſt, quod ipſa illa dilaniatione corporis nihil effectum videas; hiantes enim ac disiunctae ſententiae in Scaligerano contextu non minus occurrunt et multae et importunae. Itaque Scaligerana, a Broukhuſio adſcita, perturbatione carminis liberandum eſſe poëtam cum Vulpio cenſuimus. Nunc vero et illud adiicimus. Luxata eſſe multa, in primis maxime elegiis, recte vidit Scaliger; verum idem non vidit, nos non habere nonnullarum elegiarum niſi particulas et excerpta e pluribus carminibus. Haec

 autem

autem vulnera nequaquam eiusmodi ſunt, ut ulla medela critica ſanari poſſint; verum ea indicaſſe ſatis eſt. Cum enim, quod alias nos ſtatuere oſtendimus, Tibulli unus codex ſervatus poſt longum tempus, caſu ne an viri alicuius docti ſollertia, in lucem eſſet protractus, lacer ille et attritus multis paginis, prioribus in primis, legentis et deſcribentis librarii oculos fugiſſe videtur. Deſcripta igitur ſunt, relictis ceteris, ea, quae legi poterant; ſigna tamen, quibus intervalla inter excerpta diverſa deſignarentur, aut apponere oblitus eſt librarius, aut appoſita ab iis, qui inde nova exemplaria petierunt, neglecta ſunt. Atque ea quidem multis in locis facile reperiri poſſunt, ut in ipſa noſtra recenſione ſigna apponere non dubitaverimus; in aliis ſatis quidem probabili iudicio ſuſpicari licet eiusmodi hiatus. Sed acceſſere aliae perturbationum cauſſae, quae iudicium implicant et impediunt. Nam exſtitere primum iam ſuperioribus ſaeculis, qui conſulere ſenſui carminis, et modo coagmentare et reponere luxata, modo hiatus ſupplere inſititiis verſibus male inſtituerent. Alii tantum loca, quae videbantur praeſtantiora, fortaſſe etiam quae caſtiora, exſcripſere; eius generis erant Scaligeri excerpta, quae ait eſſe pervetuſta. Elegias porro in antiquioribus libris non fuiſſe diſtinctas inter ſe, niſi forte obſcuriore ſigno, in aliis rubro, aut vacuo ſpatio relicto, ſatis conſtat. Has disiunxere adeo ac diſtinxere homines non omnino doctiſſimi. Nec tamen novare multa ne in his quidem conſultum eſt; primum, quia pauca tuto ſatis novare licet in hoc genere, tum, quia Scaligeranae traiectiones iam ſatis docuere, plus incommodi et moleſtiae iſta discrepantia numerorum in editiones auctorum inferri. Relinquere igitur ſatius eſt in primis ea, quorum correctio ſatis explorata non eſt, et de iis in obſervationibus criticis monere, quae nobis aliter conſtituenda videbuntur.

Inſcriptiones librorum librariis aut grammaticis deberi, notum eſt. In libris eſt fere praefixum: *Albii Tibulli equitis Ro. poëtae clariſſimi primus liber.* Sic Guelf. quoque 4. In Guelf. 2. *Albii Tibulli poetae illuſtris elegiarum liber I. incipit de Amoribus Deliae.* Alii libri omni rubro carent.

2. *culti iugera magna ſoli*] Ita in plerisque ſcriptis, teſte Broukh. et ſic etiam in Cod. Reg. et Corvin. et Guelf. omnibus, vulgatum, idem in omnibus, quas novi, edd. etiam vett. utriusque ſectae. (Add. Zwic. 1. 2. Goth., ex quo Voſſius *multa* affert. W.) Probant Goeſius a Broukhuſio

hufio laudatus et Vulpius, et nuper Henley. Debes itaque *iugera* accipere fimpliciter *rura, arua*; aut cum Vulpio dices, effe illud perpetuum iugeri epitheton. Quidam tamen Codd. (Add. Voff. 2. W.) *iugera multa* praeferunt; quod fecuti funt Statius, Scaliger et Broukh., quia iugeri certa magnitudo, neque aliud parvum eft, aliud magnum. Et verum eft, dixiffe veteres fere *iugera multa*, vel *pauca*. v. Broukh. ad h. l. cf. Ovid. III. Faft. 192. IV. ex P. 9, 86. Adde Burmann. ad Virgil. Ge. IV, 127. Rutil. I, 556. Burmann. Sec. Anthol. Lat. To. I. p. 260. Et fic ipfe Nofter inf. III, 3, 5. II, 3, 42., unde tamen poteft videri *multa* in hunc locum veniffe. Nunc *iugera multa* retraxi, quia librorum auctoritate nihil hic expediri poteft; ad fenfum autem *multa* praeftant, *magna* et otiofa funt et molefta. Nam fi quem poffidere audio *agros multos*, etfi poeticum non eft — defiderabo enim *iugera mille* aut aliud quid — elegia tamen indignum non eft, quamquam tenue vocabulum; at fi quem poffidere audio *magna iugera*, *magnos agros*, fentire videor aliquid incommode dictum, in primis pro elegiae fimplicitate. H. Nullo adhuc exemplo, *iugera* pro *arvis* vel *agro* pofitum effe a Latinis, comprobatum eft. Nam apud Horatium Od. III, 24, 12., quem locum affert H. Voffius, *immetata iugera* Getarum non funt immenfa, fed, contra morem Romanorum, certis finibus non diftincta, nec certis poffefforibus propria. Itaque epitheton *magna*, ut *iugeribus* inconveniens, adfpernatus, *multa*, quod alii poetae hac in re frequentarunt — vid. Statium h. l. — retinui. Voffius, qui *magna*, ut poeticum, reftituit, neque Hufchkii neque aliorum affenfum tulit. W.

3. 4. Reiecit hoc diftichon poft vf. 44. Broukhufius ad Scaligeri arbitrium. Accedo in hoc viris doctiffimis, quod cum tota fententia male illud cohaerere et ipfe profiteor. Ut autem eo, quo inferuere loco, opportuniorem illud ftationem acceperit, vereor. Tum vero in ipfis verbis nonnulla funt, quae totum diftichon aut fufpectum faciunt aut certe interpolatum arguunt. Sed primum videamus, quam male illud locum fuum tueatur. Non agi poteft nifi de eo, qui in caftris verfatur, hofti ex adverfo pofitis, ut adeo partim perpetuus metus ab adfidente hofte, ne caftra adoriatur, legionarium agitet, partim, ubi fomnus obrepferit, repente claffícum auditum quietem interpellet, cum adverfus hoftem vallum tuendum fit; nam fi quis fenfus verborum eft, hic fere effe debet.

Sic

Sic autem ei primum distichon parum respondet. Nam qui adhuc sub signis habetur, etsi forte ille congerere divitias dici possit, nondum tamen ille *tenet* culti iugera soli; aut, si tenet, alienum tamen hoc nunc a tota sententia. Alioqui bene convenit hoc, quod in nota posui, duplex ex militia lucrum, praedae et assignatorum agrorum h. l. respici. Cogitabam de veteranis limitaneis, in imperii finibus adversus barbaros collocatis, qui et agros tenere, et simul militiae terrores experiri poterant. At Tibulli aetate nondum legiones in limitibus habebantur. Ita vero versus a seriore poëta insertos credere necesse est. Sunt porro alia, quae in his versibus premunt. Nam vocabulum *adsiduus* statim tertio hinc versu redit; unde etiam nonnulli eo devenere, ut illo versu *exiguo igne* reponerent. Sed non minus hoc altero loco vitium quaeri poterat. Tum vicino hoste recte terreri aliquis se dicat: sic Ovid. IV. ex P. 9, 82.

Et quam vicino terrear hoste, roga.

At illud parum accurate dictum videtur, quod vicino hoste *labor terrere* dicitur. Quomodo hoc fieri possit, ut labor terreat? Quod apud Silium legitur lib. XV, 52 *partique timore labores*, non minus in vitio cubare videtur. Recte quidem *terror* et *labor* iunguntur, militiae comites; *terrent* tamen ea, quae metuuntur, terrent mala, pericula, discrimina; *labor* autem, quippe qui tolerandus est, premit, urget, exercet. Placetne hoc substituere: *Quem labor assiduus vicino exerceat hoste?* quod et in mentem venerat Musgravio, ut nunc ex Henley didici. An labor pro periculo, tanquam labor mentis dictus? an is mutandus in *pavor*, qui frequenti lapsu librariorum cessit alteri? cf. Markland. Epist. crit. p. 113. Terreri sane metu, pavore, dicimur. Ovid. IV. Met. 801. *ut attonitos formidine terreat hostes.* Vix tamen in militem cadit *pavor assiduus*; etsi perpetua trepidatio in castris, quae ab hoste circumdata sunt, esse potest, et poëtae ea ipsa notione universe in re bellica utuntur: *puer — Vitamque sub divo et trepidis agat In rebus* Hor. Od. III, 2, 5. — Vulpius, quem unum inter interpretes hoc loquendi modo, ut *labor terrere* dicatur, offendi vidi, laudabat amici coniecturam parum felicem: *torreat.* An olim fuit: *Quem clamor subitus vicino terreat hoste.* Ita legi posse, inquis, non dubito; sed olim ita scriptum fuisse, quo pignore contendas? Recte; ergo relinquamus hoc, quod ad liquidum perduci nequit. Vides alterum non minus improprie dictum: *classica pulsa,* quae cani vel inflari dicuntur, non

non pelli. Poterat tamen vitari hoc; erant poëtae ad manus *classica rauca*. Aut igitur exoleverant litterarum ductus in vetere charta et male reparati sunt, aut debetur totum distichon homini docto ex seriore aevo: ei classica *pulsa* esse poterant, quia *tympana pulsa* cogitabat, quae nunc signis militaribus edendis adhibentur. Nodell in Not. crit p. 70. *tibiam pulsatam* ap. Lucret. comparat. Verum ibi est *tibia digiteis pulsata*. IV, 587. et V, 1384. At *classicum* canitur *tuba* vel *lituo*. H. Hexametrum vide qua equidem interpretatione in Notis tuitus sim; tuetur Huschkius hac annotatione: labor, qui semper instat, saepe de improviso venit, recte dici potest *terrere*. Idem coniecturam suam *deterat* multis exemplis locutionum, *labor terit, frangit, πόνος τρίβει, τρύει*, illustrat. Pentametri sanitas docetur explicatione Heynii; cui assentitur Eichstadius, notans, verba, instrumentis, quae plectro aut digitis temperantur, propria, translata esse ad ea, quorum modulatio ore ac spiritu efficitur, Aristophanemque similiter dixisse Av. 682. *καλλιβόαν κρέκουσ' αὐλὸν φθέγμασιν ἠρινοῖς;* assentitur et Huschkius, afferens e Plutarch. Sympos. II. Quaest. 4. Vol. VIII. p. 528. ed. Reisk. *καὶ κρούματα αὐλήματα καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς λύρας λαμβάνοντες τὰς προσηγορίας*. et Claud. XVII, 312. *cui tibia flatu, Cui plectro pulsanda chelys*. Forcellinius etiam *pulsa* pro inflata per abusionem dici statuerat. Idem *classica* pro instrumentis accipit, quibus signa dantur, tubis, cornibus, lituis, secutus Asconium in Divinat. Verr. Cic. c. 17. qui haec notat: *Symphoniaci servi* capiuntur, ut in classe pugnantibus classicum canant; unde ipsi tubae classis nomen est positum *classicum;* et Servii notam ad Aen. VII, 637.: *classicum* dicimus et tubam ipsam et sonum. Recte, opinor, si exempla supra posita comparas. Ceterum bene Heynius censet, ad nocturnos incursus haec signa esse referenda, non, quod Vossius quoque putat, ad vigilias nocturnas. Chorus in Soph. Aiace queritur, bello sibi eripi *ἐννυχίαν τέρψιν ἰαύειν* 1203. et 1211. *ἐννυχίου δείματος* mentionem facit. De scriptura unius codicis *quoi*, a Vossio reposita, vid. Obss. ad I, 10, 64. W.

5. *Me mea paupertas vitae traducat inerti*] Ita vulgo legitur. *vita — inerti* Corvin. cum Guelf. 2. et Vincent. Bellov. Speculo morali VI. c. 81., ut olim coniiciebat Fruter. Verisim. I, 6.; parum commode, si *traducere* h. l. dicas esse *παραδειγματίζειν*, deridendum praebere aut in contemtum ex ignavia adducere; melius est, si dicas *vita* esse pro *per vitam*. Ut *vitae* est *iter, cursus;* quidni et *ductus per* eam?

Expo-

Expoſui in notis, quantum facere licuit, verſus ſententiam e vulgari lectione. *Ad vitam inertem eum adducit paupertas*, h. e. ut inertem agere vitam poſſit, conſequitur eo, quod paupere vita contentus eſt. Admodum tamen inſolentem et inſuavem loquendi modum hunc eſſe bene ſentio; et pro inutili nota ſuper alliteratione in *Me mea* mallem Broukhuſius uſum illum loquendi declaraſſet: *paupertas traducit me vitae inerti.* At eſt aliud dicendi genus ſatis frequentatum: *traducere vitam*, etiam, *vitam otioſam, tranquillam;* et Petron. 14. *Ipſi qui Cynica traducunt tempora coena*, h. e. victu tenui. II. Cum *paupertas*, in qua Tibullus degebat, conf. 19., ut tum mores erant, *probro haberetur,* teſte Salluſtio Catil. 12., homines cum alias divitiarum parandarum vias tum militiam ſequebantur, qua illae facile quaerebantur. Cum igitur arma deprecetur, optat, ut *paupertas* ſe ad *vitam inertem* ducat, nec ad *militiam* ſtimulet. Conſtructione *traduci vitae* pro ad vitam non offendor, quippe qui ſciam, verba motus, *venire, redire, pergere, intrare, ſuccedere, compellere, jacere* cum dativo poetice conſtrui. Et Huſchkius ſcripturam Tibulli veram habet. Goerenzius vero, ſtatuens, poetam non cupere, ut ad vitam inertem perveniat, ſed ut in ea permaneat, praefert *vita*, per vitam; quod nollem factum. Nam nec cauſa allata vera, et uſus loquendi comprobandus erat. Scripturam et interpretationem Fruterii, qui et *inertis vitae* ſuſpicatur, opinionemque ſuam verſibus 57. 58. defendit, amplexus eſt Gronovius Elench. Antidiatr. p. 209 – 211. ed. Lipſ.: propter paupertatem licet infament me homines, et per ora traducar tamquam piger, iners, nihil curo, dum aſſiduo igne focus mihi luceat. Sed ut de ſenſu taceam, ubi exempla conſtructionis *traducere aliquem aliqua re?* Handius ibi p. 211. *inertem vitam* interpretatur non ſpecioſam, ignobilem; Cruceius in Muſcario p. 324. ita: *Traducat*, proprie, id eſt avocet mentem meam ab aliis ſtudiis, quae ſecum volutat, ad poeticum. *Hic* enim *dux* ſum *milesque bonus,* ait mox Tibullus. Quam explanationem nemo probabit. W.

6 *aſſiduo — igne*] Ita vulgo editum usque ad Scaligerum, etiam in vett. edd. utriusque ſectae. Sic ſcriptorum quoque pars, et Cod. Reg. cum Corvin. Alii ſcripti, cum Vincent. 1. 1., Guelf. 2. pro var. lect. *exiguo,* quod cum Scaliger repoſuiſſet, a Broukh. reiectum eſt. Placere poteſt utraque lectio. Codicum auctoritas fere par, ſi omnino in Tibullo ex librorum auctoritate quidquam conſtitui

ſtitui poteſt; nam *numero* fere *librorum* lis transigi ſolet; quandoquidem *vetuſtatis* vel *diligentiae* et *doctrinae auctoritas* vix de uno et altero codice prodita eſt ab iis, qui eos verſaverunt. *exiguo igne* ſe commendat, ne bis occurrat intra paucos verſus vox *aſſiduus*. Reprehendunt quidem eam, quod *exiguus* et *parcus ignis* in foco vix eſſe poteſt in laude. Enimvero extenuare ſolemus ea, quibus nos contentos eſſe ſignificamus. Contra verum poëtae votum declarat alterum *aſſiduo*, quod hactenus maiorem veritatis ſpeciem prae ſe fert. Ita ex hoc ipſo verſu dixiſſe creditur Martialis X, 47: 4. *focum perennem*, et e quo ſtabilit lectionem Jortin (*Tracts* T. II. p. 448.) Theocritus Idyll. XI, 51. *ἀκάματον πῦρ*; ſed haec tantum illuſtrant lectionem, non ſtabiliunt. Nec *ἀκάματον* eſt quod *aſſiduus*, ſed eſt perpetuum ignis epitheton ex natura eius petitum, quod materia ſuppetente non exſtinguitur. Addit Broukh. et hoc, *lucere* non niſi de magnis ignibus a poëtis dici; quod tamen et ipſum leve eſt. Reſpexit hunc locum Statius I. Silv. 2, 255.

divesque foco lucente Tibullus.

Verum ad lectionem dubiam nullum praeſidium inde nanciſcimur. Omnibus expenſis pronior ſum in alteram lectionem *exiguo*. H. Eamque recepi. Magis placet declaratio animi continentiſſimi: dummodo pauca mihi ſint ad vitam ſuſtentandam, quam ſententia, epitheto *aſſiduo* ſignificata: modo ne umquam inopia vel fame premar. Mecum faciunt Eichſtadius et Voſſius, cui *aſſiduus ignis* vitam luxurioſi notare videtur. *aſſiduo* tamen praefert Gruterus, eumque ſecutus Gronovius Diatrib. Stat. lib. IV. c. 43. p. 434., denique Huſchkius, hunc ſenſum ineſſe ſtatuens: ut *perennis* ſit domeſtica felicitas, optat Tibullus; lectionemque illam et propter auctoritatem veterum Grammaticorum et propter repetitionem vocis retinendam eſſe. Suaviter enim focum Tibulli *aſſiduo igne* lucentem opponi *aſſiduo* militis *labori*; (ſimilem oppoſitionem, aequabilis nimirum tranquillitatis et laboris non interrupti, Henley ſibi finxerat). Haec interpretatio viri Latine doctiſſimi mihi non magis probatur, quam quae adiecit: *exiguum ignem* hominem deſignare, in magna inopia viventem; idque a Tibulli conditione alienum eſſe. Verbis enim *ignis exiguus* pro diverſa ſententiarum iunctura diverſa ineſſe poteſt ſignificatio. W.

7. 8. Diſtichon hoc pro fragmento a ceteris diverſo habendum eſſe videtur. H. Cohaerentiam ſententiarum in Notis demonſtravi, nuncque Huſchkium mecum ſentire video. Idem locutionem *ſpes deſtituit* abſolute poni ex Livio

vio I, 41. docuit. Goerenzius, qui *me* ſupplendum eſſe putat, coll. I, 5, 40. II, 6, 13. 45., correctione *neu* pro *nec* nexum reſtitutum cenſet. — Goth. 10. *in* pro *et*. v. 11. *ſtirpes*. W.

11. *ſtipes — deſertus*] qu. Palat. *deſectus*, male. Salmaſ. de Cruce p. 514. malebat *deſixus*, ut inf. I, 3, 43. *fixus in agris lapis*. Burmann. ad Virg. Aen. II, 714. *deſertum ſtipitem* accipiebat, ut *deſertam Cererem* illo in loco, h. e. vetuſtate relictum et parum frequentatum ſignum dei. Nec vidit vir doctus, obſtare *florea ſerta*, quae ſi habebat, non erat prorſus deſertus deus. *Deſerere* pro defigere accipiendum, ut in nota monitum. Sic *deſtituere* quoque. Apud Varron. R. R. I, 20, 2. *furcae deſtitutae*, ubi v. Intpp. cf. Burmann. Sec. Anthol. Lat. lib. III, 174. ubi eſt *deſiſtere*. H. Broukhuſii ſententia diſplicet. Nam grammatica obſtat, ne *deſertus* a *ſero*, *ſatum*, derivetur, neve a *ſero*, *ſertum*, ſenſus. Neque hilum probant compoſitiones *deſigere*, *deſodere* (*κατορύττειν*). *Deſertus* eſt ſolus, ſolitarius, in loco infrequenti poſitus. Forcellinius notavit, *alcyones*, quas Ovidius *ſolas* Heroid. XVIII, 81. vocaſſet, apud Propertium I, 17, 2. *deſertas* dici. Lachmannus mecum communicavit Propert. I, 20, 36. *deſertae arbores*, quod convenit cum ἐρημαίησι δρυσὶν Moſchi III, 21., quem locum Huſchkio debeo. Apud Virgilium Aen. XI, 843. *Nec tibi* deſertae *in dumis coluiſſe Dianam Profuit*, Camilla dicitur *deſerta* h. e. ſolitaria. Vindob. *agros*, in marg. *agris*. Rem illuſtrare Nodell. Not. Crit. p. 72. notat Heynius. W.

12. *florea ſerta*] Nos *Feſtons* dicimus. Alii libri, etiam Regius et Corvin. (Add. Zwic. 1. 2. et Goth.) habent: *florida ſerta*, quod ubique in edd. viſitur; ſed recte illud (quod eſt in Ask.) praetulit Broukh. quem vide. Eadem varietas El. 2, 14. H. Vide Burm. quoque ad Anthol. L. T. I. p. 658. de vocabulis *floreus* et *floridus*. W.

14. *Libatum agricolae ponitur ante deo*] Ita Muretus correxit. Plures libri, etiam Regius, et vett. edd. cum Ald. pr. habent *deum*; nempe mutatum propter particulam *ante*, quam non meminerant Tibullo abſolute poni. v. II, 1, 24. 5, 60. III, 1, 10. hoc loco, antequam ipſe poma guſtem. Alii adeo *agricolam* repoſuere, ſcilicet ut accuſativo *deum* conveniret. Ald. ſec. unus Gebh. et pro var. lect. Guelf. 3 *deos*; quod et Barthio placuit, ut legeretur *agricolas deos*. H. Mureti correctionem firmant codd. Ask. et Vindob. — Cetera apogr. cum Zwic. 1. 2. dant *deum*; marg. Vindob. *agricolam*, Goth. *libatur*. In verbis *ponitur ante* nihil ſupplendum eſſe mihi videtur. *Ponere ante* eo ſenſu dictum,

dictum, quo Plautus Men. II, 2, 2. *Bonum anteponam prandium pranſoribus* verbum compoſitum *anteponere* uſurpavit. Confirmat ſententiam locus Horatii Sat. I, 3, 92.

Aut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriens.

Adde infr. II, 5, 98. *coronatus ſtabit et ante calix* ſimilem uſum verborum *ſtare ante;* et *agere ante* Virg. Ge. III, 552. *Pallida Tiſiphone Morbos agit ante Metumque,* cum quo cf. Tibull. I, 2, 69. ibique Santenium Bibl. Crit. III. p. 68. Similiter eodem ſignificatu uſurpatur *praei* et *i prae* (Ter. Eun. V, 2, 69., et *abi prae* Ad. II, 1, 13.), niſi quod hoc poetarum eſt — De ſententia ad particulam *ante* ſupplenda vid. Obſſ. ad II, 1, 24. – Locus II, 5, 60. non convenit. — Ad rem illuſtrandam facit Cenſorinus de Die Nat. c. 1. de maioribus referens: *cum perceperant fruges, antequam veſcerentur, dis libare inſtituerunt,* ubi vid Lindenbr. p. 5. W.

15. *tibi ſit*] in Reg. *ſit* deeſt. pro *rure* vitioſe *thure.* In nonnullis interpolatum *fit.* Sed eſt dedicantis *ſit,* ut iam Broukh. monuit. *Flava* autem *Ceres* eſt pulchra, quis dubitet? Male ad meſſem referas.

17. *ponatur*] Maluere viri docti apud Broukh. *donatur,* qui defendit alterum: eſſe verbum proprium, ut notet ſedem certam ac ſtabilem etc. Hoc eſt argutari. *Poni* proprium eſt de ſtatuis et ſignis, quae collocantur. Nihil amplius. H. Pro *ponatur* Zwic. 1. *potiatur,* ſed a correctore mutatum in *ponatur.* Tria apogr. (Goth.) *ortis.* W.

18. *Terreat et*] Corvin. ſicque unus Statii cum Guelf. 3. Nec diſplicet. *curva falce* unus Broukh.; *ſceva* duo, ex more librariorum; unus *ſcevas;* et quartus Palat. *ſcaevas,* quo alii alludebant, unde veram lectionem eſſe putabat Gebhardus *ſcaevus aves.* Broukhuſius miratur, eum non vidiſſe, *ſcaevas* ad auguria et auſpicia ſpectare. Poſſunt tamen *ſcaevae aves* eſſe ſiniſtrae, odioſae, moleſtae, inprimis in poëta. H. Monac. *terreat et,* atque *ubi* pro *tibi* v. 18. — Ask. et Goth. (ap. V.) *ſaevas,* Voſſ. 1. *ſceva. Saeva* mihi videtur falx vineatica eodem ſignificatu dici, quo *dura* illa audit I, 7, 34.; utpote inutilibus arboris vel vitis abſcindendis putandisque non parcens, ab hominibus falcem tractantibus translato epitheto. Qui uſus loquendi in inſtrumentis caedis et necis tritiſſimus; neque in fabris ferrariis aut arte eorum inſolitus. Vid. Tibull. I, 3, 48.

nec enſem
Immiti ſaevus duxerat arte faber.

Poſitura verborum mira ob vocem *Priapus* ita in pentametrum

trum reiectam egregie illuſtratur loco ſimillimo Val. Flacc. I, 468.

Quin et Cecropiae proles *vacat Orithyiae,*
Temperet ut tremulos Zetes fraterque *ceruchos.* W.

19. *felicis quondam nunc pauperis agri Cuſtodes*] Cod. Reg. *felices,* ut etiam alii ap. Broukh. et Guarnerianus, minus bene; ſic enim oppoſitionis perit gratia. (Quatuor apogr. (Goth.) *felices.*) Porro pro *agri* Vulpiana utraque habet *horti,* operarum, puto, vitio; nam in nulla Edit. neque Cod. reperitur, praeterquam in Exc. Lipſ. Niſi hoc forte viro docto ex *Luſibus* in animo ſedebat; nam Carm. 21. (Virg. Ecl. VII, 34. W.)

— *cuſtos es pauperis horti.*

et 86. quod eſt Catulli 20, 4.

Herique villulam hortulumque pauperis.

20. *Cuſtodes*] unus Broukh. *Cultores* male. *veſtra*] Ed. Lipſ. cum ceteris edd. vett. Guelf. 3. cum altero in marg. *noſtra:* et v. 23. *nobis.* H. Zwic. 1. et Voſſ. 3. *noſtra. veſtra* ſunt vobis debita. Pro *quondam* mira ſcriptura in Corv. *condam.* W.

21. *Tunc*] Voſſio in *tum* de coniectura mutanti accedere non poſſum. Is poetas huic regulae ſe adſtrinxiſſe affirmat, ut ante conſonantem vel plures *tum, tunc* tantum cum vi poſuerint; cf. Ge. Virg. I, 136–145.; loca, quae illi adverſarentur, corrigenda eſſe cenſens. Sed ut particulis *tum* et *tunc* eadem ſignificatio eſt, ita uſum earum diverſum eſſe, negari nequit. Particula enim *tunc,* non *tum,* tempus aliquod praeteritum, praeſenti oppoſitum, notat, ita ut ferme ei *nunc* reſpondeat. Cic. Philipp. VII, 5. *Sed erat tunc excuſatio oppreſſis — nunc nulla eſt.* cf. Tibull. I, 6, 10. 11. Antitheſi autem notationi temporis conciliatur vis aliqua, quae vel absque illa huic vocabulo ineſt. Iuven. II, 30. de Domitiano moecho: *qui tunc leges revocabat Amaras — Quum tot abortivis fecundam Iulia vulvam Solveret.* Add. Tibull. I, 9, 79. 10, 19. ubi nulla varietas. Aen. I, 408. *Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia, ſenſus?* quod Mediceus quoque habet. Cf. Tibull. I, 4, 53. In talibus locis tantum abeſt, ut *tunc* de coniectura tollendum, ut cum altera lectione *tum* permutandum non ſit. Et vide, an e codicibus illud ſit reſtituendum Aen. IV, 596. *Nunc te facta inpia tangunt? Tunc decuit, quum ſceptra dabas.* Etiam ubi notationi temporis nulla ineſt vis, codices tamen non variant, aut minus boni *tum* praebent, *tunc* mihi retinendum eſſe videtur, ut apud Horatium Od.

I, 13,

I, 13, 8. *Tunc nec mens mihi nec color,* qui locus Voſſii diligentiam effugit. Cur enim poetas, *hunc* et *nunc* ante conſonas qualescunque uſurpantes, particulam *tunc* ibi tantopere odiſſe ſtatuis, ut eam ſemper reſpuerint? Adde quod ſuum quisque in re tam parva morem ſequi, aut, ut Huſchkius obſervat, fieri potuit, ut pro diverſitate conſonae ſequentis modo *tum* ſcriberetur, modo *tunc.* Ex iis autem, quae ſupra poſui, Virgilio Ge. I, 454.

Sin maculae incipient rutilo miscerier igni,
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Fervere.

tum reddes e cod. Mediceo, quem nec Voſſius ſecutus eſt; et Ge. I, 341. 342. Ceterum formulae *tum vero, tum primum* magis frequentantur, quam *tunc vero, tunc primum.* Tacitus Hiſt. 2, 6. *tunc primum* dixit. Sed ille, ſi codices cum fide comparati ſunt, *tum* et *tunc* promiſcue ſaepius poſuit. — Goth. (ap. V.) *luſtrabit.* W.

22. *hoſtia magna*] *magna* comparative, ratione anguſtorum finium habita et tenuitatis agelli. Sic et Cod. Reg. quod recepit Scaliger, a Mureto iam in ſcholiis e libris propter ſenſus rationem praelatum alteri lectioni, quae in plerisque libris, omnibus Guelff. et edd. ant. etiam Rom. et Lipſ. cum Corvin. eſt, *hoſtia parva.* Habet et haec lectio, quo ſe tueatur, ſi cogites opes poëtae acciſas; et vim habet ad multo magis extenuandam fortunam. Pro ſuo quisque ſenſu de his ſtatuet. Nam ſunt innumera, inprimis in poëtis, de quibus nulla nec iudicii ſubtilitate nec auctoritate pronuntiari poteſt, ita ut arrogantiae aut pertinaciae ſit, alios ad aſſenſum cogere velle. II. Apogr. (Goth.) et Zwic. 1. 2. cum Guarn. *parva,* marg. Vind. *magna.* W.

24. *clamet*] Reg. *clamat,* ut et alii ſcripti et editi ap. Broukh. H. Adde Guarn. et tria apogr. in quibus Goth., ubi et *meſſae.* — Pro *vobis* Zwic. 1. *nobis.* Guarn. *myſtica* pro *ruſtica.* — *quam.* In Zwic. 2. ſuperſcriptum *al. qua.* W.

25. *Iam modo non poſſum contentus vivere parvo*] Broukhuſius magnopere contendit, alteram negationem deeſſe, cum eſſe deberet: *non poſſum vivere non contentus.* Huius loquendi rationis exempla collegiſſe ait Manutium ad Cic. ad Div. I, 9. Muretum Var. Lect. X, 7. Verum illa tum locum haberent, et cum noſtro committi poſſent, ſi hic eſſet: *non modo poſſum — ſed ne — quidem.* Ita enim comparatum eſt cum omnibus exemplis, quae ab iſtis viris doctis, item ab Horatio Turſell. et aliis laudantur, ut primum *non modo,* nunquam *modo non,* ſit, deinde ut vel *ne — quidem,*

quidem, ſed vix, vel *ſed etiam, verum etiam* ſequatur: v. c. Cic. ad Div. I, 9. *non modo praemiis — ſed ne periculis quidem compulſus ullis.* Unum exemplum eſt, ab nemine tamen horum notatum, quod huc conferri poſſit, in Cic. ad Att. XIV, 5. *eos — tantum non laudari atque amari, ſed parietibus contineri.* Verum Broukh. adeo *non poſſum* ſimpliciter pro *non poſſum non* poni poſſe putavit: cuius rei exemplum exſtare non putem. Vulpius *modo non* pro *non modo* poſitum accipit, quod primum neſcio, an bene fieri poſſit; deinde ſententia languens inde efficitur: *non modo modico contentus poſſum vivere — ſed etiam aeſtum vitare ſub umbra.* Scaliger Excerptorum ſuorum fidem ſequitur, in quibus eſt: *Quippe ego iam poſſum.* Sed hoc interpolatricem manum nimis aperte prae ſe fert; quae omnino in illis Excerptis ſaepe ſententiarum capita aliter conſtituit: nimirum ut iis ſenſus conſtaret, ſeorſum lectis. Ego *modo non* aliter poſſe accipi non puto, quam pro *μονονουχὶ*, fere propemodum. Ita video etiam Statium ſenſiſſe, qui laudat illa Aeneidis IX, 141.

— penitus modo non genus omne peroſos
Femineum.

ut ſenſus ſit: *Iam fere poſſum, iam tandem animum meum ita paravi, ut, depoſito illo divitiarum per militiam parandarum ſtudio, in agro meo otium ferre poſſim.* quod Horat. II. Carm. 6, 5. dicere voluit:

Tibur Argeo poſitum colono
Sit meae ſedes utinam ſenectae,
Sit modus laſſo maris et viarum
Militiaeque!

Illa verba: *contentus vivere parvo,* reſpondent iſtis: *Me mea paupertas;* iſta vero: *Sed Canis* etc. his: *vitae traducat inerti. deditus eſſe viae* dictum videtur, quia iter illud, animo ad divitias comparandas intento, inſtituitur. cf. v. 49. Ne quis porro ad *rivos praetereuntis aquae* offendat, et fortaſſe *ripas* hic quaerat, tenendum, *rivum aquae* etiam alios, v. c. Horat. III. Carm. 16, 29. Virgilium et ipſum Livium dixiſſe. (Plura loca vid. collecta Heynio ad Virg. Ecl. VIII, 87. Similes compoſitiones ſunt *crateras olivi* Ecl. V, 68. — *τρίπους λουτρῶν* Soph. Ai. 1405. *ἄστρων εὐφρόνη* Electr. 19. W.) Particula vero *Sed* maxime referenda ad v. 26. quanquam fere reponendum putem *et:* v. ad I, 9, 44.

Ita quidem locum expediri poſſe, olim putabam. Sed languet et friget vel ſic ſententia, nec videtur verſus tam male

male concinnatus: *Iam modo non possum*, a Tibullo proficisci potuisse. Tum sequentia quoque luxata esse arguit hiatus inter sententias. Ad sensum saltem praeferam *Iam modo, iam possum*, (in quod Guyetus incidit. W.) elegantius quam, *Iam modo nunc*: quod in codd. est Guelf. 3. et Ask. Nisi forte iuncta fuit superioribus sententia: *Agna cadet vobis — Si modo nunc possum*. Exciderat profecto una ex particulis, eaque male suppleta est. Sed alterum *Nec semper longae deditus esse viae* multo magis laborat. Contorti et ingenii et sermonis est: *longae viae deditum esse*. Ad litterarum ductum prope quod accedat, nihil succurrit, cui satis fidam. Sententia fere haec esse debuit: *Nec semper longae taedia ferre viae*. Comparato versu ex Copa 5. (Virg. T. IV. p. 204.) *Quid iuvat aestivo defessum pulvere abesse*, ariolari possis: *Nec semper longa fessus abesse via*. Totum autem distichum h. l. sublatum esse velim; insertum fortasse ea de caussa, quod sequens versus: *Sed Canis* legitur depravate ex: *Sit Canis aestivos ortus vitare* h. contingat hoc, liceat; ut inf. I, 6, 24. *Tunc mihi non oculis sit timuisse meis*. Mox *Canis aestivos ortus* suspectos habebat Bentleius ad Horat. I. Sat. 6, 126.; non enim tempus Caniculae, sed aestum vitari posse sub umbra. Sed velificabatur ille caussae suae, dum ea scribebat ad Horatii lectionem antiquam revocandam. Canicula enim et ipsa et eius ortus pro aestu poni et possunt et ubique solent. Multo minus admittemus viri summi coniecturam: *Canis — ictus*. Ad sensum cf. Prop. III, 4, 6. seqq.; et Alcaei fragmentum a Mureto comparatum:

—— λασίας θάμνῳ ὑπὸ πλατάνου
Καῦματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός.

Ait se sub umbrosae platani fronde aestum fugere Caniculae sub aestatem adultam. H. Henley ὑποθετικῶς versus 25. 26. accipere: Si *non possum vivere* — *sed* (at) possum *vitare*, notat Heynius. Lacunae signa post v. 24. sustuli, ita sententias singulas cohaerere ratus: Cum Laribus se in posterum etiam agnam mactaturum esse promisisset, non vero hostiam maiorem, causam huius rei subiiciens a versu 25., ampliora se numquam appetiturum, nec castra amplius secuturum, sed parvo contentum vitam rure quietam exacturum esse profitetur. Ut Heynius voluit, et Vossius fecit, dedi *Iam modo, iam*, pro quo censor editionis Vossianae *Iam, modo iam* postulavit; non quod Tibullum ita scripsisse mihi persuaderem, sed ut negatio abesset, quae sententiam totam perturbaret. Huschkius correctionem illam prorsus improbans

bans et compoſitionem *iam modo,* proponit: *Iam volo, nam poſſum, contentus* etc. Goerenzius *nam* pro *iam* coniiciens, quae particulae ſaepe confunduntur, cetera, ut ſana, ad verba *Io meſſes et bona vina date* refert: Tibullum optare, ut ipſi *quovis anno* (v. 9.) *frugum acervi et pleno pinguia muſta lacu* ſubnaſcantur; nam exiguo tantum frugum fructuumque (ex anni vitio) proventu contentum vivere ipſum non poſſe, licet ceteroqui divitiis facile careat. Goth. *poſſem.* — Zwic. 2. *contemtus*, ſed ſic ut *m* ſit correctoris. — 26. Verba *nec ſemper* etc., quorum ſenſus eſt: et abſtinere militia, quam prius toleravit, ut vidit et Henley, ſana ſunt, cf. Not: *Semper* de rebus, quae aſſidue fere vel ſaepius fiunt. Propert. I, 20, 14. *ſemper adire lacus.* — 27. *aeſtivos ortus* defendit et Huſchkius contra Bentleium. Zwic. 1. *hortus.* — 28. *rivos* Voſſio mutatum in *rivum,* emendationem Burmanni; hominem ad unum rivum requieſcere. Quid ſi duo vel tres per ſilvam ſerpunt, ubi requieſcis? Quis novit regionem Pedanam, ubi praediolum Tibulli? Nec his adminiculis opus eſt. Nam neque ſe *iacentem* vel *dormientem* fingit poeta, neque, ſi hoc velis, ad plures rivos *ſimul* iacentem. Voſſius memor non fuit Virgilii Ecl. I, 52.

Fortunate ſenex, hic inter flumina nota
Et fontis ſacros frigus captabis opacos.

ubi ipſe hunc ſenſum reddit: requieſces in umbra ad *rivos* obliquo curſu labentes; neque Horatii Ep. I, 4, 4.

An tacitum ſilvas inter reptare ſalubres.

— Neque neceſſarium aut poëta dignum ſtatuere, *rivos* eſſe canales, qui in hortos vel agros ducebantur. Ge. I, 106. *fluvium inducit rivosque ſequentis.* Ovid. Remed. Amor. 194. *Ipſe potes rivos ducere lenis aquae.* cf. Horat. Ep. I, 10, 6. W.

29. *Non tamen*] Colot. *pigeat bidentem.* Reg. Guelf. 3. et Corvin. *bidentes*, ut alii. Et ſex apogr. (Goth.) Guarn. *ludentes.*

31. *Non agnamue ſinu pigeat — referre*] *Nunc — agnamque — foetumque* Colbert. et ed. Brix. *pudeat* Ed. Rom., ut etiam ex Colot. notavit Broukh., ex aliis Statius. Repetitum eſt ex v. 29. H. Vindob. *pudeat,* in marg. *pigeat.* — Apogr. duo et Zwic. 1. 2. *foetumque.* Goth. *foetusque* (apogr. m. *foetisque.*) Goth. *deſertur* et *fitresque. Pudeat — pigeat* e more Tibulli pro *pudebit — pigebit.* W.

34. *de magno praeda petenda grege eſt*] *Eſt* in finem reiecit Brouh., ſequutus aurium iudicium, ex uno Heinſii. Nihil tamen moleſti ineſt alteri, quod ubique legitur: *de magno eſt p.* A quibusdam Statii aberat *eſt.* (Et eiecit Voſſius,

ſius, ut oratio fieret ποιητικωτέρα. Equidem cum Huſchkio id verbum in finem verſus reiicere, quam prorſus eiicere malo. Broukhuſii ſententiam, firmatam auctoritate Zwic. 2. et Voſſ. duorum, amplexi ſunt Goerenzius et Lenzius, ne pentameter in brevem deſineret ſyllabam. Vid. Obſſ. ad I, 4, 4. W.) Deinde Ed. Rom. *praeda tenenda*, valde obvio errore. Ad ſenſum ſimilis eſt luſus Catulli 19, 19.

Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
Vicinus prope dives eſt, negligensque Priapus,
Inde ſumite.

Inf. IV, 1, 187. *Et domino ſatis et nimium furique lupoque.* Poſt hunc verſum aliqua intercidiſſe nullus dubito. Reliqua bene cohaerent usque ad finem Elegiae. H. Vide an ita ſententiae cohaereant. Ne fures lupive gregem exiguum imminuant, optans, illum conſervatum et auctum iri ſperat; nam Palilia ſe pie celebrare. Similiter Goerenzius cohaerentiam ſingulorum conſtituit. Itaque ſigna lacunae, cuius Huſchkius veſtigia nulla reperire potuit, delenda cenſui. W.

35. *Paſtorumque deum* vel *Paſtoremque deum*, ſc. Panem, male coniiciebat Paſſeratius. cf. Broukh. Tum *Nunc ego* Comelin. mſ. apud Gebhard.

36. *Palen* alii ap. Statium. H. et Zwic. 2. Voſſius, qui hanc ſcripturam recepit, refutatus eſt ab Huſchkio, qui in Italicis nominibus Latinam terminationem uſurpaſſe optimos ſcriptores notavit, praeeunte Chariſio p. 69. Santenio, et Bentleio ad Od. Horat. III, 17, 7. — Apud Ovid. Faſt. IV, 746. codex Francofurtenſis praebet *Palem*. W.

37. *Adſitis divi*] Scal. Exc. *Vos quoque adeſte dei.* v. inf. ad II, 6, 19. *neu vos* bene revocavit e libb. Broukh. pro *nec*. mox Reg. Guelf. omnes, et Corvin., ut multi, *e paupere menſa.* Sic et Edit. Lipſ.: at ex Rom. praepoſitio excidit. Primus Broukh. mutavit. Hoc loco nil refert, utrum ſerves; ſed ap. Cornel. Nep. in Themiſt. 2, §. 6. *quidnam facerent de rebus ſuis* non male legeris *e rebus ſuis.* (Vulgata apud Nepotem bona. cf. Sall. Cat. 50. W.) Porro *menſa* h. l. non eſt ſacra menſa, etſi inter utenſilia ſacra id genus habebatur, ſed Tibulli menſa, in qua appoſitae fruges ac poma ſunt, unde pars praelibata diis in ara ponitur. H. Apogr. fere omnia *Neu — de.* Voſſ. 3. *donec vos e.* Monac. Zwic. 1. 2. *e.* Goth. *eſt.* Praepoſitio *de* unice vera. Supr. 15. *noſtro de rure corona.*

Iuven. I, 137. *de pulchris et latis orbibus comedere patrimonia.* — *Assitis* Muret. W.

38. *nec e puris spernite fictilibus*] Scaliger ex vetusto suo codice reposuerat *parvis*, quod possit placere, quia convenit magis istis: *de paupere mensa.* Sed comparare debes *fictilia* et *pauperem mensam*, quae bene sibi respondent. Sustulit *parvis* Broukh., quem vide. H. Et Huschkius *puris* defendit. Vindob. *fictilis.* W.

39. *primum*] vulgo legitur. *primus* Witt. pr. cum binis Anglic. Heinsii. H. *Primum*, ita extra enumerationem positum II, 1, 59. I, 7, 35. Plaut. Asin. 5, 2, 37. significat, antiquissima pocula fictilia fuisse; de qua opinione docte egit Huschkius. Conf. in primis eruditissimum Boettigerum *Prael. archaeol.* p. 28. W.

42. *avo*] *agro* Exc. Lipsii et Palat. quint. Guelf. 3. cum altero in marg. H. Add. Monac. Vindob. Voss. 5. cuius marg. *avo*. De *antiquo avo* vid. Obss. ad X, 18. W.

43. *Parva seges satis est; satis est requiescere lecto Si licet, et solito membra levare toro.*] Principio in quibusdam scriptis, in Guelf. 2. in marg., legitur: *parva satis mensa est*, quod videntur refinxisse ii, qui in suis habebant *messis*; *mensa* enim et *messis* permutari solent, vid. inf. ad IV, 1, 185., non minus ac *messis* et *seges* v. I, 8, 19. Sed *messis* antecedit v. 42.; nec *mensa* locum habet; nam respondet hoc distichon antecedenti, in quo erant *fructus* et *messis*. (Henley tamen illam lectionem praeferre, notat Heynius. W.) Alii aliter interpolarunt. *Parca* etiam fuere, qui mallent. Pro *satis est* altero loco in quibusdam est *uno* vel *parvo*, quod et Guelf. 3. cum altero in marg.; nempe intrusum ab iis, in quorum libris *satis est* semel tantum exaratum erat. (*Parvo* et Monac. cum Voss. 4.) *Lecto* habent omnes libri; cum tamen statim *torus* sequatur, Fruterius coniecerat *tecto*, (inventum nunc in Voss. 3. 4.) et recepit Broukh., qui etiam in hoc argutatur, quod tectum stramineum ex *segete* proxime memorata infert. *Requiescere* tamen *lectum* postulare videtur, et vix bene dicitur: *tecto requiescere* pro sub tecto (quamquam *tecto* pro *in tecto* Latinum est. Aen. I, 725. *Fit strepitus tectis.* W.); *torus* autem et *lectus* multo magis iuxta memorari poterant, quoniam proprie diversae res sunt: nimirum pulvinus spondae impositus. Itaque malui cum Vulpio retinere, et dicere: paullo languidius et indiligentius haec videri a Tibullo dicta; praesertim cum eodem modo *undae* et *aquae* inf. I, 7, 13. 14. se excipiant. Quid? quod eundem fere in

in modum El. 3, 71. cum Cerberum *in porta* esse dixisset, subiicit fere ταυτολόγως:

— *et aeratas excubat ante fores.*

Heinsius ad Ovid. I. Fast. 287. p. 30. pro *lecto* coniecerat *fesso*, Guietus *lento*. Pro *membra levare toro* Stat. unus et duo Palat. Gebhardi habebant: *membra referre toro* dictum, ut *referre se, reddi quieti.* Pro *Si licet* mendose in edd. usque ad Scaligerum et in libris, etiam Reg. Guelff. est *Scilicet.* (Muretus, errata operarum in fine Tibulli recensens et correctionibus augens ex ingenio depromsit coniecturam palmariam *si licet* pro *scilicet* — nam *scilicet* et *si licet* et alibi et apud Propertium II, 28, (21) 50. confunduntur — addens, se non ausum esse a vetustis libris recedere; quam scripturam in Excerptis suis inventam, Mureti mentione non facta, Scaliger primus in editionem 1577. recepit. Hanc correctionem, quam mirum est e recentioribus nonnullos et Vossium ignorasse, quo loco posuisset Muretus, firmant Voss. 1. 3. 4. cum Bern. — Zwic. 1. 2. et Goth. dant *scilicet.* W.) Mox in *solito toro* magna est suavitas, h. e. non peregre, sed in domo sua. Scaliger ex Exc. suis maluit *solo,* quasi vero solus torus Tibullo superfuerit, (quod Scaliger statuebat. W.) aut ille solus in toro cubare maluerit; nam, quod docet exemplis Broukh., *solus torus* est is Latine, in quo solus, sine puella, recubas. Rom. Ed. vitiose *solido,* frequenti errore. v. Burm. ad Ovid. I. Art. 94. II. Si *lectus* et *torus* idem significant, assentior Heynio, negligenter hoc distichon exaratum esse, ut I, 3, 71. 72.; neque ab hac reprehensione liberari potest Tibullus observatione Huschkii, usum illum esse amplificatione sententiae, usitatissima classicis scriptoribus. Est illa, fateor, non solum propria priscae simplicitatis, sed omnium poetarum et oratorum; sed quamquam bonum est *lecto requiescere et membra levare,* num item probabis coniuncta *requiescere lecto et membra levare lecto?* Nam quod *toro* altero loco substitutum est, nihil mutat. Diversa vero a prioribus inerit verbis *solito — toro* sententia, si *torum* peculiari significatione usurpatum notare statues lectum, in quo legere et scribere (de quo vid. Plin. Epist. V, 5. et Horatius egit Sat. I, 6, 122. *Ad quartam iaceo,* cum quo conferes Iuven. VII, 79. *Contentus fama* iaceat *Lucanus in hortis*), vel, quod malim, quo se ab opere (Tibullus ipse agrum suum curare optat) aut ab ambulatione conferre solebant Romani. De lecto lucubratorio cogitabat iam Statius: est, inquit, in veteri libro *referre,* non *levare,* ut idem sit, quod reddere vel quieti, vel, quod malim, labori. Quae verba Vos-

 sius

ſius non bene ita intellexit, quaſi Statio in mentem veniſſet *referre lecto* accipere pro ſurgentem lecto ſe ad laborem conferre. Ex interpretatione mea ſaltem ferenda ſunt verba *levare membra toro.* Difficultatem non ſuſtulit Voſſius, cum, ut exquiſitius, recepit *referre,* quod quatuor codices, in his Goth., praebent. Propertius II, 33, 41. dixit *ſe recipere lecto.* Argutatur cenſor editionis Voſſianae, ſtatuens, *membra referre toro* nil amplius notare quam: ad torum ire. Verba motus cum dativo iuncta etiam motum in locum notare quis neget? Horat. Od. III, 21, 17. *Tu spem reducis mentibus anxiis.* Ovid. Met. VII, 588. *Quis non altaribus illis Irrita tura tulit?* Add. ex Pont. IV, 8, 24. Aen. IV, 392. Iuven. VII, 215. W.

45. *Quam iuvat*] Reg. *quem.* Heinſius malebat *quam iuvet. audire* ſuperſcripto *ſſe* Guelf. 3. *immunes* a pr. m. 2. H. Monac. et Voſſ. 4. *audiſſe.* Male. Coniungunt Latini poetae, nullo discrimine, infinitivos praeſentis et perfecti. Aen. Virg. X, 14.

Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit.

Perſius Sat. II, 66.

Haec baccam conchae raſiſſe et ſtringere venas
Ferventis maſſae crudo de pulvere iuſſit.

Add. Iuven. XIV, 281-3. *poſſum reverti et vidiſſe.* — Infinitivum perfecti infinitivo aoriſti in talibus reſpondere quis neget? Vid. Perſ. I, 132. *ſcit riſiſſe.* — Differt I, 2, 95. 96. *Stare — detinuiſſe puduit.* Nam verbi *pudet* ſignificatio infinitivum et praeſentis et perfecti admittit. W.

46. *Et dominam tenero continuiſſe ſinu*] Haec eſt vulgaris lectio, quam ipſe in priore editione ex Vulpio ſervaveram. *Continere* tamen de complexu puellae dici, non memini. In uno Palat. emendatiſſimo, Gebhardo teſte, libro, et in Exc. Colot. fuit *detinuiſſe;* idem Corvin. habet, idque recepit Broukh. Et eſt ſane elegantius. Compoſita per *con* et *de* ſaepe permutantur. Sic IV, 1, 102. *decurrat,* ubi alii *concurrat.* (Add. II, 1, 24. et Aen. Virg. IV, 267. *urbem exſtruis,* al. *conſtruis.* Firmatur *detinuiſſe* auctoritate Monac. Voſſ. 2. 4. et Ask. — *continuiſſe* Zwic. 1. 2. Hamb. margo Vindob. *conticuiſſe.* — Handius tamen ad Diatrib. Stat. p. 435. an editores optimo iure *detinuiſſe* praetulerint, dubitat; nam *contineri* dici proprie eos, quos tempeſtas et imber moretur et domi teneat. Virg. Ge. I, 259. Non vidit vir doctus, *cubantem* deſignare tempus nocturnum, ubi homines ad opera non exeunt, et locutionem *tempeſtas me continet* nihil probare, cum ſit h. l. *homo me con-*

continet. Latine autem dicitur *homo me cohibet*, cf. Tac. Ann. III, 3 f. — *Detinere* proprie est tenere, ne quis in alio loco vel negotio versari possit, cf. Eleg. II, 96.; tum *tenere*, ut apud Virg. Aen. IV, 84. *Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta, Detinet.* cf. Tibull. I, 2, 75. *retinere.* Unde simul probatur, iungendum esse *detinere sinu:* nec quemquam morabitur, quod sinum suum appellat *tenerum.* Ovid. Art. II, 452.

Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas.

Monac. et Voss. 4. dant *tenero dominam.* W.) Deinde Vulpius iungit: *dominam tenero sinu;* sed facilius sinum Tibulli intelliges, cui se puella applicat. Sic El. 2, 75. *teneros* sibi *lacertos* tribuit; ead. v. 98.

Despuit in molles et sibi quisque sinus.

conf. Propert. IV, 3, 23. Alioquin legi posset *tepido;* Ovid. Epist. III, 114.

Te tenet in tepido mollis amica sinu.

III. Amor. 6, 68.

Spargebat tepidos flebilis imbre sinus.

ubi in quatuor Heinsianis legebatur *teneros.* Sed nil movendum; est epitheton simpliciter ornans.

48. *Securum somnos, imbre iuvante, sequi*] Ita primus reposuit Scaliger, suffragante Guelf. 2.; vulgg. *igne iuvante;* hoc et pars Codd., etiam Guelf. 1. 3. et Corvin. Et sane ille calore suo membra soluit et somnum conciliat; sed alienus ignis est ab h. l. et e librariorum lapsu ortum esse, docuit Broukh., qui eodem modo *imbre* pro *igne* reposuit apud Propert. III, 5, 36. (III, 3, 58.) H. *Imbre* Voss. 1. 4. — Guarn. Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. *igne,* quod Gruterus (vid. Diatr. Stat. p. 435.) defendit: otiose hic *imbre iuvante* ponatur, cum illud *aquas,* quod proxime antecedit, *imbrem* facile inferat, nec minus ignis sopiat quam imber. Ibi Handius notat, Perreium quoque *imbre iuvante* in codd. invenisse. Et Muretus ad lectionem *imbre* praeferendam propensus est. Hamb. *ibernus.* Scriptura *quom,* quam huic loco e Monac. et Hamb. intulit et in toto restituit Tibullo, etiam de coniectura, Vossius, mihi non probatur. vid. ad I, X, 64. Goth. *Ausper* et *Sompnos* (ap. V.). W.

49. *Hoc mihi contingat*] Ed. Lips. *Non.* Male. Albinov. III, 15.

Hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa. H.

Hoc

Hoc ad praecedentia referendum. Similis transitus eſt I, 10, 43. *Sic ego ſim.* — Zwic. I. *non.* W.

ib. *ſit dives iure, furorem*] Cod. Reg. *ſit laetus:* et verſ. ſequ. pro *qui* Ed. Lipſ. *quis;* Guarner. *ſim* et Zwic. 1. 2. unde ſcribi poſſet:

ſim laetus rure; furorem
Quis maris et triſtes ferre poteſt pluvias?

Rure etiam Exc. Scal. habebant cum mſ. Comelin. Sed vulgata multo melior. H. Accedit eadem ſententiarum iunctura I, 10, 29. *Sic placeam vobis: alius ſit fortis in armis.* Pro *ſit* Voſſ. 1. *ſi.* — Goth. *favorem* pro *furorem.* W.

50. *qui maris et triſtes ferre poteſt pluvias*] Ita quicquid usquam librorum eſt legit, praeterquam quod in Exc. Scalig. ad evitandum in fine triſyllabum interpolatum eſt:

Qui maris et caeli nubila ferre poteſt.

de quo v. inf. ad II, 6, 20. Primus Broukh. ex Nic. Heinſii emendatione repoſuit *Hyadas* pro *pluvias,* quod eſſe elegantiſſimum non nego; et ſic, quoties de tempeſtate agitur, cum alii poëtae (cf. Heinſ. ad Virgil. Aen. III, 516.) tum Horat. I. Od. 3, 14.

Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.

Verum non video, quomodo hoc in illius locum in textum venire potuerit, niſi dicas, quod poëtis ſaepe *pluviae Hyades* dicuntur, propterea *pluvias* a quopiam adſcriptum fuiſſe, idque, magis notum, librarium quemdam arripuiſſe. Nam pro interpretamento vix adſcriptum eſſe potuit. *Pluviae* et *Pliades* permutantur interdum, v. Heinſ. ad Virg. Aen. III, 516., ſed non *pluviae* et *Hyades.* Sed neque in vulgata aliquid deſideres, modo de itinere terreſtri, ſive de militia, cum ſub dio agendum eſt, accipiatur. *Hyadas* autem ne convenire quidem carminis huius ſimplicitati cenſeo. H. Heinſius vocabulo *pluvias* offenſus eſt, quia *imber* praeceſſiſſet; quod vanum eſſe argumentum vidit et Huſchkius. Coniecturam Heinſii, ut neceſſariam, recepit Voſſius, quippe de itinere maritimo ſolummodo cogitans. Recte, ſi *triſtes pluviae* ad mare referendae ſunt; quod ſecus. Nam *furori maris* h. e. navigationi periculoſae *triſtes pluviae* h. e. itinera gravia, ſaevis imbribus vexata, ut Heynius iam animadvertit, recte opponuntur. cf. Not. ad 26. — Simplicius Horatius II, 6, 7. utrumque verbis *mare* et *vias* notavit. Inepte Schrader *lituos* coniecit. W.

51. *potius pereatque*] Ordinem hunc, ut concinniorem, ex uno Statiano refinxit Broukh.; ét iam Livineius ita coniecerat. Vulgo: *pereat potiusque.* Scripturam *zmaragdi*

ragdi tuetur Broukh. ad h. l. et ad Propert. II, 16, 43. (II, 13, 43.) Ei accedit Burmann. ad Ovid. Met. II, 24. Res tanti non eſt; ſed vitioſam eam librariorum et artificum ſcripturam eſſe, probabilius fit; non enim ſuppetit ratio, cur σμάραγδος non efferatur *ſmaragdus*. H. Bene Huſchkius ex Priſciano p. 564., veram ſcripturam eſſe *ſmaragdi*, probavit, eamque recepit. Voſſius tamen Broukhuſio obſecutus eſt; quamquam in pluribus apographis (Hamb.) altera eſſet lectio. — *potius pereatque* in Ask. et Bern. — Hamb. *pereatque potius*, ex qua translatione ortum eſt *pereat potiusque*, quod in Zwic. 1. 2. et Goth. Statius coniicit *pereant*. — 52. *Quum* pro *quam* Voſſ. 1. *et* pro *ob* Voſſ. 5. W.

53. *hoſtiles — exuvias*] Reg. *exiles*, ut alii ap. Broukh. Male. *perferat* et *praeferat* Guelf. 2. H. Zwic. 1. *hoſtiles*; ſic et Zwic. 2. ſed punctis improbatum, et correctum *exiles*, quod in apogr. quatuor (Hamb. Goth.). — Monac. *et* pro *ut*. — Voſſ. 2. *perferat*, 3. *praeferet*, Guarn. *proferat*. — Goth. *eximias* pro *exuvias* (ap. V.). W.

55. *Me retinent vinctum formoſae vincla puellae*] Non placebant haec Heinſio, nempe quod vincla vinctum retinent. Atqui Tibullum ea negligentia decet. Fuit in uno Broukhuſii: *me retinet vinctum f. cura puellae*; minus bene. Ovid. Remed. 213.

Tu tantum i, quamvis firmis retinebere vinclis.

inf. II, 4, 3.

— — — teneorque catenis,
Et nunquam miſero vincla remittit Amor. H.

In locutione *vinculo vinciri* nulla vis ineſt. Sophocles Ai. 62. dixit

Τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν.

Et praeivit Homerus, v. c. Il. X, 443. Imago bene in ſequentibus continuatur. vid. Not. — *victum* Goth. Voſſ. 3. — *retinet* Hamb. — Gloſſator in Zwic. 2. notat, Horatium aut *compede* (I. Od. 33, 14.) aut *loro* (nemo hoc dixit) aut *vinclo* ſaepe puellae *detineri*. W.

56. *Et ſedeo duras ianitor ante fores*] Heinſius mallet: *et ſedeo ut d.*, ſed id intelligitur; et ſaepe ipſum Heinſium hoc obſervare memini. Supra v. 7. *Ipſe feram — Ruſticus*, h. tanquam ruſticus; vide ibi Vulp. Horat. I. Epiſt. 2, 41.

— Vivendi recte qui prorogat horam,
Ruſticus exſpectat, dum defluat amnis —

v. Gronov. de Pec. Vet. I, 1. *diras* un. Broukh.

57. *lau-*

57. *laudari curo*] recte Broukh. ut exquisitius praetulit e libris alteri lectioni: *cupio*, quae est etiam in Ed. Rom., et hinc in ceteras fluxit; at Vicent. fortasse cum aliis vett. edd. *curo.* quod in Guelf. 3. est in marg. H. *curo* de cupiditate et studio dictum accedit prope ad significationem verbi *cupio*, quod vel constructio apud Horat. Epist. I, 17, 5. *quod cures proprium fecisse* evincit. Hamb. *cupio me.* et *vomer* pro *vocer*, sed *c* super *m* a manu antiqua scripto. Goth. *totum* pro *tecum*. Verba *mea Delia* ad sequentia traxit Vossius; improbatur Huschkio. W.

59. *Te spectem — Te teneam*] utroque loco Reg. Guelf. 2. 4. Guarn. item Edd. Rom. et Lips. cum Venetis *Et* vitiose; priore loco mutatum in Guelf. 1. Hemistichium, *suprema mihi quum venerit hora,* repetiit Auson. Ephem. Orat. 72. H. *Et — Et* plura apogr. (Hamb.) — Zwic. 1. *Te spectem et sup.* Zwic. 2. *Haec* corr. in *Et*. Voss. 3. *quam spectem.* Hamb. *dum* pro *quum* cum Corv. — Goth. omittit *hora.* Muretus *Te teneam.* W.

60. *Te teneam m.*] Alii, et Guelf. 3. c. Aldinis, *Et teneam* vel *Et tenear,* hoc etiam Corvin. et Hamb. Expressit Ovidius III. Am. 9, 58.

Me tenuit moriens deficiente manu.

61. *Flebis et arsuro positum me, Delia, lecto*] *Ante meum veniat — moesta Neaera rogum* inf. III, 2, 11. Et *arsuro lecto* Ovid. XIV. Met. 747.

Luridaque arsuro portabat membra feretro.

Dictum autem exquisite pro: *flebis me arsurum.* Beckius Comment. II. de Interp. p. 87. coni. *mea Delia.* H. Hanc coniecturam recepit Vossius, *me* languidum esse pronuntians. Omitti *me* in participiis ita usurpatis, concedo. Num ideo, ubi ponitur, languet? Languebit vero et apud Ovidium Trist. III, 3, 39.

Nec mea consueto languescent corpora lecto?
Depositum nec me qui fleat, ullus erit?

et apud Maronem Aen. III, 209. — Liv. 27, 19. *vocatum eum interrogat.* Neque ea causa mutationis iusta, quod codices nonnulli, ut Hamb. 57. Goth. VI, 55., in verbis *mea Delia* variant. — *Lectus* est lectus funebris, in quo corpora efferenda componebantur. cf. Pers. III, 103. Idem, quod Tibullus a Delia, a Cynthia in lecto funebri compositus exspectat Propertius II, 10, 29.

Osculaque in gelidis ponas suprema labellis,
Quum dabitur Syrio munere plenus onyx.

Et Ovidius Am. III, 9, 53. hunc locum ob oculos habuit: Cum-

Cumque tuis sua iunxerunt Nemesisque priorque
Oscula, nec solas destituere rogos.

Voss. 2. *posito.* — Goth. *mesta* (non meum apogr.). Hamb. *feres* pro *dabis.* Muretus ubique *mistus* cum Ald. II. W.

62. *Tristibus et lacrimis*] In Reg. vitiose *testibus.*

63. *Flebis; non tua sunt duro p.*] in Reg. *Non tua sunt in me duro* interpolatum. v. ad IV, 1, 39.

64. *ferro Vincta*] Reg. Ed. Rom. cum aliis *iuncta,* perpetua varietate. v. Broukh. h. l. Heins. ad Ovid. I. Met. 121. VIII, 248. cf. Horat. I, 25, 1. *iuncta* Guelf. 3, cum altero in marg. ut 2. *vincta* c. altero. Apud Rutil. I, 489. recte emendarunt, *vincta fluenta gelu.* H. Ask. *phoebo ferro.* — Voss. 3. *iuncta* cum Corv. et Guarn. De confusione crebra verborum *vincta* et *iuncta* egerunt Statius ad h. l. et Bentleius ad Epist. Horat. II, 3, 202. — Goth. *sibi* pro *tibi.* — 65. Goth. *iuveneis* (ap. V. at *desinire* pro *de funere*). Hamb. *defundere* pro *de funere,* nec emendatum — *nec* — *refere.* — Burmannus ad Anthol. Lat. T. II. p. 181. cum post *virgo* e codice Eboracensi commate distinguendum monet, quasi ante eum *virgo sicca* iunxerint, *nec* exhibet. — 69. Zwic. 1. *fata que.* — 70. Hamb. *mox* pro *iam* et Goth. (ap. m.) *adopta* pro *adaperta.* W.

71. *nec amare decebit*] Reg. et Ed. Lips. *licebit,* ut alii, et Guelf. 3. pro var. lect.; sed iam reiectum a Broukh. Notum illud, quod Statius laudavit:

Turpe senex miles, turpe senilis amor. H.

De re et oratione pluribus egit Bentleius ad Horat. Epist. II, 2, 216. Hamb. et Guarn. *neque,* quod non sequar. Nam Tibullus *nec* ante vocalem non vitavit; vid. I, 2, 23. et Obss. ad II, 4, 43.; neque ullus poetarum. Reizio igitur in prologo Persii *neque in* rescribenti non assentior. — Goth. *amore* (et *subcrepet* teste Vossio). — Zwic. 1. Ask. Bern. *licebit.* W.

72. *cano — capite*] e scriptis, adde Guelf. 2. 3. 4. ita Muretus e veteribus libris legendum putavit, recepit Scaliger. Vulgg. *capiti,* qui antiquus ablativus foret, sed hic parum gratus. cf. Vulp. h. l. H. Statio *capiti* non magnopere placuit, notanti: Haud paulo melius in veteribus libris *Dicere nec cano blanditias capite,* id est, nos iam canos. At recte vero e terso Tibullo expelluntur ablativi, *capiti, operi* I, 4, 48. qui cascam antiquitatem sapiunt. — Apogr. omnia *capite.* Zwic. 1. 2. *capiti.* — *dicere nec* non maiorem vim habet quam *nec dicere.* cf. I, 8, 4. Ita et apud

apud poetas poſtpoſitum ſimpliciter annectit. Virg. Aen. I, 35. 262. — 73. *lenis* Zwic. 2. — Guarn. *poſſes.* W.

74. *et rixas inſeruiſſe iuvat*] Heinſ. ad Ovid. Faſt. I, 287. coniicit: *inſeruiſſe ferae*, ingenioſe quidem, ſed parum probabiliter. Nec placet hoc: *rixari cum fera.* Malo dicere *inſerere* eſſe dictum pro ſimplici *ſerere*, facere, rixas, et poëtam dulces amantium rixas omnino commemorare. An *in* natum ex *con?* *conſerere rixas*, ut pugnam. Sic *committere rixam.* H. Hanc coniecturam, a libro Schefferi et Bern. confirmatam, recepit Voſſius; Columbo quoque, qui excerpta codicis Schefferiani ad Heinſium miſit, cf. Syllog. Epiſt. V. Illuſtr. T. V. p. 178., *conſeruiſſe* ſatis plenam efficere orationem viſum eſt. Nihil attulit Huſchkius. Tu vide, an verbum compoſitum *inſerere* h. l., ut apud alios ſcriptores, translate pro admiſcere, immiſcere uſurpatum ſit, ita ut dativus in verbis *frangere poſtes* lateat. Similiter *innectere* poſitum puto apud Virg. Aen. IV, 51. *Indulge hoſpitio, cauſasque innecte morandi.* Voſſ. 3. *riſſas.* — Exemplis in Not. ad 76. allatis add. Virg. Aen. IV, 424. *I atque adfare.* W.

78. *Deſpiciam dites*] Ordinem hunc ex MStis, quibus adde Guelf. 2. et Vindob., induxit Broukh. Alii, etiam noſtri, languide: *Dites deſpiciam.* Alias eleganter variatur verborum poſitus, etiam ab hiſtoricis aliisque pedeſtri oratione utentibus. v. Cort. in Sall. Cat. 2, 2. H. Zwic. 1. 2. *dites deſpiciam* cum Goth. Hamb. — Guarn. *vites deſp.* — Goth. *famam.* W.

E L E G I A II.

De lacunis huius carminis v. inf. ad v. 67. et 81.

1. *Adde merum*] Bene in Guelf. 2. adſcriptum ex Ovid. Rem. 809.

> *Aut nulla ebrietas aut tanta ſit, ut tibi curas*
> *Eripiat; ſi qua eſt inter utramque, nocet.*

novos compeſce dolores] Ed. Ald. ſec. cum iis, quae inde expreſſae ſunt, *graves dolores* habet; firmat id pars librorum apud Muretum, et, quantum ſenſu valeo, malim hoc ſolum lectum. Nunc critica praecepta iubent minus ſollenne praeferre; et magna pars librorum *novos dolores* tuetur, ut adeo poëtae relinquendum ſit. Nec tamen *novos* dicam cum Broukhuſio ſuper veteres novos, ſed recentes. Nam redierat paullo ante ab occluſa puellae ianua, vina

popo-

poposcerat. In aliis *novos — furores* legi testatur Broukh., qui et ipsi non male locum tueri possent. Sed permutantur fere inter se *dolor* et *furor*. v. Burm. ad Ovid. Epist. VI, 140. Praestat igitur tenere vulgatum. H. Defendere et Santenium p. 67., notat Heynius. Nam *novi dolores* sunt quales antea non senserat. Iam enim spem Delia, praeter exspectationem nupta, fruendi omnem abiecerat, et gravius dolebat. Ita *novus magistratus* est quem antea non gessi Liv. 22, 35. *quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus.* Lectio *graves* vel est glossa vulgatae, vel ab eo inventa, qui dolorum, quos iam antea, discidio facto, ex amore se cepisse carmine quinto exposuit, immemor, adiecto *novos* offendebatur. Hamb. *furores.* Goth. *occupet et.* Voss. 5. *dolor al. sopor.* W.

2. *lumina victa*] tanquam somno obnitentia, cf. Broukh. Scripti nonnulli *vincta,* quae et ipsa recte dicuntur; Homerus saepe: μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. Eurip. Bacch. 379.

Κισσοφόροις δ᾽ ἐν θαλίαις
Ἀνδράσι κρατὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

ita ut difficile sit pronuntiare, utrum praestet cum h. l. tum alibi. Non raro enim in libris ita variatur: vid. inf. IV, 1, 57. et Cirin 206.; alterum tamen firmare potest Propert. III, 15, 42.

Atque hoc sollicitum vince sopore caput.

Et Ovidius *succumbere oculos* dixit I. Met. 714. H. Add. Met. XIV, 779. *corpora victa sopore.* W.

3. *multo perfusum tempora Baccho*] Ita editum constanter, sicque nostri cum multis aliis scriptis. Add. tria apogr. Alii libri pari ferme numero, in his Guelf. 2. et octo apogr., (Guarn. *percusso*) *percussum,* tuente Heinsio. cf. Dousa in not. c. 1. et 7.; hoc et ipse verius puto, saltem exquisitius, ut Gr. βεβολημένος. Notum illud Ovidii Remed. 146.

— multo tempora quassa mero.

Habet quoque rationem, scil. ut tangi, percelli adeoque et percuti videatur caput, dum vino turbatur; *hominem vini vis cum penetravit Acris et in venas discessit diditus ardor — quod vehemens violentia vini Conturbare animam consuevit.* Lucret. III, 475. Et ita Graecis οἰνόπληξ dicitur, quod tanquam attoniti et fulmine tacti mentis compotes esse desinunt ebrii, ut omnino mente capti *icti* dicuntur. cf. Heins. Notas in Propert. III, 6, 14. quas eius Adversariis P. Burmannus

mannus attexi curavit, nunc Burmannus inſeruit editioni ſuae. *Tempora* vero, quia ea pars capitis, vino largiter hauſto, maxime incaleſcit et acriores pulſus facit, quod iam Cyllenius vidit: hinc Propert. III, 15, 13. *feruida tempora* dixit. et Ovid. I. Am. 6, 37.

Ergo Amor et modicum circum mea tempora vinum
Mecum eſt.

Dicerem adeo cum Burmanno ad Valer. Flacc. VIII, 81. *percuſſum tempora* unice verum eſſe. Habet enim rationem hoc, quod modo vidimus; et ſimiliter de ſomno ibid. *percuſſus nube ſoporis,* quemadmodum in Orphic. Argon. 540. γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ. Contra autem, tametſi *vino perfundi* bene dici videtur per ſe, uti et ſimilia: *vino madere, tingui* (Horat. IV, 12, 23.), *proluere ſe* (Virg. Aen. I, 739.), dilui, τέγγεσθαι, βρέχεσθαι, non tamen, quomodo aliquis *tempora vino perfuſus* dici poſſit, facile eſt docere. Id nihilominus dici poſſe, manifeſtum fit inf. ex lib. I. El. 7, 50.

— *multo tempora funde mero.*

Videtur vinum, cum calore per venas diffuſo concitatiores per caput motus facit, hactenus etiam caput ac tempora perfundere dici poſſe. Sunt quoque *uda Lyaeo tempora* ap. Horat. I, 7, 22. Omnino uterque tropus tam frequenti uſu habetur, ut utrumutrum praeferre recte poſſis. Horat. II. Serm. I, 24. *ictum caput;* et v. 9. *irriguum corpus* dixerat. Broukhuſ. multa, ut ſolet, exempla coacervavit, nullo dilectu adhibito. Aliud enim eſt, ſi vino diffunditur animus et vultus, aliud, ſi quis perfundi dicitur. Difficultatem autem faciebat nec hoc nec illud, ſed quod *tempora perfundi* dicuntur. H. Ad lectionem *percuſſum* illuſtrandam comparat Lenzius p. 186. Amphin apud Athen. IV, 66. T. 2. p. 152. διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου. et Archiloch. 36, 3. οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. et Plaut. Caſin. III, 5, 15., ſed praefert *perfuſum*, ut Voſſius, qui alterum, ut nimiam ebrietatem notans, convenire negat. W.

4. *infelix dum requieſcit amor*] Ita omnes Codd. At in Edd. ant. eſſe *amans,* ait Broukh. Inveni hoc in Ed. Reg. Lep. et Lipſ., et eſt pro var. lect. in Guelf. 3.; at in Romana, et quae hinc fluxere, Venetis 1491. 1493. 1500. et 1520. etiam in Vicent. 1481. et in Ald. pr. conſtanter *amor* legitur. At Ald. ſec. iterum *amans* intulit, quod ſequuntur edd. inde expreſſae. Similis varietas eſt inf. El. 9, 1. *amores — amantes.* H. Voſſ. 5. *amans* al. *amor.* Zwic. 1. *amans.* W.

5. no-

5. *nostrae*] In Broukhus. libro erat *mater*, fortasse ex vocis compendio: *nr.* Voss. 3. *naturae.*

6. *dura ianua fulta sera*] *fulta* recte Broukh. reposuerat, quanquam Vulpius denuo revocavit *firma*, quod in aliis est, etiam in Cod. Reg. Guelf. 1. 4. et Edd. Lips. et Rom. (Add. maximam partem apogr. (Hamb. Goth.; quamquam ex hoc Vossius *sueta* affert) et Corv. W.] Est hoc haud dubie istius interpretamentum. cf. inf. ad El. 8, 76. Ita etiam variatur in Metam. Ovidii XIV, 780.

Invadunt, portasque petunt, quas obiice firmo
Clauserat Iliades.

quae Priscianus, teste Heinsio, ita laudat:

— — *quas obiice* fultas
Clauserat Iliades.

Art. II, 244.

Atque erit apposita ianua fulta *sera.*

Duo Burmanni: *ianua firma.* Etiam Virgil. VIII. Aen. 227.

— *fultosque emuniit obiice postes.* H.

Add. Ovid. Am. I, 6, 28. *Roboribus duris ianua fulta riget.* W.

7. *difficilis domini*] int. maritum Deliae. Alii, cum iis Guelf. 4. et 1. a pr. m. *dominae*, quod tuetur vir doctus in Biblioth. crit. P. III. p. 67. ex compendio scripturae *dm.* Utrumque bene! H. Bentleius ad Horatium Od. I, 25, 5. p. 40. *difficilis domini* potius coniungenda esse, quam *ianua difficilis*, iudicavit. Quod si fit, epitheton *difficilis* friget, sive ad Deliam illud refertur, sive ad amatorem. Nam neuter maritum facilem sperare poterat. Ferrem, si epitheton legeretur, quale apud Ovid. Heroid. IV, 141. *Non tibi per tenebras duri referanda mariti Ianua.* Accedit, quod epitheton desideratur ad *Ianua*, quam imprecationibus incessit, non ad *domini.* Denique ianuae, quam precibus et sertis 13. 14. sibi conciliatam putaverat poeta, optime illud convenit. cf. Ovid. Am. I, 6, 2. et Obss. ad I, 9, 20. *Domini* non esse commodum, sensit Santenius, vidit Goerenzius, demonstravit Vossius; quippe quod neque ad ianuam neque ad Deliam referri posset. Accedit auctoritas codicum. Nam apogr. quoque quatuor (Goth. Hamb.) cum Guarn. dant *dominae.* In Zwic. 1. vocabulum per compendium scriptum, ut *dominae* et *domini* legi possit; Zwic. 2. *domini*, supersc. *dominae.* Santenius denique distinguendum esse statuit:

Ianua, difficilis dominae, te verberet imber.

Ianuam esse *difficilem dominae* (ut casus sit tertius), quod clau-

claufis foribus (5. 6.) amatorem admittere non potuerit Delia. Quae ftructura quamquam Latina eft, *difficilis* tamen magis proprie ad Tibullum defiderio amatae aeftuantem et fruftra optantem, ut aperiretur ianua (vid. v. 9.), referri patet, quam ad Deliam. Itaque recepi *dominae.* Voff. 1. *dominae ite;* apogr. nonnulla *hymber.* — V. 9. margo Vindob. *at ianuam;* Hamb. *vini* pro *uni.* — 10. Voff. 1. *nec.* Goth. *aperte,* Hamb. *fomnes,* *m* punctis notato. W.

8. *Iovis imperio*] Voffius interpretatur: Iove iubente. At novum hoc, quod fulmina non a Iove ipfo mitti dicuntur. Exemplum vero Minervae fulminantis non apte commemorabitur. W.

12. *Ignofcas*] Corvin. *ignofces.*

13. *voce peregi*] Liv. I, 18 f. *Tum peregit verbis aufpicia. Iuvet* pro *decet* Bern.; et *nocte* pro *voce* a manu recentiori. Goth. (m. ap.) *Et* pro *Te.* W.

14. *florea ferta*] fecundum Statii libb. Broukhuf. edidit pro vulg. *florida,* quod et noftri (add. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. — At Voffiani tres cum Ask. *florea*) retinent. Haec funt *munera* ap. Propert. I, 16, 36. in fimillimo loco. v. fup. ad I, 1, 12. H. *quom* Monac. Hamb. — Vindob. *quo.* liber Sfortiae apud Statium *dabam,* quod admifit Voffius, imperfecti indicativo fignificari monens rem temporis fpatio non certo durantem El. X, 8. 20. aut, ut hic, repetitionem, at coniunctivo, rem certo temporis momento transigi, quod iisdem ferme verbis iam olim ad Ecl. Virg. X, 10. p. 503. docuerat. Mihi fecus videtur. Imperfectum enim indicativi ftatum rei vel actionis per certum temporis praeteriti fpatium fine intermiffione manentem notat, ut I, 10, 7. *nec bella fuerunt, Faginus adftabat quum fcyphus ante dapes.* Mos ille, fagino poculo utendi per illud tempus, per quod durabat, intermiffus non erat, cf. I, 10, 20. I, 3, 35. 45. Indicativus autem in mera temporis notatione poftulatur, ubi talis enuntiatio per coniunctionem *quum* alteri annectitur. Itaque lectio *dabam* Tibullum fine ulla intermiffione fertis ianuam amatae ornantem faceret. At fententia, per coniunctionem *ubi* vel *quum* vel *poftquam* prioribus iuncta et coniunctivo enuntiata, indicantur ea, quae a cogitatione pendent, aut res vel actio faepius rediens. Virg. Aen. IV, 409. *Quosve dabas gemitus, quum litora fervere late Profpiceres.* cf. Aen. I, 651. Vides coniunctivum *profpiceres,* effectumque et caufam interno nexu cohaerere. Ita accipies Tibulli verba

I, 10,

I, 10, 15. *aluiftis et idem, Curfarem veftros quum tener ante pedes*, quae verba Ayrmannus Latinitatis incuriofus ita reddidit Vit. Tib. §. 6. *patrios Lares* dicit *ipfum aluiffe, cum tener ante eorum pedes curfaviffet.* Voffius rationem coniunctivi non perfpiciens de coniectura *curfabam* repofuit. Repetitionis notio ineft (*quum, ubi,* fo oft, fo oft als) Iuven. IV, 136. *Noverat ille — aliam famem, quum pulmo Falerno Arderet.* Tac. Hift. I, 10. *Nimiae voluptates* (erant), *cum vacaret* (Mucianus). Liv. 21, 42. *Ubi vero dimicarent, is habitus animorum erat.* Convenit apud Graecos ὅτε vel εὖτε cum optativo Hom. Od. VIII, 87. et 90. Callim. Lav. Pall. 61. Tibullus igitur coniunctivo, quae lectio integerrima eft, notat, fe *faepius* coronaffe; fi femel feciffet, *dedi* dicendum erat. Errores fimiles erravit Voffius ad I, 8, 55. I, 9, 46. — 15. 16. Voff. 3. *me — gaudendum.* Hamb. *fallae* (ap. m.). W.

16. Aberat hic vf. in Colot., et in Ald. fec., hoc verfu omiffo, lacuna ftellula infignita eft. Damnavit eum Statius quoque non idonea de cauffa.

17. *feu quis iuvenis*] in multis Stat. *iuvenum.* H. Quod Voffius, ut elegantius et fuavius fonans, invexit. Vereor, ut interpretes faepe perfpiciant, quid fit elegans vel elegantius. Vulgata defenditur loco IV, 3, 1. *Seu quis aper.* De fono vid. Obff. ad I, 3, 21. — *portam tentare* eodem fenfu pofuit Val. Fl. I, 835. Goth. habet *lumina — puellae.* Voff. 1. *referat.* Goth. *res erat* (ap. V.). W.

19. *furtim molli defcendere lecto*] *Defcendere* Broukh. repofuit e coni. Doufae patris; vulgo ubique eft *decedere.* Ciris 209.

Cum furtim tacito defcendens *Scylla cubili.*

Erat tamen in quibusdam *discedere,* quod faepe cum *defcendere* permutatur. v. Heinf. ad Ovid. Rem. 121. et I. Met. 398. et al. quia nempe pingebant *discēdere.* Gruterus e Cod. Frifingenf. ap. Gebhardum notarat *derepere*, quod probabat Heinf. ad h. l. Ceterum cf. cum his Ovid. III. Am. 1, 51. 52. H. *Defcendere* firmant Monac. et Voff. 3. cf. I, 5, 41. — Hamb. *deducere.* — Zwic. 1. 2. Corv. Guarn. *decedere.* Voffius dedit *derepere*, quafi huic verbo ineffe poffet notio *clam defcendere.* — Ad rem conf. Virg. Ecl. VIII, 47. *Saevus Amor docuit* cet. — 18. Muretus erratum Ald. II. *referat* propagavit. W.

21. *nutus conferre loquaces*] *Conferre*, quia mutuo fiunt; ita *conferre fermones,* quos mutuo facimus, *confilia* dicimur; itaque melius, quam *proferre*, quod Statius e libris

bris affert, quodque eſt in Exc. Ital. In uno Broukh. Guelf. 2. etiam *vultus*, ex interpretatione; etſi ſic Ovid. I. Am. 4, 17. qui hac de re claſſicus eſt:

Me ſpecta nutusque meos vultumque loquacem;
Excipe furtivas et refer ipſa notas.

fere ut in noſtro. Propert. III, 6, 25.

Tecta ſuperciliis ſi quando verba remittis.

22. *Blandaque compoſitis abdere verba notis*] Plerique male *addere*, Statianorum nonnulli *reddere*. Regius, Guelf. 2. tenet *abdere*, quod et magna pars libb. Broukh. tuetur. (cum ſex apogr. (Goth.). — *addere* in Zwic. 1. 2. Corv. Hamb. a manu ſecunda et Aldinis. Muretus *abdere*. W.) Tum pro *notis* unus Broukh. *modis*, Guarner. *iocis*. in marg. alias *notis*. Ovid. I. Art. 489.

Neve aliquis verbis odioſas afferat aures,
Quam potes, ambiguis callidus abde notis.

23. *Nec docet*] Vett. edd. Ven. et Ald. et quae inde fluxere: *Nec decet*, male. (Apogr. quinque *decet* (Goth. Hamb.), quod Guarn. hic et ſup. 19. praebet. — Ask. *Haec* pro *Nec*. Muretus edidit *docet*. W.) Mox un. Broukh. *ſed quas*: hoc non male. Nam metus in puellas cadit, et de iis in antecedentibus actum. H. Sed in univerſum hic et 29. de amantibus ſermo eſt. Voſſius quoque tuetur *quos*. W.

24. Poſt hunc in libris et primis Edd. aliud diſtichon ſequitur:

En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,
Securum in tenebris me facit eſſe Venus.

Sic quoque Guelf. 1. 3. 4. In primo verſu pro *cum* Ed. Rom. habet *quin*, fortaſſe pro *qui in*: (Nec ex *qū in* ortum eſſe videtur *quin*, ut Voſſius putat, ſed ex *quum* vel *cum*, cum qua voce etiam I, 3, 14. IV, 1, 26. confunditur. De ablativo *tenebris* ſine praepoſitione vid. Obſſ. ad II, 1, 76. — In pentametr. Ald. I. et Stat. *ipſa*. — Muretus cum Ald. II. *eſſe*. W.) in altero pro *eſſe ipſa*; hoc quidem cum Guelf. 4. Sed pentameter variis modis effertur; in aliis, ut in Corvin.:

Non mihi nocte quies, non mihi nocte ſopor.

(Statius affert: *Non mihi nocte ſopor, non mihi nocte quies*. W.) vel:

Ille deus certae dat mihi ſigna viae.

(in quo Statius *ipſe* pro *ille* legi malit; non male, cf. I, 8, 56. W.) vel, ut in Guelf. 2.:

Usque meum cuſtos ad latus haeret Amor.

vel in cod. Sfort. apud Statium:

Prae-

Praesidio noctis sentio adesse deam.

v. Stat. et Gebhard. ad h. l. In Guelf. 3. adscripti in marg. aliter: *Praesidio* — et *Non mihi.* Haec varietas versum iam olim suspectum reddidit viris doctis. Iam Pocchus et Statius notarant, ab Aurispa, homine Siculo, qui saec. XV. vixit, et Eugenio IV. P. M. ab epistolis latinis fuit, illum, quem primo loco posuimus, pentametrum *Securum in t.* et a Pontan. illum: *Usque meum c.* suppositum esse. v. Broukh. In Cod. Reg. post longiorem versum ille: *Praesidio noctis* etc. deinde alter: *Securum in t.* etc. ponitur: sed in margine ab eadem manu ad priorem: *Seneca sic supplevit;* ad alterum: *Aurispa vero sic,* adscriptum est. Conf. de his Praefat. De eo igitur constat, pentametrum esse *κίβδηλον.* Sed quid de hexametro dicemus? Sustulit et hunc Scaliger, Broukh. et Vulpio suffragantibus. At si neque is poëtae est, quomodo in mentem venit interpolatoribus pentametrum supplere? Fit ergo probabile, eum Tibulli esse, pentametrum autem excidisse. Confirmat ista statuentem Guarnerianus, in quo solus versus prior, teste Vulpio, legitur. cf. inf. ad II, 3, 14. III, 5, 17. Aiunt etiam Muretus et alii, lacunam pro pentametro esse in nonnullis. Sic apud Ovidium haud semel accidit, ut alius pentameter substitueretur, cum verus excidisset. Potuit tamen hoc quoque evenire, ut, cum adscripsisset aliquis in margine distichon, maiore versu servato, excideret aut obscuraretur in aliquo apographo minor versus; isque adeo ab aliis aut omitteretur aut sufficeretur. II. Ut textus a Broukhusio et Vulpio constitutus est, aliquid ante verba *Nec sinit occurrat,* quae, si locus sanus, novum documentum tutelae Veneris exhiberent, deesse, iam inde suspicari possis, quod illa, versibus 23. 24. interpositis, cum prioribus, in quibus v. 17-23. de praesidio Veneris exposuerat, per coniunctionem *nec* non bene vincta cohaerent. Accedit, quod tum versus *Quisquis — decet* sententiam continent, a priori *Nec sinit* non multum diversam, neque ad praeceptum *Quisquis amore tenetur* via est satis munita. Denique codices suspicionem lacunae firmant. Nam, praeter Vindob. et Bern., qui distichon a Scaligero proscriptum omittunt, omnes aut duos versus praebent, ut apogr. novem (Hamb. et Goth. — a. V. —) et Zwic. 1. 2., aut hexametrum solum, eumque sine ulla varietate insigni. At hexameter servatus viam ad restitutionem et explicationem totius loci ostendit. Nam, eo recepto, apparet, Tibullum, Venerem tutela sua a periculis quoque iuvenes sibi deditos tueri, neque audaci quidquam esse timendum, ostensurum,

ſurum, ſuo ipſius exemplo rem demonſtrare aggreſſum, hanc eloqui ſententiam: etiam me nocte vagantem defendit dea a periculis urbis; verbaque *Nec ſinit* non generaliter accipienda, ſed ad ipſum referenda eſſe. Tum quidem apte ſubiicitur ab ipſius incolumitate petita ſententia illa: *Quisquis — decet;* plane ut I, 3, 21., infelici diſceſſu ſuo deſcripto, monet: *Audeat invito ne quis diſcedere Amore, Aut ſciat egreſſum ſe prohibente deo.* Hexametrum igitur elegantem, quem ſenſus poſtulat, et codicum auctoritas genuinum praeſtat, ut Goerenzius vult, nec Heynius non vult, in ordinem recepi, praeſertim cum ſenſus deperditi pentametri facile de coniectura ſuppleri poſſet. Nam hunc interiiſſe patet, neque ullum ex quinque oblatis a Tibulli manu eſſe, mihi eſt perſuaſiſſimum, quamquam Voſſius praeter hexametrum et hunc pentametrum: *Securum tenebris me facit ipſa Venus,* ut genuinum, recepit. Nam et codicum diſcrepantia — Guarn. nullum exhibet — et ſenſus ineptus eos novitios et ſupplementa aliena arguit. Ut ceteros omittam, in verſu a Voſſio probato diſplicet primum repetitio vocis *tenebris* ut languida, deinde dicere non potuit Tibullus quod verba ſignificant: Venus a metu me liberat. Nam friget ſententia, et ſequentia, de latronibus et graſſatoribus nocturnis agi, aperte demonſtrant. Voſſianam autem interpretationem *anxius amore* cave admittas. Num timet perfidiam amatae? Num, ne a marito deprehendatur? At vero locus Ovidii verum vocabuli ſenſum indicabit, quem Voſſius laudavit, Heroid. XX, 129. *ad limina crebro Anxius huc illuc diſſimulanter eo.* Acontius ibi vitae Cydippes aegrotantis timet, ut 198. ibidem apparet *Anxia ſunt vitae pectora noſtra tuae.* Ergo ſollicitus de vita amatae? Sed unde hoc auguraris? Et quid hoc ad ſententiam facit? Non magis convenit quod Goerenzius voluit: *anxius moerore.* Nec *ſecurus* pro *tutus* accipies, quod Rupertio videtur accidiſſe, cum in Iuven. VI, 237. *Abditus interea latet et ſecretus adulter, Impatiensque morae pavet,* bonam lectionem *ſecretus* in *ſecurus,* trium librorum auctoritate fretus, corrumpebat. *Securus* eſt amator et tamen *pavet!* Iuvenalis componendus eſt cum Horatio Sat. II, 7, 56. *metuens induceris atque Altercante libidinibus tremis oſſa pavore.* Nec novum profecto, eandem notionem duobus vocabulis, ut *abditus* et *ſecretus,* enuntiari. cf. Iuv. III, 109. Itaque non vereor, ne quis, licet Voſſianus codex anni 1441 pentametrum *Securum me* cet. cum tribus aliis exhibeat, coniecturae Voſſii,

ſii, Auriſpam e codice neſcio quo meliore verſiculum illum dediſſe, multum tribuat aut ſigna lacunae, quae intuli, improbet. Ceterum pentameter *Securum* eſt in Voſſ. 1. Monac. Hamb. et Goth., ubi mire depravatur: *En ego cum tenebris me facit eſſe Venus.* In Voſſ. 3. duo pent. *Securum — Praeſidio;* in Voſſ. 2. *Securum — Non mihi nocte;* in Voſſ. 5. *Praeſidio — Securum.* Cod. Ask. dat ſolum *Praeſidio — deam.* W.

27. *occurrat*] Reg. *accurrat*, impetum ut ſignificet. Horat. I. Sat. 9, 3.

Accurrit *quidam notus mihi nomine tantum.*

Ovid. Faſt. II, 372.

— Accurſu *praeda recepta Remi.*

ubi in aliis *occurſu.* Similia loca, in quibus variant Codices, congeſſit Heinſ. ibi et ad Faſt. III, 757. H. Nec tamen *occurrat* cum *accurrat* permutem. Nam verbum militare *occurro,* obviam fio pugnandi cauſa, (ἀπαντᾶν) praedonibus nocturnis, vi graſſantibus, convenit. Vid. Ern. Not. ad Tac. Hiſt. III, 16. *proelio occurrerent.* W.

28. *aut rapta praemia veſte petat*] Broukh. repoſuerat *ferat* pro *petat,* retinuit Vulpius, ſed auctoritate duorum tantum librorum et quidem recentium. Add Voſſianos tres et Bern. a manu ſecunda. Variant ſaepe haec duo verba. v. Burmann. ad Ovid. V. Triſt. 8, 30. et ad Ibin v. 20., ubi *petit* recte tuetur. Sed *praemia petere* rarius occurrit altero, ideoque retinendum. Occurrit tamen v. c. apud Propert. III, 11. (13.) 46. *Sive petas calamo praemia, ſive cane.* Sup. El. 1, 34.

— *de magno praeda petenda grege eſt.*

Pro *praemia* Reg. *vulnera;* obverſabatur librario ex initio verſus: *Vulneret.* H. Tritae ſunt compoſitiones ſimiles apud Virg. Aen. XI, 790. *Non exuvias, pulſaeve tropaeum Virginis, aut ſpolia ulla peto* et II, 644. *Exuviasque petet.* Tacit. Ann. XI, 1. *gloriam petere.* Nec tamen *ferat* praetulerim. Nam *praemium* cum rem quamvis, tum, ut hoc loco, pecuniam labore vel opera impenſa partam ſignificat. Tacit. Hiſt. IV, 41. *neque ſe praemium aut honorem ex calamitate civium cepiſſe.* Et *pecuniam* primam vocis *praemium* notionem fuiſſe, tradiderunt grammatici veteres. Qui de hac ſignificatione non cogitabant, veſtemque eſſe praemium latronis, remque raptam non amplius peti poſſe ponebant, ab iis lectio altera *ferat* invecta eſſe

videtur. Ceterum *praemiatores* praedones nocturnos dictos esse, Nonius c. 2. n. 629. commode tradit. Goth. *ut veret aut rapida.* W.

30. *Qualibet*] Libri nonnulli *quolibet.* Corvin. *quaslibet.* Mox liber Statii *nec,* idque melius. At illud deterius, quod pro *decet* legitur in duobus et pro var. lect. in Guelf. 3. *iuvat.* H. Vossiani *qualibus.* Vindob. *quaslibet,* marg. *quolibet.* — *nec*, quod et in Voss. 3. et Ask., Heynio probatum, recepit Vossius; *nec* esse *ne* — *quidem.* Nos causas diversarum lectionum examinabimus. Primum verba *eat tut. s.* non sunt pro praecepto iungenda; nam neminem, ut *tutus eat*, hortari possumus. Feram dicentem *eat securus.* Tu coniunge vel *eat qualibet, tutus sacerque,* cum sit tutus praesidio Veneris, ut *eat* sit praecipientis, vel, quod malim, *eat tut. s. q.* pro ibit tutus s. q., ut *eat* cogitate positum sit. Utramcunque probabis interpretationem, ea quae sequuntur non apte illis cohaerent. Etenim pentameter ita hexametro annexus plerumque causam prioris sententiae affert. I, 8, 47.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere; non tardo labitur illa pede.

eaque iunctura Tibullo est frequens, vid. I, 2, 36. 90. 4, 16. IV, 3, 4. Raro autem *nam* vel *namque* in pentametro tum leges, cf. I, 4, 10. 9, 46. 5, 60. III, 4, 36. — Causam vero verbis *insidias* — *decet* enuntiatam sententia praecedens non patitur. Accedit positura verborum. Nam, particula *nam* omissa, negatio apud Albium praeponitur. Conf. praeter I, 8, 47. etiam I, 1, 63. 2, 90. 3, 5. 8, 67. Melior igitur iunctura sententiarum praebetur coniunctione *nec*, ut coniungatur *eat nec decet,* oratioque variata sit pro *eat nec timeat* aut *eat neu timeat*, ἂν ἴοι, μηδὲ φοβοῖτ᾽ ἄν. De *nec* in initium alterius partis pentametri reiecto vid. I, 8, 4. Vossiana interpretatione particulae *nec*, de qua vide ad I, 6, 45., facile ita carebis. Ceterum verba *tutusque sacerque* observationi locum dant, Latinos interdum, ut Graecos per particulas τε καὶ (Xenoph. Anab. III, 3, 2. φίλον τε καὶ εὔνουν), per particulas *que* — *que* vel *que* — *et* verba enuntiationesque copulare, significatione *non diversas.* Tibull. II, 3, 25.

Quisquis inornatumque caput crinesque solutos
Adspiceret, Phoebi quaereret ille comam.

Add. I, 9, 20. et Pers. I, 48.

Sed

Sed recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum et belle.

et Virg. Aen. IV, 430. et Liv. 25, 37. *Inde in castra avidos adhuc caedisque et sanguinis reduxit.* — Differunt loca I, 2, 47. 6, 61. 71. 5, 64. ubi partes *diversae* unam sententiam reddunt. — Marg. Goth. (ap. Voss.) *tener.* W.

31. *hibernae frigora noctis*] In Reg. *sidera,* nimis grave vocabulum pro elegiae simplicitate, ceterum aberratio librariorum valde obvia. v. Heins. ad Claudian. VI. Cons. Hon. 444. Gronov. Obss. III, 15. Burm. ad Ovid. V. Met. 281. ubi *frigus* haud dubie vera lectio. In Catal. Virg. XI, v. 45. T. IV. p. 193. (Anthol. Lat. lib. II. ep. 122. ubi v. Burmann. p. 297. 8.)

Immoderata pati nunc frigora *nuncque calores?*

minus bene Scalig. ex aliis praefert *sidera.* H. Hamb. *non pigra,* superscripto *mihi* — *ibernae* (ap. m.) et *brumae* pro *noctis,* fortasse ex I, 4, 5 *hibernae producis frigora brumae.* Goth. *iberna* (ap. V.) — 32. Hamb. *quom.* — Vindob. *decidet.* Frisemannus Collect. Crit. p. 186., ut et Heynius notat, coniecit *Non mihi qui, qui* et *quum* millies permutata esse monens, fierique potuisse, ut *m* sequentis vocis prioribus adhaereret. Sed virum doctum fugiebat, subiectum vel obiectum omitti, ubi membrum a particula *quum* incipiens sequitur. vid. Aen. XII, 632. W.

33. *Non labor hic laedit*] fortasse rectius *laedat.* Regius: *laedet,* et mox pro *Delia Lydia,* sed aliis in locis vulgatum retinet. *Delia* etiam amicae nomen memoratur in Catal. Poet. vet. p. 202. Scalig., sed ex Scaligeri emendatione. H. Video offensos interpretes compositione *laedit, referet modo* desiderasse *laedat* vel *laedet.* Et vero ea est compositio legitima. cf. Aen. III, 116. Tibull. III, 6, 9. Nihilominus tamen etiam illa modorum et temporum ratio usurpata fuisse videtur, ex qua est res et futura sit, si conditio aliqua suppetat. Iuven. VII, 87. *Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.* Add. Terent. Adel. II, 1, 51. *Id quoque possum ferre, si modo reddat* et 48. *Age iam cupio, modo si argentum reddat.* Goth. *cedit* pro *laedit,* et *reset* (ap. m.). Vindob. *reseret non.* W.

35. *seu vir seu femina fias Obvia*] *Fias* etiam Reg. Sed Edd. antiquiores, Rom. et Lips., et pars librorum *fiat,* minus docte. H. *Fias* sex apogr. Structuram legitimam firmant loca II, 2, 2. IV, 3, 2. Etiam I, 6, 39. secundam perso-

perſonam *colis* in tertiam oſcitantes corruperunt librarii. Zwic. 1. 2. cum Guarn. et Hamb. dant *fiat.* Vindob. cum Thuan. *fiet,* quod a Guyeto in *fies* mutatum probatur Voſſio, non mihi. Nam coniunctivo Deliae ſignificatur, incertum eſſe, an quis obvius futurus ſit. Hamb. (m. ap.) *celarae* corruptum ex *celare.* Nam codex ille ſaepe *ae* pro *e* repraeſentat. Supr. 15. *fallae.* Semper ſcribitur *Daelia.* — Idem *e* pro *ae* I, 3, 2. W.

37. *Neu ſtr.*] Reg. et Ed. Lipſ. *Ne.* Rom. *Nec.* H. Voſſiani antiquiores duo dant *nec* cum Guarn., aſſumſit Voſſius, ut ſignificaret *ne — quidem.* Non nego, *nec* (μηδὲ) cum imperativo copulatum eſſe. Ovid. Heroid. XVI, 11. *Parce, precor, faſſo, nec vultu cetera duro Perlege.* Ge. Virg. II, 96. *nec cellis ideo contende Falernis,* ut habet et optimus Mediceus. — Nec tamen vidi usquam (ſuſpectus eſt locus Virg. Ge. III, 435.) compoſitionem *nec — neu — neu;* at *neu — neu — neu,* μήτε — μήτε. vid. Obſſ. ad I, 6, 17. Non obſto, ſi quis enuntiationem priorem *Neu ſtrepitu t. p.* cum verbis *Parcite luminibus* arctius coniungat, ut *neu — neu — neu* ſit μηδὲ — μηδὲ — μηδέ. cf. Obſſ. ad I, 4, 39 — 41. — Vindob. *non* pro primo *neu.* Zwic. 1. *ne.* Goth. *ſtrepite.* Hamb. *terete.* Voſſ. 3. *luſa* pro *lumina.* — Ad compoſitionem *lumina ferre face* conf. Ovid. Heroid. II, 120 *Suntque ſepulcrali lumina mota face,* ibiq. Burm. Ceterum ſententiae Mitſcherlichii (Tentam. Crit. p. 4.), verſus 37. 38., ut e margine illatos, delendos eſſe, nemo ſuffragabitur. W.

39. *Si quis*] nonnulli ap. Broukh. *Si quid.* H. *Si quid* apogr. duo (Goth.). Voſſ. 5. *oculat — omnis.* — Ald. 1. *ſpexerit.* W.

42. *rapido*] Recte retinet Broukh. Alii *rabido:* quod et ipſum poteſt defendi. Nec refert. Mox multi *ſentiat* c. Guelf. 4. et Ald. 1. Abeſt *e* ab uno Pal. et Witt. Iunges autem *ſentiet natam eſſe.* H. *rabido* defendit Santenius p. 68., recepi cum Voſſio. Cum de *ſaeva* natura e *mari* ortae Veneris agatur, epitheton illud mari accommodatius eſſe videtur. Id, quod verſu abhinc quinto *rapidi* recurrit, me non ita movet, ut Bentleium ad Lucan. III, 235., Santenium et Voſſium; vid. quae de *repetitione verborum* expoſui ad I, 9, 67. Erunt tamen, qui *rapido,* quod in apogr. omnibus et Zwic. 1. 2. eſt, retentum velint. Nam *rapidus* (ὀξὺς) eſt ſolemne fere epitheton fluviorum et maris apud Tibullum; *rapidum mare* IV, 1, 126.; nec neceſſe, ut epitheton quodque ad ſententiam propoſitam faciat.

faciat. III, 4, 86. ubi puellam immitem et duram his dicit verbis:

Nam te nec vasti genuerunt aequora ponti

quid *vasti* notionem *saevitiae* auget? Add. Catull. 64, 155. — *E mari ortum esse* satis saevitiam significabat. — Pro *natam* Goth. *natet.* — *e,* quod in Zwic. 1. 2. et apogr. — Voss. 3. *est* — sustulit Vossius, ne duplex constructio, et apud pedestres obvia scriptores, exstaret. Mitscherlichium (Tent. Crit. p. 4.) pro *esse* coniicere *isse* notat Heynius, quod non defendam. Ceterum falsum est, quod viri docti statuunt, sapientes et eruditos e Graecis Latinisque, ubi religionibus vel superstitionibus popularium suorum se obnoxios profitentur, semper simulatores falsi esse atque data opera decipere et mentiri. vid. Notam Staeudlinii Gesch. u. Geist des Scepticismus T. 2. p. 301. — Et Vossio largiri, Tibullum haec et complura eiusmodi in gratiam Deliae, superstitione captae, simulata mente scripsisse, est veritatem sensuum et affectuum et huic detrahere loco, et sexcentis aliis, ubi pium et superstitiosum animum pariter ille testatur. Goth. *credit* — *tu* — *vera* (Voss. *veram*). Hamb. *coniunx,* receptum Vossio. W.

46. *Fluminis haec rapidi carmine vertit iter*] Revocavi vulgatam lectionem, quae in Corvin. item et Guelf. 1. 2. 3. . exstat, quaeque erat ante Broukh. Is ex uno suo *Fulminis,* quae var. lectio adscripta Guelf. 2., et ex alio uno *sistit* pro *vertit* reposuit, quod arridere potest etiam propter adiectum *rapidi,* et quia *coelum* et *sidera* modo memorata fuerunt. Videtur tamen illud docta manus refinxisse ex illis Ovidii: *obliquaque fulmina sistit,* Epist. 6, 87. ubi tamen eadem varietas: *flumina* quidem defendit Burm. quod et h. l. faciendum arbitror. (*fluminis* contra Broukhusium retinendum esse Burmannus quoque ad Ovid. Amor. I, 8. 6. p. 355. censuerat, non bene dubitans, an *iter fulmini* recte tribui posset. Quo iure *via fulminis,* de quo Heynius ad I, 9, 36. disputavit, eodem *iter fulminis* dici potest. Idem tamen postea ad Lucan. Pharf. V, 600. p. 363. sententiam illam mutavit. W.) Certe uni isti libro parere, spreta omnium librorum et edd. auctoritate, nolui. *Vertit iter* vero est *facit,* ut versus caput et fontem flumen revertatur. Ovid. IV. ex P. 6, 45.

— — — — *Ister*
In caput Euxino de mare vertet iter.

I. Am.

I. Am. 8, 6.

Inque caput rapidas arte recurvat aquas.

cf. Lucan. VI, 473. Claudian. I. in Ruf. 159. Petron. c. 134. extr. Vulpius *vertit* revocaverat, ſed retenta voce *fulminis:* verum fulmen *ſiſtere* dicuntur ſagae, non *vertere*. vid. Broukh. ad h. l. H. Cum ad auctoritatem Aldinarum, quae *fulminis* habent, nunc quatuor codices Voſſiani et Ask. accedant, cum Voſſio reduxi *fulminis* — *ſiſtit*. Nam et imago nobilior tritae praeferenda, et poſt *ſidera* commode *fulmen* memoratur, ut I, 9, 35. 36. — *iter fulminis ſiſtere* eſt fulmen ruens ſiſtere, ut I, 8, 20.

Cantus et iratae detinet anguis iter

h. e. anguem remorari, ne irruere poſſit. — *Siſtit* in Hamb. Comparat Voſſius e Seneca Herc. Oet. 469. *et cantu fugax* ſtet *deprehenſum fulmen*. Voſſ. 3. *vertitur*. Goth. *celſo* pro *caelo*. W.

48. *tepido devocat oſſa rogo*] Regius a prima manu *rapido*. Ovid. I. Triſt. 7, 20.

Impoſui rapidis *viſcera noſtra rogis.*

et docet ſane Lucan. VI, 533., ardente adhuc rogo, id feciſſe ſagas:

— — ardentiaque oſſa
E mediis rapit illa rogis.

Sed teneamus vulgatum; leguntur omnino oſſa, ubi ignis in cinerem ſubſedit, et ſaepe *rapidus* et *tepidus* permutantur. v. Heinſ. ad Ovid. Faſt. II, 311. et hic modo *rapidum mare* v. 46. praeceſſerat. Videtur noſtrum in animo habuiſſe Naſo Epiſt. VI, 90.

Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.

In Guelf. 4. eſt *devorat* et in Zwic. 1. 2. a manu recentiori. Etiam Cyllenius, qui hunc verſum laudat, legit *devorat*, voluit *devocat*, ex hoc, puto, loco. Ceterum haec vulgo eo referunt Interpretes, ut oſſa e cineribus legat veneſica, quibus ad maleficium utatur. Enim vero enumerat poëta miras iſtas et ſtupendas plane ſagae potentiſſimae praeſtigias. Quantum autem illud eſt, oſſa de rogo legere? Niſi forte in eo artis ſumma poſita eſt, quod videntibus et praeſentibus iis, qui in funeris officio ſunt, cadaver e rogo ſubducit. conf. Lucan. l. l. Malim tamen ita accipere, quaſi anus cadaver in rogo poſitum deſcendere

dere faciat et vitae reſtituat. Hoc eſt, quod apud Statium Theb. IV, 507. *attollere buſtis corpora,* et *plenas antiquis oſſibus urnas egerere* dictum. Similem narratiunculam in Apuleio lib. II. p. 162. legere memini. Continuatur etiam Manium evocatio vſ. ſequ. H. Contendit Voſſius, oſſibus rogo dereptis ad evocationem numinum infernorum uſam eſſe ſagam. Cui opinioni vel propter *Manes ſepulcris evocatos,* quod praecedit, Heynii ſententia eſſet praeferenda. At, puto, Tibullus de uſu oſſium devocatorum non cogitavit, ſed vim tantum et artem magae novo argumento adumbrare voluit. Nam ad furtum clandeſtinum verbum *devocare* nemo referet. — Quartum exemplum per *et* annectitur, cum *hanc* — *haec* — *haec* praeceſſiſſet. Legitimum fere eſt in repetitione ultimum exemplum per coniunctionem *et* vel *que* adiungere. — Virg. Aen. II, 394. *Hoc* — *hoc* — *que.* Supr. 17 — 22. *Illa* — *illa* — *illa* — *illa* — *que.* 8, 14. *fruſtra* — *fruſtra* — *et.* 8, 43 — 46. *Tum* — *tum* — *et.* Add. Horat. Epiſt. I, 7, 5 — 8. 25 — 28. Od. II, 8. 21. Iuven. III, 26. 27. et I, 35. 36. *quem* — *quem* — *et,* quem locum, cum loco Virgilii Aen. II, 677. *cui* — *cui* — *et* collatum, intactum velim relinquant interpretes. — Tertium, quod praecedit, exemplum duas continet enuntiationes, per particulas *que* — *que* bene vinctas. cf. Virg. Ecl. X, 65. 66. — Voſſ. 3. *fuditque.* — Ask. *trepido.* W.

49. *Iam tenet infernas*] Ita iam Statius e ſuis maluerat, et Broukh., cum etiam in aliis inveniſſet, recepit. Vulpius tacite revocavit id, quod ante legebatur, quodque etiam noſtri exhibent, *ciet.* Sed *tenet* hic multo accommodatius eſt, ne idem bis dicatur, cum iam fuerit: *Manesque ſepulcris Elicit,* et quia ſequitur, *referre pedem.* *Ciet* vero aliquis vel adſcripſit, vel inferſit, quia fere dici ſolere norat: *excire, ciere Manes,* ut Seneca Oedip. 568.

Graviore Manes voce et attonita ciet.

Sed potiſſimum ex Virg. Aen. IV, 489. interpolatum eſſe videtur, quo loco et alia ſimilia his noſtri:

Siſtere aquam fluviis et vertere ſidera retro;
Nocturnosque ciet Manis.

Porro *magico ſermone* tres ap. Broukh. et pro var. lect. Guelf. 3. perperam. H. Si vera eſt explicatio verborum *infernas* — *catervas,* retinendum eſt *tenet,* et dicendum, Tibullum in imagine umbrarum evocatarum immorari. Sin *infer-*

infernae catervae ſunt numina inferna, ut Voſſius cenſet, Horatii Satiram I, 8. laudans, quae quidem, *Hecaten Tiſiphonen*que ad ſacra magica iuvanda vocatas, non vero, ſermonem cum deabus iſtis, ſicut cum umbris, habitum eſſe, probat, tum *ciet* praeferendum, quod dant quinque apogr. (Hamb.) et Zwic. 1. 2. Et, quamquam neque de uſu loquendi conſtat neque de more numina ipſa lacte adſpergendi, et explicationem poſteriorem, *catervas inf.* eſſe *numina magica,* quae Virgilio Aen. IV, 510. 511. memorantur, et lectionem *ciet* praefero. Ceterum ſententias ſingulas, quibus 45—55. idem declaratur, arte eximia non eſſe ordinatas, non eſt quod diſſimulem. Nam verſus 51. 52. primo loco poni, tum 45. 46., deinde 47—50. et 53. 54., ſententiarum et cohaerentia et gravitas poſtulat. Simile exemplum ordinis melioris neglecti vid. III, 5, 7—14. W.

50. *adſperſas lacte*] Novum hoc eſt, quod lactis adſperſione animae reverti ad inferas ſedes coguntur. Dicas hoc interponi: *adſperſas lacte:* pro, *eas,* tanquam animarum epitheton amplificans. Nam ſacrum in hac evocatione ſit ſanguine, vino et lacte in ſpecum defuſo, v. c. Senec. Oedip. 564. ut omnino in inferiis, vid. inf. III, 5. 33. 34. Manet tamen ſic mos minus notus *adſpergendi lacte Umbras.* cf. not H. Statius tamen notavit, interpretes Lycophronis de eo agere; attulerunt alii locum Thebaidis Statii IV, 544., *alias* (animas) *avertere greſſus Lacte quater ſparſas — iube,* ubi Barthius p. 1150. loci noſtri memor fuit. W.

52. *aeſtivo convocat orbe nives*] Hanc lectionem, quam magna pars librorum, etiam noſtri, tuentur, revocavit Vulpius. Broukh. aliam receperat, quae Statio rectior viſa erat:

— *aeſtivas convocat ore nives.*

quae non minus in multis Italicis libris eſt, etiam in vetuſtis Exc. Perreii, etiam in Guelf. 2. Itaque librorum par fere auctoritas, utraque lectio elegans; niſi quod haec altera potius a correctoris manu veniſſe videtur, cum ſemel peccatum eſſet, ut pro *orbe* ſcriberetur *ore.* Sane *orbe* et *ore* ſaepiſſime in libris permutantur, ut interdum difficile ſit, dicere, utrum verius ſit. Ita Ovid. Met. XV, 274. de Lyco fluvio:

Exſiſtit procul hinc alioque renaſcitur ore.

in perquam multis eſt *orbe,* quod fere praetulerim. v. ib. Heinſ.

Heinſ. cf. Burm. ad Flacc. II, 57. Cum itaque hic aliquis haberet *ore*, mutavit alterum, ut ſenſus procederet, in *aeſtivas*. Inſolenter tamen dictum *aeſtivo ore*. Ovidius, qui hunc locum ante oculos habuiſſe videtur, legit etiam *orbe*; nam I. Am. 8, 9. de venefica:

Cum voluit, toto glomerantur nubila caelo;
Cum voluit, puro fulget in orbe dies.

Convocat etiam verius, quam quod in libris Mureti, Guelf. 1. et 4. et in Edd. Mureti, Brix. et Rom. et aliis *provocat*; nam Ovidius modo dixerat: *glomerantur nubila*. Broukh. laudat lectionem antiqui libri, quae quid ſibi velit, divinare non poteſt;

Quum libet, aeſtivo fulgerat orbe deos.

Nempe hoc voluiſſe videtur: *aeſtivo fulgerat orbe dies*: quod ex Ovidio fortaſſe, loco modo laudato, I. Am. 8, 10. interpolatum. H. Ad verba *aeſtivus orbis* compara I, 7, 22. *aeſtiva aqua*. Lectio bona *aeſtivo — nives* in apogr. omnibus et Zwic. 1. 2. exſtat. At Voſſius offenſus nive aeſtate cadente, utque antitheta accuratius effingerentur, repoſuit *aeſtivo fugit ab orbe dies*. Quomodo dies ab orbe aeſtivo fugere poſſit, nec ipſe rationibus aut exemplis docet, neque ego exputare poſſum. Vide etiam hanc coniecturam refutatam Weicherto in Epiſt. Crit. de Val. Fl. p. 19 — 21. Noti ſunt ablativi *caelo, caelo aperto*. — Burmannus iunior tentavit *aeſtivo fulgerat orbe deus*. Voſſius ex Hamb. et libro Schefferi aſſumſit *quom — quom*. Ask. dat *lubet*. W.

53. *malas Medeae — herbas*] Quidam apud Statium et Gebh. *artes*. Lucan. VI, 485.

Omne potens animal leti genitumque nocere
Et pavet Haemonias et mortibus inſtruit artes.

Sed vulgata verior, inprimis propter epitheton *malas herbas*. Etſi et ſimpliciter *Medeïdes herbae* occurrunt apud Ovid. II. Art. 101.

Non facient, ut vivat amor, Medeïdes herbae.

cf. Broukh.

54. *Hecatae*] recte Broukh. e libris. Inſuaviter noſtri *Hecates* cum vulgatis. *feros* pro var. lect. Guelf. 3. H. Lectionem *Hecates*, quam Corv. Zwic. 1. 2. praebent, reſtitui, Bentleii auctoritatem ſecutus, qui de huius genitivi forma Graeca, a poetis uſurpata, accurate diſputavit ad Horat.

Horat. Epist. XVII, 17. Sat. II, 5, 76. Ita III, 4, 45. ubi libri variant, *Semeles* Tibullo reddidi. At IV, 1, 61. *Circes* iam erat receptum. Non me moratur, quod versus in syllabam *es* desinit, cum Tibullum duobus pentametri membris similiter cadentibus delectatum fuisse vel quindecim huius elegiae exempla probent. Nec Latinos terminationes *es* verborum *Hecates* — *canes* eodem modo pronuntiasse, constat. Sigmatismus autem, quem vocant, exiguus; maior I, 3, 54., de quo vid. Ern. ad Tacit. Ann. IV, 34. — De canibus Hecatae cum dea prodeuntibus vid. Horat. Sat. I, 8, 35. et Apoll. Rhod. III, 1216. 17. ubi vid. Brunck. Voss. duo *echates.* W.

56. *despue*] v. inf. v. 98. Ed. Rom. cum aliis et Guelf. 3. *exspue;* alii *conspue.* cf. Broukh. H. Quinque apogr. cum Corv. *expue* (Hamb. *exspue*). Voss. 1. *possis.* 2 et 3. *posset.* 5. *possem.* Versu 55. Voss. 3. *Nec* pro *Haec.* Scripturam *quis,* Bentleii auctoritate, ubique reponere haud cunctatus sum, praesertim cum Heynius ad Aen. Virg. I, 95. *queis* improbaverit, nec in Virgilio admiserit. Et Goth. habet *quis.* — In Ald. II. disticho 55. 56. appositus est asteriscus. W.

58 *si in molli*] Exciderat *in* nonnullis apud Broukh. cf. mox 76. Tum libri nonnulli: *viderit esse toro.* Aldina secunda autem *esse sinu,* et ex ea alii. Petitum fortasse ex El. 1, 46. *Et dominam tenero detinuisse sinu.* H. Praepositionem *in* delevit Vossius, collatis exemplis 77. *recubare toro.* I, 3, 26. *secubuisse toro.* quibus adde praeter ea, quae Heynius ad 76. attulit, Iuven. II, 120. *gremio iacuit,* VI, 290. *et stantes Collina turre maritos,* XIV, 267. *Corycia semper qui puppe moraris,* ubi Rupertius male *in* e sex codicibus recipiendum censet. Vid. ibidem 86. et 280. et I, 136. Virg. Aen. I, 301. *Libyae citus adstitit oris.* Locum Taciti Ann. II, 31. *appositum mensa lumen* coniecturis male tentarunt; Ernestius *in* intelligi posse notavit. Catull. 31, 10. *acquiescere lecto.* Virg. Aen. II, 245. *sistere arce monstrum.* Horat. Od. II, 13, 10. *agroque statuit meo Te, triste lignum.* Sed ibi sunt verba, quae significant *esse* vel *ponere* in aliquo loco, a quibus abhorret *videre.* Insolitum mihi videtur *video te toro.* Iuven. XIV, 311. *Sensit Alexander, testa quum vidit in illa Magnum habitatorem.* Nec Vossii mutationem defendam loco Virg. Ge. II, 186. *Qualem saepe cava montis convalle solemus Dispicere.* — Muretus dedit *ipse sinu.* W.

59. *Tu tamen*] *Tu tantum* aliquot Statiani, sicque edd. Ven. Guelf. 1. et 4. et Zwic. 2. at 1. correctum in *tamen.*

60. *sen-*

60. *sentiet ipse nihil*] Broukh. tacite recepit *ipse*; vulgo *esse*. Reg. *ille*, et hoc mollius ad meum sensum est. *ipse* etiam Corvin. H. *ipse* Muretus ante Broukh. pro *esse* intulit. Sed cum *cetera — me uno* contraria, neque emphasi, quam facit pronomen *ipse*, locum esse viderem, e libris *ille*, ut Heynius voluit et Vossius fecit, in textum admisi. Vid. Not. ad I, 5, 18. Carmen sagae prohibiturum erat, ne maritus amores furtivos Deliae aut sibi visos aut aliis cognitos crederet. Hamb. *noscet* pro *cernet*; et versus 59. 60. post 62. *posse meos* collocat. W.

62. *amores Cantibus aut herbis solvere posse meos*] In Statianis erat *fallere*, languide. Proprium in hac re *solvere*. v. Broukh. ad h. l. Propert. I, 4, 15. *nostros contendis solvere amores*, ubi v. notas. H. Goerenzius distinguendum censet *Quid? credam?* Tum *quid* non habere videtur, quo referatur. Transitus autem similis est apud Ovidium Fast. II, 667. *Quid, nova quum fierent Capitolia? Nempe deorum Cuncta Iovi cessit turba locumque dedit: Terminus — restitit.* Ubi *quid* pro quid factum est? Vides hac ratione enarrandi animum audientis ad novam rem, quae sequitur, intendi. Saepius in voce *quid* distinguenda erratum est, ut apud Tacitum Hist. IV, 17. mala est interpunctio: *Quid? si Galliae iugum exuant*, corrigenda illa ad IV, 42. *Quid, si floreat vigeatque* (nequitia)? Nam ad *quid* supplendum est *fore*. — *haec* omittit Voss. 1. — Ask. *si* pro *se*. — 63. Ald. II. et Mur. *tedis*. — *thedis* Ask. — *puella* 64. tria apogr. (Goth.) W.

65. *Non ego, totus abesset amor*] Reg. *Non totusque abesset*, vitiose. v. ad IV, 1, 39. Nempe *ego* primum exciderat, ut etiam in aliis et Ed. Lips. factum. Alii pro eo habent *ut*, quod Ald. sec. dederat, unde alii vulgaverunt, non invito Statio. H. Goth. *ergo*, marg. *ego* (ap. V.). Voss. 5. *abest et*. Bern. *mitius*. Zwic. 1. *non totus quin ab*. W.

67. *Ferreus ille fuit, qui*] Broukh. contendit, certum hominem designari, et coniicit, eum esse C. Sosium, Syriae et Ciliciae ab Antonio praefectum. Ego non video, cur eo devenire, et tam incertam rationem amplecti necesse sit, et cur non potius ὑποθετικῶς dictum accipiamus, pro *fuerit*, vel *sit*, quod vel illa: *maluerit, agat, ponat*, exigunt. Nam si *fuit* absolute positum est, debebat sequi *maluit*. Neque necesse, cum Scaligero *fuat*, vel cum Heinsio *sinu* reponere. Indicativus saepe pro potentiali ponitur. Servem adeo etiam, quod in nonnullis est, *possit*. Ceterum haec belle cum superioribus cohaerent, nec a Sca-

Scaligero in primam post v. 66. reiici debebant: Te carere nolim: nam qui id ferre possim? Ferreus sim etc.

Quod tam belle cohaerere haec dicebam, id mihi nunc secus videtur; nam diversa illa ratio est, qua puellam aeternum se amare velle dicit, nec unquam eius amore solvi velle ac liberari, alia, si quis, puella relicta, ad militandum discedat. Itaque aut intercidisse hic alia, aut hoc fragmentum alterius Elegiae esse necesse est. Porro si in his vss. 65. 67. certum aliquid sibi propositum habuisse dicendus erat poëta, ad ipsum Messalam respexisse eum dicerem. Nam eum Ciliciae res sub haec tempora constituisse, satis intelligas ex El. 7, 13-16. cf. post ad El. 3. pr. H. Versus 67-100 a prioribus abrumpi non posse, his mihi persuasi argumentis. Primum enumeratione votorum, quibus inter sacra magica mutuum Deliae expetiverit amorem, 65. 66. carmen finiri posse non credo. Nam doloribus suis gravissimis ex erepto usu Deliae nuptae breviter declaratis, id sedulo quum egisset, ut animum illius, quam Veneri secum indulgere etiamnunc cupientem sibi fingit, 5. 15., audacia muniret, eique nihil in amoris sui fructu a marito timendum esse ostenderet, paucis addit, se amore in illam per sagam exsolvi noluisse. — 66. Exspectas hic saltem testificationem uberiorem amoris saevorumque dolorum. Nam illud, quod carmine aliquo tractandum sibi sumsit Albius, in fine imprimis attingere vel urgere solet, ut ex elegiis I, 1. 3. 6. 8. 9. 10. comparatis patet. At sententiis expositis: sub tutela Veneris et auxilio sagae sine ullo periculo maritum decipere potes — 60. amorem fidum meum respicias doloresque magnos, innocenti mihi ferendos nec deridendos, invocatione Veneris: *At mihi parce Venus — quid messes uris, acerba, tuas?* bene et commode terminatur carmen. Vides, eum acquiescere in precibus, ut dea, cui multum confidit, vota secundet, curasque graves benigne expellat. Deinde sententiam de solicitudine et moerore ex infelici amore 77 — 80. et *mala nostra* 89. apte cum verbis 4. *infelix dum requiescit amor* convenire apparet. Denique ea, quae a versu 67. sequuntur, cum superioribus ita mihi cohaerere sunt visa: Delia admonita, ut maritum audacter deciperet, viaque ad id ostensa certissima, carmine magico, quod saga veracissima sibi composuisset, v. 61. occasione opportuna ad amoris sui constantiam et fidem testandam utitur, verbisque 67. *nec te posse carere velim,* se id optare declarat, ut ne velit quidem umquam sine Delia vivere posse. Tum hominem

minem quendam notat, qui laudis militaris ſtudioſus militiam amori Deliae praetulerit, quo magis 73. conſtantiam ſuam in amore extollat. Iam verſibus 75. 76. de dolore ſuo admonitus, qui vel ſomnum auferat, eo delabitur, ut a diis impietatis poenam ſibi impoſitam eſſe opinetur. Accedit quod Propertius quoque, ne commemorationem amatoris priſtini ineptam putes, lib. III, 20, ut conſtantiam ſuam laudaret, Cynthiam de amatore perfido, qui eam lucri cauſa reliquerit, admonet. — Ad verba *carere poſſe velim* compares Ovid. Art. II, 454. *Ille ego ſim — Quo ſine non poſſit vivere, poſſe velit.* Quis vero ille fuerit, qui a Delia diſceſſerat, ego quidem non magnopere curo, nec Romani, qui carminibus Tibulli delectabantur, ſcire laborabant. Coniunctivus *maluerit* non magis offendere debet quam *luſiſſet* I, 2, 91. Reſtat, ut Voſſii opinionem (vid. Praefat. eius p. XXII. XXIII.) apponam. Is a verbis *Ferreus ille fuit* novam elegiam incipere ſtatuit, librariorum errore annexam priori. Compoſitam eam eſſe a Tibullo, quum in cohorte Meſſalae, Aquitanis perdomitis, aeſtate extrema anni 724. in Ciliciam navigantis, Corcyram peteret, hoc argumento: Albium, Delia relicta, ſe caſtra ſecutum eſſe iam poenitet, atque militiae taedio feſſus, et amatae, quam fidam ſibi fingit, et praedioli ſui fructum deſiderat. Amicum ridentem 89. eſſe Meſſalam. Sed huius argumenti nulla comparent veſtigia. Ut taceam de verſibus 81—89. argutius expoſitis et annexis, ubi iter? ubi votum revertendi? Quid facies denique verſibus 99. 100.? — Accedunt difficultates linguae. Tibullum 67—72. ſe ipſum incuſare ſtatuit Voſſius, huncque ineſſe ſenſum: o me ferreum, qui te reliqui, mea Delia! Quid mihi proſit victoria de Cilicibus et ſplendor auri argentique? At nemo, Latinos loquentes tertia perſona ſe ſolum ſignificaſſe, docuit. Ratio loci II, 5, 2. alia eſt. Neque animadvertit antitheta manifeſta *ille — ipſe*. — Apogr. quatuor *poſſet* cum Zwic. 1. 2. — Goth. et Hamb. *poſſit*, quam lectionem Burmannus Anthol. Lat. T. I. p. 273. ſequitur. Voſſ. 3. *poſſe — maluerat.* W.

69. *victas agat ante catervas*] *Victas* etiam noſtri; Broukh. quod in quibusdam eſt, *vinctas* tacite repoſuit; Livius v. c. VII, 27. *eos vinctos conſul ante currum triumphans egit.* Pro vulgata eſt Horat. I. Carm. 12, 53.

Ille, ſeu Parthos, Latio imminentes,
Egerit iuſto domitos triumpho.

Nec

Nec tamen haec de triumpho accipi possunt propter versus sequentis sententiam, sed potius aut de eo tempore, cum victor ab persequendis hostibus in castra rediens, ex iis captos ante se agit, aut *victas agat ante catervas* de ipsa hostium fuga accipere praestat. v. Notam. H. Posteriorem interpretationem unice veram visam esse Santenio p. 68. conferenti Senec. Ep. 94. notat Heynius. Omnia fere apogr. *victas* cum Zwic. 1. 2. — Hamb. *Silicum*, et Goth. (ap. V.) W.

70. *capto Martia castra solo*] Regius *campo*; nempe in animo habebat librarius campum Martium.

71. *contextus*] unus Stat. *contectus*, minus docte, expeditius tamen ad interpretandum: praeda onustus, ut adeo criticis praeceptis etiam h. l. sententiae rationes obstent, utque non absim ab existimatione, veram lectionem esse *contectus*. Ita censebat Schrader. quoque Emendat. p. 112. H. *contextus* Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. — Vossianus quidam *totus contextus et auro*; in aliis apogr. *contestus*, *contectus*, *confectus*, *conspectus*. — 72. Goth. *insidiat*, alia *incideat*. W.

73. *mea, sim tecum modo*] nostri, etiam Guelff., cum aliis: *mea si*. inf. el. 6, 64. *sit modo fas*, idem *si modo fas*. Broukh. ex uno Statii ordinem mutarat: *modo sim tecum*, *mea D.* eod. versu Ed. Rom. cum Guelf. 1. 4. *possum*. H. Aldinae, Muret. cum Plantin. et Statio, suffragantibus Corv. et Guarn., habent *si tecum modo*, usque ad Scaligerum, qui de coniectura vel ex veteri libro, quem Statius comparavit, *sim*, assentiente Guyeto, recepit. Lectio *mea, si tecum modo*, quam dant plurima apogr. (Hamb. Goth.), non video, cur tantopere displiceat, in qua Statius bene supplevit: si tecum modo id faciam. Ut hoc loco *si modo*, omisso verbo, ita apud Ovidium *dummodo* usurpatur Amor. II, 16, 19:

Tum mihi, si premerem ventosas horridus Alpes,
Dummodo cum domina, molle fuisset iter.

ubi supplendum est vel: dummodo cum domina id facere potuissem, vel: dummodo cum domina iter fuisset. Ad posituram verborum compares Ovid. Heroid. I, 61. *Quamque tibi reddat*, si te modo *viderit usquam*, *Traditur huic digitis charta notata meis*. Ita codicum auctoritatem usu loquendi firmari vides. Erunt, qui molliorem structuram praeferant:

Ipse boves, modo si tecum, mea Delia, possim.

Modo si quamquam iurisconsultis (vid. Forcellinium) usitatissimum, tamen et analogia formularum *modo ut*, *modo ne* defen-

defenditur et loco Terentii Adelph. II, 1, 48. *Age, iam cupio, modo ſi argentum reddat*, uti bene Bentleius edidit; idem ſine cauſa v. 51. reſcripſit *Id quoque poſſum ferre, modo ſi reddat*, ubi metrum librorum ſcripturam *ſi modo reddat* patitur. Voſſius textum Broukhuſii propagavit, niſi quod ordinem verborum ex arbitrio ita immutavit *tecum modo ſim*, ut vocabulo *tecum* maior vis accederet. Sed ea non conciliatur vocabulis in ſecundo pede hexametri ita collocatis. Add. Virg. Ecl. X, 43. *Hic nemus; hic ipſo tecum conſumerer aevo.* — Voſſ. 1. *mea ſim* cum Zwic. 1. 2. — Voſſ. 5. *modo ſim — modo D. poſſem.* 3. *ſi tecum modo me D.* — Goth. *non iungere* pro *modo, Delia.* Zwic. 1. 2. *poſſem.* W.

74. *in ſolo — monte*] Reg. et Guelff. et Ed. Lipſ. vitioſe cum aliis *ſolito.* Rom. *ſolido.* H. Aldinae cum Statio exhibent vitioſe *inſolito;* et Goth. *Delia et inſolito.* Plura apogr. *in ſolito* (Hamb.), Zwic. 1. Guarn. et Muretus, qui *in ſolo* probavit. — *in ſolido* Zwic. 2. Vid. Obſſ. ad I, 1, 44. W.

75. *liceat teneris*] In aliis: *teneris liceat*, quod expulit Broukh. H. at Scaligero praeeunte reduxit Voſſius, ut plenius affectu. Idem de coniectura reſcripſit *O, te* pro *Et te.* Nam, abſoluta priori ſententia, poſt *pecus* plene, ſigno exclamandi, diſtinguendum; quod Scaligerum quoque (puncto is uſus eſt) vidiſſe; quaſi vero eius editio accurata niteat diſtinctione. Novam autem ſententiam requirere hanc mutationem. Nihil prorſus hac argumentatione probatur. Tibullus, qui Delia nupta aegre carebat, ait: dummodo Deliam habeat, ſe duros labores ferre et commoditatibus vitae libenter carere poſſe; quam ſententiam contemplare quomodo duplici protaſi et apodoſi elocutus ſit 73 — 76. Non haec ſunt verba precantis vel optantis, quod vetant interiecta *modo — dum.* W.

76. *mollis et inculta ſit mihi ſomnus humo*] Ita etiam noſtri. Propert. I, 18, 28.

Et datur inculto tramite dura quies.

Broukh. e Statianis et aliis *mollis in inculta:* et poteſt *et* inſertum videri ab eo, in cuius libro *in* geminatum non eſſet; quod ſaepe factum. In quibusdam *in nuda,* ut Ovid. Art. II, 238.

Frigidus et nuda ſaepe iacebis humo.

ubi etiam in aliis *in nuda.* Dousa fil. in notis c. 1. coniecit *in dura:* et sic Propert. III, 13, 16.

Et caput in dura ponere iussit humo!

Virg. in Catal. T. IV. p. 193. Eleg. ad Messalam v. 46.

Stertere vel dura posse super silice.

et hoc esset elegans propter antitheton *mollis,* ut ap. Ovid. XIV. Met. 709.

— — — posuitque in limine duro
Molle latus.

Albinovanus *non stratam* dixit El. 2, 96. Anthol. Lat. To. I. p. 273. ubi v. Burmann. Sec.

Membra nec in strata sternere discat humo.

h. *in non constrata,* ut Virg. Ge. III, 230.

— — — — inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili. H.

Graeci dicunt ἄστρωτον πέδον. Eurip. Herc. Fur. 52. ἀστρώτῳ πέδῳ πλευρὰς τιθέντες. Apographum *et in culta,* aliqua *in inculta.* Goth. *homo* marg. *humo.* W.

79. *nam neque tum plumae*] *nunc* pro *tum* Guelf. 2. Ed. Ven. 1520. it. Palat. secundus, Guelf. 1. et 4. cum Vindob., cuius tamen margo *pluma* dat, *pluviae:* posset placere ex El. I, 48., nisi *stragula* sequerentur. Sententiam ipsam ornate expressit Propert. I, 14, 15. sq. Locum hunc cum aliis huius elegiae scite imitatus est Sannazar. I. Eleg. 1, 61. sqq.

80. *possit*] Corvin. *posset:* c. Guelf. 1. 2. 4. etiam 3. sed adscr. *i.* H. *Possit,* quod in Goth. et Hamb. est, retinendum et contextui reddendum, quamquam et Aldinae cum Mureto aliaeque editiones et apogr. fere omnia cum Zwic. 1. 2. et Guarn. dant *posset,* idque recepit Vossius. Nam coniunctivus imperfecti referendus esset ad rem, quae tantum fingeretur, neque esse posset, sententia vero Albii, dolores passi, est: quum nox sine puella, quam infeliciter amas, vigilanda venit, tum nihil dolorem levare somnumque adducere possit; itaque coniunctivo praesentis apodosis cogitate ponitur; quod in sententiis generalibus frequens. Terent. And. 38. *ita facillume Sine invidia invenias laudem, et amicos pares.* Virg. Aen. IV, 296. *quis fallere possit amantem!* — Pro *tum* Goth. (m. ap.) et Guarn. *tunc.* W.

81. *Num*

81. *Num Veneris magnae*] *Non* male intulerat Ald. sec. (*Num* et *non* in codicibus confusa. vid. Aen. Virg. IV, 369. et Tacit. Hist. I, 83. Muretus *num*. W.) Reg. hic et v. 83. cum aliis *quin*, et mox cum uno Heinsii *magni*. Passerat. e vet. libro *magno* praefert, ut etiam Gebhardus coniecerat. *magnum verbum* est superbum. vid. Broukh. ad II, 6, 11. Sed *magnae* saepe dicuntur deae potiores. v. IV, 13, 16. Sic *verbum* simpliciter positum est pro verbo impio. Ceterum, quia haec, quae sequuntur, cum superioribus non bene cohaerent, hic aliquot versus desiderari putavere antiqui interpretes, idque Statius etiam vetere suo libro admonebatur. (Et Ald. II. asteriscum post *aquae* posuit. W.) Neque ego nexum, qui inter ea intercedat, animo assequi possum, quamquam Vulpius sibi eum invenisse videbatur. Scaliger in Elegiae quintae extrema reiecit; quod ut vix est probandum, ita tutius est statuere, fragmentum hoc esse novae Elegiae In iis, quae periere, magnam calamitatem, quae sibi acciderat, exposuisse videtur; fortasse non dissimilem illam ab ea, quam inf. El. 5, 41–42. exponit. Conf. similem locum Petron. 128. Obscenitas loci fuit fortasse caussa, cur versibus expunctis lacunam habeamus. H. Vid. Obss. ad v. 67. W.

82. *et mea nunc*] Ed. Lips. Guelf. 2. *num*. mox pro *luit* quidam *tulit*, ut ap. Ovid. Epist. 10, 99. *nec fata luisses* multi *tulisses*. Quidam etiam h. l. *Ut—luat*. H. *ut—luat*, quod, ut verum, Vossius recepit, praeterquam quod auctoritate codicum destituitur, pedestrem etiam orationem referre mihi videtur. Pro *nunc* Vossianus *non*, alius *num*, duo *tulit*. — 83. Vossianus *non feror* et *numina* pro *sedes*, ex v. 83. Hamb. (m. ap.) *adisse*. W.

84. *deripuisse*] Ita ex Turnebi lib. XVI, 4. emendatione legitur, primum in Ed. Plant. pro vulgato *diripuisse*. Rom. Ed. cum cod. Guelf. 1. 4. *eripuisse*, ut etiam Brixiana et Statiana, non vero Cyllenius; is in notis laudat *diripuisse*. Tum malim *Sertave*. H. Quod contra Broukhusium monetur, qui *sertave* maluerat, ut duae proponerentur res, contemtus religionis et sacrilegium. At sententia hexametri hoc versu amplificatur. vid. Not. — *diripuisse*, quod est in codd. Zwic. 1. 2. et apogr. pluribus Hamb.), reduxit Vossius, notans syllabam *di* vel *dis* in compositione non solum divisionem rei in plures partes, sed etiam separationem rei ab alia significare, ut *dimittere*, *digredi*; itaque *diripere*, ut contextu significaretur, esse *rapere ab*

4* *ara*,

ara, *deripere* autem notare rapere de loco alto, deorſum rapere. Verum eſt, verba plura ex ſyllaba *di* vel *dis* compoſita etiam ſeparationem rei a re ſignificare, ut *diſſociare a* Tac. Ann. 1, 28. *divellere a* Ann. 3, 34. *dividere* c. abl. Virg. Ecl. 1, 66. De verbo *dimovere* vid. Forcellinium ſ. voc. *demovere*. Adde *discedere* et *distrahere*. Sed actio rem de loco aut deorſum movendi notatur verbis ex praepoſitione *de* compoſitis, ut *detrahere*, *depellere*, *decedere*, *delabi*, *deripere*. Apud Plautum Rud. III, 5, 5. optimae editiones unanimi conſenſu dant *de ara deripere*, ubi Pareus in Lexico loci noſtri memor fuit. Retinui igitur *deripuiſſe*, auctoritate quatuor apogr. firmatum. Goth. cum Scheff. *eripuiſſe*. W.

85. Aldina altera cum Muret. et Stat. v. 87. 88. huic praepoſuit. H. Eadem vitioſe *luminibus*. W.

87. *perrepere*] Cyllen. laudat: *prorepere*, quod in Guelf. 1. 2. 4. et explicat *obrepere*. male.

88. *ſancto — poſte*] Stat. et Colb. *tacto*. Goth. *posce* (a. m.).

89. *qui laetus rides*] Broukh. mallet *lentus*. Sed *laetus* bene convenit verbo *ridere*. Ceterum huius diſtichi, quod nondum ſatis expeditum habeo, triplex eſt interpunctio: in Scalig. et Broukhuſiana: (ut iam in vett. edd. v. c. Ven. 1491-1493. et codd. Guelf. 1. 4.) *At tu q. — noſtra, caveto Mox tibi: non unus ſaeviet usque deus. non unus* adverbialiter, ut *non idem*, non eodem modo, οὐχ ὁμαλῶς, non conſtanter ita in me ſaeviet fortuna. Et hoc tenendum eſſe arbitror. In vetuſtiſſimis Excerptis Perreii eſt: *non uni*: ſc. mihi. Poſſis hoc probare. Scilicet primum *s* adhaeſerat ex ſequenti voce; tum *unis* mutatum fuiſſet in *unus*; *deus* autem eſt *Amor*. ut adeo ſit: *caveto mox tibi: non uni ſaeviet usque deus*, non in unum me, ſed etiam aliquando in te. Ita tamen minus accommodatum *usque*. Alii cum Vulpio ita diſtinguunt: *At tu q. — noſtra, caveto: Mox tibi non unus ſaeviet usque deus:* (ut in libris veteribus invenit Statius. W.) tanquam non unum, ſed omnes deos infeſtos habiturus ſit; quod parum placet; et ſic *caveto* nude poſitum. Cui rei medentur Edd. Baſil. Plant. et al. cum Guelf. 2. (et Corv.), in quibus ita diſtinctum: *At tu, qui laetus rides, mala noſtra caveto: Mox tibi non —*. Porro pro *non unus* multi, etiam editi, cum Ed. Rom. et cod. Hamb. (a. m.) cum Goth. (a. m.) *non unus*. Sic Ald. quoque pr., in altera etiam *ipſe* pro *usque*,

quod

quod retinent editiones ex ea profectae. Aberratio haec frequens, v. ad El. 5, 74. *non vanus deus* eſt, potens, gravis, adeoque metuendus. Placebat quoque Medebachio in Amoenit. litter. p. 67. qui explicabat potens, pollens, ut Ovid. Met. III, 559. Ferri poteſt: ſed ſententiae naturalis curſus, quem h. l. expectabam, is profecto non eſt. Illuſtravit ex Eurip. et Aeſchylo Nodell Not. crit. p. 71. II. Cum ſenſus verborum *non unus ſaeviet deus* aperte ſit: ſed plures dei ſaevient, neque *unus* illam, quam Scaliger voluit, habere poſſit ſignificationem, lectionem *uni*, quam poſt Santenium p. 70. dedit Voſſius, recipiendam duxi, ut ſententia generalis includat ſpecialem: in alios quoque h. e. in te quoque ſaeviet deus. Simillimus locus Sophoclis Elect. 916.

ἄγ', ὦ φίλη, θάρσυνε· τοῖς αὐτοῖσί τοι
οὐχ αὑτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ.

Chryſothemis fore promittit, ut fortuna domus mutata emendetur. — Accedit elegantia ſtructurae verbi *ſaevire,* cuius exemplum exſtat apud Ovid. Heroid. IV, 148.

Qui mihi nunc ſaevit, ſic tibi parcat Amor.

Add. Virg. Aen. I, 458. *ſaevum ambobus Achillem.* Ovid. Heroid. XIX, 144.

Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.

Goerenzius coniecit *uni is*, quod Lenzio placuiſſe miror. De verbis *At tu* vid. Obſſ. ad II, 5, 53. — Goth. *vides* pro *rides*. Voſſ. 1. *ſaeviat.* W.

91. *Vidi ego, qui iuvenum miſeros luſiſſet amores*] Hanc ego ante Broukh. vulgatam unice veram lectionem eſſe iudico, cum et omnium fere librorum, etiam noſtrorum et Guelff. omnium, auctoritate nitatur, et unice ſenſui conveniens ſit. Irriſori infelicis ſui amoris ſimilem aliquando, et, quod turpius eſt, in ſenectute, ſortem, ab aliorum exemplo, qui tam parum humaniter ſenſerint, ut miſeros amantes exagitarent, minatur, ut Propert. I, 9, 1.

Dicebam tibi venturos, irriſor, amores.

Ludere eſt h. l. ludificari, irridere, ludibrio habere. cf. inf. I, 8, 71. *Amores iuvenum* active dicuntur, quibus in puellas ipſi feruntur. *Miſeri amores,* ut inf. Eleg. 9, 1.; et 8, 71. *miſeri amantes* et al. In nonnullis legitur *leſiſſet* vel *laeſiſſet,* quod in libris idem eſt, variatione ſollenni.

lenni. v. inf. I, 9, 6. II, 3, 10. Ovid. III. Am. 3, 4: ibique Burm. Auctor Ciris 240.

Laedere utrumque uno ſtudeas errore parentem.

ubi Scaliger corrigebat *ludere,* quod nimis tenue pro *ſcelere nefando* in ſuperiori verſu. Sed *laedere amores* eſt amantium, qui fidem datam fallunt, ut inf. Eleg. 9, 1. ubi vide Broukh. aut eorum, qui aliis amicas ſubducunt et corrumpunt, vel quocunque modo violant. Sic de Sole, qui amores Veneris vulgarat, Ovidius IV. Met. 191.

Inque vices illum, tectos qui laeſit amores,
Laedit amore pari.

(Utroque ſignificatu et *violare* uſurpatur I, 9, 19. I, 3, 81. W.) Sed horum neutrum recte huc facit. Scaliger tamen, qui etiam in ſuo *leſiſſet* deprehenderat, inde aliam lectionem confecit:

Vidi ego, qui iuvenem ſeros deſiſſet amores,

duriori ſane traiectione, nec commodo ſenſu, ut mireris Broukhuſium eam recepiſſe, quod Scaliger ipſe auſus non erat. Sane *deſinere* ex loquendi uſu eſt deſerere, deponere. v. Heinſ. ad Ovid. II. Art. 725.: at hic de relicto amore, eoque ſero, non agitur; etiamſi *ſeros amores* dicas eſſe, qui diu iam viguerunt, non nuper demum nati. Apud Ovid. IV. Met. 156.

Ut, quos certus amor, quos hora noviſſima iunxit.

unus Moreti habet *ſerus amor* eleganter, ſi eo ſenſu accipias. (De uſu vocis *ſerus* pro longus, diuturnus mihi perſuaſum non eſt, nec lectio *ſeros* quidquam ad ſenſum facit. W.) Doctus Britannus (Iortin in *Tracts* Vol. II. p. 450.) in Obſ. Miſcell. Vol. II. p. 241. veram lectionem eſſe credebat:

Vidi ego, qui iuvenis ſeros luſiſſet amores.

(quam coniecturam Scaliger quoque propoſuerat. W.) nec facili nec commoda ſententia; et recte ibi eruditiſſimus Batavus vulgatam praeferebat. Ceterum *iuvenem* etiam Editio Lipſ. cum multis libris Statii habet, unde hic legebat: *Vidi ego, qui iuvenem miſeros l.* Add. Voſſ. 1. 3. *Miſero-* in *ſeros* mutavit Broukhuſius in Propertio quoque I, 15, 21.

Coniugis Euadne ſeros elata per ignes.

Sed

Sed omnes libri constanter servant: *miseros — ignes.* Optime. Ovid. Fast. VI. 491.

> *Moesta Learcheas mater tumulaverat umbras;*
> *Et dederat miseris omnia iusta rogis.*

potiori iure usus est Burm. in Ovid. III. Trist. 13, 3. *Dure,* (Natalis) *quid ad miseros veniebas exsulis annos?* Color autem orationis in his verss. ante oculos fuisse videtur Ovidio ex P. I, 1, 51.

> *Vidi ego linigerae numen violasse fatentem*
> *Isidis Isiacos ante sedere focos.*

Ceterum Santenii, qui praetulit *iuvenis miseros risisset,* disputationem ad h. l. in Biblioth. crit. V. I. P. III. p. 69. adeat, cui otium est; contra eam Huschke Epist. Crit. in Prop. p. 105. disputat. H. Voss. 3. *collo.* — v. 95. *stare nec—puduit. nec, neque,* οὐδὲ, interpositum notat etiam non, vel non. cf. I, 8, 58. Virg. Ecl. III, 102. Nec pedestres hunc usum adspernati sunt scriptores. vid. Plin. Paneg. c. 16. *ut neque hostes.* Aliis locis postpositum sine vi annectit. cf. Obss. ad I, 8, 4. — De *stare — detinuisse* vid. Obss. ad I, 1, 46. W.

97. *turba circumterit arta*] dictum ut *premere, urgere;* et ita Reg. cum melioribus. Alii cum Bern. et Ask., sicque editum in Aldina utraque et iis, quae inde fluxere, *circumstetit,* quod istius est glossema. Scaliger inde faciebat *circumstrepit.* Unus Palat. cum binis Broukh. *circumvenit.* Pro *arta* in Guelf. 1. pro var. lect. *atra.* H. Ita in veteribus libris, quos Statius inspexit. Bern. *aucta. Arta,* non *arcta,* est scriptura, quam in Virgilio Mediceus praebet. *Nunc* pro *hunc* Voss. 3. et Bern. — Vindob. *circumit.* W.

99. *dedita*] Apud Broukh. nonnulli c. Guelf. 2. *debita.* cf. Statius. Tum Scal. et Broukh. edidere *serviit.* H. De contractione *perit* cf. Heins. ad Ovid. Fast. I, 109. Ferri posset et praesens *servit,* quod dant Voss. duo. Tibull. I, 3, 57. *quod facilis tenero sum semper Amori.* — Voss. 1. Zwic. 1. *debita.* Viro, qui sero amore captus inclementer a Venere tractatur, se opponit verbis *At mihi,* cf. I, 10, 67. 3, 83.; ita carmen apte finitur. W.

ELEGIA III.

M. Valerius Messala Corvinus anno pugna Actiaca notabili, ab V. C. Varr. 723., cum Octaviano Caesare consul fuit,

fuit, eumque, eodem anno in Graeciam adverſus Antonium profectum, ſecutus, et claſſi praefectus eſt. Cum autem Octaviano, circa Actium haerenti, Gallorum defectio nunciata eſſet, in Galliam Proconſule miſſus eſt Meſſala, ut diſerte tradit Appian. Bell. Civ. IV. c. 38. p. 984. Igitur neque ei Gallia ex more provincia decreta fuit, neque ex magiſtratu ſequente anno in eam abiit, ut Ayrmannus putabat in Vita Tib. §. 39. Iam ex noſtri, tum hac, tum Eleg. VII. v. 13 ſqq. et ex Dione p. 638. l. 66. ed. Reimar. apparet, Meſſalam in Aſia, Syria et Aegypto fuiſſe; ſed quo tempore? id quaeritur. Illud conſtat, eum poſt annum 724. (nam Dio l. l. voce ὕστερον, n. poſt anni 724. acta, eam commemorationem orditur) et ante 727., quo triumphum ex Aquitania egit, in iſtis terris commoratum eſſe. Itaque probabile eſt, eum, Gallia pacata, et Aquitania in provinciam redacta, quod ante annum 725., quo Ianus clauſus eſt, factum eſſe videtur, a Caeſare eſſe evocatum. Is autem anno altero poſt pugnam Actiacam, V. C. 724. bellum in Aegypto contra Antonium et Cleopatram geſſerat; inde redux, hieme in Aſia transacta, circa aeſtatem anni 725. in Italiam rediit. Utrum vero Caeſarem in Aegyptum ſecutus ſit Meſſala, ut Noriſ. Cenotaph. Piſ. Diſſ. 2. c. 16. §. 7. contendit, et Broukhuſio luculenter demonſtraſſe putatur, cui a Tibullo commemorata Aegyptus, praeterea Cilicia, Syria et Tyrus favere videtur, quas Octavius, ex Aegypto redux, itinere perluſtravit, an decedente eo ad res Aſiae conſtituendas relictus ſit, quod Ayrmanno l. l. placet, donec anno 727. Romam revocaretur, et triumphum de Aquitanis haberet, in neutram partem pro certo affirmari poteſt; quanquam poſterior ſententia veroſimilior eſt. Ita enim probabilis ratio reddi poteſt, cur poſt tam longum intervallum demum triumphaverit. Neque etiam illud definire auſim, utrum legatus Caeſaris, an cum imperio extraordinario in Aſia fuerit, de quo disputat Ayrmannus contra Noriſium; nam coërcitio iſta gladiatorum apud Dionem l. l. neutrum exigit; neque etiam ſcire refert. Tibullus, Meſſalam ex Gallia ſecutus, in itinere in morbum inciderat, eoque decumbens in Corcyra inſula ſubſtitit. Haec paullo copioſius diſſerere volui, quod coniecturis doctorum virorum alia incerta reddita, alia, quae tamen nulla auctoritate nituntur, pro certis venditata videbam. (Aeſtate extrema anni 724. Meſſalam in Aſiam navigaſſe, ex verſibus 85 — 89. ſtatuit Voſſius. W.) Ceterum inter Catalecta Virgilii T. IV. p. 189 ſqq. eſt carmen:

Pauca mihi, niveo ſed non incognita Phoebo.

p. 90.

p. 90. Collect. Scal. Anthol. Lat. Burm. To. I. lib. II. ep. 122. p. 292 ſqq. Wernsd. Poet. Lat. Min. T. III. p. 147 ſqq. quod in hunc Meſſalae triumphum a Virgilio ſcriptum eſſe, Scaliger et Barthius Adverſ. XV, 22. putant. Ut concedebam propter v. 40., alicui ex gente Meſſalarum ſcriptum eſſe: ita dubitabam, an huic noſtro. Nam poëta recentior eius auctor eſſe mihi videbatur; quippe qui v. 48. *Saepe audendo mare* ultimam in *audendo* corripiat, quod antiqui non faciunt. v. inf. ad III, 6, 3. Nunc hoc levius eſſe argumentum, quam ut ei multum tribui poſſit, video, et verſum illum emendatiorem exhibuit Burmann. Sec. *Saepe mare audendo vincere, ſaepe hiemem.* Vide nunc disputata in notis ad Catalecta Virgilii To. IV. ed. Lipſ. p. 189. et p. 193. 4.

2. *ipſe*] Paſſerat. liber *tuque*. H. Elegantiam vulgatae lectionis *ipſe* ſatis tuetur uſus loquendi ſcriptorum vel pedeſtrium. Liv. 23, 24. *Nova clades nunciata — L. Poſtumium, conſulem deſignatum, in Gallia ipſum atque exercitum deletos.* cf. Tacit. Hiſt. II, 92. Eandem verborum ſtructuram Graeci frequentarunt. Soph. Oed. Col. 1124.

Καὶ σοὶ θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,
αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδε.

Praeivit Homerus Il. XIII, 330. *ipſe* convenit duci, ceteris dignitate praeſtanti. Voſſius tamen lectionem unius codicis *tuque* pro *ipſe*, veluti orationem illa redderet vividiorem, recepit, comparans Ovid. Her. VI, 142.

Intraſſes portus, tuque comesque, meos.

Brevitatis, quam in Notis monſtravi, exempla ſunt apud Cicer. Ep. ad fam. XII, 25. §. 10. *quam quidem* (navem) *nos damus operam ut rectam teneamus; utinam proſpero curſu!* Similiter *modo ut* uſurpatur apud eundem Ep. XVI, 12, 8. *Videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi; modo ut urbe ſalva!* Similiter etiam verbum *opto* ad adiiciendam ſententiam uſurpatur apud Virg. Aen. III, 497.

Effigiem Xanthi Troiamque videtis,
Quam veſtrae fecere manus; melioribus, opto,
Auſpiciis.

Voſſ. 3. *ſic* pro *ipſe*. — De ſtructura *Ibitis — Meſſala* vid. Obſſ. ad II, 5, 62. — Goth. *abitis* (a. V.) Hamb. *Egeas*, ut 3. *Pheatia* et 80. *Leteas*. cf. Obſſ. ad I, 1, 35. W.

3. *ignotis — terris*] Argutatur Broukh., cum *tectis* mavult; in hoſpitium enim alicuius viri Corcyraei eum devertiſſe

vertiſſe videri. Illud maxime urebat Tibullum, quod ignota terra mori, adeoque contumulari timebat. Hoc enim grave et infauſtum. v. Ovid. III. Triſt. 3, 29 ſeqq. ubi inter alia v. 37. 38.

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris,
Et fient ipſo triſtia fata loco?

Et III. Am. 9, 47. hunc ipſum locum expreſſit:

Sed tamen hoc melius, quam ſi Phaeacia tellus
Ignotum vili ſuppoſuiſſet humo.

Voſſ. 1. *tellus.*

4. *Mors, precor, atra, manus*] Reg. Edit. Rom. cum aliis, Guelf. 1. 4. et in marg. 3. *mors violenta*, quod recte, ut et alteram lectionem, *mors modo nigra,* quae in Guelf. 2. ſed ſuperſcripta meliore lectione, in Corvin. etiam, occurrit, reiecit poſt ceteros Broukh. H. Heynii lectionem firmant apogr. tria cum Zwic. 1. 2. — apogr. unum *precor, nigra,* alia *modo nigra* (Goth. Hamb.) cum Guarn., alia *violenta,* unum *violanda.* Ceterum de *manibus,* quas Mors iniicit, contulit Statius Ovid. Am. III, 9, 19. et docte egit Huſchkius. Sicut Morti, ita Parcis *manus iniicere* tribuitur apud Virgilium Aen. X, 418.

Ut ſenior leto canentia lumina ſolvit,
Iniecere manum Parcae, telisque ſacrarunt
Euandri.

ubi verba iuris cum Servio non agnoſco. — Ad *moeſt. ſinus,* h. e. quales ſunt moerentium, conf. Horat. Od. III, 14, 8. — *ſupplice vitta.* Soph. Electr. 451. λιπαρῇ τρίχα. W.

7. *Aſſyrios cineri quae dedat odores*] *dedere* h. l. durius dici viſum eſt Broukh., ideoque maluit legere *fundat,* quod ſollenne eſt ea in re. Verum ſi hoc a Tibulli manu fuerat, quomodo tam obvium verbum in illud depravari potuit? Modeſtius foret *reddat* legere, inprimis cum id cum altero in libris ſaepe permutetur. v. Burm. ad Ovid. XIII. Met. 662. 664. Accommodatius etiam fortaſſe: *didat;* nam diduntur, diſperguntur ſeu diffunduntur per cinerem unguenta. Vocabulum Lucretio inprimis frequentatum. *Dedere* Vulpius explicat dedicare, ego ſimpliciter pro *dare* poſitum puto, quod alias in hoc more ſolitum. Albinov. II, 143.

Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores. H.

Exempla,

Exempla, quae Forcellinius congeſſit, non ſinunt dubitare, *dedat* pro *det* genuinum eſſe; neque aliena videtur ea verbi *dedat* notio, quam Muretus ad Catull. 61, 59. (Opp. M. T. 2. p. 796.) ponit: *dedimus* ea, quae volumus accipienti propria ac perpetua fieri. *Dare* autem in uſu de iis, quae mortuis tribuuntur. Ovid. Met. XI, 669. *da lacrimas.* Voſſius, improbata lectione codicum, quam firmant apogr. omnia cum Zwic. 1. 2., et coniecturis priorum interpretum, ſuam *condat* invexit, quam interpretatur: condat in honorem cineris, in urna conditi, odores. Scio *condere* abſolute poni, quando de ſepultura agitur, pro condere tumulo. Lucan. IX, 151. Cic. Tuſc. I, 45. At inde non ſequitur, *condere* ſignificare etiam condere urna ferali. Si quis iungere velit *condat cineri* pro immittat cineri, eum, tum etiam abscondendi notionem, quae ab ſententia huius loci abhorret, verbo illi ſubeſſe, admonitum velim. Mart. de ſpect. XV, 3.

Ille et praecipiti venabula condidit urſo.

quo exemplo ſatis defenditur Lucanus I, 607.

ignes
Colligit, et terrae maeſto cum murmure condit.

quem locum, auctoritate codicum munitum, mala manu attrectavit Cortius. cf. Drakenb. ad Liv. V, 51. f. — Accedit quod Huſchkius contra Vulpium et Voſſium monuit, ſepulcris et cippis unguenta adſperſa, non in urnam recondita eſſe. vid. ad III, 2, 23. W.

8. *effuſis — comis*] pro *fuſis,* quod uſitatius. Sed et Lucanus ſic I, 188. H. Quamquam *ſepulcrum* de buſto dici et Erneſt. ad Tacit. Ann. II, 73. docuit, hoc tamen loco propriam vocis *ſepulcrum* notionem retinendam eſſe demonſtrant et *oſſa lecta, odoresque dati,* de quibus antea memoratum, et locus infra III, 2, 23 — 25. Nec tamen intercedo, ſi quis de columbario, in quo urna feralis reponebatur, cogitare malit. Ceterum verſus 5 — 8 reddidit Ovidius Am. III, 9, 49 — 52. — Voſſ. 3. *calores,* apographum *honores.* Corv. *Aut fleat* male; Voſſiani *fluat — ſepulchra.* W.

9. *quae me quam mitteret urbe, Dicitur ante omnes conſuluiſſe deos*] h. antequam me dimitteret, antequam ego ab ea diſcederem. *Quam* eſt ex emendatione Douſae in Praecid. c. 2. receptum a Broukh. Omnes ſcripti et impreſſi habent *quum* ſollenni errore e compendio *qm* orto. In

In Guarneriano etiam erat: *Delia non usquam, et quae me cum:* voluit nempe: *Delia non usquam eſt quae me quam;* non male, ne *quam,* bis ſe excipiens, offendat aurem. *eſt* habet Corvin. quoque. II. Copulam reſtituit Heynius, quem, cum illa ad priora quoque *non hic mihi mater, non ſoror,* pertineat, ut I, 10, 4, ſequi haud cunctatus ſum; quamquam illam et maior codicum pars omittit, et deeſſe enuntiationibus inprimis, quae adverbium loci vel temporis habent, memini. Virg. Aen. IV, 373. *Nusquam tuta fides.* Aen. I, 703. *Quinquaginta intus famulae.* Add. Ge. III, 356. Tib. I, 1, 75. Exſtat autem copula in Vindob. et Hamb. Non apparet in Zwic. 1. 2.; neque apud Voſſium et Huſchkium. — Iidem viri *quam* retinent, confirmatum nunc auctoritate Vindob. Mon. Bern. et Voſſ. 2. ſimilique poſitura verborum IV, 7, 8. *Ne legat id nemo, quam meus, ante.* Lectioni *quum* leve praeſidium peteretur ex Livio 27, 28. *Paulo ante hic nuntius conſulis Salapiam venerat, quum literae ab Hannibale adlatae ſunt,* niſi ibi libri multi praeberent *quam,* quod praeferendum. Zwic. 1. 2. *quae cum* ſine *me.* W.

10. *omnes conſuluiſſe deos*] Quid conſulere deos ſit, bene novi. At Romae quot oracula aut dii fatidici fuerint, qui adiri et conſuli de euentu itineris Tibulli potuerint, ignoro. Privatas huiusmodi ſuperſtitiones plures fuiſſe neceſſe eſt, fortaſſe Iſidis, Serapidis, Fortunae. Ad urbem fuere ſortes Antiatinae, Praeneſtinae, et fortaſſe plura oracula. Certe Tiberius apud Sueton. c. 63. dicitur *oracula urbi vicina disiicere* conatus eſſe. Ut *conſulere deos* ſimpliciter pro, adire deos, dictum eſſe ſtatuamus, vix admitti poteſt.

11. *Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi Retulit e triviis omina certa puer*] Dicit eam ſortibus expertam eſſe de reditu ſuo. *E triviis,* quod et inf. El. 5, 56. ita poſitum, contra omnium librorum conſenſum in *e trinis* mutavit Broukhouſ. ex emendatione doctorum virorum, nempe quia *ter ſuſtulit.* Sed ab Tibullo tam exactam diligentiam exigere non licet. Erant haud dubie Romae paſſim in viis eiusmodi ſortilegi, qui praetereuntes, ut ſortibus uterentur, invitarent; certe in Circo frequentes fuere, ut vel ex Horatio notum. Hos intelligo, non cum Scaligero (qui hanc interpretationem Statio debet. W.) puerum e trivio, τὸν τυχόντα, nec cum Broukhuſio Camillum aliquem de templo Fortunae. *Ter* vero *ſuſtulit* ſc. ex urna h. duxit, quia tertium demum

omen

omen priora confirmat. Vulpius alterum verſum ad Praeneſtinas, alterum ad vulgares ſortes trahit, quod factum nollem.

Fateor tamen, nunc parum me abeſſe, quin virorum doctorum emendationem non modo pro venuſtiore, ſed et pro unice vera habeam. Ita enim fert perpetuus poëtarum mos: *ter e trinis*. Et *e triviis* impeditum quid habet; *puer e triviis* alium offert ſenſum; et erit pro *ſuſtulit in trivio*. Quod *pueri* et *puer* ſe excipiunt, non modo uſu defendes, ſed erunt, qui inter elegantias referant. At Burmann. ad Propert. IV, 5, 34. ſe offendi profeſſus legit: *Illa ſacras pure ſortes ter ſuſtulit*. Tam diverſa virorum doctorum ſunt iudicia. H. In Scholiis Mureti in Tibullum impreſſum *et trinis*, unde alii et Broukhuſius *e trinis* recte coniecerunt, quod et Voſſius amplexus eſt. Sed huic coniecturae primum iteratio pronominis *illa — illi*, de qua ad III, 6, 13. egimus, obſtat, quippe qua vaticinandi rationem, quae verbis *illi — puer* deſcribitur, a priori diverſam eſſe, doceatur; deinde loquendi ratio *omina e ſortibus referre* uſurpata de ſortibus interpretandis. Quae difficultas non tollitur coniunctione verborum *puer e triviis*, quam Huſchkius exemplo *de circo aſtrologi* ex Cic. de Div. 1, 58. illuſtrari cenſet. Verba ſi ſpectantur, hunc vides ſenſum, puerum ad omina capienda miſſum e triviis retuliſſe certa; quod in tot et tantis ſuperſtitionibus Romanorum ſtatuere non eſt abſurdum. Tum et proprie uſurpatum eſt *retulit*, et, duabus futura explorandi viis expoſitis, apte ſubiicitur: *Cuncta* dabant reditus. Itaque vulgatam *triviis* non temere movendam eſſe puto, neque audiendum Voſſium, cui coniectura illa vel propter repetitionem *ter — trinis* placet. Nam loca, ubi talis repetitio, diſſimilia ſunt poſitura verborum. Virg. Aen. II, 792.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.

Cf. Ovid. Met. XI, 419. Virg. Aen. IV, 690. Voſſius dedit *rettulit*, quod eſt in Hamb. (a. m.) et I, 7, 62. *rettuleritque*, et IV, 1, 54. *reppulit*. Ego magna rei literariae nomina ſequor, quae etiam ſine illa geminatione praepoſitionem *re* produci poſſe cenſent. Vid. Forcell. ſub voce *re*. In apogr. vitia *ille — omnia certe*. Zwic. 1. cum Guarn. *omnia*, et 2. ſed correctum in *omina*. Goth. *ille*. W.

11. *illi R.*] *ille*, ſc. puer, Corvin. cum libris Stat. uno Paſſerat. et uno Falkenb.

13. *redi-*

13. *reditus*] un. Laud. *reditum;* et ſic Ald. ſec. cum ſua ſecta. Sed poëtam decebat alterum. *nusquam* plerique libb. etiam Corvin. et edd. Pocchi var. lect. cum aliis: *tamen haud d. fruſtra eſt.* H. Voſſius revocavit *reditus. Tamen haud deterrita fruſtra eſt, Quum;* quibus verbis ſi ſenſum ineſſe velis, ſupplebis ad *deterrita*, *ne me mitteret.* Nam a qua re *deterrita* ſit Delia, nec Voſſius docet. Illo vero ſupplemento duro oppoſitio *Cuncta — tamen* prorſus perit. Particulae *numquam* ſua conſtat notio, ut ſit h. l.: quamvis omen certiſſimum fauſti reditus nuntiatum eſſet. Handius ad Diatr. Gron. T. I. p. 275. propter *deterrita* Gronovii interpretationem veram putat, ſed praeter loca, quae ad uſum verbi *deterrere* illuſtrandum attuli, adeat etiam Huſchkium, qui et interpretationem Heynii exemplis defendit et vulgatam veram habet. — Zwic. 1. *nusquam.* Hamb. *quicquam* a m. ſecunda. — Goth. *deterrima nusquam* (a. m.). W.

14. *Quin fleret*] Ita recte legitur inde ab Aldina pr. In antiquioribus et in codd. male *Quum, Cum, Quom.* Etiam Corvin. *Cum.* Mox Reg. *deſpiceret.* At *reſpicere* eſt ἐντροπαλίζεσθαι Homericum. H. Hanc vocem Homericam (Il. VI, 496.) nihil ad hunc locum facere, cum Tibullus nondum digreſſus ſit, notavit bene Goerenzius, praeferens *reſpueret*, quod in Zwic. 1. At *reſpicere* aliquid eſt de eo cogitare, animum ad id advertere, h. l. adiecta notione anxietatis. De vocabulo *viae* vid. Not. ad I, 1, 26. — Apogr. nonnulla *deſpiceret.* Pro *quin,* quod in ſex apogr., dant Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. Guarn. *cum.* W.

15. *dediſſet* pro var. lect. Guelf. 3. ſcil. Delia. H. Utraque lectio bonum praebet ſenſum. *Mandare* enim et *mandata dare* ſunt formae dicendi elegantes et legitimae fere de abeuntibus aut morientibus (Ovid. Triſt. III, 3, 4.), cum dicunt, quid poſt diſceſſum aut mortem fieri velint; vel de remanentibus, quum diſcedentibus, quid fieri velint, praecipiunt. Hoc ſenſu Sappho Phaoni ſcribit apud Ovid. Heroid. XV, 105.

Non mandata dedi; neque enim mandata dediſſem
Ulla, niſi ut nolles immemor eſſe mei.

Ita *dediſſet* etiam apud Tibullum accipiendum eſſet; ſed vulgata vel propter auctoritatem codicum mutari non debet. Vindob. *ſolabor.* W.

17. *Aut ego ſum cauſſatus, aves, aut omina dira, Saturni aut ſacram me tenuiſſe diem*] Iungenda ſunt: ſum cauſ-

caussatus, aut aves me tenuisse, aut omina, aut sabbata. In omnibus libris et editt. ante Scalig. est: *Aut ego sum caussatus, aves dant omina dira:* hic primus *dant* in *aut* mutavit ex ingenio, ut videtur; neque sane illud, sequente infinito modo, locum habet. Sed idem non recte de coniectura reposuerat: *omina dira Saturni sacra me t. die.* Scilicet in edd. et in magna librorum parte *aut* non legitur. Exsulat etiam e nostro Reg. Guelf. 1. 2. 3. et Ed. Rom. et Corvin., in quo est *dant.* Legi tamen in vett. libris *aut* testatus est Statius: adde duo alios cum edit., quam principem appellat Broukh. Primum *aut* receptum video a Mureto, inde in Plantin. Tum in vett. libb. Statii erat *timuisse.* (Vide de hac permutatione solemni Burm. ad Lucan. Pharf. VIII, 463. W.) Ceterum *caussari* ita, ut sit, caussam praetexere, culpam in aliquem conferre, dixit Propert. IV, 4, 23.

Saepe illa immeritae caussata est omina Lunae.

Iungunt vulgo idem verbum cum casu et cum infinitivo: ut saepe, v. Bentl. ad Horat. I. Od. 1. *caussatus aut aves aut tenuisse.* (Bentleius longe alia docuit, subiectum modo *substantivum* modo *infinitivum* esse posse, ut loca, Horat. Od. IV, 1, 29 — 31. Iuven. XI, 199. testantur; sed h. l. de rebus, quae a verbo pendent, sermo est. Commodum est exemplum apud Virg. Aen. IV, 469.

Eumenidum veluti videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, et duplicis se ostendere Thebas.

Add. Horat. Od. II, 16, 37 — 40. Non melius Bentleii observatione in Notis ad I, 8, 57. usus est Heynius. Distinctionem meam et numeri ratio adiuvat. cf. Virg. Ge. I, 156. W.) Melius distingues, quod fecimus, ut *aves, omina,* referantur ad *tenuisse.* Sic *σκήπτεσθαι* quoque. In Guelf. 2. apposita est lectio *aves dare numina diras* ex interpolatione. *Saturni diem* ominosum habuisse Romanos, quod Iudaeis religioni videbant esse, die sabbati iter facere, aut solita negotia peragere; in nota monuimus. Scaliger hinc ab Severo in Aetna 242. *Saturnum tenacem* dici volebat, sed reliqua ibi docent, eum ad horoscopum referendum esse. H. Lectio *aut omina* firmatur etiam auctoritate Vind. Bern. Hamb. Apogr. alia *dant* et *omnia* cum Guarn. Goth. et Zwic. 1. *dant.* 2. *dant omnia,* sed correct. *omina* al. ma.— Versu 18. cum decem apographa omitterent *aut* (Hamb. Goth.) cum Zwic. 2., displiceretque compositio *Saturni aut,* ut auribus molesta, Vossius dedit *Saturnive.* At primum *aut*

apud

apud optimos poetas poſtponitur, Virg. Aen. IV, 187. 317. 619. Aen. I, 369. Ge. I, 274. Propert. III, 21, 27. Ovid. Heroid. XIX, 12. Horat. Od. II, 12, 24. Adde Tibull. II, 5, 112. Similiter *vel* poſtpoſitum videas apud Virg. Ge. II, 321. *Prima vel.* III, 204. Tibull. II, 4, 9.; et *ſive* Tibull. IV, 1, 80. *fabula ſive;* et *ſed* II, 4, 3. IV, 1, 34. Horat. Epiſt. II, 1, 89. II, 2, 46. Deinde quomodo concurſus vocalium *i a, i au* iniucundus eſſe potuerit, non demonſtratur; et exempla contrarium probant. Virg. Aen. IV, 302. *ubi auditor.* Ecl. VI, 59. *viridi aut.* Horat. Sat. I, 6, 9. *Tulli atque.* Virgilius denique Aen. IV, 619. *regno aut* ſimiliter et poſtpoſuit *aut* et ſyllabas coalescere facit. Itaque *aut*, quod in Zwic. 1., retinendum contra lectionem ſuſpectam *ve.* Tum autem *omina* ſignificatione peculiari uſurpatum explicabis ex Cicerone de Div. lib. I, 45. §. 102. *Neque ſolum deorum voces Pythagorei obſervarunt, ſed etiam hominum, quae vocant* omina. Quo ſenſu Graeci dixerunt φήμη. vid. Weſſel. ad Diod. XVI, c. 92. p. 152. et Wyttenb. ad Iulian. p. 153. Veram igitur vulgatam puto lectionem. Si qui fortaſſe auctoritate codicum, qui maximam partem *aut* omittunt, movebuntur, iis aliam oſtendam rationem hac diſtinctione:

Aut ego ſum cauſatus aves, aut, omina dira,
Saturni ſacram me tenuiſſe diem.

ita ut *omina dira* ſint appoſitio verborum *ſacram diem*, quae apud pedeſtres etiam ſcriptores praecedit. Tibull. II, 3, 43.

urbique tumultus
Portatur validis mille columna iugis.

Add. II, 5, 71. Compara inprimis Virgil. Aen. III, 537.

Quatuor hic, primum omen, *equos in gramine vidi*
Tondentes campum.

Omen eſt quodvis augurium triſte ſive laetum, et *omina dira* pro omen dirum dici poteſt, ut ſtatim *ſigna* pro ſignum. cf. II, 1, 23. — Voſſius *timuiſſe* contra auctoritatem librorum coll. II, 6, 50. praetulit. Inde Huſchkii obſervatio: libri Statiani *timuiſſe;* quod qui praeferunt, vereor ne Tibullum faciant Iudaeum. Iudaei enim ex religionis ſuae ritu et ſermone proprie dicuntur, etiam a Romanis ſcriptoribus, *metuere, timere ſabbata,* pro *religioſe obſervare, colere.* Iuven. XIV, 96. Perſ. V, 184. Verum qui Iudaeorum ſuperſtitione contacti iter facere die ſabbati dubitabant Romani, ut Tibullus, eos Saturni dies rectius dicitur *tenere,* vel, quod

Ovi-

Ovidius Rem. Am. 219. ſcribit, *morari*. De *ſermone* erunt qui dubitent. Addere iuvat, verbum *tenere* eo, quo dixit Albius, ſignificatu legitimum eſſe apud Latinos Liv. 32, 9. *Conſulem — properantem in provinciam prodigia nunciata atque eorum procuratio Romae tenuerunt*, ubi Gronovius et Drakenb. exempla congeſſerunt. Handius ad Gronov. Diatr. T. I. p. 275. notavit: Verſu 18. Alexander Syncliticus, Cretenſis, cuius notae calamo ſcriptae apud me ſunt, e codd. puto, emendat *aut ſacrum me timuiſſe diem*. cf. Achill. Stat. ad l. l. — 19. Voſſius *quotiens* ex apogr. pluribus (Hamb.) recepit; unum praebet *totiens*. 20. Voſſius *in* ſuperfluum eſſe notat, ex *m* praecedente ortum. Quae obſervatio falſa. Nam *offenſus pes* abſolute dicitur, non adiecta re, in quam quis offendit, ut Ovid. Met. X, 452. *Ter pedis offenſi ſigno eſt revocata.* — *in porta* locum ſignificat, ubi id factum eſt. cf. Ovid. ex Pont. IV, 14, 22. W.

21. *neu quis* Guelf. 2. *neuquis* Reg. H. Multa apogr. (Hamb.) cum Guarn. *neu quis*, unde Voſſius, offenſus etiam ſono ſyllabarum *quis dis*, *nemo* coagmentatum recepit. Eadem de cauſa I, 4, 6. mutavit *Sicca Canis* in *ſaeva Canis* et loca I, 6, 39. I, 2, 17. — Tantum vero ille aurium iudicio tribuit, ut in poſterum etiam corrupturus ſit Virg. Ge. IV, 107. *Non illis quisquam cunctantibus*, et IV, 226. *viva volare*, Ecl. VI, 73. *Ne quis ſit lucus*, Perſ. II, 29. *mercede deorum*, vel adeo e Latinitate ſublaturus ſit formas *dederat*, *bibiſti*, alias. Vitiis autem librariorum, quorum cauſas non perſpicis, cave utaris ad ſollicitandas bonas integrasque lectiones. Contra Voſſium etiam Huſchkius disputat. Voſſ. 5. *peribente*. Ald. 1. *discedat*. W.

22. *aut ſciat egreſſum ſe, prohibente deo*] Unus Palat. *aut faciat egreſſum*. In Anglicanis deerat: *aut*. An fuit: *Sentiet egreſſum ſe prohibente deo* h. magno ſuo malo iter, invito deo, faciet? *Aut ſciet* malit Döring. leniore ope. H. Si mecum ſuppleveris, *aut, ubi egreſſus fuerit, ſciat*, hoc interpretans, ſciet, ut equidem puto, ſuo malo edoctus — vid. quae de coniunctivi notione apud Tibullum disputata ſunt in Obſſ. ad 1, 9, 63. — nihil vitii ſubeſſe ſtatues. Add. Perſ. III, 73. *diſce, neque invideas* h. e. diſce, neque, ubi didiceris, invidebis. — *Scire* pro cognoſcere Virg. Aen. I, 692. *Ne qua ſcire dolos — poſſit*. Graeci uſurpant ἴσθι, *cognoſce*, Soph. Elect. 40. Unde hoc loco idem notat, quod *ſentire* I, 2, 41. W.

23. *Isis mihi*] Ita Scaliger refinxit ex vetere scriptura apud Statium et al. Sic Corvin. quoque. Antea ubique editum *tibi*, Guelf. 1. 3. 4., sic Lips.; et Rom. *sis tibi.* Quod non video, cur displicere debuerit. Nam et ipsa Delia, se sua religione nil profecisse, videbat. (Zwic. 1. 2. *tibi,* Goth. *usis tibi,* Voss. 1. *hysis tibi.* Maxima pars apogr. *mihi* (Hamb.). W.) Ceterum interpretes, Turnebum sequuti, propterea Deliam in Isidis casto fuisse autumant, ut deae, in cuius fide ac tutela navigantes essent, ut ex noto Luciani dialogo probant, amatorem suum, mari iter facturum, commendaret. Sed nusquam reperimus, Isidem ista aetate Romae eo nomine cultam fuisse; tantum in curandis morbis potens habebatur. Nihil etiam h. l. de periculo maritimo, in quo dea opem suam desiderari passa sit, sed de morbo agitur, quo conflictatur poëta; et v. 27. eo nomine laudat deam, quod *mederi* possit, non quod navigantes servare. Neque aliter accipiebat Ovidius, qui in epicedio Tibulli v. 33. hunc locum expressit:

Quid vos sacra iuvant? quid nunc Aegyptia prosunt
Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?

nimirum cum vester amator nihilominus ex morbo perierit. Haud dubie Tibullus ea tempora respicit, cum Romae esset, et Deliam frequenter pro sua utriusque salute Isidi sacra facere videret; itaque addit *toties.* Pro *aera* quidam *sistra,* quod eius interpretamentum, quanquam et Ovidius hoc expressit l. l. H. Mur. dedit *sistra;* Ald. 1. vitiose *aere.* — *aera repulsa* sunt sistra concussa. Manu enim *quati* solebant illa, non percuti. Est vero insolens compositio *pulsa aera*, nec tamen non congruens significatui verbi *pellere;* cui adiuncta praepositio *re* iteratas et crebras iactationes sistri indicat. Apparet igitur, locum I, 8, 22. *aera repulsa* cum hoc comparari non posse; simulque, feminas quoque sistra iactasse, quod non satis certum fuit *Bossio*, qui de sistro in Thesaur. Ant. R. ed. Sallengr. T. 2. p. 1382. disseruit. W.

25. *Quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari Te (memini) et puro secubuisse toro?*] *Memini,* ut iam Statius voluit, cum Vulpio ἐν παρενθέσει posui; nam repetendum ἀπὸ κοινοῦ *prodest.* (Simili repetitione opus est post *quidve* apud Horat. Ep. II, 2, 177. *Quid vici prosunt aut horrea? quidve Calabris Saltibus adiecti Lucani?* Similiter apud Albinovanum Cons. ad Liv. 43. ad *quidque* ex verbo *prosunt* 41. assumendum est *prodest.* W.) Ea omissa, iungendum

dum esset: *Quidve memini?* quod minus commode fieret. In vulgg. edd. distinguebatur vitiose: *Quidve pie dum sacra colis? pureque lavari Te memini et p.* Ceterum, quoquo te vertas, *memini* semper importunum, certe otiosum est. Coniiciebam aliquando: *pureque lavari Te membra, et puro secubuisse toro.* Certe *purum torum* dixit, quem Ovidius *vacuum* dicere fere solet, ut Am. III, 9, 34. cf. III. Am. 10, 2. Deinde pro *colis* Reg. *facis*, pro *secubuisse succubuisse* haud insolito errore. Negligentius omnino elaboratum distichon, etiam interiectis illis: *pie dum sacra colis.* Poterat tamen exarari: *Quidve pie tibi sacra coli? pureque lavari Te* etc. Nulla varietas notata est praeter Exc. Lips. *deum dum s.*; ferrem, si esset: *deae dum.* scil. Isidis. H. Locum varie tentarunt viri docti: Slothouwer in Act. Societ. Trai. T. 3. p. 146. pro *memini*, ut importune posito, *mane* refingens; mane enim homines religiosos lavari solitos, cf. Horat. Sat. II, 3, 281—91.; Doeringius particulam *et* ante *memini* transponendo, sed pronomine *te* retento; quo deleto rationem Doeringianam amplexus est Huschkius; nam, se iudice, mendum aliquod in his versibus certe latere. Iacobsius denique, ut Heynius in margine notavit, *Saepe viri* pro *Te memini* coniecit. Quibus et meam qualemcunque sententiam addere iuvat. *Castus Isidis* duobus, *lavatione* et *secubitu*, describitur, quae voculis *que—et* iuste copulantur, vid. Not. ad El. I, 1, 35. *Utriusque* igitur, casti deae recordans, *meminisset* necesse erat, et quidem, cum amata secubante abstinendum fuisset, *tristi mente;* quam notionem natura rei, cuius meminit amans, suppeditat. Nostrates illam fere eiusmodi interpositis addere videbis. Atque sententia interposita, ad duo membra, per coniunctiones *que—et* vel *et—et* vel *nec—nec* coniuncta, pertinens, aut priori aut posteriori interposita vel addita est; et sensus totius docet, ad utrumque membrum interposita pertinere. Manifestum exemplum Horatii Od. II, 17, 6—8.

> *quid moror altera,*
> *Nec carus aeque nec,* superstes,
> *Integer?*

h. e. si superstes ero, nec carus nec integer. Vides *superstes* posteriori interpositum, ut *precor* Od. I, 31, 17.

> *Frui paratis et valido mihi,*
> *Latoë, dones et,* precor, *integra*
> *Cum mente.*

Infra I, 6, 71. 72.

Et, si quid peccasse puter, ducarque capillis
Immerito, *pronas proripiarque vias.*

ubi *immerito* priori adiectum ad utramque pertinet poenam. Adde e Graecis Callim. in Dian. 16. 17. In quibus tamen exemplis alia verborum vel membrorum positura pedester certe scriptor cohaerentiam singulorum declarabit; at in hac sententia nulla membrorum positura aut distinctio excogitari potest, qua interpositum *memini* ad utrumque trahendum esse ostendatur. Mendosum igitur esse locum Tibulli nego, codicum quoque auctoritate firmatum. Et Goerenz. interpretatur: cum dolore recordor, conferens Ovid. Trist. I, 5, 3., ubi *memini* in parenthesi positum notat: gratus memini, et scripturam vulgarem non sollicitandam esse iudicat. Vossianus dat *pure levari,* alius *puro levari;* Voss. tertius omittit versum 25. Zwic. 1. *pure quoque;* Goth. (a. m.) *pitreque.* Hamb. *succubuisse.* De infinitivis *lavari* et *secubuisse* vid. Obss. ad I, 8, 11. W.

27. *Nunc dea, nunc succurre mihi: nam posse m.*] Ed. Bas. *Nunc — mihi iam. posse m.* pro *mederi* Reg. *videri.* H. Hamb. *precor* pro *mihi. Docet — posse* pro te posse, ut Virg. Aen. IV, 305. *Sperasti — posse.* Accusativum pronominis omitti posse multis exemplis probavit Huschkius. Ad exempla compositionis *mult. tab.* adde Iuv. IV, 47. *multus delator.* Pers. III, 73. *multa fidelia.* W.

29. *Ut mea votivas persolvens Delia voces A.*] *persolvat* Corvin. et sic multi libb.; *Et mea — persolvet* Guelf. 2. a pr. m. Hamb. *Ut — persolvet. — Et* pro *ut* liber Sfortiae cum apogr. nonnull. Tum *votivas voces:* haec constans est librorum lectio; et videntur *voces votivae* dictae, ut *preces votivae,* pro voto ipso, quod bene persolvi dicitur; nam *voces* de hymnis cum Statio accipere nolim. Scaliger tamen e coniectura, primo adspectu probabili, reposuit *noctes.* Haec duo vocabula saepe permutantur. v. Heins. ad Ovid. VI. Fast. 140. II. Art. 308. ubi vulgatam praefero, Burm. ad Epist. III, 116. et Broukh. ad Propert. III, 5, 20. Ita in Propert. IV, 8, 60. libenter legerim:

Omnis et insana semita voce sonat.

Enimvero *noctes* inter vota esse docendum erat; tum vero istas noctes non sedendo ante fores exegisset. Vulpius, neutra lectione contentus, ex ingenio *poenas* reposuerat, quod factum nollem. Pro *ut* Reg. cum aliis *et,* frequenti

errore,

errore, qui etiam in Propert. I, 2, 10. commiſſus videtur. Certe eo loco melius leges:

Ut veniant hederae ſponte ſua melius.

Cum v. 30. convenit Ovid. Am. II, 13, 17. ad Iſidem de Corinna:

Saepe tibi ſedit certis operata diebus,
Qua cingit lauros Gallica turba tuas. H.

Statio *votivas voces* interpretanti: vota ſuſcepta, id eſt, hymnos, quos Tibullus v. 31. vocat *laudes,* verbum autem *debere* ad votum pertinere, aſſenſus eſt H. Voſſius. Idque Latinitas deſiderat. Nam perſolvimus rem, quam vovimus, non verba, quibus votum nuncupavimus. *Votivum* autem id appellatur, quod ex voto diis debemus. Praeter *tura votiva, iuvenca votiva* compara Ovid. Art. I, 205. *votivaque carmina reddam,* pro quo Statius Silv. III, 2, 131. *votiva plectra* dixit. Alienum autem conferre *preces votivae* h. e. preces, quibus aliquid cum voto poſcimus, vel *verba votiva.* — Oudendorpius tamen ad Apul. Metam. XI. p. 768. Heynium ſequitur notans: „*voces votivae* ſunt vota, ut *voces precantes* apud poëtas ſunt *preces.*“ — Coniecturam Scaligeri *noctes* dant libri Voſſ. tres 1. 2. 4. — Goth. *votiva* et *foras.* Voſſ. 3. *voce.* W.

32. *dicere — debeat*] minus elaborate dictum videri poteſt pro *dicat.* Sed adiuncta eſt notio, quod ex voto illud ſit; *ex voto* autem quae fiunt, ſunt diis *debita.* Vindob. *infelix — deſinat,* ſed margo *inſignis — debeat.* Bern. *deſinat.*

33. *At mihi*] Vaticanus Stat. *Ac* et in marg. *Fac,* inanis argutiola. Pro *patrios* Ed. Romana *primos.* Voſſ. unus *ac,* alter *aut.*

34. *menſtrua tura*] Duo ap. Broukh. cum Corvin., id quod iam Muretus in aliis eſſe dixit, habent *maſcula,* minus bene hoc loco, quo ad ſignificationem religionis epitheton valet, quod ſingulis menſibus Laribus ſacra facit poëta, more religioſorum hominum, qui ſingulis menſibus, et quidem ſub novilunium, Laribus litabant, ut ex Horatio conſtat III. Carm. 23, 1. *Coelo ſupinas ſi tuleris manus* etc. H. — 36. Zwic. 1. *Tellus et in,* credo, ut metro conſuleretur. — Voſſ. 1. 2. 5. *ſit* pro *eſt;* unde H. Voſſio facultas data eſt proferendi coniecturam a Latinitate abhorrentem *it,* quaſi *tellus ire* vel *in longas vias ire* poſſet.

Quam

Quam ſtulte in codicibus modi verborum vitiati eſſent, apographa illum ſua ſatis docere poterant. Ceterum Virgilius Aen. I, 472. pariter verbis *prius quam* hexametrum terminavit, ubi niſi cod. Mediceus ſeiuncta illa daret, *priusquam* h. l. ſcripſiſſem. W.

37. *pinus contemſerat undas*] Guelf. 2. vel *conſcenderat,* Regius *contexerat,* ut et alii ap. Broukh. cum Guarn. Sed *tegere* non placet de una navi. Nam claſſes tegunt mare, non unum navigium. Vellem utique, ut alia lectio ad manum eſſet; nam vulgata pro Tibulli ſimplicitate mihi nimis gravis et magnifica videtur; quanquam non magis tenuia illa Ovidii Met. I, 134.

Fluctibus ignotis inſultavere carinae. H.

Lectionem *contemſerat* firmant apogr. Voſſ., niſi quod Goth. praebet *Entemperat,* in marg. *contemnerat,* Zwic. 1. 2. et codex Datianus Santenii — vid. Huſchk. — cui illa nihil nimis grave aut magnificum pro Tibulli ſimplicitate habere videtur; nec mihi. Nam *contemnere undas* eſt non timere undas, quod declaratur per verba *ventis praebere ſinum.* Ita vides lectionem *praebueratque* unice veram eſſe. Nam ubi ſententia aliqua ſubiecta altera illuſtratur, coniunctione *et, que* opus eſt. Mire H. Voſſius in lectione, ex Hamb. recepta, *praebueratve,* argutatur, quaſi *ve* notaret *atque adeo.* Ceterum dicendi rationem *pinus conſcendit undas* Latinam eſſe docet vel locus Statii Thebaid. III, 57. *pelago iam deſcendente carina.* W.

40. *preſſerat externa navita merce ratem*] oneraverat, adeoque advexerat. Hoc ſenſu accipio Virgilii Ge. I, 303. *preſſas carinas,* ubi, ut Burmanni dubitationi occurreretur, legi poſſet: *prenſae* h. quae ex procelloſi maris periculo ſalvae evaſere; ſed nil neceſſe. H. Verba motus e praepoſitione *re* compoſita crebro cum ablativo iunguntur. Virg. Ge. IV, 88. *ubi ductores acie revocaveris ambo;* quam ſtructuram Tacit. Agr. c. 18. *inſulam, cuius poſſeſſione revocatum Paullinum rebellione totius Britanniae ſupra memoravi* imitatus eſt. Ge. I, 442. *medioque refugerit orbe.* Ge. II, 520. *glande ſues laeti redeunt.* Aen. II, 115. *adytis haec triſtia dicta reportat.* Ovid. Heroid. XV, 53. *At vos erronem tellure remittite noſtrum.* Ad hanc conſtructionem Albius compoſuit *repetere compendia terris.* — v. 41. Vindob. *validi ſubeunt — tauri.* — 45. pro *ipſae* marg. Voſſ. 4. *dulcia.* W.

47. *Non*

47. *Non acies, non ira fuit, non bella*] Pro corruptis haec poſt Heinſium, qui, *Non acies ferrive*, legit, habet Broukh. et corrigit, quod probatum etiam Vulpio: *Non animi, non ira fuit.* quae duo verba ſane iungi ſolent. v. Burm. ad Ovid. I. Met. 166.; ſed quomodo ex *animi* potuerit fieri *acies,* non video. Proclivior fuiſſet error, ſi librarius habuiſſet in ſuo: *Non rabies, non ira fuit;* quod etiam in mentem veniſſe video viro docto in Obſſ. Miſc. Vol. II. p. 240. Alius eod. loco: *Non aeris tunc ira fuit.* Sed hi viri dignam Horatio aliquo vel Virgilio curam et diligentiam in dilectu verborum et ordine a Tibullo exigunt, qui in hac parte non ita moroſus fuit. In hac ſaltem elegia *acies* aut pro pugna, aut pro ferro, quod acuerunt homines, dictum accipi debet; hoc malim. Etiam Iortin (*Tracts Vol. II.* p. 449.), loco fruſtra tentato, in hoc acquieſcit. Paullo poſt *enſem* Reg. et Mur.; ſed Ed. Rom. et Lipſ. *enſes* cum aliis. H. Idem apograph. nonnulla (Hamb.) cum Zwic. 1. 2. Corv. et Ald. 1. 2. praebent. — H. Voſſius *aciem* interpretatur inſtrumenta ſecandi et feriendi; cui interpretationi vel commemoratio *enſis* obſtat. Huſchkius ſibi viſus eſt locum contra coniecturas ſatis muniviſſe verſu Empedoclis, qui hanc terram, ubi animis exſilium ſubeundum eſſet, ut ſedem moleſtam et gravem ita deſcriberet: Ἔνθα φόνος τε κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν. Vid. libellum Sturzii de Emped. p. 452. Sed praeterquam quod, propter verba ἄλλων ἔθνεα κηρῶν (*vitiorum*), φθόνος pro φόνος, ut Syneſius habet, legendum ibi eſſe videtur, indoles ſententiae Empedocleae ad Tibullum illuſtrandum nil prodeſt. Agitur enim hic de ſingulari et non iuſto ordine rerum. Atqui nec pedeſtres ſcriptores in enumerationibus ordinem iuſtum ſollicite ſervarunt. Vid. Lipſium ad Annal. Tacit. I. c. 10. p. 33., Wolfium ad Suet. Caeſ. c. 44. p. 61., Heyniumque ad Virg. Ecl. VI, 41. 42. Add. Virg. Aen. X, 36 ſqq. — Apud Tacitum Hiſtor. I, 50. *Pharſaliam, Philippos, et Peruſiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina, loquebantur* ordinem chronologicum de induſtria cum exquiſitiore mutatum eſſe animadvertes. — *acies* eſt exercitus ad proelium paratus; *ira* autem rabies, furor, quo concitati milites pugnant; quae ſignificatio verbi frequens apud Virgilium. W.

48. *immiti — arte*] nil habet, quod offendat. Vir doctus in Actis Soc. Trai. p. 191. coni. *aere.*

49. *nunc vulnera*] *nunc* Broukh. e libris Statii. Vulgo *et*, ut etiam noſtri. H. *Nunc vuln.* quatuor apogr. cum Zwic.

Zwic. 1. 2.; idque Tibullianum esse ostendunt loca II, 3, 38. I, 10. 3. — Goth. Hamb. Corv. *et vul.* W.

50. *nunc leti mille repente viae*] Hanc vulgatam lectionem reduxit iam Vulpius. Broukhusius ex uno Vatic. dederat *multa reperta via;* quod pro var. lect. habet Guelf. 3. Simplicitate sua se probare haec lectio poterat, modo ne e correctione venisse videretur. *Repente* in libris scriptum *repēte:* hinc in aliis *reperte* legi coepit et contaminatius *referte,* in aliis *repertae:* quod cum metro quis repugnare videret, ita effinxit, ut in illo libro est. Apud Rutilium etiam I, 434. tale quid videtur evenisse:

Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu
Defessisque oculis luna reperta latet.

Commodius enim legatur: *repente latet,* nempe cum prorsus evanuit. Defendi tamen potest vulgata. Etiam *via reperta* ap. eundem legitur lib. I, 364.

Ferro vivendi prima reperta via est.

Mille vero et *multa* permutantur inf. II, 3, 44. *Repente* existunt istae viae, seu modi mortis, quas Propertius et Ovidius IV. ex P. 7, 12. *caussas* dixere, (cf. Gronov. Obss. II, 9.) quia improvisae et inexpectatae, ut Vulpius illas explicat. Neque *nunc* morari debet, est enim pro *tunc* positum, ut rem tanquam praesentem exhibeat. v. Burm. ad Ovid. I. Met. 321. (Haec Burmanni observatio, de qua alibi diligentius quaerendum, vereor, ut huic loco conveniat. Agitur enim his versibus de saeculo Tibulli; cui praeterita tempora opponuntur 35. *Quam bene Saturno vivebant rege* ita: *Tunc* beati erant homines, cum Saturnus imperium tenebat, *nunc, Iove imperante,* et reliqua, prorsus ut I, 10, 7 — 13. — Burmannus ipse *nunc* pro *tunc* male Virgilio Aen. IV, 408. obtrudit. W.) Infra I, 10, 4. ita eloquitur:

Tunc brevior dirae mortis aperta via est.

Utrumque belle imitatus Fracastorius in Epicedio Ant. Turriani, carmine plane Catulliano v. 126.

Et via non uni plurima aperta neci.

Pro *leti* Broukh. ex uno *leto* reposuerat. *Nunc maris et leti* alius liber apud eund. H. Idem Vindob. praebet. Hamb. *mille reperte viae.* Goth. *mille reperta via.* Voss. 4. *multa reperta via.* Voss. 2. *leto mille reperta viae.* Voss. 5. *leto mille repertae viae,* marg. *multa reperta via.* Zwic. 1. 2. dant

dant Heynii lectionem, ſed in cod. 2. a recentiori manu ſuperſcriptum *multa reperta via.* H. Voſſius Broukhuſii lectionem reduxit, ut *letum multas vias inveniſſe* dicatur. Quid autem ſignificent verba *letum multas vias reperit,* quisve ita dixerit, equidem ignoro. Nam *via,* ita metaphorice uſurpatum, adiunctum neceſſe eſt habeat rem, ad quam *ferat* vel *pateat.* vid. exempla a Broukh. collecta. Neque *leto* tribui poteſt idem quod *morti.* Ipſe reſcripſi *leti multa reperta via,* non quo *multa via* magis poeticum eſſet quam *mille viae,* nec quod *repente* grammatice ita poni negarem, ſed quia *repente* ſententiae generali non aptum mihi videbatur. Nunc magis me offendit lectio *reperta* quam *repente.* Homines enim, qui mortem ſibi arceſſunt vel properant, *viam mortis reperire* quis dicat? Num illam quaerunt? Num parare ſtudent? Reſtitue *leto mille repente viae.* Tibullus *repente* ſententiae adiecit, credo, recordans, quam inopinato in morbum ipſe incidiſſet. Scriptura *mille viae leto ſunt* exquiſitiorem praebent iuncturam, quam *viae leti.* Grat. Cyneg. 465. *quae — leto propior via?* Similem uſum dativi Virgilius Aen. II, 661. *patet iſti ianua leto* praeſtat. Huſchkius Heynii lectionem defendit. W.

51. *timidum non me*] Guelf. 3. habet *tumidum non me.* H. Pro *non* Zwic. 1. *animo. timidum* erunt qui explicent: ut timeam; quae prolepſis, quamquam ingrata ſaepe, veteribus tamen ſcriptoribus eripi nequit. Virg. Ge. II, 353. *ubi* hiulca *ſiti ſindit canis aeſtifer arva.* cf. Schaefer. ad Theocrit. p. 215. Sed h. l. interpretari malim: cum, gravi conflictans morbo, ſaluti meae timeam, non conſcientia periuriorum animum hoc metu vexat. Similiter explices Virg. Aen. XII, 761. *terretque trementes;* et ibid. 875. Iuturna: *Ne me terrete timentem, obſcenae volucres.* timentem ſe appellat, utpote quae vitae fratris timeat. — Opinionem, morbos ab infeſtis numinibus immitti, illuſtrat locus Iuven. XIII, 229. Add. Hom. Od. V, 396. — Voſſ. 4. *parce, precor.* W.

54. *his ſcriptus*] Broukh. repoſuit ex aliquot libris; in aliis, *his ſcriptis;* vulgo, etiam noſtri, *inſcriptis.* Nempe fuit primum *is ſcriptus.* Niſi contendas, *inſcriptus* ab initio fuiſſe. Rutil. II, 10.

Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

Quinctil. Inſt. IV, 5, 22. *Non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia.* H. Apographa ſex (Hamb.) cum Zwic. 1. 2. *inſcriptis.*

ptis. — Ask. et Goth. (ap. m.) dant *inſcriptus*, quod Muretus in antiquis quibusdam libris ſe cum lectione *oſſa mea* pro *oſſa meis* reperiſſe teſtatur; atque H. Voſſius, ſono verborum *lapis his ſcriptus* offenſus, recepit. De ſigmatismo ad I, 2, 54. monui; et, ut *his* abeſſe poſſe concedo, modo *notis* explices *carmine* — cf. Virgil. Aen. III, 287. *rem carmine ſigno: Aeneas haec de Danais victoribus arma* — ita Latinitas utique in lectione Broukhuſiana exquiſitior eſt. *Scribi* pro *inſcribi* eſt apud Livium XXII. c. 1. *Augebant metum prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata — ſortes ſua ſponte attenuatas, unamque excidiſſe, ita ſcriptam: Mavors telum ſuum concutit.* Ovid. Heroid. XIV, 128. *Scriptaque ſint titulo noſtra ſepulcra brevi.* Ita ſollicitandum eſſe non puto locum Suetonii Caeſ. 85. *Poſtea* (plebs) *ſolidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitque: Parenti patriae,* ubi Wolfius *inſcripſitque* legendum eſſe cenſuit. Similiter Graecos *γράφειν* cum quarto caſu compoſuiſſe, teſtatur locus Euripid. Phoeniſſ. 583. *Καὶ σκῦλα γράφεις.* Lotichius Eleg. I, 6, 84. *fac lapis inſcriptis indicet illa* (*oſſa*) *notis* Tibullum et lectionem *inſcriptis* — *notis* ſecutus eſſe videtur; ubi Burmannus p. 48., Tibulli memor, utramque ſcripturam h. l. *his ſcriptus* et *inſcriptis* bonam eſſe iudicans, poſteriorem tamen propter voces multas in *s* deſinentes praefert. Bachius nihil novi attulit. p. 19. — Verbum *fac* in particulam *at* mutavit H. Voſſius, interpretans *at tamen, ſaltem;* ſed ita nec bona exſiſtit ſententia, neque illam ſignificationem particula *at* niſi poſt *ſi non, ſi minus* habuit. W.

55. *morte*] un. Statii *Marte,* recte damnatum a Broukh. *amore* in Voſſ. 5. *immitis* in Voſſ. 3.

57. *quod f.*] Guelf. 3. *qui*. H. Quam lectionem, a codice Goth. (ap. V.) firmatam et Paſſeratio praelatam, ut elegantiorem recepit H. Voſſius, ſimulque ex uno Voſſiano *ſim.* Utrum elegantius ſit rationem reddere ita, ut ſententia per relativum *qui* annectatur, an per coniunctionem *quod,* aliorum ſit iudicium; coniunctivus certe, cum ſenſus cogitate enuntiatus non ſit, neque Tibullus, mortem imminentem metuens, ſe in poſterum etiam amori deditum fore, cogitare potuerit, importunus eſt. — Voſſianus dat *facili.* W.

58. *campos ducet ad Elyſios*] Reg. et Ed. Rom. cum multis *ad.* Guelf. 1. a pr. m. 2. a ſec. m. cum ſex apogr. (Hamb.)

(Hamb.) recte, ut ſolent poëtae ea, quae vulgari oratione praepoſitione *in* efferuntur, pronuntiare per praepoſitionem *ad*. Sic in hac ipſa re, et h. l. reſpiciens, Domitius Marſus:

Mors iuvenem campos miſit ad Elyſios. H.

Vulgo *in*, quod in Goth. et Zwic. 2. (in Zwic. 1. *in* et *ad* abeſt) exſtat, et retinuit Huſchkius, quod Homerus Od. δ, 563. ἐς Ἠλύσιον πεδίον dixerit. W. Eleganter vero noſtro Venus eſt ψυχαγωγός, cum reliquorum ſit Mercurius. v. Vulp. In Anal. Brunck. To. III. p. 304. eſt epitaphium, in quo Proſerpinae hoc idem tribuitur: Ἀλλὰ σὺ — τήνδ᾽ ἄγ᾽ ἐς εὐσεβέων χῶρον, ἑλοῦσα χερός. H. Ut Tibullus v. 59. voce *vigere* ad aſſiduitatem delectationis notandam uſus eſt, ita Valerius Flaccus verbo *durare* I, 844. deſcribens Elyſium, *ubi ſol totumque per annum* Durat *aprica dies thiaſique chorique virorum Carminaque.* — v. 60. pro *tenui* in Voſſ. 1. lacuna comparet. — 62. Vindob. *odorantis.* W.

63. *Hic iuvenum ſeries teneris immixta puellis*] *Hic* Broukhuſius ex uno libro Colotiano, cui Corvin. accedit, recepit; in aliis *hac*, *ac* vel *at*. (quod ultimum praelatum mallem.) Pro *immixta* fortaſſe elegantius dixiſſet *innexa*; nam de choreis agi docet voc. *iuvenum ſeries*, et *iuncti* invicem *alterno terram quatiunt pede*, ut Horat. I. Od. 4, 6. Ovid. VI. Faſt. 329.

— — — *pars brachia nectit*
Et viridem celeri ter pede pulſat humum.

Herel. Annot. crit. in Vellei. p. 19. coni. *immiſſa.* Venuſtius etiam extulit auctor epigrammatis in Erinnam, Anthol. III, p. 262. DXXIV.

— — οὔ σε — —
Φθίσθαι, ἔχειν δὲ χορούς ἄμμιγα Πιερίσιν. H.

Quod Heynius praefert, dant Zwic. 1. 2. et ſeptem apogr. (Hamb. et Goth.). — Ex quatuor apogr. H. Voſſius *ac*, quae lectio in Aldinis et Mureto etiam exſtat, recepit, quod deſcriptio 59. inchoata continuaretur. Quae ratio non vera. Nam in deſcriptione plurium rerum in uno loco obviarum *hic* repetitur. cf. Virg. Aen. VI, 24. 27. Mihi autem, cum, deſcriptione Elyſii 59 — 62. abſoluta, ad rem, cuius gratia illam inſtituit, ad luſus iuvenum et puellarum, in quo numero ipſe futurus ſit, memorandos accedat, *Hic* aeque neceſſarium eſſe videtur, quam apud Virgilium Aen. I. poſt deſcriptionem *portus* 170. *Huc* (Aeneas

neas ſubit) vel infra 81. *illic.* Facile librarii *hic* in *hac* corruperunt, idque in *ac* vel *at.* Senſus autem verborum 63—66 eſt: Hic in iuvenum et puellarum ludentium turba, ubi amans vita deceſſero, verſabor. — Ceterum cum de ſaltatione non agatur, ſed de *luſibus* iuvenum et puellarum, cf. Horat. Od. III, 15, 5. *Inter ludere virgines,* recte Santenius Bibl. Crit. p. 71. coniecturam *innexa* improbavit, et multo magis improbaturus fuit emendationem Fruterii *implexa* ab H. Voſſio receptam. Nam *iuvenes implexi puellis,* ſi uſum loquendi tenes, miram ſpeciem praebent. Non me magnopere movere repetitionem verbi *miſcet,* ad I, 9, 67. profeſſus ſum. Huſchkius uſum loquendi locis Horatii Od. IV, 11, 9. et Propertii II, 34, 57. firmare ſtuduit. W.

64. *aſſidue praelia miſcet Amor*] Doctus Britannus (eſt is Iortin *Tracts* To. II. p. 449.) in Obſſ. Miſcell. Vol. II. p. 241. malebat *aſſiduus,* ſed et pro elegia durius nec neceſſe. Recte id a Batavis improbatum eod. loc. *amor* neſcio an melius ſit ipſe deus, ut ſcribendum ſit *miſcet Amor.* H. Hanc ſcripturam dedi, ut v. 65. *Mors.* Propert. II, 10, 50. *O Mors, cur mihi ſera venis?* Add. Tibull. I, 10, 33. W.

67. *iacet ſedes in nocte profunda*] Regius *in parte p.* Sic et alibi peccatum. v. Burman. ad Ovid. II. Art. 138. Vir doctus in Probab. Crit. p. 9. legi etiam volebat: *tacet ſedes.* Sed vide notam. H. Cod. Ask. *ac* — Voſſianus *hac* et *ſonent.* Goth. (a. m.) *ſodes* et *abitaque,* et omittit *quam.* Ceterum pronominibus frequentiſſime poſtponitur praepoſitio *circum.* Praeter locum I, 5, 51. cf. Horat. Od. II, 16, 33. *Te greges centum Siculaeque* circum *Mugiunt vaccae.* Apud Virgilium Aen. IV, 561.

Nec, quae te circum ſtent deinde pericula, cernis?

circumſtes ſcriberem cum Mediceo, et quod pedeſtres ſcriptores verbum *circumſtare* cum quarto iungunt caſu, ut Livius 25, 34., niſi metri ratio vetaret. W.

69. *impexa feros p. c. angues*] hoc elegantius quam in Culice 217.

— Tiſiphone, ſerpentibus undique comta.

Regius cum Corvin. *implexa,* quod iam viri docti coniecerant, et facile aliquis coniiciat ex Virg. Ge. IV, 482.

— caeruleos implexae crinibus angues
Eumenides.

Sed

Sed id altero multo foret deterius. v. Not. Tum in aliis locis permutantur haec duo verba. v. Heinſ. ad Claud. R. Proſ. II, 359. Alias etiam *innexa* aliam varietatem afferre ſolet. Sed *Tegumen leonis Terribili impexum ſaeta* dixit Virgil. quoque Aen. VII, 667. Porro pro *feros* Ed. Rom. *ferox*. Simile mendum apud Ovid. III. Met. 213. in nonnullis libris. H. Heynium ſecutus eſt H. Voſſius, Huſchkiusque verſus 69. 70. defendens contra Mitſcherlichii iudicium Tent. crit. p. 10.: „In utroque diſticho aptum orationis nexum deſidero. Uterque pentameter vel omnino utrumque diſtichon (69-72.) ab aliena manu eſſe videtur. Nam et maiorum verſuum oratio impexa atque horrida, et per ſententiarum ſeriem iidem recte abeſſe poſſunt.“ Exemplis, quae in nota ad ſententiarum *Tiſiphone ſaevit et turba fugit* cohaerentiam declarandam attuli, adiiciatur locus Virgilii Aen. X, 39. 40. *Nunc etiam* (Iuno) *Manis movet, et — inmiſſa — Alecto — bacchata* (eſt) pro vulgari: immiſit Alecto, quae bacchata eſt. — Hamb. et Goth. (a. m.) *Theſiphone.* — Ceterum ellipſis adverbii *ubi* lenior eſt apud Virgil. Ge. IV, 9. 10. *ſtatio — quo neque ſit ventis aditus — neque oves haedique petulci floribus inſultent.* W.

71. *Tum niger in porta ſerpentum Cerberus ore*] *in porta* bene poëta ponere non potuit, cum ſtatim ſequatur: *ante fores*. Nec tamen aliter libri meliores legunt, quos Scaliger ſequutus eſt; et decet fortaſſe negligentia grata poëtam. Antea vulgatum erat: *in turba*. In uno Stat. *Hic niger*. Cum haec placere non poſſent, Scaliger, probante Barthio ad Stat. Theb. IV, 486., legit: *Tum niger in porta ſerpens: tum C.*, et intelligit Hydram ex Aen. VI, 287. ubi in Orci aditu occurrit cum ceteris monſtris. (Melius *hydram*, quae intus in Tartaro ſedem habet, memoraſſet ex Aen. VI, 576. ubi Heynius p. 808. rem recte expoſuit. W.) Sed male ſic Cerberus ore (ſuo) ſtridit. Heinſius vero: *Tum niger intorto ſerpentum vel ſerpentes C.* Iacobs Animadverſ. p. 13. *impuro — ore.* H. H. Voſſius Scaligeri correctionem *Tum — ſerpens, tum Cer.* recepit, Virgilii locum Aen. VI, 576. huc pertinere monens. Qua ratione ut repugnantia verborum *in porta — ante fores* tollitur, ita et repetitio particulae *tum — tum* — de cuius uſu in deſcriptione vide etiam Virg. Ge. III, 357. — inanis eſt, nec, quomodo Cerberus, ad Stygis ripam collocatus, *ante fores* Tartari excubare poſſit, Voſſius monſtrat. Ut vero Cerberus, non *ore* ſuo, ſed ſerpentibus in tribus *oribus* vel capitibus ſuis *ſtridere* diceretur, de coniectura *ora* intulit.

At

At si quis *stridere ora* dicitur, necesse est, ut *ora* ipsa stridorem edant, non id, quo *ora* cincta sunt. Compara quaeso Virg. Ge. III, 421. *colla tumere,* III, 84. *tremit artus;* Horat. Sat. II, 7, 57. *tremis ossa.* Add. Ge. IV, 99. Et si hac interpretatione uti vis, ut *os* pro serpentes in ore accipere velis, non opus est coniectura, sed *ore* interpretaberis oribus, ut apud Horat. Od. III, 11, 18. *caput Cerberi* de tribus capitibus explicabis. *Os* pro toto capite poni docuit Forcellinius. — At compositio *serpentum ore stridet Cerberus* bona est. Nam cum serpentium proprium sit *stridere* vel *sibilare*, *Cerbero* et *Furiis* turba serpentium cinctis tribui potest *stridere* vel *sibilare serpentibus,* ut Virgilius fecit Aen. VII, 447. *tot Erinnys sibilat hydris*, cui constructioni comparari potest illa Lucani I, 431. *aere recurvo stridentes tubae.* Hinc factum est, ut *stridor Cerbereus* apud Silium VI, 177. stridorem notet, quem serpentes capitum Cerberi edunt, utque Iuno Tisiphonae *stridorem* tribuat apud eundem Silium II, 537. *Stridoremque tuum — congere in Rutulos.* Pro *serpentibus stridet* Tibullus dixit *ore serpentum stridet;* neque hoc usui loquendi repugnat. Nam *ore* pro oribus de pluribus frequens. Virg. Ge. III, 273. *illae Ore omnes versae in Zephyrum stant.* et Ge. IV, 200. *ipsae e foliis natos et suavibus herbis ore legunt.* Huschkius, qui textum Heynii retinuit, affert exemplum Typhoei, cui sunt apud Hesiodum Theog. 824. ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος. et ibid. 834. ἄλλοτε δ᾽ αὖ ῥοίζασκεν tribuitur. — Sed ad inanem repetitionem in verbis *in porta — ante fores* molliendam vel tollendam nihil vidi praesidii. Ferrem saltem, modo verbum *excubat* epitheto ornasset poeta, ut duae res, *terribilis stridor* et *acres excubiae,* animo obversarentur. Huschkius tamen iudicat: „Cerberus *in porta* serpentum ore stridit, et *ante fores aeratas* excubat ad eum plane modum, quo idem apud Sophoclem (Oed. Col. 1568—73.) *in porta aerata* excubat, et *ex antro* ululat." Tibullique et Sophoclis ut similitudinem ita sanitatem satis demonstrasse sibi videtur. Goerenzius corrigendo *a porta,* duce libro Zwic. 2. ubi a manu recentiori superscriptum *al. a,* difficultates omnes, quae viros doctos exercuerint, expedivisse putat. — Bachius denique, qui *serpentum ore* iungendum esse bene intellexit et demonstravit p. 20., *informi* pro *in porta* coniecit, quasi *in porta* e glossemate, verbis *ante fores* adscripto, ortum esset. — Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. *in porta.* — *Tunc* male Zwic. 1. Goth. et Guarn. W.

72. *Stri-*

72. *Stridit et—excubat ante fores*] Ieiunus verſus et hoc poëta vix dignus: *Stridit et excubat.* Debebat ſaltem eſſe: *Stridens excubat.* Totum diſtichon ab aliena manu veniſſe ſuſpicor. *Stridit* recepit Broukh. ex emendatione Statii; vulgo *ſtridet.* H. Lectionem omnium librorum, et Zwic. 1. 2. Goth., *ſtridet* reduxi, quam cum aliorum, tum Ovidii Met. VI, 646. *Pars verubus ſtridet,* et Iuvenalis V, 160. *ſtridere molari* auctoritas confirmat. Neque in formis *ſtrideo* et *ſtrido* diſtinguendis eandem metri rationem Latini ſecuti eſſe videntur, quam in diverſis formis *poſſido* et *poſſideo.* In codic. Hamb. *ſtridit* et *ſtridet* a manu ſec., Voſſianus dat *ſtrident.* — Goth. *foras.* W.

74. *Verſantur*] Colbert. ap. Broukh. *vexantur.* Male; inf. El. 5, 70. *Verſatur celeri Fors levis orbe rotae.* H. Pro *Ixionis* Vindob. *Hyſiphonis,* Guarn. *Illic et iuveni tentare;* pro *auſi* Hamb. *auxi* (a. m.). — Voſſ. 5. *vexantur* mutatum in *verſantur.* Ald. 1. 2. *verſatur.* — Cum Tibullus in verbis *Delos, Tyros* aliisque terminationes Graecas ſecutus ſit, cumque Heinſius ad Ovid. Met. IV, 456. *Tityos* fere apud poetas in optimis exemplaribus ſcribi notaverit, hanc ſcripturam recepi; idem Burmannus Anthol. Lat. T. I. p. 109. Voſſius et Huſchkius fecerunt. — 76. Pro *atro* Goth. *acio.* W.

77. *et circum ſtagna*] Scal. in prima editione: *et circat,* h. *circumit,* de qua voce v. ad Propert. IV, 9, 35. et ad Anth. Lat. T. 2. p. 213. Burmann. (et Scalig. p. 113.) ſed ipſe coniecturam et notam editione poſtrema 1600. eiecit, et merito. Severus Aetna v. 80.

> *Sollicitant magna te circum Tantale poena,*
> *Sollicitantque ſiti.*

ubi Scaliger *circum* etiam mutabat in *ſiccum,* vel *curvum.* Sed vult poëta, ei ex omni parte cupidinem incendi. H. Offenſus erat Scaliger adverbio *circum,* ita poſito ante accuſativum. Sed et *poſt* ita uſurpatur apud Suet. Aug. c. 42. Tac. Ann. I, 10. — Verba *circum* et *circa* crebro ita ad notionem in prioribus poſitam referuntur, ut pronomine addito relatio pateat. Ita *circum* h. l. pro circum eum, et I, 5, 11. pro circum te, atque *circa* 87. pro circa te. Add. Horat. Sat. II, 8, 7. et Virg. Aen. II, 767. — Hamb. *ſed circum* (a. m.). — Ask. *ſigna,* in marg. *ſtagna.* — Voſſ. 5. *poturo.* Vindob. et Colb. *potanti.* Voſſ. 3. *deſerat.* W.

79. *Veneris quae numina laeſit*] Reg. *munera* vulgari errore. v. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 411. *numina* verum h. l. eſt,

eſt, ut inf. I, 9, 6. *numina laedere veſtra.* (De periurio recte locum accepit Heynius ad I, 9, 6. et Excurſ. I. ad Aen. I. p. 139., quamquam deus etiam aliis malefactis laeditur. Conf. III, 6, 26. *Quid valeat laeſi, ſentiat, ira dei. Laedimus* enim *deum,* ſi officia mortalibus ab eo praeſcripta negligimus. Ita ap. Virg. Aen. IV, 27. *te violo, Pudor,* accipies. Apud Virg. Aen. II, 183. *numen laeſum* eſt ſignum deae impuris manibus contrectatum et contaminatum, cf. Virg. Aen. 167.; neque *laeſum* ad deam ipſam referendum. W.) — *quae* Broukh. e libris, ut etiam Reg. et Rom. Lipſ. Edd., quibus adde Corvin.; vulgo *quod.* Guelf. 3. *quia.* H. Goth. *lumina* (a. m.). Zwic. 2. *portet.* Hamb. *leteas* (a. m.). — Val. Fl. I, 674. *tua numina* de uno deo dixit. W.

82. *lentas — militias*] Heinſ. coniiciebat: *delitias* ſc. *amatorias.* At *militias* egregie dictas puta pro abſentia militandi cauſſa. Porro Vulpius pro *optavit* et *violavit* legendum exiſtimat *optarit* et *violarit,* quia de re nondum conſtiterit. At v. not. ad 81. H. Vulpii emendatio H. Voſſio vera viſa, quamquam per illam alienum ſenſum inferri, in promtu eſt. Nam *violarit* et *optarit* indicaret, Tibullum veritum eſſe, ne quis *in poſterum* puellae ſuae amore frueretur. Ea nimirum eſt futuri exacti vis, ut rem non factam notet. Tibull. I, 9, 56. *Et quum furtivo iuvenem laſſaverit uſu, Tecum interpoſita languida veſte cubet.* Et conſtat ſatis, *Illic ſit, quicunque — violarit,* componi ut: *Illic ſit, ſi quis — violarit.* Cf. I, 2, 41. 42. At perfectum *violavit* rem factam notat, et ad tempus referendum eſt praeteritum, quod poſt diſceſſum Tibulli ex urbe exactum erat. Quodſi Iuvenalis I, 158. dixit: *Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur Penſilibus plumis?* de re, puto, facta loquutus eſt, non de maleficio futuro cogitavit. Add. I, 9, 19. 20. — Diſcrimen notum optime illuſtratur duobus Virgilii locis. Is Aen. XI, 591. canit: *Quicunque ſacrum violarit volnere corpus — mihi — det ſanguine poenas.* Verba ſunt Dianae, Camilla cara nondum vulnerata. Eadem, *corpore* Camillae vulnere iam *violato,* haec profatur XI, 848. *Nam quicumque tuum violavit volnere corpus, Morte luet merita.* Quem locum peſſime ad Viger. p. 196. intellexit *Hoogeveen.* Neque verba: *At tu caſta, precor, maneas* cum verbis *violavit amorem* pugnant. *Violaſſe amores* alicuius is dici poteſt, qui fidem amatae labefactare tentavit. Noli enim putare, fidem Deliae tam parvi habitam eſſe Tibullo, ut crediderit, virum aliquem artibus illius

illius amore vere iam potitum esse vel potiturum. — 82. De effectu precum corruptoris cogitare nec lingua nec sensus patitur. Bern. et Ask. *est* pro *sit* —. Ask. *malitias*. W.

85. *positaque lucerna* vel *apposita lucerna* legitima est dicendi ratio. Ovid. Heroid. XIX, 151. *sternuit et lumen; posito nam scribimus illo.* Similis compositio *posito vino* pro apposito in mensa apud eundem Heroid. XIX, 14. Vide igitur apud Iuvenalem Sat. I, 89.

Neque enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulae, posita sed luditur arca.

quam vehementer erraverit Rupertius, scribens *ponere* esse *aufs Spiel setzen.* Non id dicere voluit Iuvenalis, *uno iactu de tota arca contendisse* Romanos, sed arcam ad lusum apportandam curasse, ut pecunia ad ludendum sufficeret; quam interpretationem vel verba contraria *non loculis comitantibus* monstrare poterant. W.

86. *pleno colo* aliquot libb. ex lapsu librarii, non antique dictum, ut recte censet Broukh. (assentitur Forcellinius. W.) *deducat* vel *deducas* Guelf. 2. *pleno* Hamb. *nec* Voss. 3. pro *haec*.

87. *Ac c.*] *At* alii ap. Broukh. H. Ita tria agogr. Vossii (Goth.). Voss. 3. *cura* pro *circa*. Vulpio obloquitur Huschkius, unam enim ancillulam Deliae suffecisse, eamque *unam* dici potuisse *circa* dominam esse. At, credo, fortunam Deliae omnes ignoramus; deinde si Seleucus apud Athenaeum VI. p. 267. C. *ἀμφίπολον* interpretatur *τὴν περὶ τὴν δέσποιναν θεράπαιναν*, inde non sequitur, Latinos dixisse de *una* ministra *esse circa dominam* pro praesto esse ad officia. De pluribus hoc dici constat. Et fac, exemplo aliquando probari hanc dicendi rationem posse, nihil id ad nostrum pertinet locum. Nam si metaphorice dicitur *puella circa aliquam esse*, num etiam adverbiale *circa* ita usurpari potest? Num Latini dicere potuerunt *neo circa dominam?* — Sed ut *puella* ita *virgo* ad modum collectivi positum apud Silium II, 84. *virgine densior ala est.* Ceterum hunc locum 83 — 88. ex Menandri Heautontimorumeno ductum esse, ex Terentio II, 3, 44 — 54. concludit Huschkius. W.

88. *opus*] Scaliger ex suo malebat *onus*. Sed illud h. l. est pensum.

89. *nec quisquam*] Broukh. ex aliquot libris *ne;* in aliis, etiam nostris, *nec quisquam*. H. Idque firmant Hamb. Zwic.

 1. 2.

1. 2. Goth. Explicatur adverbium *ſubito* per adiecta *nec quisquam nuntiet ante*, ut *impune* apud Virg. Aen. III, 628. *Haud* impune *quidem; nec talia paſſus Ulixes.* Add. Tib. I, 5, 67. *Heu! canimus fruſtra, nec verbis victa fatiſcit Ianua.* Altera lectione *ne quisquam,* quam Broukh. et Vulp. habent, oratio mihi poſt *Tunc veniam ſubito* ingrato aſyndeto abrumpi videtur. — Pro *tunc* H. Voſſ. *tum* ex Ask. W.

90. *caelo miſſus* ex θεόπεμπτος. H. *Caelo miſſi* dicuntur non ii ſolum, qui ex improviſo adſunt, ſed etiam qui inſperatum gaudium vel auxilium afferunt. Vid. praeter Vulpium interp. ad Iuven. II, 40., D'Orvill. ad Charit. p. 133., et Forcell. ſub v. *caelum.* — 91. Guarn. *Nunc mihi.* W.

93. *Hoc precor; hunc illum*] *Hoc* Broukh. ex ſuo libro mutabat in *hunc,* quo alludebant alii, et ita iam Statius maluerat; *illum* vero in *utinam*, ſed ſine ulla auctoritate. Vulgatam defendebat Richterus in Specim. Obſſ. crit. Ienae 1713. edito, ex Aen. VII, 255. 272. H. Broukhuſii emendationem firmat Voſſianus 3. H. Voſſius de coniectura dedit *hoc precor*, *hoc! Illum.* Nam vulgatam lectionem ineptiſſimam eſſe, et in Thuan. exſtare *huc illum,* in Voſſiano *huc nobis illum,* in alio *hoc nobis,* omiſſo *illum.* Ita vero languere mihi videtur eadem ſententia *ter* poſita. Si veterum morem dicendi perſpectum habeo, ſolent illi ſententiam aliquam *ſemel* tantum repetere *in aſyndetis,* et repetitam plerumque augere vel ornare. Verbis *Hoc precor*, quae ad 85—92. pertinent hoc ſenſu: hoc habitu et ſtatu ex improviſo offendere Deliam, poterat adiicere: hunc diem fauſtum; quod quidem ornatius elocutus eſt. Ita Virg. Aen. IV, 621. *Haec precor; hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.* Quamquam igitur per ſe Latinum eſt *Hoc precor, hoc* — cf. Ovid. Met. XI, 694. *Hoc erat, hoc* — vulgata tamen ſatis mihi placet. Nam pronomina *hic ille* ita iunguntur, ut *hic* id, quod paulo ante deſcriptum erat, deſignet, *ille* vero praeſtantiam notati. Virg. Aen. VII, 272. *Hunc illum* (Aenean) *poſcere fata reor.* Inde differt quod apud Terentium legitur Andr. I, 1, 99. *Haec illa'ſt miſericordia,* ubi iunges: illa miſericordia eſt haec h. e. ex hac cauſa proficiſcitur; differt etiam Virg. Aen. III, 558. *Nimirum haec illa Charybdis.* — Huſchkius quoque cum Bachio vulgatam praetulit. Ceterum per ſe non ſpernendum, quod Statius e libro veteri profert: *Haec precor*—. Vindob. Goth. et Bern. a manu ſecunda *rubentem* pro *nitentem.* — Zwic. 1. *portat.* — Voſſianus *parte.* W.

ELE-

ELEGIA IV.

1. *umbrofa tecta*] Vulpius quaerit, quomodo nivem arbores, amiffis frondibus, prohibere poffint. Oportet locum effe συνηρεφῆ, qui certe aliqua parte ramorum mutuis vinculis eum tegat. Priori loco *nec* in Ed. Lipf. eft, pro *ne*. H. Guarn. *Hic* pro *fic*. — Vindob. *contingam*. — *tesqua* pro *tecta* reponere aliquando D'Orvillio in mentem venerat, ut memorat Burmannus Anthol. Lat. T. 2. p. 560. — Zwic. 1. *nec*. — Voff. 3. *tibi* pro *certe*. W.

4. *nec t. c. c.*] duo Broukh. H. Recentiffimo editori, ne quis duas pentametri partes ita mutare poffet, *Non tibi culta coma eft, non tibi barba nitet,* copulam *eft* delere placuit. Sed primum in pentametris ita compofitis, ut partes transferri poffint, quid vituperandum fit, me quidem, leges metri fpectantem, fugit; deinde, quo minus verbum fubftantivum temere h. l. de coniectura tollatur, metrices praecepta obftant. Hermannus enim de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 17. notavit: *Aegre in fine pentametri elegiacos Latinorum verba collocaffe, quorum ultima fyllaba produci nullo pacto poffet.* Quam quidem regulam quamquam in his locis non eft fecutus Tibullus I, 1, 24. 34. 2, 38. 3, 92. 5, 24. 66. 8, 48. 10, 34. II, 1, 90. III, 5, 16. IV, 13, 10. — I, 4, 20. II, 2, 14. 5, 80. III, 3, 2. 4, 64. 76. 6, 46. III, 3, 10. 4, 10. — I, 1, 72. II, 1, 8. I, 5, 62. 10, 14. II, 1, 66. I, 10, 66. II, 6, 34. — I, 5, 42. 9, 78. 9, 14. III, 4, 28. I, 9, 18. III, 4, 82. IV, 11, 6. III, 1, 28. 4, 38. 5, 6. 6, 30. I, 4, 84. III, 2, 24. IV, 10, 4.; non tamen, ubi vocalem brevem in verfu extremo adiecta *copula* idem produxit, alia per coniecturam ei obtrudenda exempla effe cenfeo. Idem tamen editor contra illam Hermanni, naturae confentaneam, legem et librorum omnium auctoritatem I, 10, 4. *via eft,* et II, 6, 10. *tuba eft,* add. I, 1, 34. copulam fini pentametri fubtrahere aufus eft. Et mirum II, 6, 44. *ipfa puella bona eft* eius manum effugiffe. Cave hanc regulam transferas in brevem vocalem, in quam hexameter exit. Nam ultimae hexametri fyllabae non eft arfis. Neque illam ultimae fyllabae pentametrorum adhibebis, cuius vocalem brevem confonans claudit. Nam confonans efficit, ut verfus plenius exeat, ita ut brevis fyllaba longam aequet. Ceterum nec alibi copula fine iufta ratione aut auctoritate delenda eft,

 neque

neque opinandum, poetas Latinos hoc in genere uni omnes ſe adſtrinxiſſe normae. Nam Horatius in ſermonibus minus ſibi indulget, quam Virgilius in Aeneide. Catullus vero quam raro copulam omiſerit, vix credes. Unde viro docto in Obſſ. Crit. illam apud Catull. XIII, 10. delenti neutiquam aſſenſerim. — De copula brevi vocali ultimae ſyllabae pentametri non ſubtrahenda intelligenter diſſeruit Goerenzius Tent. crit. p. 6. — Vindob. *culpa* pro *culta*. — Goth. *coma haec eſt* (a. m.). — Zwic. 2. *formoſa*, ſed ab alia manu correctum. W.

5. *hibernae — frigora brumae*] Reg. Ed. Rom. cum aliis *tempora*. H. Goth. *in* pro *et* (a. V.). — Ask. *tempora* in marg. *ut frigora*. Verſu ſequenti παρήχησις ſyllabarum *ca Ca* et tenuitas epitheti H. Voſſium movit, ut *ſaeva* de coniectura reciperet. De hoc aurium iudicio vid. Obſſ. ad I, 3, 21. Cf. IV, 2, 16. IV, 4, 1. W.

7. *ruſtica proles*] Reg. cum Corvin. et tribus apud Broukh. *pubes*. Sed hoc eſt collectivum, et huc venit ex El. 1, 23. Contra inf. El. 7, 27. pro *pubes* duo libri *proles* exhibent. Porro multi cum Zwic. 1. 2. Hamb. Corv. et Edit. Lipſ. Ald. II. et Muret. *reſpondit*; Rom. Ed. etiam, cum aliis ap. Broukh., *cum* pro *tum*. Fortior oratio in ſimili loco Martialis VI, 10, 11.

Sic ego; ſic breviter poſita mihi Gorgone Pallas.

Et vero Muretus etiam h. l. *ſic* in quibusdam legi tradit. H. Et hanc lectionem H. Voſſius, comparato Ovidio Faſt. III, 171. 312., ut genuinam recepit, atque in pentametro pro *ſic mihi ſalce* de coniectura *ſalce minante* intulit, *minante* tamen Tibullo non ſatis dignum eſſe faſſus. Displicebat ei vocabulum *ſic* in pentametrum ita translatum, nec pronomine *mihi* opus eſſe videbatur. Sed primum *mihi*, cum *ego* praecederet, commode abeſſe non poſſe, oſtendere poterant loca duo Mart. VI, 10, 11. et Ovid. Faſt. III, 171. deinde particulae *ſic* ob poſituram in initio alterius partis pentametri ſingularis ineſt vis, ut relativo *cui* I, 6, 32. 40. II, 1, 78. IV, 6, 6. *qui* I, 9, 24. *quod* I, 10, 6. *qua* II, 5, 96. *quam* IV, 5, 16. particulae *quum* I, 10, 8. 16. II, 5, 14. *dum* I, 3, 56. et Ovid. Am. I, 2, 14. *ſi* IV, 11, 4. De particula *ſed* vid. Obſſ. ad III, 5, 28. — Adde ſimilem poſituram verborum *tum — ſic* ap. Virg. Aen. XI, 120 — 24.

Dixe-

Dixerat Aeneas: olli obſtupuere ſilentes.
Tum ſenior ſemperque odiis et crimine Drances
Infenſus iuveni Turno ſic *ore viciſſim*
Orſa refert.

Denique coniunctione particularum *tum — ſic* hac ſententiarum iunctura invitus careo; quippe quae ibi fere legitima. cf. Virg. Aen. IV, 114. Ovid. Faſt. I, 255. — Variatur alibi et ſumitur *et — ſic* Virg. Aen. I, 325. *Sic Venus, et Veneris contra ſic filius orſus,* vel *ſic deinde* Virg. Aen. XII, 195. *Sic prior Aeneas, ſequitur ſic deinde Latinus.* Vulgata igitur vera. Varietas tamen *quum* pro *tum* non adeo ſpernenda, ut aliis videtur. Ovidius enim Metam. IX, 1. *Quae gemitus truncaeque deo Neptunius heros Cauſa rogat frontis;* cum ſic *Calydonius amnis Coepit.* — Monac. *Hic ego; tum —.* Guarn. Hamb. et Zwic. 1. 2. *ſit* pro *ſic.* — Goth. *falsce* (a. m.). W.

8. Verſus in nonnullis Mureti deerat; etſi, quos ille veteres viderit, non conſtat. H. Mureti iudicium: „neque ego ſane, eum Tibulli eſſe, praeſtare auſim." improbarunt Scaliger et H. Voſſius. W.

9. *te credere turbae*] Rom. Ed. *tradere* cum aliis ap. Broukh. et Guelf. 1. 4.; permutatio crebra: vid. Burmann. ad Ovid. II. Met. 378. H. In Zwic. 2. ſuperſc. *tradere.* — v. 10. Cod. Bern. *non* mutatum in *nam.* vid. Obſſ. ad I, 9, 46. — *cauſam amoris habent* notat iis ineſt cauſa, cur amentur. Similiter Graeci uſurparunt ἔχειν. Sophoclis pulchra ſententia hinc explicanda Electr. 467. τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον ἐρίζειν, *iuſtum non habet cauſam diſceptandi.* Ibidem 351. οὐ ταῦτα πρὸς κακοῖσι δειλίαν ἔχει; *Nonne huic agendi rationi — timiditas ineſt?* W.

11. *anguſtis quod equum compeſcit habenis*] Reg. *armatis,* voluit nempe *artatis* vel *arctatis* h. adductis. Sic IV, 1, 91.

Aut quis equum celerem artato compeſcere freno. H.

Voſſ. 3. *qui* pro *quod,* et Goth. (a. V.) — v. 12. H. Voſſius offenſus ſono verborum *Hic placet an — Hic placidam,* corruptionem ex initio ſuperioris verſus ortam ſtatuens, pro *placidam,* maris et fluminum epitheto ſolemni, *facilem* de coniectura repoſuit; quod hoc ſenſu III, 5, 30. et ap. Prop. I, 11, 12. legitur. Voſſii ratio non ſufficit; et epitheton *placidam,* ſi puerum niveo pectore nantem cogitabis, aptiſſimum tibi videbitur. W.

13. *Hic*

13. *Hic, quia f. adeſt audacia, cepit*] Rom. Ed. cum aliis, Guelf. 1. 4. *huic*, fortaſſe verius: *Huic quia fortis adeſt audacia, cepit;* certe venuſtius; quo ſpectant alii, v. c. Ed. Reg. Lep. et Lipſ. cum Corvin. et Vindob. in quibus *hunc*. Similis poſitus eſt, ac ap. Ovid. II. Am. 4, 25.

Haec quia dulce canit flectitque facillima vocem,
Oſcula cantanti rapta dediſſe velim. H.

Heynii iudicium cum Voſſio ſecutus ſcripturam *huic* recepi, a librariis, qui pronomen ad verbum *cepit* referri malebant, mutatam. Me etiam contrariorum ratio *Huic — illi* movit. Nam ſi antitheton alterum protaſin et apodoſin complectitur, et notio aliqua ad utramque pertinet, ad protaſin illa plerumque ita adiungitur, ut coniunctionibus *ſi, quia, quum,* aliis, praeponatur. Liv. IV, 3. *Ex peregrinone patricius, deinde conſul fiat: civis Romanus ſi ſit ex plebe, praeciſa conſulatus ſpes erit?* Add. XXI, 41. *peditum agmen quia* et cet. — Goth. *qua* pro *quia*, *et* pro *at* (a. V.). W.

14. *ſtat pudor ante genas*] ineſt genis; alioqui poteſt *Pudor* ſcribi, qui ante genas ſtat, tanquam qui tueatur, qui in iis excubet. H. Confer locum Iuvenalis, Senatores, Domitiano domino, ita depingentis IV, 74.

In quorum facie *miſerae magnaeque* ſedebat
Pallor amicitiae.

ubi *ſedere* perpetuitatem palloris notat. — Zwic. 1. 2. *ſtet.* W.

15. *negarit*] Broukh. repoſuit ex emendatione Heinſii; ubique vulgo, *negabit.* paullo ante in aliis: *Sed ne te capiant.* Concinniorem ordinem Broukh. reduxit ex Sfort. et Thuaneo. H. Eum dant tres Voſſ. Ask. et Hamb. — Zwic. 1. 2. Goth. Guarn. *ne te — negabit* — — Ask. Voſſ. 1. 2., et Guarn. firmant Heinſii coniecturam *negarit.* Adde ſimilem locum Horatii Sat. II, 5, 24.

neu, ſi *vafer unus et alter*
Inſidiatorem praeroſo fugerit *hamo,*
Aut ſpem deponas *aut artem illuſus* omittas.

Hamb. *recuſet.* Corv. male iunxit: *Sed — capiant: primo — negabit taedia, paulatim.* Zwic. 1. *ſubiuga.* W.

20. Voſſ. 1. *certae vitae.* — 21. Voſſ. 3. *vitare.* Goth. *timent* (a. m.). W.

22. *per freta ſumma*] non placebat Broukh.; itaque ex uno, ſed antiquo, codice repoſuerat *per freta longa.* Verum

rum Vulpius *freta summa* defendebat; levitatem enim illorum periuriorum bene ita notari. Quae enim levia ſunt, non deprimuntur, ſed in ſuperficie feruntur, et *dorſum maris radunt ſummisque fluctibus tonſis emicant*, ut Minucius Felix loquitur in eleganti loco Octav. c. 3. Haec omnia arguta magis, quam vera ſunt. Sed *ſumma* poëticus ornatus eſt, a natura rei petitus, quatenus ventus ſummum mare, h. e. ſuperficiem, verrere ac criſpare ſolet. Eleganter igitur dictum eſt. *Longa* vero in illo libro eſſe, nihil mirum, cum ſaepe haec duo verba permutentur. Sic apud Ovid. Epiſt. 5, 20. *per iuga ſumma.* Heinſ. ex aliis repoſuit *longa.* vide et III. Met. 195. *et loca ſumma* Guelf. 2. H. *Longa freta*, h. e. freta longinqua, in duobus Voſſianis et Bern. a manu ſec. repertum reduxit H. Voſſius, quem ſecutus ſum. Sententia enim hoc epitheto adiuvatur. – Comparat Heynius in Not. man. Apoll. Rhod. I, 1334. ἀλλ᾽ ἀνέμοισιν Δώομεν ἀμπλακίην. Sed hoc eſt *oblivioni tradamus.* cf. Mitſch. ad Horat. Od. I, 26, 1. — Goth. *ſumma freta* (a. m.). W.

23. *pater ipſe*] Heinſii auctoritatem ſecutus reſcripſerat Broukh. *pater ille,* quia optimus quisque auctor ita locutus eſt, ut multis docet ad h. l., cum ea, quae ab Heinſio copioſe ad Aen. VII, 110. notata ſunt, intercidiſſe putaret. Vulpius h. l. exempla pro vulgata affert, ſed ea maximam partem ab Heinſio l. l. corriguntur. cf. Drakenb. ad Liv. I, 24. Burmann. ad Sulpiciae Carm. v. 12. Dubito tamen, an eiusmodi elegantia ubique intrudenda ſit, praeſertim ubi nulla lectionis varietas eo ducit, et nec ſententia loci nec ſuavitas quidquam inde lucratur, ut h. l. cf. inf. IV, 2, 2. H. Cum *ipſe* emphaſin addat verbis *pater vetuit valere,* atque notet, *ſummum deum* illud *vetuiſſe,* haud a me impetrare potui, ut H. Voſſium ſequerer, qui ex cod. Voſſ. 2. *ille,* alteram lectionem ſenſu apto carere iudicans, contextui dedit. — *valere* eſt rata eſſe, ſervari. Ovid. in Ibin 245. *promiſſa valent.* W.

24. *Iuraſſet cupide quicquid ineptus amor*] *cupidae* Guelf. 2. — *cupide* h. calide exprimit ſtudium et contentionem amatoris. Sed cur *ineptus?* an, quod ea iurat, quae neque ſervare poſtmodo poſſit, neque velit? an fortaſſe ſimpliciter ſtultus? Sed v. Notam. Nolim enim indulgere coniecturae, fuiſſe olim *inultus*, n. quia iſta periuria non vindicantur; quanquam duo iſta permutantur, ut inf. I, 6, 48. *inulta* et *nepta.* H. Coniecturam Heynii *inultus* Santenio B. C. p. 62. probabilem viſam improbavit Nagelius in Act. Soc. Trai.

Traj. Vol. 4. p. 256 — 58. *amorem* ab effectu *ineptum* dici ſtatuens, h. e. homines ſtultos efficientem; quem effectum multis ille locis comprobavit. Mitſcherlichius ad Horat. T. I. p. 426. vulgatam praefert. Me iudice, poeta ſatis dignum eſt, ea tribui amori, quae amanti conveniunt; neque opus Nagelii interpretatione. Male ſeduli verba *ineptus amor* componunt cum Catulli loco Carm. 8. *Miſer Catulle, deſinas ineptire.* W.

25. *ſinet*] Broukh. ex uno; vulgo, *ſinit*, quod ſervatum malim, et nunc revocavi. H. Lectioni *ſinit*, quam Goth. Hamb. Zwic. 1. 2. Corv. dant, alteram *ſinet* ex Voſſ. 1. 5. Ask. et Monac. praetuli, quippe cum, ſententia futuro enuntiata, iucundior temporum varietas orationi 21 — 26. reddatur, et praecipienti uſus futuri conveniat. Senſus: *Et*, immo, deae ſeveriſſimae periuria numinum ſuorum non punient. Cave ne verba *perque — perque* contraria putes. Nonnulla apogr. *Diana* vel *Dictina*. Goth. *Dyana* (a. m.). W.

26. *crines perque Minerva ſuos*] Comam in Minerva non inepte laudari, in nota docui. Sufficeret unum exemplum Ἀθηναίης ἠϋκόμοιο ex Homero Il. Z, 92. Manet alterum, poſt *ſagittas* Dianae exſpectari poſſe ſimile quid ex armis Minervae; de quibus ſi circumſpexeris, habes *haſtam*, *galeam*, *ſcutum*, unde coniecturae duci poſſunt, uti *clipeos* coni. Santenius Biblioth. crit. T. III. p. 73 — 77. magis tamen per luſum ingenioſum, quam ex re et veritate. H. Mitſcherlichius Tent. Crit. p. 4. 5., exſpectandam cum Santenio iudicans Minervam armis inſignitam, iisdemque periurium ulturam, *criſtas* legendum putat. Sed praeterquam quod nusquam memoratum legi, Minervam *criſta* vel *clipeo* periurum aliquem vel ſceleſtum puniviſſe, *pulchritudo* comae Minervae probatur Callimachi quoque loco in Lav. Pall. 31.

Οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσεον, ὡς ἀπὸ χαίταν
Πέξηται, λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον.

Et optime vulgatam lectionem *Heinrich* ad Scut. Hercul. 216. p. 170. defendit. W.

27. *At ſi tardus eris*] pergit Priapus tradere praecepta ſua; tanto autem opportunius hoc, quod ſequitur, cum flos aetatis tam cito depereat. Sed Scaliger ex alia perſona, nempe amantis, dici putabat ad puerum, et eſſe μίμησιν; propterea legit: *Ah! ſi t.*

ib. *tranſiit aetas Quam cito!*] ita Broukh. ex tribus libris reſcripſit, cum in libris ſcriptis et editis, etiam in Vul-

pii

pii editione, legatur *transiet*, quod antique dictum volunt pro *transibit*. Sed vix hoc tam culto Poëta eaque aetate, qua vixit, dignum; quae vero ad illud tuendum tum alii, tum Vulpius afferunt, ex inquinata recentiorum, inprimis Afrorum, dicendi ratione petita ſunt. Quid tandem Vir ille Cl. cum Plauti Epid. I, 1, 84. *depoliet*, ac ſi pro *depolibit* ſit dictum, ſibi velit, non aſſequor. At *transiit* pro *transit* elegante et poëtis ſollenni enallage dictum, nec quidquam ad temporum fugam et aetatis h. ἥβης brevitatem tempore hoc praeterito accommodatius; etſi hoc omnino aoriſtum tempus eſt. Simili modo *mollibit* olim edebant apud Horat. III. Carm. 23, 19., ubi nunc *mollivit*. H. Quamquam Tibullus infra 48. formam *atteruiſſe* non reſpuit, exemplaque futuri *ibo, ibis, ibit* in compoſitis in *iam, ies, iet* mutati exſtant, quae in voce *eo* collegit Forcellinius, ea tamen loca omnia dubiae lectionis eſſe, et cum conſuetudine probata pugnare, idem recte iudicavit. Accedit etiam auctoritas quatuor Voſſianorum et Bernatis, in quibus eſt *transiit*. Et uſus perfecti accommodatiſſimus more hanc ſententiam Teutonice eloquendi firmatur. At in Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. Corv. *transiet*. W.

28. *ſtat remeatve dies*] In uno Colot. *it*, quod ex vitio ſcripturae ortum, niſi fortaſſe erat adſcriptum, ut explicaretur *non ſtat*. Si tamen ſequi hoc malis, antiqua etiam interpunctio ſervanda erit: *Transiit aetas. Quam cito non ſegnis it remeatque dies!* (Ita Corv. dedit. W.) Tunc *remeare* eſt *iterum ire*. *Non ſegnis*, ut I, 8, 48. *non tardo pede*. Porro *remanetque* Bodlei. *ve* ſecundum Heinſium repoſuit Broukh. pro *que*. H. Voſſ. 4. *remeatve*. Ceter. apogr. *que*. — Voſſ. 5. *ne ſegnis*. Vindob. *nec ſ*. W.

30. *populus alba*] perpetuum populi epitheton; itaque h. l. praetuli cum Broukhuſio et Heinſio Adverſ. II, 12. praecipue quia hic coloris nomen convenientius videtur, quam altitudinis et menſurae. v. Horat. II. Carm. 3, 9. Et tuetur id pars codd., in his Guelf. 1. Voſſ. 3. Vindob. Bern. et edd. vet. ut Ven. 1491. In aliis, etiam Regio et Corvin. (Add. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. pluraque V. apogr. W.) eſt *alta*, quod Vulpius praetulit. Hoc etiam Edd. ante Broukh. pleraeque habebant inde a vett. et Aldinis c. Mureto. Scaliger in uno invenerat *ante*, quod ita accipiebat cum Paſſeratio, ut *ante comae* eſſent αἱ πρὶν κόμαι, hornotina folia, cuius formae exempla congeſſit Lamp. Alardus Epiphyll. philol. c. 10. Sed ex obſcurata ſcriptura et hoc natum videtur; nec pla-

placet Tibulli nitori iſtam robiginem affricare. H. Ex Voſſ. 5. praetulit H. Voſſius *disperdit*, ut verbum gravius et exquiſitius, comparans Lucret. II, 831. *color disperditur omnis.* Obſtat codicum auctoritas, neque ego vero illas virtutes in hoc verbo inuſitato reperire potui. W.

32. *Qui prior Eleo eſt carcere miſſus equus*] Broukh. rogat: *quomodo hic prior dici potuerit, qui cum aliis aliquot centenis cucurrerit, quum prior non niſi de duobus dicatur.* Scilicet accepit ille *prior*, ut ſit priore loco vel tempore; itaque hoc monere voluit: illud *prior* non bene convenire verbis *carcere mitti.* Nemo enim hic vel prior vel ſerior eſt, ſed aequato paſſu proſiliunt equi. At in curſu eſſe poteſt alius prior, attingere metam prior vel primus, ut Horat. Art. 84. *equus certamine primus.* Heinſius iam coniecerat: *Victor ab Eleo carcere miſſus equus,* meo iudicio non male; et *ab* facile excidere potuit. Sic in ſimili loco Sulpiciae v. 26.

Deinde velut ſtadio victor qui ſolus Achaeo
Languet, et immota ſecum virtute quieſcit.

ubi legendum eſt: *ignota — virtute* h. ignobilis; fortaſſe etiam pro *ſecum* ponendum *ſegnis.* Virgil. Aen. VII, 655.

Poſt hos inſignem palma per gramina currum
Victoresque oſtentat equos.

Broukh. illam Heinſianam emendationem longius abire putabat, ipſe refingens: *Qui prius;* ſed neſcio, cur *prior* non poſſit pro *prius* poſitum accipi, ut ſaepe adiectiva pro adverbiis. Vulpius *prior* retinuit, et exponit *praeſtantiſſimum, excellentiſſimum;* id quod tamen paullo durius eſt, ſic nude poſitum ad ſignificandum eum, qui prior, ſuperior eſt ceteris curſu. *prior* enim eo ſignificatu poſitum aliquid adiectum fere habet, ut ex ipſis laudatis ab eo exemplis apparet. *prior* igitur, ſi tenendum illud eſt, malim prius, ante, exponere. Poſſit tamen legi: *Firmior, Acrior,* aut, quod praeferam, *Acer ab Eleo carcere miſſus equus,* omiſſo *eſt,* quod a quibusdam abeſt. Ita *acrior* et *infirma ſenecta* ſibi reſpondent. Ovid. Met. VII, 542.

Acer equus quondam magnaeque in pulvere famae
Degenerat palmas.

II. ex P. 11, 21.

Acer et ad palmae per ſe curſurus honorem,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

V. Triſt.

V. Trift. 9, 29.

Utque fores nondum referati carceris acer
Nunc pede, nunc ipfa fronte laceffit equus.

cf. III. Met. 704. *Acer* etiam bene de iuvenili vigore. Ovid. III. Met. 540.

— vosne, acrior aetas,
O! iuvenes, propiorque meae.

Tamen vel fic nunc, fi de elegantia carminis quaeritur, praefero Heinfianam lectionem: *Victor ab E.* Eft enim hoc perpetuum, *victor equus.* v. Virgil. Ge. III, 499. Ovid. Trift. IV, 10, 95.

Poftque meos ortus Pifaea victor oliva
Abstulerat decies praemia victor equus.

Sed dubitatio fupereft illa: an a poëta hoc loco id, quod elegantius eft, profectum fit. Potuit autem paullo negligentior in fingendo verfu effe. Similis ieiunitas in Ciri v. 33. *Qui prius* h. antea. Dubitavi aliquando, an omnino verficulus hic Tibulli effet, nec potius, cum in libris excidiffet, ex Ovidiano illo fuppletus:

Ut celer Eleo carcere miffus equus.

Epift. XVIII, 166. H. Nondum vidi exemplum ufus vocabuli *prior* pro *prius;* et affirmare, *adiectivum* pro *adverbio* in fententia aliqua pofitum effe, eft dicere: legitime ibi adverbium ufurpari. Tum vero neceffe eft, *adiectivum* etiam fenfum praebeat rationis regulis confentaneum. Si quis igitur *prior miffus* dicitur, neceffe eft haec ita intelligas: *prior aliis.* Idque recte improbavit Broukhufius reponens *prius,* quod iam in Voff. 1. 3. comparet. Difficultates interpretationis Vulpianae H. Voffius non fuftulit. Nam intelligenter Heynius monuerat, deeffe, quo *prior* referatur, neque exftare exempla comparativi *prior* abfolute pro praeftantior pofiti. Neque illa Voffius attulit, aut Slothouwer in Act. Soc. Trai. T. III. p. 147. — Usque dum igitur hic ufus comprobatus fuerit, ipfe *prius* praefero, lectionem fententiae accommodatiffimam. Notio praeftantiae equi fatis ineft adiecto *qui Eleo carcere eft miffus.* — Voff. 5. dat *primus.* — Copulam *eft,* quae in Voff. 2. et Monac. deeft, et ab H. Voffio deleta eft, cum Heynio abeffe velim. Sine ratione iufta repugnat Hufchkius p. 16. Mirum, Slothouwerum *fuit* poftulare. — Hamb. et Goth.

Goth. *facta,* quod Voſſius annotare neglexit. — Goth. *oleo* (a. m.). W.

33. *Vidi ego iam*] *ego* Broukh. ex quibusdam inſeruit; etiam a noſtris abeſt. *iam* vel pro modo, vel, *iam vidi.* Remotius eſſet: *iam praeteriiſſe.* (*iam iuvenis* iungi poſſe, ut apud Iuv. III, 206. *iam vetus ciſta,* cf. Tib. I, 4, 38., noli dubitare, ſed tum neceſſe eſt *iuvenis* appoſitio ſit. Latinum eſt: vidi Caeſarem iam iuvenem, non vero *vidi iam iuvenem.* Deinde compoſitio illa ſtatum rei, qualis hoc tempore eſt, non qualis fuit, ſignificat. Vellem Vulpius *iam* pro *modo, antea* uſurpatum eſſe demonſtraſſet, vel Forcellinius, qui ſub v. *iam* Vulpium eſt ſecutus. — apogr. unum *quom.* — *ego* deeſt in Goth. Hamb. et Guarn. W.) *premeret quem* Corvin. eleganter. (Lectio *quem* quo modo grammaticae conveniat, non perſpicio. Nam tum non eſt, unde modus verbi *premeret* pendeat. Accedit quod vulgata vere elegans. Verba enim *urgere, premere, inſtare,* omiſſo caſu, quem regunt, exquiſite ponuntur. Hamb. *merrentem* (a. m.). W.) Deinde in uno *ſegnior aetas.* Color orationis ſimilis in Nemeſian. IV, 33.

Ver erat, et vitulos vidi ſub matribus iſtos,
Qui nunc pro nivea coiere in cornua vacca etc.

34. *ſtultos — dies*] Minus bene Ed. Rom. cum Ven. 1487. habet: *tardos — dies,* quos Paſſeratius mutabat in *tacitos.* In Exc. Pocchi fuit *celeres;* et hic eſt fortaſſe liber, in quo ita legi narraverant Statio; ſed eſt illud ab interpolatore. Ne vero quis emendet: *ſtulto* ſc. ſibi, adeat notam.

35. *exuit*] Broukh. e duobus: *exuat,* ſigno interrogationis poſt *annos* poſito, et poſt *moram;* quod ſane eſt elegantius, minus tamen commodum. H. Quum Voſſianus etiam antiquiſſimus daret *exuat,* ut interrogatio indignationem notaret, Broukhuſii rationem amplexus eſt H. Voſſius. Ad indignationem pronuntiandam uſurpatur interrogatio; hoc argumentis non eget; ſed coniunctivus in interrogatione eſt improbantis, diſſuadentis, velut in exemplo: *Huic cedamus?* Atqui poeta non id improbat, quod ſerpens *pellem nitidam* reſumit, ſed quod, cum ſerpenti illud contingat, homini *formam* diutius retinere non liceat. Et ſi *exuat* ſcribitur, exſpectabis et *dederint;* nam ſunt antitheta. Accedit quod dolorem his verſibus exponit Albius, non indignationem. Hamb. *annus,* ſuperſc. *o.* W.

36. *non*

36. *non ullam — moram*] Sic et Reg.; et praetulit Broukh. Alii: *non illam*, quod nescio quam vim prae altero habet. Sic et Guelf. 1. 4. H. Zwic. 2. *ullam*, 1. *illam*, sed alia m. in *ullam* mutatum. Aldinae cum Mur. *ullam*, quod cum H. Vossio dedi. Scriptura enim *illam*, quod in Hamb. et Guarn. est, poetam serpentium naturam homini optare, significaretur. — Hamb. *formam*. W.

38. *Nam decet intonsus crinis utrumque deum*] Caussam videntur haec reddere, cur Bacchus Phoebusque perpetuo inventutis flore gaudeant, nempe quod eos deceat suus crinis prolixus. Quod cum non recte collectum sit, Broukhusius reposuit: *Tam d.* quod iam in Voss. 2. repertum, hac mente: Apollinem et Bacchum coma esse tam decora, ut deorum omnium soli hoc ipso crinium beneficio semper sint ephebi. Sed id ipsum contortum est, et languet. Vulpius, ut iam Cyllenius fecerat, vulgatam ita explicat: colligere poëtam, Phoebum et Liberum semper esse iuvenes, quod eorum simulacra promissa fingantur coma, tonsi autem capilli eos nullo pacto deceant. Ita non est urgendum illud *decet*, quod pro substantivo verbo *est* ponitur. Signum nempe, unde appareat, eos semper iuvenes esse, intonsi crines sunt. Iacet tamen hoc non minus, quam illud superius. Necdum tamen vidi, quod omni ex parte probarem: v. c. *Hinc decet. En decet. Quam decet!* Praestaret simplex copula: *Et*, ut sit: *Et decet*, et ornat adeo utrumque deum capillus iuvenilis promissus. Ceterum *iuventas* in sup. versu Regius recte cum aliis apud Broukh.; reliqui: *iuventa*. Corvin. *iuventus*. cf. Heins. ad Ovid. IV. Met. 17. Virg. V. Aen. 398. H. *iuventa* Guelf. 1. 4. et Voss. 5., superscr. *iuventus*, cum Aldinis et Zwic. 1. — sed *iuventas* in Zwic. 2. et Mur. — *iuventus* Goth. et Hamb. — Ordo *Baccho Phoeboque*, quem dant Zwic. 1. 2. Goth. Guarn. aliique apud Broukh., H. Vossio verior visus est; nam filium patris prius recordari. Cui argumento non multum tribuo. — 38. Lenzius in Ephem. Heidelb. Iahr. II. p. 183. tentat (Nam decet) *intonsus crinis utrique deo*, comparans Apoll. Rhod. II, 708. *αἰεί τοι, ἄναξ, ἄτμητοι ἔθειραι, Αἰὲν ἀδήλητοι· τὼς γὰρ θέμις*. H. Vossius *quam decet*, quod et Schradero placuit, recepit, Plautum afferens Mil. I, 1, 64. *Pulcer est mihi et liberalis visus. Caesaries quam decet!* Sed locus Plautinus dicendi rationem, de qua nemo ambiget, non sententiarum iuncturam eandem offert. Et sensus, qui vulgatae inest, languidus: nam iuventute (quae *intonso crine* significatur) insi-

gnes

gnes confpiciuntur, illa correctione, fi fententiarum connexionem expendas, non multum emendatus videbitur. Nam de *perpetuitate formae* agit poeta. Pronior effem ad coniecturam *et* recipiendam, ut Heinfius ad Ovid. Amor. I, 1, 11. p. 326. locum laudavit, vel *ac decet,* nifi loca fimilia, ut II, 3, 35. 36. II, 1, 57. 58. me retinerent; quae, cum te non delectent, cave ideo fpuria iudices aut in corruptelae fufcipionem voces. Hufchkius in Ep. Crit. p. 106. iudicat: vulgata bene fe habere videtur, licet veram eius explicationem afferre non poffim. cf. Apoll. Rh. II, 708. W.

39. 40. Retraxerat hos verfus Scaliger fupra ante vf. nonum: at h. l. vix iis carere poffumus, et *Neu c.* manifefte orationem continuat. (Nam nemo veterum praeceptum aliquod vel orationem a particula *neu* eft exorfus. Eft ubi *neu* in principio periodi ponatur, fed ita ut *neu* pro *et ne* ufurpetur, et caufa fequatur, unde *neu* pendeat. Ovid. Met. II, 482. *Neve preces animos et verba potentia flectant, Poffe loqui eripitur.* Met. I, 151. *Neve foret terris fecurior arduus aether, Affectaffe ferunt regnum coelefte Gigantas.* Iunges igitur verba *neu comes ire neges* cum fuperioribus *Tu — cedas*, ita ut, quod in univerfum 39. 40. praeceptum eft, *obfequium in amatum,* tum 41 fqq. per partes explicet Tibullus, fubiiciens quae non negligenda nec recufanda fint. In qua fententiarum connexione *neu* proprie pofitum effe neque interpofita *obfequio—amor* iuncturam turbare notabis, cf. I, 10, 15—17. Nec abfimilis eft locus I, 8, 47—49. *At tu—utere—Neu torque.* Nam admonitio amore mature fruendi illud etiam includit, ne Marathum torqueret Pholoe. Ubique diftinctione rem monftravi. W.) Deficit autem particula, quae in pedeftri fermone negligi non poffet: *Tu* porro *cedas in omnibus puero.* Guelf. 2. *licebit, Credas—vincet.* H. In apogr. Voffii aberrationes exftant: *tum—licebit* (Goth. Hamb.) — *credas* (Guarn. Goth. Ald. I.) — *obfequia — vincet.* — 42. Hamb. dat miram fcripturam *aeftiva — fiti.* Goth. *torveat.* Ad conftructionem verborum *Neu comes ire neges* compara Virg. Aen. II, 704. *nec, nate, tibi comes ire recufo.* W.

43. *picea ferrugine*] Hanc lectionem, quae eft in quatuor Heinfianis, Bern. Vindob. et Zwic. 1. 2. et in Edit. prima, recepit Vulpius. Vulgatam, *picta,* tuetur Broukh., ut colores illi in arcu caelefti confufi exprimantur; at recte Vulpius monet, non magis ferruginem, quam purpuram

ram aut alium colorem pictum vocari posse; sed caelum pictum esse ferrugine dicitur. In uno Broukh. erat *nigra*; interpretamentum vocis *picea*. Sic Ovid. XV. Met. 789. *ferruginem atram*, et Virg. I. Georg. 467. *obscuram* dixit. (De *ferrugine*, quod *nigrorem* notat, H. Vossius ad Ge. I. p. 189. accuratius, quam Goethius in doctrina colorum T. 2. p. 54 – 59. disputavit. — Vindob. *praetexta*. W.) Similis dubitatio est in Horat. II, 5, 10.

— iam tibi lividos
Distinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.

ubi *Autumnum varium colore purpureo* recte dici negat Bentl. Sed potest ibi iungi: *Autumnus varius distinguet racemos lividos colore purpureo.*

44. *venturam admittat imbrifer arcus aquam*] *admittat* est incitet, impellat, ut *admittere equum*, quia, iride conspecta, largi imbres non magno post intervallo cadere solent. Ita malim cum Scaligero interpretari, qui ex Ovid. Am. I, 8, 50. comparavit: *ut celer admissis labitur amnis aquis*, quam cum aliis ita accipere, ut *portendere* sit. Longe enim alia ratio est, si aves *admittere* seu addicere dicuntur, quam si *iris*. Ex posteriore tamen interpretatione varians lectio profecta est, alterius glossema: *annuntiet*. Guelf. 1. in litura habet, *annutet* 2. *annutiat* cum illo in margine. In quibusdam (Guarn.) invenitur *amiciat*, quod Scaliger, modo *amiiciat* scriberetur, praeferebat; sed haud dubie natum est ex scriptura: *ammittat*. *Admittere* alii accepere sursum attrahere, ut sit ex vulgari veterum opinione dictum: Ovid. I. Met. 271. *Concipit Iris aquas*. v. Passerat. ad Propert. p. 430. D. Cerda ad Ge. I, 380. et cf. Vulp. h. l.; sed dubito de isto verbi usu. Pro *imbrifer arcus* in quibusdam est *nubifer*, unde Heinsius faciebat: *nimbifer*, eleganter; hocque est in marg. Guelf. 2. In Edit. Bas. *hymbrifer Arcas*. H. Cum in fine prioris partis pentametri syllaba anceps esse nequeat, nisi forte ubi sensus terminetur, quod H. Vossius ad h. l. et ad I, 6, 66. p. 219. observat, *nimbifer* cum eo recepi. Ceterum *admittat* dant novem apogr. H. Vossii, et Zwic. 1. — alter *admittit*. Goth. *imber*. — 45. Zwic. 2. *velit*. W.

47. *duros subiisse labores*] ita iam edd. Aldinae cum ceteris; idque Scaliger retraxit, cum in Ald. tertiam Ven. 1558. a Mureto, nec monente, illatum esset. in vulgg. Edd. *duro*

duro — labori, quae ſollennis eſt varietas, ſaepius ad Virgilium notata. Unus Pal. *obiiſſe.*

48. *aut opere inſuetas atteruiſſe manus*] Edd. fere omnes antiquiores, Romana, Veneta 1500. et 1520. Aldinae et hinc profectae *operi;* et ſic Regius habebat, et Guelf. 1., cum tamen Broukh. id in nullo Codice reperiſſet. Ita *inſuetas operi* intelligendum erit, aut *operi* habendum pro antiquo ablativo. vid. Vulp. ad I, 1, 72. Codices fere, ut et Guelf. 2. et Voſſ. 1. Hamb. Guarn., *opera* exhibent; unus Palatinus: *opere*, ſicque Guelf. 3. ſuperſcr. *i*, quod Broukh. recepit et retinuit Vulpius; nec quidquam refert. Bene enim *opere atteri* dicentur manus, vel etiam *inſuetae opere manus.* Nam ita Latini interdum, v. Curt. V, 12, 9. conf. Michaelis Heuſingeri Emendatt. p. 212. et Gronov. ad Liv. XXIV, 48. et XXXI, 35. Praeterea *atteruiſſe,* quod inde ab Aldina ſec. ed. legitur, pro *attriviſſe* conſtanter libri, praeter paucos, in quibus *attenuaſſe,* quod et edd. vett. Ven. 1491. et al. cum Ald. pr. habent. Hoc oriri potuit ex vitio ſimili illi, quod eſt in Ed. Rom. *attenuiſſe.* cf. Livinei. ad h. l. H. Scripturam *opere*, quam pars maxima apogr. dat, cum H. Voſſio Tibullo reddidi. Nam ad rationem dicendi, quam firmat Virgilius quoque Ge. IV, 114. *Ipſe labore manum duro terat,* accedit codicum auctoritas, et quod oratio elegantior fit uſu adiectivi *inſuetus*, quod abſolute ita uſurpatum apud Livium legitur XXI, 35. *quia inſuetis* (hoſtibus) *adeundi propius metus erat.* Cf. Not. ad I, 7, 38. — An *inſuetas opere* conſtrui poſſit, dubito; nam quod *adſuetus* et *adſuefactus* cum caſu ſexto componitur, hoc nihil ad *inſuetus* pertinet. Vulgaris conſtructio *operi inſuetas* in nullo apographo H. Voſſii exſtat. — Zwic. 1. 2. Goth. praebent *opere.* Pincierus Parerg. II. c. 53. p. 317. coniecturam *operi — attinuiſſe*, h. e. manus in opere quaſi defixas habuiſſe, vulgavit; cui tamen ipſe non multum tribuiſſe videtur, neque uſus dicendi ſuffragatur. W.

49. *inſidiis altas ſi claudere valles*] Enim vero expectabam *ſaltus*, vel *montes*, in quibus retia fere tendi ſolent. Ovid. Rem. 201.

Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci;
Nunc tua frondoſis retia tende iugis.

cf. II. Met. 427. X, 172. 533. Epiſt. 5, 20. et noſter inf. IV, 3, 7.

— *den-*

— denſos indagine colles
Claudentem.

ut adeo aliquis paullo calidior mutandum eſſe cenſeat *altos — colles.* Et non raro haec duo voc. permutantur; v. ad Ovid. VI. Faſt. 327. et Burman. ad Val. Flacc. VII, 391. Verum etiam in vallibus retia et tenduntur et poëtis tendi narrantur. Gratius 102.

Per non adſuetas metantem retia valles.

inprimis ſi apros venantur; vide Ovid. I. Art. 46. VIII. Met. 334 — 338. Virgil. Aen. X, 707 — 10. *Claudere* vero proprium venationi voc. Seneca Thyeſt. 491.

Plagis tenetur cluſa diſpoſitis fera.

add. eund. Hippol. 46. 47. Manil. V, 185.

— claudunt campos formidine mortis.

v. Intpp. ad Gratium v. 49. p. 49. 50. Atque ea vox reſtituenda videtur Rutilio I, 625.

Funditur inſidiis et rara fraude plagarum
Terribilisque cadit fulmine dentis aper.

Immo vero *Cluditur* vel *Clauditur.* H. Hamb. *Hec — vales.* Goth. *ſe.* Male Ald. 1. 2. *altos.* W.

50. *humeri retia ferre negent*] Ed. Rom. cum paucis aliis et Mur. et Corvin. cum Guelf. 1. 3. a m. pr. 4. *humeris r. f. neges,* quod vulgare eſt. H. Receptam lectionem firmat locus Ovidii Ar. II, 189. in notis laudatus, et bene defendit Statius p. 70. — V. 51. adiectum *levi* Handius ad Diatr. Gronov. T. I. p. 101. explicat: quae non gravi ictu ferit. — 52. Hamb. *feſſum* pro *nudum.* W.

53. *Tunc mihi*] tres ap. Broukh. *rapias tum c. l. Oſcula;* Reg. et Ed. Rom. *capias,* male h. l. v. Heinſ. ad Ovid. Ep. XIII, 120. II. Met. 603. Cyllenius vero *rapias* in ſuo legerat. H. H. Voſſius ex Vindob. et Voſſianis duobus *tum — tum.* — *Tunc cara,* quod in Zwic. 1. 2. exſtat, et Santenius, vid. Bibl. Cr. p. 71., probaſſe videtur, praetuli. Heynius *tum cara.* Goth. *cum* pro *tum* et *ſibi* pro *tibi.* Guarn. *Tunc mihi — rapiat cum.* W.

54. *ſed tamen apta dabit*] Santenius in Bibl. Crit. P. III. p. 71 — 73. emendat: *ſed male rapta dabit,* ut *male* ſit vix et cum aliqua difficultate erepta. Feram hoc, ſi eſt *male dabit;* ſed *male rapta* ſunt inſcite rapta. H.

Eſt vero repetitio aliqua verſu 55., ut Santenius ſtatuit, ſed haec iteratio ad verba 53. *rapias licebit oſcula* referri poteſt; neque ideo requiritur *rapta dabit* 54. Et recte vidit Heynius, oſcula *male rapta* eſſe *inſcite rapta,* ut Ovid. Ar. I, 667. *Tantum ne noceant teneris male rapta labellis;* unde ortum habet Santenii emendatio. Neque equidem video, cur is, qui in ſpeciem oſculis obnititur, *apta* dare nequeat, h. e. quae amatorem delectent. — Mira admodum mihi viſa eſt 55. compoſitio *Rapta dabit* pro rapi ſibi patietur. Diverſa eſt compoſitio apud Ovid. Heroid. XV, 44. *Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas* h. e. rapiebas, et Amor. II, 4, 26. *Oſcula cantanti rapta dediſſe velim* h. e. rapuiſſe. Unde quum legendum eſſe conieciſſem: *Rapta dabis primo* — hanc ſcripturam in Guarn. exſtare laetus vidi. Suſpicionem illam firmare videtur pronomen, quod ſequitur, *ipſe,* quod neceſſarium, cum ſubiectum mutetur, et antitheſis perſonarum fiat. Qua ſublata *offeret ipſe* notat: offeret nullis precibus tuis, nullaque opera tua. Atqui hanc notionem excludit adiectum *roganti.* Quod incommodum cum librarii vidiſſent, *volenti* correxerunt. — Pro *dabit primo* Zwic. 2. *ferit pr.,* ſed a manu recentiore in *feret* mutatum. W.

55. *mox offeret ipſe roganti.*] Ita primum Scaliger ex ſuo, cui maxima librorum Statii et aliorum pars cum Guarn. accedit, repoſuit; *volenti* Guelf. 1. 4. cum antea inde a Rom. edd. Ven. et Aldinis lectum eſſet: *poſt offeret ipſe volenti.* Tum *poſt* Reg. cum Ed. Ven. utraque retinet; item Guelf. 3. cum var. lect. *mox.* Pro *ipſe* Reg. *ille,* Ed. Lipſ. *ipſa.* Ed. Vicent. *mox adferet ipſe roganti;* Guelf. 2. *poſt afferet.* — Mox *velit* Corvin. H. Hamb. *poſt offeret* — *mox etiam.* Goth. *poſt affert ipſa.* Guarn. *poſt effert.* — Zwic. 1. *ipſa volenti;* in altero *volenti* ſuperſcriptum. *Rogare* abſolute poſitum eſt amantium, qui fructum aliquem ſibi precibus expetunt. Catull. VIII, 13. *Nec te requiret, nec rogabit invitam.* — Santenius p. 73. „v. 55. *offeret* pro *adferet* error eſt typographi." — Columbus in Excerptis, quas Heinſio miſit Syllog. Epiſt. T. V. p. 178. Ms. Schefferi *poſt auferet ipſe. auferet* mihi ſe ſatis probat. Idem liber cum Guarn. dat *roganti.* 56. H. Voſſius *velit,* in multis apogr. (Hamb. Goth. Guarn.) repertum, ut genuinum, intulit. Scio Tibullum coniunctivum pro futuro ponere, nec tamen ob codicum auctoritatem (quibus add. Zwic. 1. 2.), et quod futura praecedunt, vulgatam movere ſuſtinui. W.

57. *tra-*

57. *tractant*] un. Heinſ. *damnant.* et Ask.; iuxtaque *tractant.* Omnino negligentior eſt verſus dictio; *male tractant artes,* male habent, contemnunt. Alio modo dicitur aliquis *tractare artem,* qui in carminibus eſt occupatus; *male,* infeliciter, nullo cum ſucceſſu. H. Voſſ. 1. *oſcula* pro *ſaecula.* H. Voſſius *artes miſeras* refert ad *artes* capiendi, quas hucusque docuit Albius; *miſeras* eſſe nihil proficientes; et *male tractare* interpretatur contemnere, non reſpicere et curare. Sed *tractare artem* eſt exercere artem; quod ſi *male* fieri dicitur, *imperite* vel *prave* vel etiam *infeliciter* ars exercetur. *male tractare* ſi eſt male cum aliquo agere, male aliquem accipere, cum accuſativo *perſonae,* non *rei,* conſtruitur. Nec, quomodo *artes* ad priora referri poſſint, intelligo. Heynianae interpretationi repugnat pluralis *artes.* Ceterum *artem muſicam tractare* obvium apud Terent. Phorm. prol. 18. — 58. *Iam tener,* ut alibi *iam vetus,* cf. Obſſ. ad 33. — *Heu male* coniungere mavult Goerenzius Tent. crit. p. 7. W.

59. *At tibi, q.*] Sic Broukh. ex optimis libris; ante erat: *Iam tu,* quod et Guelf. 1. 2. retinent. Add. Zwic. 1. Hamb. et Guarn. In edd. Reg. Vicent. et in codd. parte *Iam tua,* ut etiam Regius habet, quod equidem praeferam. Add. Zwic. 2. In aliis *at tu;* Corvin. *Iam tibi.* et Goth. Mox Ed. Rom. *primis.*

61. *Pieridas*] Ed. Rom. Lipſ. *Pierides.* v. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 152. *doctos adamate* Guelf. 1. in litura. H. Goth. *Pyerides.* — Hamb. et Zwic. 1. *Pierides.* — 62. Goth. *munera* — *aurea.* Hamb. *ne vincant,* unde H. Voſſius ad correctionem *nec vincant* proclivis eſt. W.

63. *Carmine purpurea eſt Niſi coma*] Reg. *purpureae Niſi comae;* nempe primo ſcriptum erat per compendium: *purpurea ē.* Hamb. *carmina* pro *carmine,* et omittit *eſt,* ut Voſſ. 2. — *Niſi eſt coma* Voſſ. 1.

64. *non viruiſſet* Guelf. 2. cum var. *nituiſſet.*

65. *referent*] *referunt,* quod H. Voſſius, ut neceſſarium, de coniectura repoſuit, ſententiae generali aptius mihi videtur. — Vindob. *vivat.* Hamb. *robore* et *annis.* — 67. Vindob. *et.* Hamb. *Muſis* — *Addicae* pro *Idaeae* — *Opus.* Bern. *ſequetur.* W.

69. *Et ter centenas erroribus expleat urbes*] v. Notam. *explere* ad numerum refertur, quaſi dicat: urbes adeat usque ad trecentas. (v. not. ad h. l.) *Implere* in ea re Ovidius dixit VIII. Met. 166.

 — *ita*

— ita Daedalus implet
Innumeras errore vias.

et Faſt. II, 223.

Sic Fabii latis vallem diſcurſibus implent.

et hoc ipſum exhibet Ed. Rom. cum multis aliis, etiam Guelf. 1. 4.: *erroribus impleat urbes,* quod fortaſſe ferri poſſit, ſed non eſt elegantius. Unus Italicus Heinſii *explicet;* verum etiam ſic *explicare errores,* non *urbes* dicendum eſſet, ut *explere errores* proprie dictum, non *urbes.* Quae Vulpius affert, ſenſum potius illuſtrant, quam verba; Broukh. plane praeteriit. Statius vero ad emendationem confugiebat: *et tercentenos erroribus expleat orbes* h. menſes. Male. Galli Deam ſuam circumgeſtabant et oppidatim vicatimque ſtipem mendicabant; nota res vel ex Apuleio. In Ed. Rom. et Comelin. *tercentenis — erroribus.* H. — 68. Pariſ. *Ydaeae.* Venet. *Ideae.* 69. Zwic. 1. *tercentenis,* ſed a manu recentiore in *tercentenas* mutatum. Hamb. *explicet* — et *ſicet* pro *ſecet.* — 70. Goth. *pheigios.* Paris. *Frigios.* Burmannus Anthol. Lat. T. 2. p. 662. *erronibus* Tibullo reſtitutum velit Gallosque ſtipem oppidatim et vicatim emendicantes *errones* vel vagabundos nebulones apte dici annotat. At ille vellem ſimul docuiſſet, *explere* ſine ullo additamento notare *pererrare,* dicique Latine *pererro Caio* pro pererro cum Caio. Mitſcherlichius l. l. p. 5. ex lectionibus *explicet* et *impleat* novam compoſuit *implicet,* h. e. errando adeat, uſus Lucano VIII, 5. *implicitasque errore vias,* et Silio XV, 618. *Implicat actas caeco errore vias.* Ei enim paulo duriorem dictionem *explere urbes erroribus,* de qua conſulas Not., terſa ac perſpicua Tibulli reſpuere viſa eſt loquendi ratio. W.

71. *Blanditiis* etc.] Scaliger haec ita concinnaverat:

Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis.
Supplicibus miſeris flentibus ipſa favet.

flentibus enim in multis eſt, etiam noſtris; ſed recte reiecit Broukh. In Ed. Baſil. ita diſtinctum: *Blanditiis vult eſſe locum Venus, ipſa querelis Supplicibus, miſeris flentibus illa favet,* non male; ſed concinnius erit etiam primo loco *illa* legere, et hoc modo diſtinguere:

Blanditiis vult eſſe locum Venus: illa querelis
Supplicibus, miſeris fletibus illa favet.

Habent tamen et haec, quod diſpliceat. Docta eſt nota Burmanni ad Propert. IV, 6, 72. ubi ipſe emendat:

— Ve-

— *Venus ipſa, querelis*
Supplicis, et miſeris fletibus illa favet.

(Quam coniecturam Heynianae praetulit Santenius Bibl. Crit. p. 76. W.) Videtur totum hoc diſtichon aut inter alia, quae exciderunt, nudum ſic adhaeſiſſe, aut in alienum locum illatum eſſe. H. Ultimum hoc praeceptum puerorum animos *blanditiis*, et *precibus lacrimisque* capiendi, quod exemplo I, 9, 29. 30. praeclare illuſtratur, non alienum, et rationem ſuperioribus ſententiam novam adiiciendi ſupra 39. eandem eſſe apparet. Integritatem igitur ſcripturae explorare reſtat. Nam H. Voſſius, Heynii veſtigia ſequutus, *ipſa locum Venus; illa querelis* edidit, et colo poſt *Venus* diſtinxit. Nam neque *ipſa* in fine collocari, neque *illa* ad *querelis* referri poſſe. At loca afferenda erant, quibus demonſtraretur, in formula *locum eſſe* copulam omiſſam eſſe. Quae loca H. Voſſius ad ſignificationem verbi *velle* pro *cupere*, quaſi illa librarium latere potuiſſet, declarandam attulit, horum omnium compoſitio, in primis Terentii illa Hec. I, 2, 44. *Praeſidium velle ſe ſenectuti ſuae*, facit, ut mirus huic loco inferatur ſenſus. Pronomen autem *ipſa* in finem ſententiae reiectum mihi quidem non diſplicet, quippe cum illud infra I, 10, 51. *Ruſticus e lucoque vehit male ſobrius ipſe* in fine verſus poſitum legatur, et eadem poteſtate nomini ſuo modo praeponatur modo poſtponatur. Virg. Ge. I, 121. *Pater ipſe* et 328. *Ipſe pater.* Horat. Od. II, 8, 13. *Ridet hoc, inquam, Venus ipſa.* Neque de poſitura pronominis *ille* fidem te habere editori noviſſimo patitur locus Tibulli I, 2, 59. *nam cetera cernet Omnia, de me uno ſentiet ille nihil.* Add. Iuven. VI, 111. *Hoc pueris patriaeque, hoc praetulit illa ſorori.* Me quidem aſyndeton pentametri non magnopere delectat. Itaque, niſi ſimilia aſyndeta, quale eſt apud Tacit. Agr. cap. 42. *Domitianus paratus ſimulatione, in arrogantiam compoſitus, et audiit preces excuſantis et — agi ſibi gratias paſſus eſt,* me retinuiſſent, Heynianam rationem amplexus eſſem. Ceterum hos verſus, ſi poſt 67. collocati eſſent, explicarem: Ipſa Venus vult, ut *blandis carminibus* pueros ſibi concilient amatores. Nam *blanditiae* ad carmina amatoria pertinent. Ovid. Amor. II, 1, 21. *Blanditias elegosque leves, mea tela, reſumſi; Mollierunt duras lenia verba fores.* — Lectiones et poſituram verborum, quae 71. in textu eſt, firmant Paris. et Venet. Apogr. duo *modum* pro *locum*, plura *flentibus* (Goth. Hamb.) cum Zwic. 1. 2. Paris. et Venet. Unus liber Broukh. pro *ipſa* dat *iſta*. W.

73. *Haec*

73. *Haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore*] Priapum tanquam *oracula edentem*, ſe tanquam ſacerdotem *canere* fingit, ut monet Broukh. (ſed cf. not.). Scaliger et Menagius, ut de hoc Heinſ. Adverſ. II, 8. prodit, e ICti perſona dicta putabant, et corrigebant, *caverem:* ſed in iuris notiones non incidit, niſi in ſeqq. Nam ad ICtum pertinent illa: *conſultent, ianua noſtra patet, deducat;* ſed interpoſita eſt alia notio *magiſtri* v. 75. Porro *Titium* Iurisconſultorum perſonam ὑποθετικὴν eſſe putabat Scaliger. Sed docte Broukh. monuit, Titium non Iureconſultorum eſſe nomen, ſed eorum, quorum cauſſam agi fingebant, ut etiam Caii et Sempronii nomine utuntur ICti. (Fama integritatis inſignia fuerunt nomina *Titius* et *Seius*. Vid. Iuv. IV, 13. *Nam quod turpe bonis, Titio Seioque, decebat Crispinum* W.) Ipſe Titium Septimium, nobilem ea aetate poëtam, Horatio familiarem, (ad quem illius Carmen 6. Lib. II. ſcriptum; quemque ille commendat Tib. Claudio Neroni L. I. Epiſt 9. et laudat I. epiſt. I, 3, 9 — 14.) ſed unico nominis argumento uſus, intelligi contendit, et erudite de eo disputat. (Idem H. Voſſio veriſimile videtur. W.) Ayrmannus in Vita Tibulli §. 63. aliquem, cui illudere voluerit, bene ſibi notum hominem iſto ICtorum loquendi more notari exiſtimat. Sed quid ſcire refert, quis iſte αἰσχροδιδάσκαλος fuerit? Tum vero ipſa res ſatis docet, Titium eſſe ex poëtae amicis, in cuius gratiam hoc carmen ſcripſerit. H. Cod. Paris. *Tacio* et 24. *Tacium.* Venet. *Titiio* et *Titiium.* Formam *coniunx*, quae in Hamb. et Ald. 1. exſtat, dedit H. Voſſius. W.

77. *qui ſpernentur*] Nusquam legi video: *qui ſpernuntur.* H. Hamb. praebet *ſpernuntur*, quod Heynio, ſi recte coniicio, priora et ſequentia: *cunctis ianua noſtra patet*, poſtulare videbantur. Ipſe vero non intelligo, quod H. Voſſius pro vulgata *ſpernentur* affert, illi nimirum maiorem vim ineſſe. Goth. *cui* pro *cuique.* Paris. *qui me.* W.

79. 80. *tempus erit, quum me — Deducat i.*] Nimis accurate ex grammatico canone dictum videtur; fortaſſe putes refingendum eſſe, quod poëtae amant, *Deducet. Tempus erit, quum me deducet.* Nam ſic v. c. Ovid. III. Art. 69.

Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem,
Frigida deſerta nocte iacebis anus.

Add. I. Art. 213.; et Faſt. I, 529.

Tempus erit, quum vos orbemque tuebitur idem,
Et fient ipſo ſacra colente deo.

Sed

Sed et alterius moris exempla sunt: Statius Theb. VIII, 206.

Iamque erit ille dies, quo te quoque conscia fati
Templa colant, reddatque tuus responsa sacerdos.

et III. Sylv. 2, 127.

Ergo erit illa dies, qua te maiora daturus
Caesar ab emerito iubeat discedere bello?

Ovid. III. Met. 519.

Iamque dies aderit, iamque haud procul auguror esse,
Qua novus huc veniat, proles Semeleïa, Liber.

Porro pro *ferentem* in uno Medic. Statii *canentem;* sicque unus Heins. Miror neminem coniectasse *ferentem. Diducat* et *diludat* aberrationes; v. Gebhard., qui et pro *senem* edidit *domum* e Scalig. notis. H. Et vero etiam Laur. Santenium solum vidisse, Tibullum scripsisse *deducat — domum,* praedicat Valckenarius in Callim. Eleg. Fragm. p. 204. Ipse vero Santenius Bibl. Crit. P. III. p. 62. *senem* veram lectionem esse iudicavit, quamvis alteri loca plurima a Broukhusio et Vulpio, et ab Oudendorpio ad Cic. II. de Invent. c. 1., quamquam non eo consilio ad partes vocata, veri speciem conciliare possent. — Vindob. et Voss. 4. *quo* pro *quum;* Hamb. *quom,* ut 84., quod H. Vossius amplexus est. Paris. Hamb. et Goth. *diducat.* Omnes vero libri collati coniunctivum retinent; et Latini verba *tempus erit quum* vel *quo, dies erit qua,* similiaque cum coniunctivo praesentis, futuri tum vim aequiparante, composuerunt. Sed et praeterito, quamquam alia de causa, coniunctivus post *tempus fuit quum* ponitur. Caes. B. G. VI. c. 24. *Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute superarent.* Cavendum igitur censeo, ne coniunctivos in talibus locis mutes, aut pro *quum* substituas *ut,* id quod primus Moreti liber fecit in Virg. Ecl. VIII, 7. *en erit umquam Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta!* W.

81. *Heu, heu, quam lento*] Minus concinne in aliis *quam Marathus lento;* ut taceam *eheu* legi. *Marathum* fuisse puerum Asiaticum, a Phoenicum urbe, Maratho, dictum, putat Broukh.; verum eius nomen esse *Cyrum,* ap. Horat. I. Carm. 33, 6.; ibi enim Pholoe eum fastidire memoratur, quam Tibullus ei conciliare studet infra Eleg. 8. Pro *torquet* fortasse rectius legeretur *torret,* quod melius conveniret *lento amori,* ut Horat. Od. I, 13, 8. dixit: *lentis macerari ignibus.* H. Vel locus Ovidii Art. II, 124. *Et tamen aequo-*

aequoreas torsit amore deas satis prohibet, ne ad locum tentandum proclivis fiam. cf. Tibull. II, 6, 17. Neque Burmannus ad Propert. III, 4, 39. p. 531. Heynio assentitur; at Santenius l. l. p. 62. — *lento amore* h. e., ut Forcellinius interpretatur et H. Vossius, longo et diu macerante. Posituram verborum *Marathus lento*, quam ut elegantiorem Tibullo reddidi, tuentur Ald. Mur. Scal. apog. Vossii octo (Goth.) Corv. Guarn. Zwic. 1. 2. Paris. et Venet. Illa offensus non est Heynius in Virg. Ecl. III, 100. *Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo!* Add. Liv. 27, 39 f. *reputantem* — quam *ipse* frustra *eandem illam coloniam* — *tentasset.* — Hamb. *Marachus.* — *eheu* habent Ald. Mur. et Scal. — Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. cum Venet. praebent *heu, heu.* — Paris. *he heu.* Vid. Stat. ad h. l. et interpretes ad Virg. Ecl. II, 58. W.

83. *ne turpis fabula fiam*] Legebatur ante Broukh. *turbis*, quod et in libb. ut Guelf. 3.; etsi Statius iam e libb. monuerat, esse *turpis* scribendum; et sic iam editum video in Vicent. et in Reg. Lep. Nec aliter Corvin. H. *turbis* in duobus apogr. et in tertio aliquo a manu sec. Venet. et Zwic. 1. — 84. *ministeria* duo apogr. W.

ELEGIA V.

1. *discidium*] ante Broukh. *dissidium* legebatur, sollenni errore. (At in Ald. 1. et Stat. *discidium* iam exstat; Paris. Venet. Zwic. 1. 2. cum duobus apogr. (Hamb.) et Corv. praebent *dissidium.* De differentia nominum *discidium* et *dissidium* intelligenter Gronovius ad Liv. XXV, 18. p. 991. disseruit. W.) *ferre* pro *laturum esse*, vel, *ferre posse,* dixit. pro *abest* Ed. Rom. *habet,* quod in binis Broukh. erat, nimis argute. H. Infinitivo *ferre* animi fortitudinem, quam tum, quum haec *loquebatur* Albius, sibi inesse praedicabat, significare mihi videtur. — pro *At* Ham. *Ast.* — *mihi* — *abest.* Verbum *abesse* cum dativo personae vel rei, cui aliquid deest, iungunt et alii scriptores, ut Cicero Brut. c. 80. §. 276. *hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat,* abfuit, *si opus erat, defuit.* Quam constructionem Gernhardus non recte admovit Ciceroni de Off. I, 14, 4. p. 55. *Id autem* (eripere aliis, quod aliis largiare) *tantum abest officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium.* Nam sententiae eius loci significatio supra posita non convenit, sed ibi *abesse* notat *alienum esse* vel *remotum esse,* quod eodem

eodem ſenſu uſurpatur apud Cicer. de Off. I, 19, 4. *ſcientia, quae eſt remota ab iuſtitia,* et ſextum caſum requirit. Illud vero, quod *officio* primum caſu ſexto, tum tertio uſurpatum eſt, virum eruditum ſine cauſa offendit. Neque in partes vocaveris ſenſum locutionis *longe abeſſe alicui* h. e. minime prodeſſe, nil iuvare. Quae Broukhuſius h. l. comparat et diſputat, ea magnam partem aliena ſunt. — Voſſ. 1. *longae.* Voſſ. 1. 3. 5. et Guarn. cum Paris. *fortis.* W.

3. *turbo*] Statius et Scaliger ex Chariſio *turben;* ut ſaltem inde conſtet, olim in libris etiam hoc lectum fuiſſe. cf. Broukh. mox pro *celer* duo *tener.* H. idem dat Hamb. — *Turben* pro omnium librorum lectione *turbo* ex Chariſio p. 117. ed. Putſch. recepi, cuius vel potius C. Iulii Romani, ex quo illa hauſit Chariſius, auctoritas apud Bentleium ad Hor. Od. I, 25, 11. p. 42. valuit, et apud H. Voſſium. — Idem e Voſſ. 4. *namque vagor per* praetulit, cum hac lectione actus late vagandi deſcriberetur. Sed primum notio *late* neque ineſt verbo *vagor,* neque requiritur. Satis eſt tenere, Tibullum ſe repraeſentare voluiſſe furore amoris ita actum, ut nusquam mente tranquilla conſiſteret, ſed modo huc modo illuc aegritudine animi ferretur, itaque ſe turbini, qui concitato motu volitaret, comparaſſe. Deinde grammatica non patitur verba ſic conſtrui: *turben citus verbere per ſola;* at in vulgari textu iuſta eſt conſtructio: *ut turben* agitur *verbere per ſola.* Denique compoſitio *ego vagor turbo* pro *ut turbo* Latina mihi non videtur, nedum Tibulliana ſit. Nam Latini in praedicatis perſonis vel rebus adiungendis ea omnia auſi non ſunt, quae auctores linguarum vernacularum. Nemo dixit: *tu es turbo.* Inde ſequitur, non maiorem in appoſitionibus ſubſtantivorum vel ſubſtantivis participialiter uſurpandis eſſe libertatem. Quis igitur Latine dixerit: ego vagor turbo? At apud Horatium Epiſt. II, 3, 475. *Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo Non miſſura autem, niſi plena cruoris, hirudo,* ſi recitator acerbus tenere et occidere dicitur legendo *hirudo* pro vulgari: ut hirudo, recte verba ita compoſita eſſe, teſtatur locus Ciceronis *plebecula eſt hirudo aerarii.* Indubitata eſt, cum uſurpetur *tu es ruſticus,* eiusdem poetae dictio Epiſt. I, 2, 41. *Qui recte vivendi prorogat horam, Ruſticus exſpectat, dum defluat amnis.* Quo loco cum ad fabulam aliquam reſpiciatur, eo clarius ratio compoſitionis intelligitur, ut Epiſt. I, 3, 18-20., vel apud Theogn. 347. ἐγὼ δὲ κύων ἐπέρησα χαράδρην, Χειμάῤ-

Χειμάῤῥῳ ποταμῷ πάντ' ἀποσεισάμενος, h. e. *mihi vero accidit quod cani* etc. Itaque vulgata *agor ut*, quam etiam Paris. et Venet. dant, unice vera eſt. W.

4. *verſat ab arte*] Conſtructionis exquiſitioris in commentario notatae exempla praebet Ovidius Faſt. III, 321. *Iupiter huc veniet, valida deductus ab arte.* Aen. II, 4, 30. *Et tenerum molli torquet ab arte latus.* cf. Triſt. II, 462. Neque pedeſtres ſcriptores hunc uſum respuerunt. Vid. Cic. p. Mil. c. 21. §. 56. *Adde — Martem communem, qui ſaepe ſpoliantem iam et exſultantem evertit et perculit ab abiecto.* Adde Epiſt. ad Fam. XI, 10. ab in. *Tu a certo ſenſu et vero iudicas de nobis.* Et iis, quae Heuſinger ad Cic. de Off. I, 2, 12. ſine ordine collegit, inſunt, quae ad rem faciant. — Paris. *adſueta.* Venet. Ald. Muret. Scal. *aſſueta.* W.

5. *libeat ne d.*] Ed. Rom. cum aliis *liceat*, et mox *poſthaec*; et interpungunt ante hanc vocem. Tum *aſpera verba* aliquot codd. apud Broukh. Fortaſſe etiam *neu* legendum pro *ne*, vel *nec* Guelf. 1., ut coniungantur inter ſe iſta. Ita occurras etiam Statii ſuſpicioni, eſſe ſuppoſitos verſus, cum bis eadem res dicatur. In Guelf. *ferum* mutatum in *feri*, haud inſcite. H. Gothofredus, qui in notis ad Pandect. lib. 50. tit. 4. l. 18. p. 767. edit. 1708. hunc locum et I, 9, 21. ad auctoramentum gladiatorum, *occide, ure, verbera*, refert, ibidem verba huius loci ſic affert: *Ure, feri et torque.* Haec in marg. lib. Heyn. — Verba *libeat — poſthac* ad *Ure — torque* pertinent, quae per ſe plenum non habent ſenſum; at in iis, quae ſequuntur, *horrida v. d.* ad integritatem ſenſus nil deſideres. Conſtructio igitur *doma h. v., ne libeat — poſthac*, quam H. Voſſius iniit, mihi improbatur. Ceterum verba adiecta *horrid. v. d.*, quibus ſenſus priorum auctus iteratur, magnam habent vim, qualis ineſt Virgilio Aen. I, 562. *Solvite corde metum, Teucri, ſecludite curas.* Statii autem iudicium a prava et lectione *nec* pro *ne* (quam dat Zwic. 2. Corv. *me*) et coniunctione *poſt haec h. v. d.* (quae et in Corv.) et ſententiarum 5 — 8. interpretatione profectum eſt. Aliena eſt coniectura *neu.* Variae lectiones apogr. ſunt: *ferrum* (Hamb.) — *liceat* (Goth. et Venet.) — *cuiquam — poſt haec* (Goth. Hamb. Guarn. Corv. Paris. Venet. Ald. 1.) — *aſpere vera.* W.

7. *parce tamen per te f.*] pro *per te* noſtri cum antiquis fere Edd. et libris *parce* importune repetunt. Sed iam

in

in Ed. 1520. eſt *te per*, et in Aldinis Muretoque. In Guelf. 2. autem diſerte *per te*, ut et in 3.; in 1. eraſum et *parce* refictum. H. Zwic. 1. 2. Paris. et Venet. cum pluribus apogr. (Hamb. Goth.) *parce* pro *per te*; perperam. Nam praepoſitio *per*, quae eſt ante *Venerem*, ad *foedera* retrahi nequit. Pro *tamen* liber Voſſianus *mihi*. — *Ille ego* — *dicor*. In pronominibus ita coniungendis brevitatis ſtudioſiſſimi fuerunt veteres. Tacit. Annal. XIII, 36. *ardebant viſere, quis ille — ſpreviſſet*. Ut *dicor* h. l., ita *feror* uſurpatur apud Ovid. Heroid. VI, 114. *En ego Minoo nata Thoante feror*. W.

11. *Ipſeque ter circum luſtravi ſulfure puro*] *puro* a vi purificandi. Broukh. corrigendum arbitratur *ſulfure vivo*, quod perpetuum fere ſulphuris epitheton eſt, ſequutus Heinſium in Ovid. Faſt. IV, 739. Sed vide ibi Burmann. cf. Art. II, 329. et ibi Burmann. Pro *ter* alii, etiam noſtri, *te*, quod probarat Scaliger. Sed eſt aberratio librarii. Sic ſup. I, 3, 11. Ed. Rom. etiam *te ſuſtulit*. H. Et Hamb. cum Corv. exhibet *te*, quod ab illis illatum opinor, quibus ad verbum *luſtravi* pronomen *te* ex prioribus arceſſere durum videbatur. H. Voſſius ad lectionem Florentini, quam Statius affert, *ipſe ego* pro *ipſeque* probandam proclivis eſt. Sed vid. Not. ad I, 2, 63. W.

12. *Carmine cum magico praecinuiſſet anus*] ita in optimis. At veterem ſcripturam eſſe *procubuiſſet*, Scaliger contendebat, idque receperat, quaſi anus procumberet, carmen immurmurans; nec tamen niſi in uno Statii ita lectum videas. Alius liber Statii *praetimuiſſet*, tertius cum Venet. *pertimuiſſet*, (Goth. a. m. *pertinuiſſet*) quod contorte explicat Statius ad I, 2, 41. p. 33. *Praecinere* vero vel *praecantare* dicebantur ἐπῳδοί. v. Gronov. Obſſ. II. c. 1.

13. *Ipſe p.*] *Ipſe ego curavi* Flor. Statii et Vindob. *ſaeva* — *ſomnia*. quidam *ſcaeva*. cf. notam. H. *Scaeva ſomnia*, h. e. ſomnia triſtia, nullum e veteribus dixiſſe, contendit H. Voſſius. quod falſum, ſi quidem Apuleius Metam. lib. I. p. 59. *ſcaeva* et *gravia ſomniare* dixit, et lib. IV. p. 296. *ſcaeviſſimo ſomnio cumulatur infortunium meum*, ubi vid. Oudend. Omitto, *ſcaevitatem fortunae*, *ſcaevum eventum* apud eundem uſurpari, et ſimilia apud Gellium aliosque. Sed cum formae *ſaevus*, *ſcaevus* vel *ſcevus* (vid. Virg. Aen. I, 295.) in libris ſcriptis crebro permutatae ſint, quamquam in codice Tibulli Hamburg., excepto loco

IV,

IV, 3, 22., ubique pro *ſaevus* et *faevio* forma altera reperta eſt, hanc in auctoribus ſaeculi Auguſtei non nimis calide arripiendam eſſe iudico. Cf. Drakenb. ad Liv. II. c. 27. p. 354. — Ad *ſaeva ſomnia* illuſtranda H. Voſſius Senec. Herc. Fur. 1082. *En fuſus humi ſaeva feroci Corde volutat ſomnia* non apte affert. Nam ibi Herculem, poſt caedem liberorum ſomno oppreſſum, facinora crudelia et impia ſomniare, opinatur chorus, ut ea, quae illum verſum ſequuntur, clare oſtendunt. Aptius comparaveris Val. Fl. I, 329. *Quos ego iam mente dies, quam ſaeva inſomnia curis proſpicio?* Add. Soph. Electr. 500. δεινοῖς ὀνείροις. Ceterum interpunctionem poſt *procuravi* et *nocere* ſuſtuli, ut iungeretur: *procuravi ſomnia ſaeva*, ne etc. — Terent. Eunuch. III, 5, 34. *Continuo haec adornant ut lavet* pro *adornant, ut haec lavet.* Et in verſibus, quos Aeneidi aſſutos autumant, *vicina coegi, Ut quamvis avido parerent arva colono*, dictum pro *coegi arva vicina, ut* etc. Apud alios poetas ſimilia ſunt liberioris verborum collocationis exempla. H. Voſſius cum Mureto, Statio, aliis commate poſt *procuravit* diſtinxit, ſed verbum *procurare*, ſignificans exſequi ea, quae ad expiandum pertinent, cum coniunctione *ut* vel *ne* non conſtruitur. Pro *ne* Goth. *nec*; Venet. *poſſint* pro *poſſent*, male. W.

14. *ſancta — mola*] vetus erat lectio, cui Aldina ſec. (cum Mur.) ſubſtituerat *falſa*, quod eiecit Scaliger, librum ſuum ſequutus, cui adſtipulantur plerique alii. *ſemina* Guelf. 1. 4. *omina* pro var. lect. Guelf. 2. H. In apogr. *ſemina* et *nomnia — mala* (Goth.). H. Voſſius, tempora *procuravi — ne poſſent — deveneranda* male componi, arbitratus, de coniectura Guyeti *devenerata* recepit, hoc fortaſſe ſenſu: *ſi ter ea deveneratus eſſem mola ſancta.* Qui ſenſus primum quantopere langueat, dici vix poteſt. Deinde participium *deveneratus*, aevo certe Tibulli, paſſive uſurpatum non eſt. Nam quod *veneratus* in compoſitionibus *venerata Ceres vel ſacerdos* paſſive uſurpatum ex priſco ſermone reſtat, et *venero* apud Plautum legitur, hoc nihil ad formam aetatis ſequentis *deveneror* pertinet. Coniectatio autem, quae in tali analogia nititur, lubrica eſt. Adde quod difficultas temporum, quam ille movit, ad falſam referenda eſt notionem formae *devenerandus*, quam pro participio ſcilicet futuri vulgo habent. Ego quidem verba *ter ſancta deveneranda mola* ad *ſomnia* appoſita puto, ut cauſa declaretur, cur Tibullus ſomnia procurarit. Simile eſt appoſitum apud Horatium Ep. II, 1, 229. *Sed tamen eſt*

est operae pretium cognoscere, quales Aedituos habeat belli spectata domique Virtus, indigno non committenda poëtae. Add. Tibull. I, 7, 2. — In Voss. 3. distichon 13. 14. post I, 6, 22 collocatum est. Pro *mola* Goth. *mala.* W.

15. *velatus filo*] recte revocavit hanc lectionem Vulpius. *filum* est vitta, infula. Liv. I, 32. *capite velato filo, (lanae velamen est)*; ut ibi cum Drakenb. interpungendum. Broukhusius nulla auctoritate mutarat in *lino;* quod in Guelf. 2. pro var. lect. Multa ille tradidit parum accurate ad hos versus. H. Statius *filum capitis* tegumentum capitis esse putat apud Arnob. VI. p. 118. l. 4. ed. Elmenh.; sed ibi significari figuram vel formam capitis Forcellinius recte notavit. Nam apud scriptores illius aetatis *filum* figuram, habitum, formam notat, ut apud Apulei. Metam. lib. IV. p. 288. ed. Oudend. *virgo filo liberali*, ubi vid. Elmenh. et Oudend. E plurali *tunicis solutis* Tibullum duas tunicas gestasse apparet, de quo more vid. Forcellin. sub v. *tunica.* W.

16. *Vota novem Triviae n. s. dedi*] *Triviae* Scaliger cum melioribus libris, etiam Regio et Guelf. 3.; ante legebatur: *Veneri;* sic etiam Guelf. 1. 4. et apogr. duo (Goth.) cum Venet. Quidam libri *circum.* sic Guelf. 2. (et Bern. superscr. ab alia manu *ut Veneri.* Vindob. *Truviis.*) Guarnerianus: *Craemae,* et Paris. *Creme,* utrumque ex *Triviae* factum. Hoc iam Corradus in Quaestura p. 326. Ed. Lips. e codice antiquo reponebat, invito tamen magistro suo Egnatio, qui *Veneri* defendebat ex Virg. Ecl. VIII, 73. 78. Sed et ibi res sacra fit dis magicis vel inferis, minime vero ad aras Veneris. Pro *dedi,* quod est *reddidi, persolvi,* Statius habuisse videtur *tuli.* H. Sed cum ea lectio in commentario eius tantum sit posita et explicita, neque in ullo appareat codice, eam scripturae mendam puto. Memoriae enim illius fortasse obversabantur loca I, 7, 54. IV, 1, 9. — Paris. *voca* pro *vota.* Goth. *silenti.* Voss. 5. *bibente.* Male post *persolvi* ab aliis plene distinctum esse vidi. W.

20. *sed renuente deo*] Santen. ad Propert. p. 917. malebat *et.* H. idque, quia *At* praecederet, ut opinatur H. Vossius; qui ipse, tamquam particulae *at* — *sed* incommode usurpatae essent, *Ah mihi,* ut animo agitato conveniens, de coniectura reposuit. At enim particulae *at* et *sed* ita differunt, ut recte ita componi possint. Nam primum *At mihi* oppositum est verbis *fruitur alter,* hoc sensu: At

At ego ſpe mea ſum deſtitutus. Placuit autem Tibullo oppoſita *incipere* a particula *at* cum pronomine vel nomine iuncta. I, 6, 27. *Saepe mero ſomnum peperi tibi: at ipſe bibebam Sobria — pocula.* et I, 9, 37. *at ego.* Add. loca I, 10, 41. 57. et I, 5, 59. Deinde iunge *ſingebam — ſed renuente deo* ſc. fingebam, h. e. fingebam fruſtra, ita ut *demens* in ſententiam non maiorem vim habeat, quam I, 9, 45. *Tum miſer interii* interpoſitum *miſer* aut *malus* apud Virg. Aen. I, 352. *et aegram, multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.* Similiter Graeci adiectiva orationi interſerunt. Soph. Electr. 165. *ἄτεκνος, Τάλαιν᾽, ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ.* ibid. 1075. *τὸν ἀεὶ πατρὸς, Δειλαία, στενάχουσ᾽.* Adde Philoct. 185. *ἔν τ᾽ ὀδύναις ὁμοῦ Λιμῷ τ᾽, οἰκτρὸς, ἀνήκεστα Μεριμνήματ᾽ ἔχων*, uti hunc locum interpungendum cenſeo. Exempla interpoſiti adiectivi *miſer* dedit Forcellinius. Ita carere poteris correctione Santenii, cui cum verbis *renuente deo* eadem notio, quae adiecto *demens*, ineſſe videretur, *et* pro *ſed* reponi placuit, ut alterum altero explicaretur. Particulam quidem *et* ferendam nego. Nam iuſtae compoſitiones hae ſunt: *felicem vitam ſingebam demens, renuente deo*, vel: *f. v. f. d.; nam renuebat deus.* — Ceterum ſcriptores illi, quos adiectiva ita interpoſuiſſe docui, aptiore ea collocarunt loco, quam Tibullus adiectivum *demens.* Codices omnes tuentur *at;* Hamb. *aſt.* W.

22. *Area dum meſſes ſole calente teret*] h. fruges terentur in area. v. not. Ita etiam Hor. I. Sat. 1, 45.

Millia frumenti tua triverit area centum.

Virg. Ge. I, 192.

Nequidquam pinguis palea teret area culmis.

Martial. IX, 91, 11.

Meſſes area cum teret crepantes.

Senec. Thyeſt. 356.

Non, quidquid Libycis terit
Fervens area meſſibus.

(Similiter dixere Latini: *caminus urit*, ut Horat. Sat. I, 5, 81.

Udos cum foliis ramos urente camino. W.)

Sole calente vero ex Romanorum more, tum, quia area patebat; erat enim, quod iam in Homero occurrit Il. *Υ*, 496. locus in ipſo agro editior, in quo frumentum ſtatim

ex

ex agro congeſtum terebatur, non, ut nunc, in horreis (qua re factum, ut fruges in horrea devectas teri tam novum haberetur, ut Pytheas illud inter memorabilia ſeptentrionalis plagae referret, quod legis apud Strabonem p. 201. lib. IV. c. 5. §. 5. *e marg.*): v. Geopon. II, 261. Schoettgen. in Antiqq. Triturae §. 4.; tum, quia triturae tempus in Auguſto erat; meſſis vero fiebat in Italia menſe Iulio et Auguſto: Geopon. III, 11. *ἕως δὲ τῆς πρὸ θ' Καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἀλοήσομεν. οὐ γὰρ ὄμβροι οὐδὲ δρόσοι ἐν ταύταις γίνονται ταῖς ἡμέραις*, quem locum debemus eidem, dum fuit, doctiſſimo viro. Ut tamen talem morem ſequi poſſint homines, neceſſe eſt eos vivere ſub caelo clementiore, et minus variabili. In Luſitania etiamnum manipulos in agro relinquunt, et, quando commodum tempus incidit, terunt; vix ante Octobrem in horrea devehunt. Unde a. 1766. factum, ut pluviis inſolito more per ipſam aeſtatem ingruentibus tota meſſis corrumperetur. Hinc Virg. Ge. I, 298.

Et medio toſtas aeſtu terit area fruges.

et v. 190.

Magnaque cum magno veniet tritura calore.

In Ed. Baſ. legitur: *ſole cadente:* quod et Corvin. et Voſſ. 3. exhibet; male; nam ſub ipſum meridiem tundebantur frumenta. v. Virg. III. Ge. 132. 133. Vindob. *torret.*

23. *Aut mihi ſ.*] *Haec* vulgatae habent, inquit Broukh. Hoc nomine appellare videtur edd. Plantin., ductas ex Mureti editione, qui illud intulit. In lib. *Et,* quod et Corvin. habet, *At, Ac.* H. Veram puto eſſe lectionem *et,* quam pro *aut* in contextum induxi. Primum enim Tibullo, aureas apud animum ſpes repetenti, enumeratio rerum tempore diverſarum, quas ſibi finxerat, convenit: hoc mihi officium praeſtabit Delia et illud, non vero diviſio earum per particulam ſeparativam *aut.* Vide et locum ſimilem Albinov. Conſol. ad Liviam 31 — 36. Deinde uſus particulae *aut* hoc loco ea etiam gratia excluditur, quod 25. 27. res, quas praeterea ſibi finxit, per aſyndeta adduntur. Similiter vero IV, 1. fatis Ulyſſis quatuor enumeratis et coniunctionum ope copulatis, quintum ſine copula addidit panegyrici auctor 59. *Incultos adiit Laeſtrygonas Antiphatenque.* Itaque apud Iuvenalem III, 86 — 90. *Quid, quod — laudat — et aequat — miratur?* eandem ſingula copulandi rationem agnoſces ad eamque emendabis diſtinctio-

nem.

nem. Similis neque rarus afyndetorum ufus eft in praeceptis vel defcriptionibus fingulis annectendis Tibull. I, 4, 39. 51. Virg. Aen. I, 490. Apogr. quaedam habent *et* aut *at*. Zwic. 1. *At* correct. in *Aut*, Zwic. 2. *Aut* fuperfc. al. *At*; Paris. et Venet. *at*. Goth. *lancibus* pro *lintribus*. Ceterum vide, an apud Livium 27, 39. *Hae literae confules — exire — coegerunt, ea mente, ut uterque hoftem in fua provincia contineret, neque conjungi* aut *conferre in unum vires pateretur, et conferre*, quod fenfus flagitat, reponendum fit. W.

24. *candida mufta*] ita Edd. ante Broukh. et maxima pars librorum, etiam noftri. Cum tamen ea deteriora fuiffe reliquis e Plinii XXIII, 1. conftet, Broukh. e nonnullis libris repofuerat *pinguia*. Sed videri hoc debet ex Eleg. I, 1, 10. ab aliquo refictum effe. Quomodo enim pauperis agelli dominus praeftantiora vina condidiffe credendus? Tum nec vilia ifta vina fuere, fed tantum fecundo loco a fufcis ac nigricantibus. Idem Broukh. de conditura vinorum haec accipi volebat; etiam hoc argute magis, quam vere. Servat uvas et muftum Delia, dum affidet. Deinde *mufta* plurali dixit numero, ut fupra eod. loc., ubi v. Broukh., et Burmann. ad Ovid. I. Am. 15, 11. H. Neque hoc mirum, dum plures, ut *vini*, ita *mufti* fint fpecies, Add. Plin. H. N. XXIII. c. 1. med. *Mufta differentias habent naturales has.* Quem locum accurate perluftrans, ex verbis ibi pofitis: *Ad omnia infirmius album* cum Broukhufio, vina candida non habita effe pro laudatiffimis, neutiquam efficies. Nam antequam illa pronuntiaret Plinius, de natura muftorum ad ufum medicinalem pertinente expofuerat. *Candida* praebent libri Paris. Zwic. 1. 2. Corv. et apographa (Hamb.) cum Venet.; tria tantum (Goth.) et quartum in marg. *pinguia*. W.

26. *verna*] mira in hac voce fuavitas et homine elegante digna; pueri enim, domi nati, blaefa fua garrulitate et familiari quadam confuetudine dominis accepti effe folebant. H. Male Corvin. *domini*. W.

27. *Illa deo fciet agricolae p.*] Dacerius Silvanum, Broukhufius Bacchum, Vulpius autem Deos agriculturae praefides omnino intelligit. Nil refert; malo tamen ex follenni religione Priapum. Nam in eius Lufibus Carm. 85.

Mihi corolla picta vere ponitur:
Mihi rubens arifta fole fervido:

Mihi

Mihi virente dulcis uva pampino:
Mihi glauca duro cocta oliva frigore.

adde Carm. 84. et 86. ex quo eodem v. 15. 16. et aliis locis conſtat, Priapo hircum vel porcellum aut aliam hoſtiam fuiſſe mactatam. v. ad eum loc. Burmann. Sec. Cuſtodia vero non hortorum ſolum Priapo, ſed et agri et vineae et villae committebatur. v. Carm. 30. 86. 87. H. Dacerium H. Voſſius ſecutus et hic et I, 1, 14. Silvanum intelligit; vid. eum ad locum priorem diſputantem. Nam Silvanum auctorem culturae agrorum habitum, itaque primitias ei eſſe oblatas; loco I, 1, 14. id accedere, quod primitiae pomorum certum aliquem requirerent deum. Idemque ad Virg. Ecl. X, 24. ſacrificiis, qualia apud Tibullum commemorantur, Silvanum eſſe placatum, ex nonnullis ſcriptorum locis docuit. At *deus agricola* abſolute ita dictum, ut Silvanum notaret, ille non demonſtravit; et qui I, 1, 15. 17. ſequuntur dei, in *agricolis* habiti ſunt; nec h. l. ſacrificiorum ſimilitudo quidquam probat. Nam Priapo quidem eadem fere ſacrificia, quae hic memorantur, data ſunt, vid. Catull. XIX, 10 — 16.; et diis agricolis plura ſacrificia communia fuiſſe probabile eſt. Ita re incerta, cum *deus* II, 5, 95. et II, 1, 9. collective Tibullo uſurpatum eſſe negari nequeat, ego quidem Vulpii opinionem amplector. W.

28. *pro ſegete ſpicas*] Utraque Edit. cum multis: *et ſpicas*, ut ſcilicet verſum fulcirent. Cod. Reg. *ſpicam.* H. Apogr. quinque dant *et ſpicas* cum Guarn. Zwic. 1. 2. Paris. et Venet. — Hamb. *cerere et.* In Corv. et Goth. *et* recte deeſt. Nam ſyllaba brevis *te* producitur, quia initio vocis ſequentis duae ſunt conſonantes; vid. Bentl. ad Horat. Od. III, 19. p. 137. W.

29. *Illa regat*] *reget* duo Angl. apud Broukh. cum Guelf. 2. H. Tibullus futura ſibi laeta fingens, ea modo ut vere exſtatura — *colam* — *aderit* — *ſciet*, modo ut cogitata *regat* — *detrahat* — *curet* ponit; de quo coniunctivo, qui ad indicativum futuri proxime accedit, vid. Obſſ. ad I, 9, 63. W.

30. *et iuvet*] alii, ut Reg. Guelf. 2. 3. et Ed. Lipſ., *adiuvet*, vel *adiuvat*, vel *at iuvet;* volunt nempe, *ac iuvet.* H. Apogr. plura, Guarn. et Zwic. 1. 2. cum Pariſ. et Venet. dant *adiuvet*, ſed in Zwic. 1. ſeriori manu correctum; Voſſ. duo *ac iuvet;* Hamb. *audiat.* Goth. *et iuvet.* — H.

 Voſſius

Vossius *At iuvet* recepit, quod mihi cur non probetur, ex annotatione ad 19. apparebit. W.

32. *detrahet*] Cod. Reg. Guelf. 1. 4. cum Ald. 1. Mur. Guarn. et Corvin. *detrahat*, ut multi ap. Broukhusium, quod convenit sequentibus. H. *Detrahat,* quod in novem apogr. (Hamb. Goth.) et Venet. exstat, quodque, Heynio probatum, dedit H. Vossius, cur receperim, causa inde est repetenda, quod nova modi commutatio displiceret, praesertim quum coniunctivi *curet* — *gerat* sequantur. Paris. *detrahet.* Ceterum *veniet* non esse in *veniat,* quod Goth. (ap. m.) dat, mutandum, in Notis expositum est. W.

33. *virum hunc, sedula curet*] *m* in *virum* non eliditur, ut saepe fit; adeoque eo quidem nomine non mutem; mihi tamen *hunc* durius h. l. et otiose positum, et utriusque versus oratio male iuncta videtur, etsi mutata interpunctione emollii versum. Nam vulgo interpungitur: *Et tantum venerata virum, hunc s. c.* Ayrmann. §. 66. Vitae Tibullianae legit: *tunc,* et id Corvin. firmat; etsi et hoc languet. Versus fiet rotundior, si legas: *nunc sedula curet; Nunc paret atque epulas ipsa ministra ferat;* et hoc legitur in Guelf. 3. diserte; ut latius sit *curare,* quod ad omne officium, quo hospitem excipimus, balneo, veste, foco, referri debet. (*curare hospitem* ad balneas et epulas pertinet. vid. Terent. Eun. 3, 2, 52. Plaut. Stich. 5, 3, 9. Alio sensu Plinius Ep. I, 5. ad fin. *curatur a multis* h. e. observatur. W.) Broukh. malebat, quod in quibusdam est, *huic,* quia *curare* cum tertio casu iunctum legitur. Ita stribliginis in his verss. satis nondum erat? — *hunc et* in vno Statii et in Guelf. 2., et in marg. *hunc assecula,* pro ancilla, (cui vel metrum obstat. W.) — in Ed. Lips. *virumque,* ad fulciendum versum. Ut ex animo dicam, quod sentio: quale illud nunc habemus, vix hoc distichon a Tibulli manu venire potuit. Nitor omnis abest et ipsa sermonis ratio. H. De quo iudicio Heynio assentitur Santenius p. 78., recte improbans coniecturam Withovianam, quam Schrader p. 173. Emendat. proposuit: *Et tantum v. v., cui s. curet, cui paret atque.* Heynius autem distinxerat: *Et, tantum v. v. hunc, s. curet*, ut iungeretur *tantum h. virum;* ad quam compositionem Lenzius p. 187. e Sall. Iug. c. 10. §. 8. *talem hunc virum* comparavit. Sed huic interpunctioni obstat primum quod *curet* obiecto destitutum est. Neque enim construes: *curet* (ut) *paret et gerat,* quia particulae *ut* post verbum *curo* omissae exempla desunt, et quia Latine

tine dicitur: *curo* (ut) *epulae parentur.* vid. Plaut. Stich. 5, 3, 7. *meis curavi amicis, coena ut cocta esset.* Tum Tibullum non nisi sensu vel distinctione suffragante synaloephen neglexisse, crediderim. cf. Iuven. II, 26. III, 70. Nam quod aspirationem *h* saepe consonantis mutae partes gerere notat Burmannus Anthol. Lat. T. 2. p. 605., laudans Reines. ad Class. XVII. Inscr. Vet. N. 167. p. 861., et similia afferens exempla: *tandem haec, sacri hic,* illud in arsi tertii, hoc in arsi quarti pedis, hanc caussam veram non puto. Neque licentias Comicorum vel Satyrae Albio inferam, usumque vocularum *dum, tum, num, cum,* de quo Bentleius de Metr. Terent. p. 15. et ad Terent. Adel. II, 2, 24. accurate disseruit, ad partes vocabo. Quae metri ratio nisi vetaret, omni hexametri distinctione sublata, verba sic construerem: *Et curet sedula tantum hunc virum, venerata* sc. eum; quae Latinis usitata est constructio, ut Horatio Sat. II, 6, 11. *mercenarius agrum Illum ipsum mercatus aravit,* et Tacito Annal. IV, 51. *Quidam pontes et scalas ante fabricati inferre propugnaculis.* Adde locum nostro simillimum Nemes. III, 27. *Quin et Silenus parvum veneratus alumnum Aut gremio fovet, aut resupinus sustinet ulnis, Et vocat ad risum digito, motuve* (ut pro *motuque* legendum est) *quietem Adlicit.* Ceterum cum in distinctione, quam recepi, pronomen *hunc* neque metro adversetur et vim habeat aliquam, praesertim cum *huic* repetitum sequatur, versus, ut editi sunt, integros iudico. Goerenzius nil mutat, nisi quod verba *tantum vener. virum* parenthesi includit. Depravationes textus sunt in Hamb. *nunc s. currat;* in Zwic. 1. *virumque hunc;* pro *huic* Vindob. *tunc,* Goth. *hinc,* apogr. tria *illa* pro *ipsa.* Correctionem *nunc — curet, nunc paret* non magis amplector quam illam Burmanni Secundi, *ferat* pro *gerat,* quamquam Santenio probatam p. 79. Supplent illi: *in mensam.* Sed cum locus, in quem epulae latae sint, adiectus non sit, *gerere epulas* aeque mihi Latinum videtur ac *gerere hastilia,* vel *liberos in manu.* Add. Tibull. I, 10, 27. *canistra geram.* — *ipsa ministra* h. e. ipsa servae ministerium faciens. W.

34. *ipsa*] Reg. *illa.*

35. *Eurusque Notusque*] *Eurum*, quod iam in Vicentina video expressum, Broukh. e XX libris recepit, quia ille vicinus alteri et fere cum ipso iungitur; vulgo fuit *Caurus,* ut etiam Rom. Ed. Ex hoc tamen illud potius fieri potuit, quam hoc ex illo. H. Et H. Vossius, quia

 Eurus

Eurus res ab urbe in Orientem portare nequiret, *Caurusque* recepit. At *Notus* illud non magis efficere poteſt. Accedit quod *Notus* et *Eurus* pro ventis vehementioribus a poëtis uſurpati eſſe videntur. Apud Virg. Aen. I, 575. Dido: *Atque utinam rex ipſe, Noto compulſus eodem, Adforet Aeneas.* Quis, quaeſo, in mari mediterraneo navigans, ad litora Africae *Noto* defertur? Denique apogr. H. Voſſii omnia cum Zwic. 1. 2. Guarn. Pariſ. et Venet. vulgatam *Eurus* defendunt. *Caurus* autem ab iis, qui poetarum morem vel negligentiam perſpectam non habebant, ſubſtitutum eſt. Loci Iuvenalis XIV, 267. *Quam tu, Corycia ſemper qui puppe moraris Atque habitas, Coro ſemper tollendus et Auſtro,* alia eſt ratio. Pariſ. *Nothusque* et *Armonios.* Goth. *factat* pro *iactat.* W.

37. Vellem utique, carminis ſuperioris venuſtatem non eſſe contaminatam foeda lacinia, quae attexta eſt. Sententiarum tamen ordo ac nexus non omnino verſus, qui ſequuntur, reſpuit. Scaliger non modo novam Elegiam exorſus eſt: *Saepe ego* etc., verum etiam ſuperiori carmini attexuit verſus ex El. II. huc retractos, qui molliſſimae elegiae nitorem non minus obſcurant. Quod per bonae criticae leges facere licet, hoc feci. Seiunxi verſus, ut novae Elegiae ſeu initium, ſeu, quod credere malo, fragmentum. Romanos autem illos a Platonico vel Petrarchico amore ſatis alienos fuiſſe, vel ex h. l. facile quisque intelligat. H. Cum Albius ad animum Deliae movendum enarraſſet, quantopere de illa aegrotante eſſet meritus, quasque tum ſpes de vita cum illa, ſanitate recepta, ſuaviſſime transigenda concepiſſet, inde a verſu 37 — 47., quo amoris vinculo etiam nunc, his falſis, irretitus teneatur, explanat, quod ad puellam alliciendam haud incommode memoratum eſſe, neque iis, quae praeceſſerunt, adverſari, dixeris. Itaque ſigna lacunae tollere non dubitâvi, non moratus ſingularem illam amoris erga Deliam teſtificationem 39 — 42.; quam qui abeſſe cupiunt, ex indole altiore et generoſiore amorem Romanorum aeſtimant. Goerenzius iudicavit, verſus 36. 37. ad verſum 18. referri, a quo poeta, interpoſito quaſi episodio 19 — 34., disceſſiſſet. W.

37. *depellere*] Hamb. *deponere.* 38. idem *ſed* pro *at.* Poſt 39. Voſſ. B. ex carmine ſexto 53 — 86. inſeruit. W.

40. *deſeruitque Venus*] quod Ovid. III. Am. 7, 13.

Tacta tamen veluti gelida mea membra cicuta,
Segnia propoſitum deſtituere ſuum.

Etiam

Etiam in Tibullo duo ap. Broukh. et Regius cum Corv., haud dubie ex interpolatione, *destituitque* legunt. H. Id H. Vossius ex quatuor apogr. ut poeticum recepit. Sed *destituere aliquem* est fraudare aliquem, quae notio fraudis et doli aliena est a Venere; si *destituere aliquem* eodem sensu diceretur, quo legitur *destituere spem, exspectationem*, ad spem a Tibullo conceptam referrem, fore ut hac via curas et dolores abigeret. Cum autem huius compositionis exempla desiderem, retineo lectionem bonam *deseruitque*, quam Guarn. Hamb. Goth. Zwic. 1. 2. Paris. et Venet. firmant. Nam *deserere* dicuntur dii, qui non adiuvant neque optata afferunt. Plaut. Pseud. I, 3, 147. II, 2, 6. — Zwic. 1. *adiram.* — Ratio coniunctivi ex Obss. ad I, 2, 14. patebit. W.

41. *Tunc me devotum descendens femina dixit*] Revocavi lectionem, quam Broukh. ex aliquot libris recte induxerat; vulgo *Tunc me discedens devotum f.* Similis aberratio erat sup. El. 2, 19. Ovidius in eadem re *desiluit* dixit III. Am. 7, 81. (Sed is locus hac re differt, quod ibi, se cum amica *in toro* iacuisse, Ovidius narraverat. W.) Metus Vulpii, ne quis ita, ut apud Catull. carm. 112, 2., accipiat, inanis est, cum hic de femina, non de mare, sermo sit. H. Lectionem editam firmat Veneta et Voss. 1. — Bern. *descendens devotum,* et Zwic. 1. sed corr. in *discendens dev.* — Hamb. Goth. Zwic. 2. *devotum discedens.* — Paris. Guarn. cum septem apogr. *discedens devotum.* — *Tunc* in Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. Guarn. Paris. Venet. W.

42. *et, pudet heu! narrat scire nefanda mea*] est ex emendatione Scaligeri; vulgo *et pudet et n.*, quod natum ex *et pudet ei.* An altera versus pars a Tibullo profecta sit, dubito. Extrita fortasse ea erat a pio homine in codice, inde ab alio restituta. In Tollianis excerptis narratur ab aliis legi: *Et dominae narrat scire nefanda meae.* Sic ipsi Deliae renuntiat puella rem. („In veteribus etiam libris legi affirmant: *Et dominae narrat*" haec Statius, addens: „Sin illud malumus, *Mea* fortasse mutandum sit in *meae,* ut illa quidem se dicat non nescire *nefanda,* illa nimirum veneficia, *dominae meae.*" Ita etiam lectio Excerptorum Tollianorum intelligenda esse videtur, et quod Auratus reposuit. W.) Ab Aurato refingi coepit: *Et dominae narrat sacra nefanda meae.* Quod si semel eam viam ingredimur, liceat refingere: *femina dixit*, *Et, pudet heu!* (sc. dixit) *dominam scire nefanda meam:* h. e. veneficiis eam uti. Tum nexum

nexum habent quae ſequuntur: *Non facit hoc verbis.* Nodell. Not. crit. p. 72. non multum abfuit ab hac coniectura, cum legebat: *Et, pudet heu, narrat, ſcire neſanda meam.* H. Eodem redit coniectura: *Et dominam narrat ſcire neſanda meam.* Sed femina illa, qua frui volebat Tibullus, eum *devotum* eſſe pronuntians, addere non potuit, hoc a *domina* Tibulli eſſe factum vel a puella, quam *ſuam* appellare poſſet. Nam devotionibus ille peti potuit vel a muliere, quae eius amore potiri cupiebat, vel a ſaga aliis de cauſis. cf. Ovid. Am. II, 7, 26 — 35. Neque ad ſequentia 43. 44. annectenda opus hic eſt vocabulo aliquo, quale eſt *domina* vel *mea.* Nihil enim in bonitate iuncturae deſidero: femina tum dixit et vulgat, me eſſe devotum; neque hoc mihi accidiſſe nego; nam puella mea pulchritudine ſua me vere devovet. Accedit quod *neſanda* notans turpia bonum habet ſenſum. Apud Virg. Aen. VI, 26. *neſanda Venus* eſt turpis V., et *neſas* eſt flagitium vel turpitudo apud Iuven. II, 127. *Unde neſas tantum Latiis paſtoribus?* ubi de nuptiis virorum agitur. Lectio *dominae* vel verſui 40., qui praecedit, debetur, vel correctori, qui verba corrupta *et pudet et* emendare voluit. Si Scaliger genuinam lectionem reſtituit, diſtinguas: *Et, pudet, heu! narrat ſcire neſanda mea.* Nam ſi *heu* vel *vae* ad vocem ſingulam pertinet, praeponere huic ſolent Latini particulam exclamandi, non poſtponere. Ipſe tamen Tibullo redditum malim: *Heu pudet, aut Vae pudet, et narrat ſcire neſanda mea.* Nam verba *Heu pudet* aut *Vae pudet,* fere ut *memini* I, 2, 26., interpoſita ad utramque ſententiam *dixit et narrat* pertinere poſſunt. Et cum medio aevo *ve* ſcriberetur pro *vae,* haec ſcriptura facile in *e* atque *et* potuit mutari, praeſertim initio verſus. Apogr. (Hamb. Goth.) Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. et Venet. *et pudet et narrat.* Pariſ. Venet. *nephanda.* W.

43. *non facit hoc verbis*] quidam, ſed pauci, *herbis:* quod tueri poſſis ex Propert. III, 6 (4), 25.

Non me moribus illa, ſed herbis improba vicit.

et infra El. 8, 23.

Quid queror, heu, miſero carmen nocuiſſe? quid herbas?

H. Probabilem alteram lectionem *herbis* iudicaverat Statius, uſus loco Tibulli I, 8, 17. 18. *Num te carminibus, num te pollentibus herbis Devovit tacito tempore noctis anus?* Qui locus neutri lectioni favet. Et alibi modo *carmina* modo *herbae* in devotionibus memorantur. Ovid. Heroid. VI, 83.

Non

Non facie meritisve placet, sed carmine *movit.* et 93. *male quaeritur* herbis, *moribus et forma conciliandus, amor.* — Vide igitur, quo alia argumenta rem deducant. Primum forma loquendi *facit hoc* ex iis, quae praecesserunt, explicanda est, vid. Ovid. Heroid. XX, 55. *Tu facis hoc, oculique tui,* et quae Burmannus ad Propert. III, 12 (10), 4. notavit. Aliquoties tum *hoc* omittitur, ut apud Tibull. I, 8, 22. Et h. l. *facis hoc* idem est ac *devovet.* Deinde *verbis* pro *carmine* esse dictum, ex compositione *devovet verbis* apparet, et probatur loco Horatii Epist. I, 1, 34. *Sunt verba et voces.* Itaque exquisitior cum sit ratio loquendi *devovere verbis,* et codicum auctoritas accedat — nam *verbis* in apogr. (Hamb. Goth.) Zwic. 1. 2. Paris. Guarn. et Venet. exstat — receptam tuendam esse censeo. Ask. *haec* pro *hoc.* W.

ib. *facie tenerisque lacertis*] quidam boni libri ap. Broukh. et Regius noster cum Guelf. 3. (et Corv. et quatuor apogr. W.) *niveis,* ut Virgil. Aen. VIII, 387. de Venere:

> — *niveis hinc atque hinc Diva lacertis*
> *Cunctantem amplexu molli fovet.* —

hoc placere possit etiam propterea, quia in altero versu color memoratur: *flavis — comis;* eadem ratione, qua Scaliger et Bentleius apud Horatium I. Carm. 13. tuentur *lactea brachia* propter *roseam cervicem;* et qua dixit Virgil. XII. Aen. 605.

> *Filia prima manu flavos Lavinia crinis*
> *Et roseas laniata genas* —

Retinui tamen *teneris,* quia id vocabulum nostro in deliciis est. v. I, 1, 46. 64. 68. I, 2, 73. et al. In cod. Scheff. fuit *mutis,* depravatum ex *niveis.* H. *niveis,* ut γραφικώτερον, recepit H. Vossius. Add. Fast. Ovid. II, 763. *Forma placet niveusque color, flavique capilli.* Heroid. XX, 57. *Hoc flavi faciunt crines et eburnea cervix.* Sed *teneri lacerti* perpulchri sunt, et variatio epithetorum delectat. Itaque nil temere movi. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. Paris. cum Venet. *tenerisque.* Voss. 3. *a flavis.* W.

47. *Nereis Pelea,* interposito *quae*, multi codd. et vett. edd. usque ad Ald. pr., quod non videbant librarii, *Nereis* trisyllabum esse. In Ed. Lips. inferciebatur *quem.* At *Nereis Pelea* Guelf. 3. H. Hoc etiam quatuor apogr. — At Zwic. 1. 2. Hamb. Guarn. Corv. Venet. interposuerunt *quae:*

quae. — Parif. *que,* quod in libris legi teftatur Statius, qui ad bonam lectionem *Nereis Pelea* defendendam locum attulit Manilii V, 563. *Extulit et liquido Nereïs ab aequore vultum.* Nam fecundam vocis *Nereïs* modo productam, Stat. Achill. I, 527., modo correptam, Stat. Achill. I, 24., vides. Ieiuna eft eiusdem Statii coniectura *Nereis quoque.* Cetera apogr. *que, quae, quam.* Parif. *Pellea.* Vindob. *Pelleo.* Venet. *hemonium.* Goth. *aeris* pro *Nereis* (a. m.). apogr. Voff. *aërisque.* Hamb. *qualis* pro *talis.* Exemplis ufus vocabuli *talis* adde Val. Fl. I, 725 — 729. Pelias ira furens *rerum afperrima verfat. Biftonas ad meritos quum cornua faeva Thyoneus Torfit, et infelix iam mille furoribus Haemus, Iam Rhodopes nemora alta gemunt, talem incita longis Porticibus coniuxque fugit natique Lycurgum;* ubi iungas: *Talem,* h. e. tali furore incenfum, *fugit Lycurgum coniux, quum Thyoneus — torfit, et — nemora gemunt.* Pelias enim furens cum Lycurgo comparatur. Locum male intellexit Wagner. p. 47. — Venet. *cerula.* W.

46. *frenato — pifce*] delphine. vid. Ovid. Met. XI, 237. Gronov. Obff. 1. c. 17. p. 143. malebat etiam hic, *prifte.* Sed eum iam refellit Broukh. cf. Valer. Argon. I, 130. fqq.

47. *Haec nocuere mihi, quod adeft h.*] Ita malui diftinguere, quam cum Broukh. diftinctionem maiorem ante *quod* ponere, unde duriffima verborum iunctura exifteret; etfi nec altera ratio fatis expedita eft. Senfus eft: Mihi hoc nocuit, et animum Deliae abalienavit a me, quod dives amator et lena peffima illam obfederunt. Altero verfu particula connectendi intelligenda; nifi malis reponere: *Venit et exitium, callida lena, meum,* quod et Ayrmanno placuiffe video in Vita Tibulli §. 70. H. H. Voffius de coniectura dedit: *Haec nocuere mihi! Quod — vertit in,* interpretans: *haec n. mihi,* facies, lacerti et comae Deliae me devoverunt (coll. Horat. Sat. I, 8. 22. *herbas nocentes;* ad quem ufum verbi *nocere* declarandum aptius comparari poterat Tibull. I, 8, 23. 25.); illa tamen formae praeftantia captus etiam dives Deliam pecunia ambit, qua lena in perniciem meam utitur. Sane Ovidius Metam. IX, 612., enumeratione rerum nocentium finita, addit *Haec nocuere mihi,* et *nocere* tribuitur pulchritudini, qua quis in fuum aut alterius detrimentum capitur. Apud Sabinum epift. III, 54. Paris Oenonae reiectae caufam amoris in Helenam aperit: *Quod non eft facies pulcrior ulla, nocet;* at primum fen-

ſententia verborum *Haec nocuere mihi*, praeſertim cum verſus 45. et 46. interpoſiti ſint, languet; deinde ſententiae huius cum ſequenti nexus, qualem H. Voſſius finxit, multis eget adminiculis. Iunctura autem, quam in Notis propoſui: Tam pulchrae puellae amorem et fructum abstulerunt mihi dives et lena, bona eſt; neque, cum duae res ſequantur, quae nocuerint, pluralis *haec* male me habet, praeſertim cum de *una* re et Graeci *ταῦτα* ſaepe dixerint, ut Plat. Crit. c. 14. *μεγάλα ἡμῖν τούτων τεκμήριά ἐστιν*, et Latini *haec*, quod fecit Catullus, qui unam eandemque rem et ſingulari et plurali notavit XXIX, 1. *Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati?* et 5. *Cinaede Romule, haec videbis et feres?* Adde quod in affectu, quali haec ſcribens percuſſus erat Albius, ferri poteſt aſyndeton *adeſt — venit*, quod alii absque illo affectu poſt coniunctionem *quod* admiſerunt. Iuven. VI, 509. *vivit tamquam vicina marito*, *Hoc ſolo propior, quod amicos coniugis odit Et ſervos, gravis eſt rationibus.* Ex quo facile alium Iuvenalis locum VII, 88. *Ille et militiae multis largitur honorem, Semeſtri vatum digitos circumligat auro*, a correctione *largitus*, aut *Semeſtri et* defendes. Vide etiam Virg. Ecl. I, 37. 38. Nihil denique vituperabis in compoſitione *venit in exitium* pro venit ad puellam meam corrumpendam. Saepius enim *in* cauſam finalem notat. H. Voſſio mulierem, quam *lenam* vocat Tibullus, matrem Deliae fuiſſe opinanti, cum locus I, 6, 58. ubi illa *aurea anus*, et 63. ubi *dulcis anus* audit, tum verbum *venit* refragatur. Pro *adeſt* Zwic. 1. *abeſt*, et pro *amator* Goth. (a. m.) *arator*. W.

52. *ſemper*] Similiter initio verſus poſitum eſt *ſemper* apud Virg. Ge. I, 247. *Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox Semper.* Verba *circum hanc* pertinent ad ea, quae ſequuntur: *e tectis canat.* Et *canere* abſolute poſitum apud Cic. de Divin. I, 7. *cornix canit.* Goth. *eſt tectis* (a. m.). W.

53. *herbasque ſepulcris Quaerat*] Muretus invexit *eſcas*, ut ſilicernium intelligeretur. Sed hoc dabatur ad rogum, non ad ſepulcrum, ait Gebhard. h. l. ultima fortaſſe non ſatis accurate; etſi religio in his valde variavit. Dapes appoſitas fuiſſe rogo aut in rogum nemo dubitet; ſepulcrum etiam latius dici, nemo infitictur; vel ſic tamen non auſim in contextum *eſcas* e coniectura Mureti repoſitas admittere, quamdiu apparet, poëtam aliud voluiſſe, quod et ipſum bene ſe habet. Docte de h. l. disputantem v. Döring. ad Catull. p. 173. H. Recte Broukhuſius quoque

hunc

hunc locum defendit, de ſanctitate ſepulcrorum bene admonens, quorum herbas carpſiſſe nec pecori impune fuerit, cuius culpae veniam precibus expoſci iubet Ovid. Faſt. IV, 749.

Sive ſacro pavi, ſedive ſub arbore ſacra
Pabulaque in buſtis inſcia carpſit ovis.

ubi vid. Neap. Lenae igitur voracitatem nefandam, quae proxima ſacrilegio habita eſt, imprecatur Albius. Conſtructionem autem eandem praebet Virg. Aen. VII, 758.

Et Marſis quaeſitas montibus herbas.

Verba *ſtimulante fame* leguntur apud Iuven. XIV, 84. Burmannus in Anthol. Latin. T. 2. p. 62. *eſcas* probat, et ad epulas ſepulcrales, partem dapum funeralium, refert. Nam egeſtatem lenae vix tantam ſtatui poſſe, ut famem herbis e ſepulcro enatis depellere neceſſe fuerit. Si ita argumentaris, fortaſſe contra Scaligerum p. 139., *oſſa* te Tibullo reliquiſſe miror; nec de fame lenae loquitur Albius, qualis fuerit, ſed quantam ei eſſe velit. Pariſ. Zwic. 1. 2. *ſepulcris.* Venet. *ſepulchris*, ut *lachrymas*, alia ſimilia. W.

55. *Currat et*] Cod. Pal. *quaerat*, quod non temerarium iudicat Gebhardi; quo ſenſu, non dixit. Eſt indocta repetitio voc. e ſuperiore verſu. H. Santenius Bibl. Crit. p. 69. ſenſum non malum iudicavit, ſi locum cum verſu, qui praecedit, conferres; quod factum nollem. Nam repetitioni vel vocula *et* repugnat. Hamb. *umbras* pro *urbes*. W.

56. *e triviis aſpera turba canum*] In Romana et aliis antiquis Edd. eſt *poſt agat hanc t.* Scaliger e ſuo repoſuit, *poſt agat a triviis.* Sed Broukh. in pleriſque invenit: *e*, et ſic Regius. H. Idem dant Zwic. 1. 2. Pariſ. Corvin. Venet. Guarn. apogr. omnia (Goth.) praeter duo, in quibus *et* (Hamb.) Si *et* legitur, res nova a priori 55. diverſa optatur, vid. IV, 1, 56. *Ceſſit et,* 58. *Vexit et.* Sed ne duas res diſticho 55. 56. enuntiatas putem, monet congruentia diſtichorum praecedentium 49. 50., 51. 52., 53. 54., quibus ſingulis una res exponitur. Adde quod haec res nova, ceteris, quae iratus imprecatur, malis infirmior, dirarum ſeriem male claudit. At ſi unam rem verſibus 55. 56. comprehenſam ponis, ſententia pentametri bonum eſt ſententiae hexametri complementum; nec linguae ratio repugnat. Nam non raro talia imaginis complementa, nulla coniunctione aliove vinculo uſurpato, adiecta animadvertes. Vid. Virgil. Aen. I, 150. *Iamque faces et ſaxa volant; furor*

ror arma miniſtrat, I, 106. et 467. 468. cf. Tibull. I, 6, 76. Has adiectiones in ablativos abſolutos facile mutabis. *Poſt* pro a tergo, pone. Cic. p. Mil. c. X. §. 29. *Servi, qui poſt erant.* Liv. 21, 34. *ipſe poſt — incedebat.* Add. Tibull. II, 1, 16. 89. Ut *poſt agat* illam, lenam, componitur, ita I, 10, 24. *Poſtque* (ferebat) *comes purum filia parva favum;* et *poſt* h. l. notat poſt ſequens, perſequens. Scaliger e membrana ſua receperat *a triviis*, ut iungeretur *canes a triviis;* de quo loquendi genere vid. Obſſ. ad II, 1, 57. Saepius autem in libris permutatae praepoſitiones *e* et *a*. vid. II, 4, 30. II, 3, 22. W.

57. *Evenient*] Ita Broukh. ex antiquis Edd. et libris quibusdam, uti iam Heinſius legendum viderat, quem v. ad Ovid. III. Met. 524. IV. Faſt. 775. cf. inf. I, 7, 5. II, 1, 25. et ad Tibull. Broukh. p. 445. Vulgo *eveniet.* H. Receptam lectionem praebent Voſſ. duo et Monac. — altera eſt in Zwic. 1. 2. Corv. Hamb. Goth. Venet. — *Et venient* in Pariſ. Ovid. Ib. 127. *Evenient; dedit ipſe mihi modo ſigna futuri Phoebus.* Cod. Ask. *amantum.* W.

60. *nam*] Alii *non* perperam. vid. Broukh. *omnis amans* duo Broukh. et Ask. *ipſa Venus* duo alii. H. et marg. Bern. Verba *nam donis v. o. amor*, quaeritur, quem ſenſum per ſe habeant, quemque hoc orationis contextu. Ac primum *amor* alicuius *vincitur* ſignificat amor exſtinguitur. Tibull. III, 6, 4. *Saepe tuo cecidit munere victus amor.* Similiter *dolor, ira vinci* h. e. exſtingui, opprimi dicitur. *omnis amor* eſt uniuscuiusque hominis amor. Propert. I, 11, 18. *Sed quod in hac omnis parte timetur amor.* Itaque verba *donis vinco omnem amorem* notant donis uniuscuiusque puellae amorem exſtinguo, eiusque animum, ut mihi indulgeat, capio. Si autem expendis, divitem opera lenae iam potitum eſſe Delia, a quo illam revocare ſtudet, hunc ſenſum verbis *nam — amor* incluſum eſſe patebit: nam dives ille tuus, qui pecunia ſua omnem puellam expugnare poteſt et confidit, nec fidus neque officioſus erit. Quae ſententia primum ſequentibus convenit, quibus, 61 — 66., pauper diti opponitur, doceturque, qualia a paupere, h. e. a ſe, illa exſpectare officia poſſit; deinde a Romanorum moribus et ſenſu non abhorret. Vide querelas de donis ad amorem expugnandum potentibus Tibull. I, 4, 57 ſqq. II, 3, 35 — 58. II, 4, 29 ſqq. Similem denique oppoſitionem apud Propert. II, 26 (20), 27. 28. vides: *Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt; Qui dare multa poteſt, mul-*

ta

ta et amare poteſt. Sententiam, quam Broukhuſius et Heynius conſtituerunt, vid. Not., neque adiectum *omnis* neque ea, quae ſequuntur, patiuntur. *Nam* dant Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. Guarn. Corv. Pariſ. Venet. et omnia apographa H. Voſſii, qui nihilo minus *non* recepit hoc ſenſu: falſum eſt praeceptum ſagae, dona praeſtare omni amori. Nam 61 ſqq. pauper amator diti longe praeferendus eſt. Sed, ſi Latine ſcio, ſenſus: dona omni amore potiora non ſunt, ita reddendus eſt: non a donis vincitur omnis amor. Vid. Aen. VII, 310. et Aen. IV, 95. W.

61. *Pauper erit praeſto tibi, praeſto pauper adibit Primus*] *praeſto eſſe* praecipue ſervulis convenire, recte docet Vulpius; ſed *praeſto adire* qua ratione dicatur, nemo docet, nec ſimile exemplum memini. Varia quidem ſubſtitui poſſint, v. c. *Pauper erit praeſto: ſi prodis, pauper adibit Primus et* etc., ſed quae praeſtare nemo auſit. In Mureti edit. verſus ita legitur: *Pauper erit praeſto ſemper tibi, pauper a.* In Exc. Scalig. autem ſic: *Pauper erit praeſto, ſemper te pauper adibit Primus;* quod ſatis probabile eſt. Sic Ovid. I. Art. 488. *Lecticam dominae disſimulanter adi.* Ex *per te* fieri potuit *praeſto;* fortaſſe etiam ex prima ſyllaba vocis *ſemper* natum eſt illud *nam,* quod in una Statii pro *tibi* erat. Sed, ne ab interpolatrice manu ſit, ut verear, facit alter verſiculus, qui in iisdem ita exhibetur: — *et in duro limine fixus erit,* quod ſine dubio ab eo eſt, qui pentametrum triſyllabo claudi aegre ferebat. v. inf. II, 6, 20. Ut vulgo legitur, etiam Ovidius dixit III. Am. 11, 17.

Quando ego non fixus lateri ſpatiantis adhaeſi.

Adde Propert. III, 14 (12), 22.

Et licet in triviis ad latus eſſe ſuae.

H. Lectionem *praeſto pauper adibit*, quae eſt in Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. et Venet., tuenti *praeſto* pro participio (ad officia paratus) accipiendum eſt, ut apud Plautum Mil. IV, 6, 1. *Hera, eccum praeſto militem;* quem locum diſtinguere malim: *Hera, eccum praeſto, militem,* ut ſubſtantivum *militem* explicandi cauſa adiectum putes. Sed eiusmodi appoſitionis exemplum vix invenietur; nec placet repetitio vocabuli *praeſto.* Apparet denique, verba *pauper erit praeſto* exemplis, quae ſequuntur: *pauper adibit — pauper ſubiiciet — pauper deducet* declarari, ut I, 8, 43. verba *Tum ſtudium formae* exemplis *coma tum — tollere tum.* Add. II, 1, 43 ſqq. Verbum igitur *pauper* initio ſingulorum exemplorum melius collo-

collocabitur. Itaque Mureti lectionem, quam et H. Vossius dedit, recepi, qua versus suavior redditur, et *semper* suo loco ponitur. Iuven. XIV, 267. *Quam tu, Corycia semper qui puppe moraris Atque habitas, Coro semper tollendus et Austro.* Lectio *nam,* quae in Vaticano Statii pro *tibi* est, ab eo substituta, qui exempla cum superiori sententia accuratius connexa cupiebat. Hamb. *adhidibit;* Goth. *adhibit.* Vossianus aliquis *praesto tibi p. a.* Constructionem Corv., in quo versus ita constituti: *Pauper erit praesto: tibi praesto pauper adibit, Primus et in tenero,* non invidebis. W.

64. *Subiicietque manus*] intelligendum esset, subter brachia puellae. Id enim est *subiicere.* Ovid. III. Met. 167.

Altera depositae subiecit brachia pallae.

Accommodatius fortasse: *obiiciet* h. opponet, ut Horatius Sat. II, 5, 94.: *extrahe turba Oppositis humeris. Efficiet viam* ex praecepto Ovidii II. Art. 210.

Ipse face in turba, qua venit illa, locum.

65. *Pauper ad occultos furtim deducit amicos*] videtur pauperi perductoris et lenonis partes dare; quas quis, nisi forte in aula potentium versetur, sustineat? Aliter inf. I, 9, 42. res se habet. Ferrem, si esset *ad occultas — amicas.* Ovid. II. Am. 2, 21.

Ibit ad adfectam, quae non languebit, amicam
Visere.

In Corvin. et in binis Angl. erat *amictus; et — amictus* pro var. lect. in Guelf. 2., et *ad excultos f. d. amantes* in aliis esse audierat Statius; et hoc etiam invenisse videtur Corradus. Nam in Quaestura p. 328. tum ex coniectura, tum ex libro suo legere se profitetur: *Pauper et excultos furtim deducet amictus;* nec tamen video, quo sensu. *Et* etiam in Guelf. 4. et in Ed. Rom. est. *amictus* valde arrident propter versum sequentem. „Sed quid erit *deducet amictus? deducere vestem* est a summa parte trahere vel scindere. v. Heins. ad Ovid. III. Met. 480. I. Am. 7, 47. id vero huc non facit. An *conducet?*" Ita olim ad h. l. commentabar, in quo prorsus coecutii. Vix enim nunc dubito, veram lectionem esse: *Pauper et excussos furtim deducit amictus.* Inter officia amantium hoc quoque est, pallam, quae male sedeat, aut rugas duxerit, aut motu aliquo adducta fuerit, excutere et ad talos ac pedes demittere seu deducere, deorsum tractam, ut contra ex Nasone praecipitur Art. I, 153. *Pallia si terrae*

nimium

nimium demiſſa iacebunt, *Collige* etc. *Excuſſos* autem facile depravatum fuit in *excultos*. Porro futurum tempus *deducet* et mox *detrahet* in aliis eſt, etiam in Regio, Guelf. 1. 2. 3. et Corvin. ut conueniat praecedenti *ſubiiciet*; ſed id non ſemper obſervatur. vide ſup. v. 27. 29. 31. 33. H. Iſtius loci diverſa eſt ratio. Nam ibi, quae Tibullus cogitatione finxerat, enarrantur, hic Delia de iis admonetur, quae pauper illi praeſtiturus ſit. Et, ubi ſententia aliqua generalis ſpecialibus declaratur, eadem tempora uſurpantur. cf. I, 8, 43 ſqq. II, 1, 43 ſqq. Haec una ratio evincit, futura addenda eſſe futuris, quae praeceſſerunt, et lectionem *deducet* — *detrahet* recipiendam, quae in Zwic. 2. Pariſ. Hamb. et duobus tribusve apogr. H. Voſſii exſtat, qui eandem praetulit. Ceteri libri cum Venet. *deducit*, *detrahit*, Vindob. *detrahat*, Goth. *deludit* pro *deducit*. — 63. *agminae* Hamb. (a. m.). 64. Venet. *ſubicietque*. 66. Pariſ. *ille* pro *ipſe*. Hamb. *vincto* pro *niveo*. Pro *ad occultos*, quod firmant Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Venet. cum apogr., H. Voſſius de coniectura recepit *et ad cultos*. Nam pauperem a divite amatore, Tibullo iudice, eo differre, quod hic in hominum libidinoſorum coetum deduceret amicam, ille in conventum amicorum cultorum, idque furtim, atque inſuper in convivio illic ſoleas officioſe ipſe demeret. Lectionemque ſuam ad illam accedere, de qua Statius: In veteribus libris etiam ſic eſſe teſtantur, *Pauper ad excultos furtim d. a.* At Tibullus monet, divitem omnino nulla officia exſequi, nihil largiri niſi dona. Accedit quod notio, quam H. Voſſius appoſitioni *occultos* intulit, quaſi ea *latebrae pudendae* ſignificarentur, iſti reapſe non ineſt. Si tales puellae *furtim* ad amicos convivantes deducebantur, quod editor noviſſimus non negat, quid mirum, *occulte* illos coenaſſe? Ex libro III, 6, 59. puellas conviviis interfuiſſe apparet, et Plutarchus in Alex. c. 38. conviviis luxurioſis amicos regis cum puellis affuiſſe teſtatur. — *Amictus* in tribus Voſſ. W.

67. *nec verbis victa fatiſcit ianua*] Ita Broukh. ex aliquot libris poſt Gebhardum; in aliis, etiam Regio, et Ed. Rom. ac Corvin. *pateſcit*, quod iſtius interpretamentum. H. Adde apogr. omnia (H. et G.) Pariſ. Venet. — At Zwic. 1. 2. cum Guarn. *fatiſcit*. — Proprie loquitur Virgil. Ge. I, 180. (area) *pulvere victa fatiſcit*. Negantibus *nec* — *fatiſcit* declarantur priora, *Heu! canimus fruſtra*. Eiusmodi explicationes et pedeſtres adiecerunt ſcriptores. Liv. 27, 17. *Ita prorſus reſpondet facturum Romanus, nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint ſocietatem ratam.* — *victa*. Vincuntur ii, qui

qui obnisi sunt. Hinc sensus locutionis *vincor precibus alicuius* patet. Senec. Hippol. 239. *Precibus haud vinci potest?* Similiter Suet. Tib. c. 21. *expugnari precibus.* Audacius ad inanima usus transfertur, ut I, 2, 9. *Ianua* — *victa querelis.* Male Hamb *vincta;* et 68. Voss. aliquis *metu,* in marg. *manu.* De usu loquendi *manus plena*, h. e. plena auri, *manus gravis, manus vacua,* et χεὶρ πλήρης, χεῖρες κεναὶ docte egit Mitscherl. p. 6. 7. W.

69. sqq. Haud dubie hoc est fragmentum alterius carminis, ex quo lacinia servata et superioribus attexta est, fortasse propter argumenti similitudinem aliquam, etsi diversa res est. Scaliger vss. 69. 70. reliquit, et sequentes sex versus in Elegiam proximam post v. 32. reiecit, nec parum se in hoc auso confirmatum credebat Ovidii loco Trist. II, 459. ubi, cum Naso alios istius Elegiae versus recitasset, subiicit etiam hoc distichon:

Scit, cui latretur, quum solus obambulet ipse,
Cur toties clausas exscreet ante fores.

Nec diffiteor, primo intuitu praesidium hic non exiguum Scaligeranae translationi inesse videri, quod tamen, re accuratius excussa, intellexi esse nullum. Nam ut alias rationes, ad El. sequ. v. 33. commemorandas, nunc taceam, primum nec ceteros versus Albianos ordine suo recitat Naso; et omnino dubitandum videtur, an hoc distichon a Nasonis manu profectum sit. Adeo enim male cohaeret cum ceteris, et sententiarum ordinem turbat, ut a male sedulo homine in Nasonis codice aliquo appictum esse suspicer. Nam post ea, quae antecesserant, sequebatur v. 457.

Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet, peccet ut illa minus.
Scit, cui latretur, quum solus obambulet ipse,
Cur toties clausas exscreet ante fores.
Multaque dat talis furti praecepta, docetque
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.

Quam alienum sit medium illud distichon, tria potissimum doceant; primum, quod *Denique* finitas sententias superiores arguit; alterum, quod *furti praeceptum,* qualia in prioribus commemorasse videri vult, nullum in eo disticho est; tertium, quod de fraudibus maritorum egisse se significat Naso: at in illis: *Scit, cui latretur* etc., si cum nostro Tibulli loco conferas, intelliges de rivalibus agi, non de marito Deliae. Meliore itaque iure fragmentum hoc relinqui eo loco videtur, quo in codd. illud collocatum est; asteriscos tamen prae-

praefigendos curavi, ut a ſuperiore elegia ſeiungerem. H. Rationibus, quibus diſtichon Ovidianum ſpurium eſſe arguere conatus eſt Heynius, mihi non perſuaſit. Nam poſt *denique* etiam duae ſubiici poſſunt ſententiae; tum *praeceptum furti* nec in diſticho 457. 458. *Denique — mirum* ineſt; neque ita opus. Nam Ovidius oſtendit 447 — 462., Tibullum exemplo ſuo et carminibus flagitioſos *in nuptas* amores docere; huiusque rei documenta e carmine Albiano ſexto commode depromit. Itaque *tale furtum* 461. eſt tale commercium amoris furtivi cum nupta. Neque vero mirum eſt, Naſonem, memoria lapſum, pentametrum Tibulli 5, 74. *ante ipſas exſcreat usque fores*, eo compoſitum tempore, ubi Delia viro nupta non erat, in illud transtuliſſe, quo illa matrimonium inierat. Ita vero nullum praeſidium Scaligeri opinioni ex verſu 74. paratur; et quae 69. ſequuntur, *At tu, qui*, cum ſuperioribus commode cohaerent. Nihil enim his, quae inde a v. 59. de pauperis amore praedicaverat, animum auro corruptae Deliae moveri, cum v. 67. intellexiſſet, de amoris fructu iam deſperans et iratus, ad eam, a v. 69., non ſine laetitia et ſolatio aliquo tranſit cogitationem, fore ut mox divitem corruptorem eiusdem perfidiae oppreſſura ſit calamitas. Quae ſententiarum ſeries: Delia, quae fidem violavit, ad amorem mei non revertetur; neque vero maiorem ei, qui nunc illa fruitur, praeſtabit fidem; et naturae congruens eſt, et Horatii exemplo firmatur, qui perfidia Neaerae laeſus, rivali feliciori idem auguratur Epod. XV, 17. *At tu, quicunque es felicior — translatos alio moerebis amores.* Conf. ſimilem fere et ſententiarum nexum et uſum formulae tranſeundi *At tu* II, 3, 59 — 61. — Ceterum ad 69. 70. compares Propert. II, 9, 1. *Iſte quod eſt, ego ſaepe fui, ſed fors et in hora Hoc ipſo eiecto carior alter erit.* W.

69. *mea fata timeto*] Erat *furta.* Reduxi lectionem, quam Plant. et aliae quaedam Edd. inde a Mureto habent, qui primus induxit. Nam etſi codicum auctoritas deeſſet: ratio tamen et ſententia *fata* poſtulat, non *furta*, quae ex ſeqq., interpolatione facta, illata ſunt. *timeto* Broukhuſ. recepit e pluribus, ut ait, libris, pro vulg. *caveto.* E Guelf. 1. 4. *furta caveto*, 2. 3. *furta timeto* exhibent. *Fata timeto:* nempe, ne eodem modo aliquando, ut nunc ego, deſeraris ab ea; nam inconſtans et incerta eſt fortuna: *Verſatur celeri Fors levis orbe rotae.* Sic Horat. V. Carm. 15, 17.

At tu, quicunque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo, —

Eheu!

Eheu! translatos alio moerebis amores:
Aſt ego viciſſim riſero.

Ut *furta* aliquis defendenda ſuſcipiat, ſtatuere neceſſe eſt, ipſum Tibullum novas inſidias rivali ſuo parare. Sed abſurdae ſunt ita ſententiae omnium trium diſtichorum, ſi de ſe poëta illa monet; et ſatis lepidum eſt praemonere eum, cui inſidias facturus es, inprimis in amore, eumque hortari, ut fruatur puella, dum liceat. Praeſidium tamen huius et lectionis et interpretationis peti poſſit ex Ovidii loco paullo ante laudato Triſt. II, 459.; inde enim intelligitur, nec Naſonem verſus aliter quam de Tibullo ipſo accepiſſe:

Scit, cui latretur, cum ſolus obambulet ipſe,
Cur toties clauſas exſcreet ante fores.

Sed primum in ſuſpicionem adductum eſt a nobis totum diſtichon. Tum meliorum librorum lectio eſt: *obambulet ille.* Latet etiam vitium in *quum* vel *cum,* pro quo ſcribendum *cur. Scit, cui latretur: cur ſolus obambulet ille: Cur* etc. ut ſit: Scit, cur ille (ſc. cui latratur) ſolus obambulet. Nec adeo, de ſe poëtam haec dicere voluiſſe, ſeu Naſo ſeu quisquis auctor diſtichi eſt, exiſtimaſſe videtur. (Verſus Ovidii e codicum veſtigiis ita emendandos puto: *Scit, cui latretur, cur ſolus obambulet ille, Qui toties clauſas exſcreet ante fores.* Nam additamentum vulgare *quum ſolus obambulat ipſe* alienum eſt et a verbis *Scit, cui latretur,* et a loco, unde haec ducta, Tibull. I, 6, 31. 32. At ex correctione mea verba *cur ſolus obambulet ille, Qui* — Tibullo 5, 73. 74. accurate reſpondent. W.) Ceterum *qui potior vinces* un. Stat. et un. Heinſ. perperam. H. Hamb. *potitor vincis;* Goth. *vinces* pro *nunc es* cum uno apogr. — *fata* in Monac. Vindob. et Ask. — *furta* in ceteris apogr. (Hamb. et G.) Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. Venet. — *Caveto*, quod H. Voſſius praetulit, praebent Voſſ. ſecundus et Vindob. cum Ald. 1. 2. Muret. et Scal. — Alterum *timeto* eſt in Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. Venet. et novem apogr. (H. et G.). *Caveto* illi, puto, intulerunt, qui Tibullum rivalem ex animo monere credebant. W.

70. *Verſatur celeri Fors levis orbe rotae*] Fortunam antiqui interdum globo, alias (v. c. Cic. in Piſon. 10.) rotae inſiſtentem exhibebant, ut late docet Broukh. contra Scaligerum, qui, cum id non meminiſſet, ex ſuis repoſuerat: *orbe cito.* Pro *fors* fere in libris, ut ſolet, *ſors;* (id in tribus apogr. et Corv. — In Zwic. 1. 2. Pariſ.

9 Guarn.

Guarn. Hamb. Goth. et Venet. *Fors.* W.) in Regis *fors brevis.* Uti h. l. *orbis rotae*, ſic contra *orbis rotam* dixit Virgilius in noto illo Georg. IV, 484.: *vento rota conſtitit orbis.* Abſolute *rotam* Propert. II, 8, 8. (7, 32.) dixit in hunc modum:

Vinceris aut vincis; haec in amore rota eſt.

H. *veleris* Goth. *rota* in uno apogr. et Venet. W.

71. *Nam fruſtra q.* Guelf. 2. H. Opinione H. Voſſii, quae hic narrantur, non vera, ſed per iocum et riſum ficta eſſe, quid proficiatur, profecto me fugit. W.

72. *ac refugit*] al. *atque fugit:* cum Guelf. 4. H. Statius notavit: in veteribus libris legi adſirmant, *Sedulus, et crebro proſpicit atque fugit.* Inde et ex tribus apogr. H. Voſſius recepit *et crebro,* ut ſuavius ſonans. — Voſſ. 1. aliquis cum Hamb. (a. m.) *et refugit.* — Ceteri libri bis *ac.* — Hamb. *cito* pro *crebro.* — v. 73. Goth. *Si ſimulat.* — Guarn. *inde* pro *deinde.* W.

74. *exſcreat usque*] Regius, Guelf. 3. cum aliis (quales ſunt plures Statii, Corv. Pariſ. Goth. W.) ſolemni permutatione, vid. I, 8, 36. et I, 2, 89., *ipſe.* — apogr. unum *ille.* Guelf. 4. *atque.* H. *exſcreet usque* imitatione Ovidii Triſt. II, 460. *toties — exſcreet,* ſatis defenditur. W.

75. *Neſcis* Colot., nec alius adſtipulatur. — *utere quaeſo*] Verſus ſententia vix digna eſt, de qua multum labores; nec tamen ſatis intelligo, quorſum ſpectet. Videtur eſſe: utere fortuna, dum ea potiri licet; nec tamen *utere* abſolute a poëta videtur poni potuiſſe. Subſtitui voci *quaeſo,* quae per ſe friget, poſſunt multa: *utere vento,* ſeu *velis,* ſeu *remis.* Haec ex ipſa re petita eſſent; at e litterarum ductu ductum eſt, quod Wakeſield pro certa emendatione appoſuit Silv. crit. P. IV. p. 63. *utere quaeſtu,* commodis tuis et exerce mercaturam. Quae neſcio an multis ſit probaturus. H. *furtivus amor* (κρυπταδίη φιλότης ap. Mimnermum) eſt amor, quo clam frui Delia a Tibullo arguitur, ad rivalem inquietandum. Virg. Aen. IV, 171. *Nec iam furtivum Dido meditatur amorem.* Et *furtivus amor* pro puella amori furtivo indulgens dicitur, et *parare* de clandeſtinis dolis et artibus. Commode autem ex verbis *clandeſtinus amor* pronomen *eo* ad verbum *utere* aſſumſeris; ut I, 8, 47.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere.

Adde

Adde Propert. IV, 5, 57.

Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus,
Utere.

Latinos verbum *uti* abſolute ponere potuiſſe, nemo demonſtret. *quaeſo* eſt ironice obſecrantis vel irridentis, et verba *neſcio quid* certo affirmantis. cf. I, 6, 6. 55. W.

76. *in liquida nat tibi linter aqua*] pro *nat* alii *iam* vel, ut Reg. et Guelf. 3., *nam*. Tum ſcribendum foret: *it liquida nam tibi linter aqua*. pro *linter* gloſſam exhibet Ed. Rom. *navis*. H. *nam* Voſſ. duo Monac. et Vind. cum Pariſ. et Hamb. (a. m.) — *lyntus* Vindob. W.

ELEGIA VI.

1. *ut inducar*] Sic Reg. et Corvin. Guelf. 1. 2. 3., ſicque editi ante Scal. et Broukh., qui *inducas* e paucis intulerunt. H. *Inducar* in Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. et Venet. eſt, et in omnibus apographis eſſe teſtatur H. Voſſius. — Goth. (a. m.) *indicat* — *in* pro *inducar* — *mihi*. — In Voſſ. 3. verſus 2 — 22. poſt 52. collocati ſunt. W.

3. *ſaeve puer*] haec lectio a Broukh. recepta; nec tamen alia eius auctoritas, quam quod Muretus alios ſic habere ait, uſus verbo: alii *Quid tibi ſaeve puer*; quod et de virorum doctorum emendatione pronuntiari ſolet. Vulgo *ſaevitiae* legitur. Vix dixeris, quomodo haec corruptela oriri inde potuerit, niſi forte ex ſcripturae compendio. Non quidem prorſus alienum illud: *quid ſaevitiae tibi eſt mecum*, in me, quare tam ſaevus es in me? parum tamen commodum. In fine verſus multi addunt: *eſt*. H. *Saeve puer* Voſſiani duo 1. 4. cum Guarn. tuentur. Cetera apogr. cum Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. Pariſ. Corv. et Venet. *ſaevitiae*, quae lectio defenſorem nacta eſt Goerenzium p. 8. Is ſibi eam tueri poſſe videbatur conſtructione ſimili *quid cauſae*. De compoſitione *quid ſaevitiae* nemo, puto, dubitavit, at conſtructio *ſaevitia mihi eſt cum aliquo*, cuius nullum exſtet exemplum, neque ratio cogitari poſſit, improbanda mihi videtur. — Terent. Adel. II, 1, 23. *Quid tibi rei mecum eſt?* Apud Plaut. Aul. IV, 4, 4. Strobilus vexatus et verberatus queritur: *Quid tibi mecum eſt commercii, ſenex?* — Ceterum Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. Goth. et plur. apogr. c. Venet. et Ald. 1. praebent *magna eſt*, quam lectionem, ut vim maiorem verbis conciliantem, retinendam cenſet Goerenzius;

zius; neque exempla copulae *eſt* in pentametro bis poſitae in Ovidio eſſe infrequentia, cf. Faſt. III, 836. — Ald. 2. Muretus, Statius et Scaliger eiecerunt copulam, quos non ſine ratione ſecutus eſt Broukhuſius. Hamb. *magis*. W.

5. *Iam mihi t.*] Ita inde ab Ald. ſec. editur. Alii *nam*, ſicque Reg. cum Corvin. Guelf. 3. H. *Nam mihi* Paris. Hamb. Guarn. Corv. Zwic. 1. (2. *iam mihi* — *iam Delia*, ſed a ſeriori manu utrumque in *nam* mutatum) cum Venet. et apogr. nonnullis. — Goth. *iam mihi* tuetur. Pro *iam Delia* Hamb. *mea Delia*. Goerenzio *iam* utroque loco languere viſum eſt, et requiri particula cauſam indicans ſaevitiae Amoris; itaque ſcribendum eſſe *Nam mihi* — *nam Delia*. Ego ſentio, particulam cauſalem neque pentametro praecedenti neque diſticho 1. 2. convenire. Etenim, ex linguae ratione, verba *nam mihi tenduntur caſſes*, ad pentametrum relata, cauſam continerent, cur gloria magna non eſſet, inſidias homini compoſuiſſe deum; quae ſententiarum connexio inepta; et poſt ſententiam generalem *Semper* — *Amor* exſpectes non particulam *nam*, ſed ſpecialem: etiam nunc id mihi uſu venit; eaque incluſa eſt verbis *Iam mihi tend. caſſes*. Amor inſidias ſtruens apud Ovidium Heroid. XX, 45.

Ut partem effugias, non omnia retia falles,
Quae tibi, quam credis, plura tetendit Amor.

Verſus ſextus a Goth. (a. m.) abeſt. Voſſ. 3. *calida*. Voſſ. 5. *mente*, in marg. *nocte*. W.

7. ſqq. Totum locum ad verbum fere reddidit Ovidius Triſt. II, 447 — 62. Adſcribam numeros verſuum poëtae noſtri:

Credere iuranti durum putat eſſe Tibullus,
Sic etiam de ſe quod neget illa viro.
(vſ. 7. 8.)

Fallere cuſtodem demens docuiſſe fatetur,
Seque ſua miſerum nunc ait arte premi.
(v. 9. 10.)

Saepe, velut gemmam dominae ſignumve probaret,
Per cauſſam meminit ſe tetigiſſe manum.
(v. 25. 26.)

Utque refert, digitis ſaepe eſt nutuque locutus,
Et tacitam menſae duxit in orbe notam.
(v. 19. 20.)

Et

Et quibus e succis abeat de corpore livor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
(v. 13. 14.)
Denique ab incauto nimium petit illa marito,
Se quoque uti servet, peccet ut illa minus.
(v. 15. 16.)
Scit, cui latretur, cum solus obambulet ipse, (v. 32.)
Cur toties clausas exscreet ante fores.
(ex Eleg. sup. v. 74.)
Multaque dat talis furti praecepta, docetque
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.

7. *Illa quidem tam multa negat*] *Tam multa* Latini quidem dicere solent pro *tot*; vid. Burmann. ad Lucan. I, 3.9. IV, 579.; hic tamen sententiam parum commodam reddit. Vulpius ita explicat: fatetur quidem, se cum rivali meo fuisse, tamen negat graviora illa, n. concubitum. Sed et hoc a Tibulli facilitate abest. Facile in animum venire potest, legendum esse: *iam* pro *tam*, ut *multa* sit pro *multum*, ut Scaliger scribendum esse coniecit, comparans Ennii illud *multa manus tendebam*. Ovidius II. Trist. 447. hunc locum ante oculos habens:

Credere iuranti durum putat esse Tibullus,
Sic etiam de se quod neget illa viro.

unde coniicere possis, eum legisse: *Illa quidem iurata negat.* Propert. I, 8, 27.

Hic erit, hic iurata manet.

Ovid. III. Am. 3, 3.

Quam longos habuit nondum iurata capillos.

ubi v. Burm. Fuit, qui vellet: *Illa quidem insimulata negat.* Potest etiam sic refingi: *Illa quidem sua furta negat*; quod expeditissimum foret. In Ed. Bas. expressum: *Illa quidem tam multa negat se credere. Durum est.* H. *Multa* pro *multum* vel apud pedestres legitur scriptores. Nep. in Epamin. c. 6. *Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos.* Caec. ad Cic. 6. Ep. 7. *Qui multa deos venerati sunt contra eius salutem*, quibus comparanda sunt Graeca Aesch. Pers. 499. *Πολλὰ θεοκλυτεῖν.* Add. Val. Fl. I, 757. *multa cunctari* et Virg. Aen. IV, 390. Particula autem *tam* adiectivis et adverbiis ita, ut neque *quam* neque *ut* sequatur, saepe adiuncta vim fere superlativi conciliat. Catull. 8, 6. *Ibi illa multa tam iocosa fiebant.* Ad verbum *negat*

negat advoces, ad ſententiam complendam, pronomen *hoc*. *Pernegare* etiam verſu ſequenti *ſine caſu* poſitum eſſe apparet, et *negare* apud Cic. Philipp. II, 28. §. 69. *Etſi iam negat.* Frequentius *negare* ita uſurpatum vidi, ubi quem *rogatum* vel *invitatum* rem recuſaſſe, ſignificare vellent. Cic. ad Fam. IV, 4. §. 7. *dixit* (Caeſar), *ſe ſenatui roganti de Marcello ne hominis quidem cauſa negaturum.* Iuven. XIV, 134. *Invitatus ad haec aliquis de ponte negabit.* Ita de Mena, qui ad coenam vocatus venire recuſaverat, Philippus orator apud Horat. Ep. I, 7, 63. *Neget ille mihi?* Similiter *credere* h. l. et apud Horat. Od. II, 8, 3—5. *Dente ſi nigro fieres vel uno Turpior ungui, Crederem.* Ovidium, vim verborum *tam multa negat*, quibus *obteſtationes* etiam ſignificantur, ſpectantem, non mirum, dixiſſe: *Credere iuranti* h. e. *tam multa neganti.* Itaque, quamquam Santenio B. Cr. p. 64. Heynius coniectura *iurata* Tibulli manum aſſecutus eſſe videtur, ipſe quidem verſum ſanum iudico cum H. Voſſio, qui coniecturam Santenii; *Illa quidem delicta negat*, loco Ovidii Am. II, 4, 3. *delicta fateri* firmatam, attulit, ſecutusque unum codicem Heinſ. copulam *eſt* ſuſtulit. Quam niſi etiam Zwic. 1. 2. Guarn. Pariſ. Corv. Hamb. et Goth. cum ceteris apogr., et Venet. cum Ald. 1. 2. Mur. Stat. Scal. tuerentur, omiſſioni non obniterer, quae in fine hexametri Horatii Sat. I, 9, 42. *ut contendere durum eſt* probata eſt Bentleio p. 269. W.

8. *usque*] *ipſa* unus Gebh. *quod neget illa* un. Broukh., petitum ex Naſone. Etſi *pernegat illa* pro *usque* lenius ac mollius eſſet. Unus Statii etiam: *Nam ſic et de me p.* H. De vocula *usque* cum pronomine in libris mutata cf. I, 5, 74. Et Statius dedit *illa viro*, quod in Voſſ. 3. exſtat. Compoſitum tamen *pernego* non facit, ut adiectum *usque* ſuperfluum putem. W.

9. *ludere*] Guelf. 2. *laedere*. H. H. Voſſius e codice uno recepit *poſſet quo*, coll. I, 7, 3. Sane *qui* et *quisquis*, *ſi*, *ne* aliaque verba, initio fere ſententiarum collocanda, poſtulante vel metri lege vel ſenſus ratione vel ſoni ſuavitate, interponuntur, vid. I, 3, 79. I, 10, 1.; at h. l. editori noviſſimo ſententiae metrique obſtat ratio, ex qua verbum, cui pondus ineſt maius, poſt caeſuram tertii pedis ponendum eſt. Praeter ea, quae ad I, 5, 61. allata ſunt, conf. I, 4, 15. I, 10, 1. II, 1, 39. 41. Atque pondus ineſt verbis *quo — pacto*, ut relativo III, 1, 15. *Dicite, Pierides, quonam donetur honore.* Add. Horat. Ep. II, 1, 211.

211. 233. Et altera pars pentametri, ſi quis requirat, ſimiliter apud Albium compoſita eſt I, 3, 89. I, 7, 21. His denique adde codicum auctoritatem. — V. 10. Hamb. *iam* pro *nunc* (a. m.). — Ald. 1. 2. Mur. Scal. Stat. *eheu*. At apogr. Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. Venet. *heu, heu*, W.

11. *Fingere tunc didicit cauſſas, cur ſola cubaret, Cardine tunc tacito vertere poſſe fores*] Repoſui e codd. in quibus Guelf. 1. 4. utroque verſu *tunc* pro *nunc*. Ita erat in antiquis Edd. etiam Rom. et Lipſ. et in vulgg. inde ab Ald. ſec., male mutatum in Scaligeri edit., qui Ald. 1. ſequitur; et ita ſenſus exigebat, ſtructuraeque et totius loci ratio. Omnia enim praeterito tempore efferuntur, et ſi *nunc* ſtare deberet, requireretur *cubet;* ſed eſt etiam in ſeq. *abiret*. Viderat hoc etiam Ayrmann. in Vita Tibulli §. 68. Porro pro *cur*, quod ab Aldinis Mur. Stat. Scal. receptum, in Ed. Rom. et Lipſ. aliisque vett. edd., ut et in Guelf. 1. 2. 4., eſt *ut:* in Corvin. autem: *queis*. Tum in Vicent. *forem*, a qua totum ſequens diſtichon abeſt. H. H. Voſſius, ea ſecutus, quae ipſe ad I, 1, 21. praecepit, 11. 12. 13. dedit *tum*, idque in pluribus apogr. eſſe teſtatur. Ego ter repoſui *tunc* et ſecundum notam ad eundem locum factam et ex codicum auctoritate. Pariſ. quidem ter illud exhibet; et Ald. 2. Mur. cum Stat. Apographorum pars *tunc*, pars *nunc* praebet. Particulas autem *nunc* — *tunc* ſibi oppoſitas eſſe, docet etiam Tibull. I, 9, 29 — 31. et Iuven. VII, 94 — 96. *Quis nunc erit aut Proculeius —? Tunc par ingenio pretium, tunc utile multis.* — Goerenzius, ad lectionem *nunc* — *nunc* proclivis, notat: „*didicit*, ἔμαθεν, eſt h. l. *ſcit, tenet*, ſc. a me edocta, et exercitatione confirmata. Ita optime ſibi opponuntur *nunc didicit* — *tunc dedi*.“ Et ſane ſententiae eius ſuffragantur libri Zwic. 1. 2. Guarn. lib. Scheff. cum Venet. At contra eam rationes Heynii ſatis valent. — Hamb. et Corv. *nunc* — *tum*. Goth. *tunc* — *tum*. — Pro *cur*, quod firmat Monac. et Guarn., dat Hamb. *queis*, Ask. *qua*, in marg. *ut;* cetera apogr. (Goth.) cum Zwic. 1. 2. Pariſ. lib. Scheff. *ut*. — Goth. *fertere* (a. m.) pro *vertere*. Venet. *forem* pro *fores*. W.

13. *Tum ſuccos h.*] Etiam hic Rom. et Lipſ. cum aliis, Guelf. 2. a pr. m. 3. 4. *Tunc*, quod maiorem vim orationi conciliat. Novatum in Scaligerana *tum*. H. quod eſt in Corv. Hamb. Guarn. At Zwic. 1. 2. Goth. Venet. *tunc*.

tunc. — Parif. Guarn. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *queis,* quod cum Heynio propagavit H. Voffius. Reduxi *quis,* fcripturam Ald. 1. 2. Mur. et Stat. — Corv. *abeffet* pro *abiret.* — Forcellini fub v. *Endiadys* primo loco ponit verba Tibulli *fuccos herbasque* h. e. fuccos herbarum. W.

16. *peccet ut illa minus*] Servavi hanc lectionem, quia non multum referebat, utro modo legeretur, quanquam pro vera non habeo. Verius eft, quod in omnibus legitur: *peccet ut illa nihil,* nifi quod Venetae: *peccet ut ipfa nihil* habent. Broukh. in duobus Italis invenerat *minus,* quod probabat, quia ita etiam Ovid. in illo loco II. Trift. 458. Mihi vero ex hoc ipfo ifta lectio in duos illos libros veniffe videtur. H. Heynii iudicium amplexus H. Voffius repofuit *nihil;* quem fequor. Nam *nihil* habent praeter codices etiam Corv. Venet. Ald. 1. 2. Mur. Scal. Stat. omnesque editiones ante Broukhufium, qui primus, quod fciam, dedit *minus,* quod eft in Voff. 4. et Guarn.; vid. etiam Stat. Broukhufius, ut lectionem *nihil* praeter Albii mentem iudicaret, eo, puto, motus eft, quod exiftimabat, Tibullum ftultum fuiffe, fi, dummodo rivales fructu Deliae intercluderet, ipfe ea carere voluiffet, neque vim zelotypiae Albianae animo capiebat. W.

17. 18. *neu iuvenes celebret*] Reg. cum aliis, *ne.* mox *laxo* — *finu,* vett. edd. eft lectio; quod male mutarunt Aldinae et Stat. in *laffo,* ut habent Parif. et Guarn. cum tribus apographis; unum apogr. *laffu;* in Thuan. *lapfo;* utrumque vitiofe, fed erratum ex more. (Cf. infr. 40. et I, 9, 55. W.) Apud Rutil. I, 371. recte contra libros receptum:

Laxatum cohibet vicina Faleria curfum.

Vulgatam, quam in noftro reftituit Muretus, tuetur Ovid. Epift. 16, 247.

Prodita funt, memini, tunica tua pectora laxa.

et in Faft. IV, 436.

Haec gremium, laxos degravat illa finus.

ubi Neapolis item ex aliis laudat *lapfos.* H. Apogr. duo praebent *non,* unum *heu,* Voff. unus *ne,* aberrationes notas, vid. Obff. ad I, 2, 37. At H. Voffius intulit *ne iuvenes.* Nam praecepto generali ea, quibus illud figillatim declararetur, per particulam *neu* annecti non poffe. Quae obfervatio ut vera, ita falfo ad hunc locum translata eft. Nam

Nam praecepti, quod 15. 16. de uxore custodienda datum erat coniugi, partes sigillatim 17 — 22. exsequuturo Albio non opus erat vinculo ad orationem horum versuum cum superioribus copulandam. Atque, qua ratione H. Vossius illa, quae versus 15. 16. excipiunt, per verba *caveto, ne,* eadem ipse per verba *caveto, neu* adiungo; utque constructio continuaretur: *caveto, neu celebret, neve cubet, neu decipiat,* punctum post *sinu* sustuli. Animadvertant vero Latinitatis studiosi, Latinos post notionem *prohibere* vel *vitare* vel *deprecari* particulas *neu* — *neu* — *neu* ita posuisse, ut sententiae singulae accurate distinguerentur. Liv. 25, 38. *Scipiones me — excitant saepe somno,* (scil. precantes) *neu se neu invictos per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rempublicam patiar inultam.* Virgil. Ge. II, 298 — 302. *Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem; Neve inter vites corulum sere; neve flagella Summa pete — neu ferro laede retuso Semina; neve oleae silvestris insere truncos.* Add. Ge. IV, 47 — 50. Aen. IX, 42. Horat. Ep. II, 3, 189. Ovid. Met. II, 138. 139. et Grati. Cyneg. 122. cf. Obss. ad I, 2, 37. 38. Ex quo apparet, Latinos res, si factae non erant, per voculas *neque — neque,* sin vetabant, per voculas *neu — neu* disiunxisse. Neque hoc non cohaeret cum usu vocularum *seu — seu.* — Quartum *neu* Tibullus cum *que — ne* mutavit; quas particulas pro *neu* alibi usurpatas vidi, ut Aen. III, 159. 160. *Tu moenia magnis Magna para, longumque fugae ne linque laborem.* et Aen. VI, 465. *Siste gradum, teque adspectu ne subtrahe nostro.* Similis variatio exstat apud Horatium Sat. II, 2, 82 — 86.

Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam,
Sive diem festum rediens adduxerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus, ubique
Accedent anni, et tractari mollius aetas
Imbecilla volet,

ubi cum pro tertio *sive* positum sit *et ubi,* et tertia sententia similiter, ut quarta apud Tibullum, duo comprehendat, vereor ut coniectura Bentleii *ubive* p. 287. proposita multos nactura sit approbatores. Idem Bentleius loci Horatiani Ep. II, 3, 182 sqq. *non tamen intus Digna geri promes in scenam, multaque tolles Ex oculis, quae mox narret facundia praesens: Ne pueros coram populo Medea trucidet; Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus* etc., cum eo congruentis, quod paulo ante notatum est; ubi praecepti

cepti generalis propoſiti partes ſigillatim ſubiiciantur, non opus eſſe vinculo ad partes cum ſumma praecepti connectendas, rationem non perſpexit, notans p. 425. „Tolles, inquit, ex oculis, *ne, ἵνα μὴ,* coram populo nefaria illa et atrocia et incredibilia oſtendantur.“ Mitto cetera. Nam per logicen fieri nequit, ut *ne* pendeat a verbo *tolles;* ſed Horatius inde a verbis *Ne pueros* id, quod poſuerat, exemplis declarat. — In Tibullo H. Voſſ. ex Hamb. hunc poſuit verborum ordinem: *multo celebret,* repugnantem iis, quae ad v. 9. notata ſunt, et ceterorum codicum auctoritati. — Goth. *vivens* pro *iuvenes*, apogr. duo *iuvenis.* — 19. Hamb. *heu* pro *neu.* — 20. Goth. *detrahat* pro *Ne trahat*, Hamb. (a. m.) *menſe* pro *menſae.* Librum Scaligeri *ut* pro *in* praebere Broukhuſius neſcio unde acceperit; id vero noviſſimum editorem movit, ut de coniectura *ut menſae* ſcribendum cenſeret, ſcilicet ut oratio vulgaris fieret. W.

20. *detrahat* Guelf. 1. — *ducat in orbe notas*] Ovid. Triſt. II, v. 454. *notam.*

21. *Exibit quam ſaepe, time, ſeu viſere d.* etc.] *quum* Corvin., et ſic male Statius corrigebat. Admonitio iſtis temporibus valde utilis. v. Propert. II, 15, 20. Iuven. VI, 489. Lucian. de Amor. c. 42. ubi verba: πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων, corrupta eſſe omnes clamant; fortaſſe leg. πᾶς θεὸς θεατὴς ἐπιτρίβων. Et Lucilius iam ab aliis laudatus:

Aut cum iter eſt aliquo et cauſſam commenta viai —
Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam ad amicam,
Aut operatum aliquo in celebri cum aequalibus fano.

H. Apogr. Voſſ. *exhibuit* (Guarn.) — *neu* (Goth.) — *viſcere* (Hamb.) — *decet.* Goth. *adeundo* (a. m.). — *viſere ſacra* notat ire ad viſendum, vel ire, ut interſit ſacris. In Orat. pro dom. c. 40. *Quid tibi neceſſe fuit — ſacrificium, quod alienae domi fieret, inviſere?* — Exemplis, quibus in commentario notionem particulae *ſeu* illuſtravi, addere liceat Perſ. I, 67. ubi *ſive* pro *vel ſi* uſurpatur:

Sive opus in mores, in luxum et prandia regum
Dicere, res grandes noſtro dat Muſa poetae.

Qui locus nulla eget emendatione. Populi iudicium hoc erat: Vel ſi vitam communem deſcribit vel deſcribendi impoſitum ei eſt officium, grandis eſt vates. *et prandia* eſt vera lectio. Nam prandia regum, h. e. nobilium et divitum,

tum, ad luxum pertinent. Ubi penes rationem eſt disceptare, codicum numero et auctoritate fruſtra certaveris. W.

23. *illam ſequar unus ad aras*] Scaliger repoſuerat *ad aram,* quod una tantum fuiſſet, in eius conſulis domo ſita, cuius eo menſe faſces eſſent. Sed cum in hoc operto non niſi primariae feminae adfuiſſe videantur, non vero libertinae, qualis Delia erat, cumque, niſi ſemel, iſtud ſacrum in anno non fieret, Broukh. recte revocavit *aras,* ut intelligantur publica Bonae Deae templa, ad quae quotidie adibat promiſcua feminarum multitudo. Duas autem fuiſſe eius aedes Romae, idem docte oſtendit. H. Apogr., neſcio quae, *credis — nunc — finiviſſe.* Codices fere omnes et editiones *Tunc.* Editio Statii *tum,* quod H. Voſſius amplexus eſt. — Goerenzius, cohaerentiam ſententiarum reſtituendam eſſe arbitratus, abſonumque iudicans argumentum, quo, a ſuo commodo deſumto, amator maritum permovere ſtuderet, corrigit 24. *Tunc tibi non* etc. hoc ſenſu: tunc non eſt, quod timeas, cum oculis modo domina frui liceat. Quae ſententia obſcure enuntiata, vereor, ut verbis Tibulli conveniat, quorum integritas manum emendatricem non deſiderat. W.

25. *ſignumve*] Broukh. ex uno, et ſic Ovid. II. Triſt. 451.; vulgo *ſignumque.* Tum *eius* obſervandum, quod, ut nimis tenue et exile, in elegis ferebat, in Oda vero reiiciebat Bentlei. ad Horat. III, 11, 18. Laudavit quidem plura loca Burm. ad Ovid. Met. VIII, 16., quibus adiice Grat. Cyneg. 224. Nec tamen efficere potuit, ut h. l. minus ieiuna fieret oratio vocula *eius,* quam facile evitare poterat poëta, v. c. *gemmam digiti ſignumve.* Naſo Triſt. II. l. c. *gemmam dominae.* mox Reg. *manu;* et v. 31. *nec me nunc d.* H. *Signumve* ſeptem apogr. firmant et Guarn. cum Zwic. 1. 2. *ſignumque* Pariſ. Hamb. Goth. Venet. — 26. Zwic. 1. *manu.* — 27. apogr. unum *vino* pro *mero.* Hamb. *aſt,* ſuo more, ubi vel metrum obſtat. — 30. *feret* apogr. duo. cf. Obſſ. ad III, 1, 19. De poſitura verborum *contra deos* vid. Obſſ. ad I, 7, 56. — 31. *nec me nunc* Voſſ. unus et Bern. W.

32. *Inſtabat t.*] hinc, ut alia huius Elegiae, effecti verſus 459. 460. ap. Ovid. II. Triſt., quos tamen ab aliena manu acceſſiſſe exiſtimo; male enim cum ceteris cohaerent. H. Tu vide de iis disputata ad I, 5, 69. — Ad Tibullum hic notandum eſt, interpoſita *nec me — pudebit* conſtructio-

ctionem *Ille ego ſum — cui* non turbare; neque Horatium Od. II, 4, 21 — 24. hoc ſtructurae genus repudiaſſe:

Brachia et voltum teretesque ſuras
Integer laudo — fuge ſuſpicari —
Cuius octavum trepidavit aetas
Claudere luſtrum.

aut Graecos. Soph. Ai. 421.

Οὐκ ἔτ' ἄνδρα μὴ
Τόνδ' ἴδητ', ἔπος
'Εξερῶ μέγ', οἷον οὐ κ. τ. λ.

Metus eſt, ne non amplius virum hunc conſpiciatis, magnifica verba eloquar, qualem non etc. — Ceterum verſus 32. e Goth. (a. m.) exulat. W.

33. Ante hunc verſum inſerti ſunt a Scaligero verſus ſex noviſſimi ex ſuperiore Elegia: *Non fruſtra quidam iam* etc. Disputatum eſt de hac translatione copioſe ad e. l. Nunc vero etiam illud monendum, vix alium tam parum commodum locum illis reperiri potuiſſe. Exponit poëta Deliae marito ea, quae facta erant, fraudes ſuperiorum temporum, quibus excitaret eum et aſperaret in moechum, quicum tum conſueſcebat Delia;

Ille ego ſum, nec me iam dicere vero pigebit,
Inſtabat tota cui tua nocte canis.

Quam male nunc ſubiicitur!

Non fruſtra quidam iam nunc in limine perſtat
Sedulus, ac crebro proſpicit ac refugit.

etc. inprimis illa: *utere quaeſo, Dum licet.*

34. *Servare, ah fr.*] Reduxi hoc, quod male in priore editione eliſeram, Vulpium ſequutus, qui Scaligero nimium obtemperaverat. Ab hoc enim extruſum *ah*, quoniam ex eius codice, ut ex aliis, exciderat. Atqui id facile fieri potuit, praeſertim cum ſcribi fere ſoleat *a*. Et verſus parum numeroſus eſt, eo ſublato. Habent denique *a* vel *ah* codd. et edd. fere omnes; alii, ut Guelf. 1. 4., *ac* vel *heu.* Guelf. 3. *et.* Cum Scaligero tamen Regius faciebat. H. Omittunt *ah* Pariſ. Hamb. apogr. nonnulla et Stat. — In Monac. *et.* — Burmannus ad Anthol. Lat. T. I. p. 610. Broukhuſio obtemperandum fuiſſe monuerat. Ad codicum enim auctoritatem accedit, quod Latini finalem brevem ante *fr* et *bl* haud crebro producunt. Ald. 1. 2. Scal. Stat.

Stat. Corv. post *servare* distinguunt. Voss. 2. *tenear* et 5. *quid opus est tenere tibi coniuge.* W.

35. *absentes alios suspirat amores*] Broukh. maluit: *absentis*, ut genitivus esset. Sed etiamsi sic scriberem, nollem ita accipere, quia durum est: *amores alios absentis suspirat*, elegantia autem poëtis sollennis est *amores absentes* dicere pro amatore absente. *amores suspirare* est desiderare absentem amantem. Inf. IV, 5, 11.

Quod si forte alios iam nunc suspirat amores.

Sic Galli *soupirer*. In usu illustrando multus est Broukhusius, qui, ut aliquid efficeret, in hunc saltem modum notata dispescere debebat: vulgari loquendi modo *suspirare* dicimur *aliqua re*, vel, *propter aliquam rem.* Adeoque recte Lucret. IV, 1185.

Nec mulier semper ficto suspirat amore.

Ut vero tot alia similia in actionem deflexa sunt a poëtis, v. c. *sonare cantus*, *olere myrrham*, sic dici coepit: *suspirare amorem.* Mox paullo doctius deflexum est in eum sensum, ut sit, *suspirando desiderare*, ut in illo Iuven. XI, 152.

Suspirat longo non visam tempore matrem.

H. Aliam, neque felicem, viam constructionis explicandae est ingressus Astius ad Catull. 64, 98. Anth. Lat. p. 158., qui praepositionem *in* omissam esse statuit. — Pro *sim. sub.* Hamb. *subito fingit.* W.

37. *At mihi*] Guelf. 2. *Hanc mihi.* H. Monac. *Et mihi*, marg. Bern. *ut mihi.* Frequens est verborum *at* — *et* — *ut* permutatio, cf. ad I, 9, 48.; hic Paris. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. ceteraque apogr. praeter Monac. cum Ald. 1. 2. Mur. Stat. Scal. et Venet. *at* tuentur. — Stat. *servandum.* Vulgo post *pedum* puncto distinctum vidi; quam interpunctionem mutavi, cum verba *Tunc procul absitis* ad priora *At mihi* — *credas* referenda esse appareat; atque *tunc* significet: *si mihi illam servandam credideris.* Verba autem *non saeva* — *pedum*, pro adiectis habenda hoc sensu: *in qua re servi conditionem libenter subibo*, qua fide, quoque effectu officium suum marito praestiturus sit, ostendunt. Sententiam *At* — *credas* optata notare, ita ut sequentia *Tunc procul* etc. protasin inde accipiant, ad I, 10, 11. docui. Cave igitur particulam *si* ante *credas* intelligendam putes. Diversus est locus 53. *attigeris*, ubi certe

si

ſi intelligi poteſt. Nam ad hunc poſteriorem locum illuſtrandum monere iuvat, ut Theodiſcam linguam, ita Latinam eam ſententiarum conditionalium iuncturam inveniſſe, ut particula *ſi*, ſalvo ſenſu, abeſſe poſſit, quamquam poetis crebrius, in primis Horatio in Satiris et Iuvenali, quam pedeſtribus ſcriptoribus uſurpatam. Hor. Sat. II, 6, 39.

Dixeris, experiar, ſi vis, potes, addit, et inſtat.

cuius conſtructionis exempla permulta congeſſit Bentleius ad Sat. II, 6, 48. p. 326. quibus adde Iuven. III, 78.

Graeculus eſuriens in coelum, iuſſeris, ibit.

et III, 193 — 6.

Nos urbem colimus, tenui tibicine fultam
Magna parte ſui. Nam ſic labentibus obſtat
Villicus; et veteris rimae contexit hiatum,
Securos pendente iubet dormire ruina.

ubi neque Ruperti verum vidit, clamans: „Oratio ſcabra eſt: *obſtat* — *et contexit* — *iubet.* Fluet, ſi reſcripſeris *iubens,*" neque Heinecke, in Animadv. p. 73. e libris *cum texit* recipiendum eſſe cenſens. Omnia conſtant, modo *ſic* explices: tam negligenter et oſcitanter — quae notio prioribus ſubeſt, cf. XIV, 92., — et *contexit* pro vulgari *ſi contexit* poſitum eſſe ſtatuas. E pedeſtribus unum apponam Livii locum XXI, 44. *Inde ceſſero, in Africam tranſcendes.* Quae omnia contemplans, H. Voſſio aſſentiri non poſſum, qui in hac ſententiarum coniunctione protaſin interrogative pronuntiatam eſſe cenſet ad Virg. Ge. II, 519. *Venit hiems? teritur Sicyonia bacca trapetis.* W.

38. *detrecto*] Broukh. ex una Ed. Reg. Lep. archaiſmum captabat: *detracto.* H. Formam *detracto*, quam textui intulit Broukh., praebet Pariſ. cum Voſſ. 3., et 4. a manu ſec. W.

39. *quisquis colis a.*] ita e ratione ſermonis Broukh. recepit; recte. Ubique *colit.* H. Lectionem *colis,* quam olim Guyetus et Heinſius probaverunt, nuper Huſchkius ad I, 3, 21. p. 36., firmant libri Voſſ. 4. Zwic. 1. 2. et Guarn. Et permutationis ſecundae et tertiae perſonae exempla non rara. Vid. ad I, 2, 35. et infr. 53. Add. I, 8, 55. De ſono denique adeas Obſſ. ad I, 3, 21. — At H. Voſſius de coniectura dedit *Tum: Procul hinc abſit, quisquis colit arte capillos,* et ſono verborum *abſitis, quisquis* offenſus,

fenſus, et ianitori nocturno ratus, ſi quid ante fores moveretur, clamanti, tertiam melius convenire perſonam. Fingit enim ille, poſt *Tum* ſupplendum eſſe *clamo*, quatuorque verſus 39 — 42. eſſe verba, quibus ipſe ianitor aliquando, ſtrepitu audito, uſurus ſit. Quam interpretationem neque verſus 39. 40. poſtulant, et 41. 42. reſpuunt. Non ianitoris ſibi onus depoſcit, ſed cuſtodis, neque aliud quid pollicetur, niſi hoc: ſi Deliam ſibi ſervandam credidiſſet, ſe curaturum eſſe, ne quis foribus adrepere (39. 40.), aut in via Deliam tentare auderet (41. 42.). Itaque verba *Tunc procul abſitis* notant: Tunc faciam, ut procul abſitis. Cumque duae ſint ſententiae, quibus ſenſa 39 — 42. elocutus eſt Albius, perſonarum *abſitis*, *quisquis colis* — *et quisquis occurret*, *ſtet*, neminem morabitur diverſitas. Conf. I, 1, 15 — 18. in votis *Flava Ceres tibi ſit* — *et ponatur Priapus.* Ad conſtructionem verborum *abſitis, quisquis colis* compares Catull. XXXI, 14. *Ridete, quidquid eſt domi cachinnorum.* *Tum* ex Voſſ. 2. et libro Angl. Heinſii repoſuit H. Voſſius. Hamb. *collit* (a. m.). W.

40. *Effluit effuſo cui toga laxa ſinu*] Regius, Ed. Rom. cum aliis *et fluit*, ut ſaepe in libris et variatur et peccatur. Sic apud Ovid. II. Met. 144. *effulget* unus, ubi reliqui *et fulget.* (Apud Virg. Ge. II, 352. in libris verba *effuſus* atque *et fuſus* permutantur. W.) Simplex *fluere* in hac re uſitatius. Sed v. Gronov. II. Obſſ. c. 7. Hoc tamen loco copula ſuaviorem verſum reddit: *Et fluit e.* Albinov. II, 26. tales ſinus *ventoſos* vocat. Pro *laxa* male Aldinae Mur. et Stat. invexerant *lapſa*, quod rurſus Scaliger eiecit. In libb. etiam *laſſa.* v. ad v. 18. H. *Et fluit*, quod Heynius praetulit, et H. Voſſius recepit, dare non dubitavi. Notio enim verbi *effluit* ab hoc loco aliena eſt; quod ſenſiſſe videtur Statius, qui haec notavit: „In veteri libro fuiſſe dicunt *Et fluit. Fluere veſtem* dixit, ut Catullus (64, 68.) *fluitantis amictus*, et Tacitus (Germ. c. 17.) *fluitantem veſtem* et Virg. (Aen. I, 320.) *ſinus fluentes.*" Nec Claudianum, non optimae Latinitatis auctorem, moror, qui de IV. conſul. Honorii canens dixit 208. *Simili chlamys effluit auro;* quamquam Broukhuſius eo loco nititur, atque Gronovius l. l. p. 264. ad Claudianum explicandum Tibulli attulit verſum. Nec codicum auctoritate deſtituta eſt lectio, quam Albio reddidi, quippe quae ſit in apogr. quinque (Hamb.) et Corv. — Accedit quod, me iudice, aſyndeton duo hominum elegantium genera notaret, ſinguli

autem

autem corruptores et capillis et toga insignes fingendi sunt. Duae vero sententiae per *qui et qui* vinctae ad unum referri possunt; vid. not. ad III, 2, 4. — Ceterum *fluens vestis* contraria est adstrictae, quod Tacitus docet Germ. c. 17. *Locupletissimi veste distinguuntur — non fluitante — sed stricta et singulos artus exprimente.* Gronovius l. l. „proprium hoc verbum (*effluere*) vestitus laxi, qui ad ornatum diducitur." Add. Heyn. ad Tib. I, 7, 46. Paris. *lassa. laxa* praetulit et Statius. W.

42. *Stet procul, atque alia stet procul ante via*] Ex aliquot libris, quibus adde Guelf. 2., versum ita concinnavit Broukh., parum concinne, me quidem iudice. In Libris et Edd. est *aut alia;* fortasse leg. ex usu et genio poëtarum:

Stet procul ante, alia stet procul ante via.

et sic iam Statium coniecisse nunc reperio. (Hanc coniecturam Heynii, et Statii, qui alia praeterea coniectavit, recepit H. Vossius, quem secutus sum, quamquam ne sic quidem persanatum versum iudicabam. Mitscherlichius in Tent. crit. p. 10. haec notavit: „Verba *aut alia stet procul ante via,* pro emblemate miselli versificatoris habenda esse, unumquodque eius verbum arguit." *Procul* cum vi repetitum II, 1, 82., et apud Iuvenal. XIV, 44 — 46.

Nil dictu foedum visuque haec limina tangat,
Intra quae puer est: procul hinc, procul inde puellae
Lenonum et cantus pernoctantis parasiti.

ubi e codicibus duobus Paris. leg. *Procul hinc, procul ite puellae.* Nam verba *hinc — inde* significant *ab hac* et *ab illa parte*, vid. ibid. 12. 13. *Barbatos licet admoveas mille inde magistros, Hinc totidem.* — *Stet procul* est faciam, ut stet procul, custodiae, puta, diligentia. Si hoc, de tempore nocturno cogitari non potest, neque hilum admonet oratio Tibulli. Verba *ne possit crimen habere* ad Deliam pertinent, hoc sensu: ne in suspiciones minimas venire possit de alio cupiendo. *Crimina* apud Ovid. XIX, 112. sunt criminationes, laesam esse fidem. Add. Tibull. IV, 14, 3. Voss. libri tres *atque,* ceteri omnes *aut.* W.) In longiori versu mollior in aliis iunctura: *ne crimen possit habere.* (Hunc ordinem verborum et Statius praefert, cui recte repugnat H. Vossius. Conf. I, 5, 13. *ne possent saeva nocere.* Maxima apogr. pars (Hamb.) tuetur posituram receptam cum Paris. Guarn. et Corv. At Zwic. 2. *crimen*

possit;

possit; et Zwic. 1. cum Venet. *crimen posset*, perperam. *posset* etiam unum apogr. — Duo apogr. (Goth.) *circum possit.* W.) mox v. 44. in Regio vitiose *sinu.*

43. *ipse deus*] Quod contra Vulpium, qui ad *Bellonam* retulit verba *ipse deus*, nuperrimus monuit editor, scribendum tum fuisse *ipsa deus*, verum non videtur. Nusquam enim, quod sciam, vocabulum *deus* ita posuerunt Latini, ut pro vero feminino habitum appositioni feminini generis adiungerent; sed ita aliquoties, ut *deus* notaret numen; unde *deam* etiam illo significari non mirum est, ut apud Virg. Aen. II, 632. Aeneas *ducente deo* dicit, quamquam Venerem illud, quod enarrat, praestitisse officium bene scit. Certe scriptoribus aetatis aureae usum, qualem ille ponit, alienum iudico. W.

46. *non amens v. l. timet*] Ita iam emendatum in Ald. sec. et hinc vulgata lectio facta, quam firmavit Broukh. e melioribus libris, in quibus Guelf. 3.; in aliis fere: *non et amans* vel *non et amens.* Nempe ferre non poterant sagaces homines, post *nec* in altero membro esse *non;* hinc inserebant copulam; alius, ut metrum ne laederetur, scribebat *amans.* H. Pentametrum apogr. duo, Corv. Mur. et Statius, uti Heynius, exhibent. — Guarn. Paris. Zwic. 2. et Scal., qui Ald. 1. sequitur, et Venet. dant *non et amans;* apogr. novem, pars *non et amens* (et Zwic. 1. cum Venet.), pars *non et amans* (Hamb. Goth.). Haud scio an *nec* — *non* pro *nec* — *nec* vel *non* — *non* posuerit Tibullus. Graeci certe similiter particulas οὔτε — ου et μήτε — μὴ coniunxerunt. Herodot. VIII, 98. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔεργει κ. τ. λ. Anacr. 17, 7. Ποίει δ' ἐμοὶ κατ' αὐτὸ Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἅμαξαν, Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα. Vid. magnam exemplorum copiam a Schaefero ad L. Bos. p. 229. congestam. Erunt tamen, qui cum H. Vossio *nec* pro *ne — quidem* dictum esse malint. Iuven. II, 152. *nec pueri credunt.* conf. Not. ad I, 6, 69 — Exemplis, quibus *verbera torta* illustravi, add. Soph. Antig. πλεκταὶ αρτάναι et Oed. R. 1 04. πλεκταὶ ἑώραι. — In hexametro Ask. *tibi* — *victa* pro *ubi* — *mota.* Paris. et Goth. (a. m.) *mota.* Ut hic *Bellonae motu,* ita apud Cicer. de Divin. II, 30. *Iovis pulsu* dictum est. W.

47. *suos caedit violenta lacertos*] Ita emendatum in Ald. sec.; at in pr. *violata*, quod et in aliis vett. edd. et codd. erat, ut contra factum inf. IV, 1, 76. *violenta* h. l. est saeva, trux. v. IV, 2, 3. H. Guarn. *cecidit* — *violata.* Hamb. (a. m.) *bibenne* — *cedit.* Zwic. 1. 2. Paris. cum Venet. *vio-*

 lata.

lata. In apogr. *cedit violata,* etiam *viduata.* Notes *bipenne* pro *bipenni.* A Goth. abeſt verſus (a. m.). W.

48. *Sanguineque effuſo ſpargit inulta Deam*] quorſum *inulta?* Vulpius verbum ita interpretatur, ut dicat, neminem fuiſſe, qui vulnera illa ulciſceretur. Ita vero friget illud vocabulum. In Ed. Rom. *Sanguine et e. ſ. inepta D.*, et ſic etiam habebat liber Commelini; ſed hoc pro reliquo carmine nimis tenue. Enimvero vide notam ad h. v. *Sanguine et* eſt etiam in Guelf. 1. 2. 4. H. Pariſ. *ſanguine et* —. Zwic. 1. et in apogr. *multa* pro *inulta.* W.

49. *praefixa*] Corvin. *perfixa.* H. Et Zwic. 2. Ad conſtructionem illuſtrandam facit locus Val. Fl. I, 837. *galeis praefixa domus.* — v. 50. Apogr. quinque cum Guarn. et Zwic. 2. *movet* pro *monet.* — 52. Venet. et Zwic. 1. *decidiſſe* pro *didiciſſe.* — Goth. (a. m.) *nec* pro *ne.* W.

53. *Attigeris*] Broukh. e melioribus, ut iam coniecerant Auratus, Fruter., Douſa. Vulgo: *Attigerit.* mox Ed. Lipſ. cum quibusdam: *ut hinc v.* nempe ex ara. H. *Attigeris* tuentur Monac. Bern. Voſſ. 5., ceteri libri cum Venet. *attigerit.* Praeterea Hamb. *libenter* pro *labentur;* apogr. *et hic ventus,* etiam *deripereque* (Goth.); Venet. *hinc* pro *hic.* Ceterum imprecantes a rebus, quae forte tractantur vel fiunt, verba transferre ſolent, ut Il. III, 299. Soph. Ai. 1177 — 79., vel ob id actionem aliquam transigere, ut inde translationes verborum petant, et imprecationi vim addant. cf. Liv. 21, 45. — Cod. Voſſ. 3. verſus 53 — 86. poſt 39. translatos habet. — 55. pro *et tibi* Voſſ. 3. *et mihi.* — Goth. *me* pro *mea.* W.

56. *ſit, precor, illa levis*] Contra interpretationem Scaligeri Broukhuſiique, quos Heynius in Notis ſequutus eſt, disputat H. Voſſius, monens, neque *levis* pro vaniloquus dictum eſſe, neque futurum tempus, quod coniunctivo praeſentis *ſit* ſignificetur, aptum eſſe. Etenim ſi quis mentiatur, eo tempore, quo loquatur, mendacium dicere, non quum taceat. Itaque Tibullo, ſi ſenſum, quem viri nominati apponerent, reddere voluiſſet, dicendum fuiſſe, vel *illa levis fuerit,* vel melius, *vana, precor, fuerit.* Neque Vulpium certam ſequi bonamque rationem, qui notarit: „velim ſacerdotem illam Bellonae *levem* eſſe, nimirum vel minus ſeveram, vel minus conſtantem, ut id non curet efficere, quod minata eſt.“ Nam, ſi dea rem non perfeciſſet, ipſam *facilem* appellandam fuiſſe, non *levem,* nedum eius ſacerdotem.

Quae

Quae ut recte expoſita ſunt, ita improbanda coniectura, quam ille recepit: *ulla levis* ſcil. poena, h. e. ulla e levium poenarum numero. Nam vereor, ne illa Voſſii verborum compoſitio: *ſit tibi ulla levis poena* e lingua Teutònica originem ducat, non e Latinorum ſermone, qui dicunt *levis aliqua poena.* Certe exempla laudata Iuven. XIII, 209. Val. Fl. IV, 582. Quinct. Declam. V. p. 66. nil probant. Ceterum *ille* et *ullus* permutantur. vid. I, 4, 36. et Horat. Epiſt. I, 18, 37. — Quid reſtat? Aut ut ſtatuamus, Tibullum, *illa* ad *poenas* referentem, ſoloecismum feciſſe, quali Bentleius coniectura ſua liberare voluit Horatium Sat. I, 1, 63., ubi verba *illi — miſerum* prioribus *bona pars hominum* non accurate conveniunt. — A ſingulari ad pluralem optimi Graecorum ſcriptorum transierunt, ut Soph. Philoct. 446. *οὐδέπω κακὸν οὐκ ἀπώλετο, Ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες.* Add. ibid. 305. 307. — Aut ſupereſt, ut verba *illa ſit levis* explicemus: fiat, ut illa ſacerdos levis ſit, h. e. fidem et auctoritatem amittat; hoc vero fiebat, ſi Delia, ubi peccaverat, punita non erat. Itaque verbis ſenſus ineſt: *nulla te, Delia, ſequatur poena. Levem* autem dici, qui fide careat, conſtat, nec de explicatione: fiat ut levis ſit, dubitabis, modo memineris, verba El. 1, 49. *ſit dives iure* ſignificare: fiat, ut dives ſit, divitias ſibi comparet. Hanc poſteriorem rationem nunc praefero. Addam denique ſententiam Burmanni Sec., qui in Anthol. Lat. T. I. p. 612. a Broukhuſio diſſentiens Tibulli locum ita interpretatur: „precatur poeta, ut antiſtita Bellonae, quae poenas Deliae indixerat, ſi peccaret, *levis* ſeu vaniloqua eſſet, ſi, eiecto rivali, admitteretur, uſus beneficio lenae adducentis.“ Hunc ſenſum poſtulare ſequentia 59 — 62.; ex iis enim patere, *admittere* hic pro peccare dici non poſſe, ſed pro *admittere amantem,* ſeu recipere. Sed huius explicationi verſus 57. 58. ſatis repugnant. — Corv. *admittit.* W.

58. *me movet*] al. *monet.* male. H. Ald. 1. 2. Stat. Scal. et apogr. nonnulla (C h.) *monet.* Muretus recte Tibullo reddidit *movet,* et reddendum eſſe monuit Statius; idque firmant Pariſ. Zwic. 1. 2. Hamb. Guarn. cum Venet. In apogr. quibusdam *te prope — parcer propter — parcor* (Hamb.) — *ad iras.* W.

59. *Haec mihi te adducit*] Sic pars codd., etiam Guelf. 2. 3. Bene quidem *adduci* de lenonia perductione diceretur, neque illud inſolens olim, puellas ad iuvenes venire; v. inf. I, 8, 65.; ſequentes tamen verſus 61. 62., ubi anus

venientem excepiſſe ad fores dicitur, eum ſenſum non admittunt. Fortaſſe malis: *Haec tibi me adducit.* Sed res ita tenenda: anus eum ad fores praeſtolatur, et, ubi venit, puellam e cubiculo furtim ad eum adducit. Lectio vero haec, in Aldina ſec. primum illata, eſt illa quidem in multis et bonis libris, etiam in Regio et Corvin., ſed non in omnibus. Alii habent: *Haec mihi te adiungit,* et permulti cum Guelf. 1. 4. *Haec me deducit,* et ita repoſuerat Broukh., idque lectum in antiquis edd. etiam Ald. pr. Quam lectionem ſi teneas, neque ea aliter interpretanda eſt, quam eum ab anu, quae ad fores ſedebat, ad cubiculum dominae perduci. Ceterum v. 60. Regius *moras* pro *manus,* et v. 62. *ſtrepitum* habet. H. H. Voſſius, veſtigia codicis Laudi, *haec mihi te abducat,* et alius, *abduat,* ſecutus primum incidit in verbum *ſociat;* dein mavult *placat;* in textum vero recepit *Haec me deducit* h. e. in cubiculum Deliae, ut apud Ovid. Met. X, 462. dicitur; nam ſequentia hunc poſtulare ſenſum. Accedit auctoritas librorum Pariſ. Zwic. 1. 2. et Venet. Obſtant illi apogr. et Guarn. cum Mur. Stat. et Scal., qui exhibent *Haec mihi t. ad.* Adde quod in lectione Voſſio probata ordo rerum 59 — 62. diſplicet. Namque anus ſine dubio eum primum ad fores praeſtolabatur, tum ad Deliam deducebat. Praeterea pronominibus, *Haec — Haec,* repetitis, diverſa matris praedicari beneficia, ſignificatur. Denique amatorem *deduci* inſolitum eſt, quaſi anus illum arceſſiverit. Sed, ſi lectionem ab Heynio recte retentam ſequimur, anus et adducendo filiam ad Tibullum et intromittendo Tibullum in aedes Deliae bene de eo promeruit. Goth. *adiungit* pro *adducit;* et Hamb. *ad hunc,* atque *moltoque* (a. m.). — 61. apogr. unum *noctuque affixa,* aliud *nocturne effixa.* Par. *adſixa.* — 62. Voſſ. 1. *cognovit.* Hamb. *agnoſcit.* W.

63. *Vive diu mihi, dulcis anus*] Scaliger archaiſmum hic fuiſſe putabat *mi dulcis anus* pro *mea,* et ita refinxerat. Sane ita apud Ovidium Epiſt. 19, 17.

— — — teque, o mea ſola voluptas,
Plus quoque, quam reddi quod mihi poſſit, amo.

in prima editione et tribus Libris *mi ſola* legitur. Sed recte Broukh. *mihi* reduxit, quod conſtanter Libri ſervant. Quin et *mi,* ſi recipiatur, aliter accipi nolim quam pro *mihi.* Propert. I, 12, 19.

Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere, fas eſt.

64. *pro-*

64. *proprios ego tecum, ſit modo fas, annos contribuiſſe velim*] Ita quidem omnes Libri et Edd.; dura tamen oratio; debebat ſaltem: *contribuiſſe velim tibi p. annos* h. de mea vita tibi largiri. Nam haec eſt ſollennis optandi forma. Itaque Broukh. coniecturam Nic. Heinſii (ad Ovid. Heroid. XIX, 17. propoſitam. W.) recepit: *conteruiſſe*, quae forma verbi ſupra fuit El. 4, 48. Et ſic Propert. I, 7, 9.

Hic mihi conteritur vitae modus.

cf. Cort. ad Sall. Catil. 4, 1.; ſed nec in hac lectione acquieſcit doctus Britannus (Iortin *Tracts* To. II. p. 451.) in Miſc. Obſſ. Vol. II. p. 242., et aliena eſt verbi vis ab h. l. Non enim Tibullus cum ea vivere optare poterat, ſed de ſua vita eius annos augere. Si autem hoc volebat, doctius dictum eſt, quod vulgo legitur. *contribuere* eſſet impendere et conſumere annos una cum altero. Ferenda itaque et notanda eſt illa ratio: *tecum contribuiſſe*, non mutanda. (Idem cenſui cum H. Voſſio. vid. Not. Et lubricum eſt, ſola analogia duce, inſolentem eiusmodi formam de coniectura inferre, qualis eſt *conteruiſſe*, cuius exemplum indubitatum ne Heinſius quidem proferre potuit. Nec moror, quod duo libri Voſſ. 2. 4. Heinſii coniecturam praebent. W.) Si tamen mutatur, admittenda Burmanni emendatio: *tibi, dulcis anus, proprios ego vitae, Sit modo fas, annos contribuiſſe velim.* (quam audacem, ſed egregiam coniecturam praeferendam cenſuerat Santenius B. C. p. 79. W.) Porro pro *ſit* Reg. et Guarn. *ſi*. v. ſup. ad II, 73. H. Ask. *Sit mihi*; Hamb. *ſed modo*, duo Voſſ. *ſi modo* cum Goth. (a. m.) et Guarn. — Mon. *Sive diu* pro *Vive diu.* — 65. In apogr. neſcio quibus vitia haec: *iratamque* et *propius ambo.* W.

66. *quidquid agat*] Broukh. e Libris. Alii cum Regio et Ed. Rom. et Lipſ. Guelf. 1. 2. 3. et Corv. *agit*, quod magis placet. H. Lectionem *agat* (quae in Guarn.) reliqui, quam Statius probaverat, et H. Voſſius retinuit. Coniunctivum enim, quo actiones temporis futuri ſignificantur, poſtulat ſenſus; nam promiſit Albius, ſe Deliae, ſi quid ſe offendiſſet, matris gratia condonaturum. Adverte etiam animum ad futurum *amabo*. Indicativus *agit*, quem dant apogr. ſex (H. et G.), Zwic. 1. 2., Pariſ. et Venet., ſolum praeſentis temporis, ubi Tibullus haec ſcripſit, comprehenderet momentum; neque ad hanc lectionem tuendam prodeſt v. 5. *Iam mihi tend.* etc. Ceterum cum peccatorum omnium licentiam Deliae ſe pentametri verbis dediſſe intelligeret

Tibul-

Tibullus, dicta retractat et corrigit vota adiecto *Sit modo casta.* — Parif. *meus* pro *tuus.* W.

67. *quamvis non vitta — impediat crines, nec stola longa pedes.* De *stola* remisi ad Broukhus., e quo tamen haud facile discas, quae stola fuerit; etsi rem nondum omnino expeditam esse video, fueritne eadem cum tunica, an diversa. Nam tunicae iniectam videmus in signis matronarum aliam vestem, cui superinduitur *palla;* vestis illa potest pro stola haberi. Licet tamen tenere alterum, stolam fuisse eandem cum tunica matronarum ad pedes demissa; eidem *institam* subsutam, fasciam purpuream, quod Ferrarius docuit de re vestiar. III, 17., quamquam nullam disertam auctoritatem veteris scriptoris afferre potuit; nam ex Horat. I. Serm. 2, 29. et ex locis Ovidianis res in aperto non est. Pro *quamvis non* est *q. nec* in Guelf. 1. 4. H. Iuvenalis II, 124. stolam longam dicit *longos habitus.* Par. *victa* pro *vitta.* W.

69. *Et mihi sint*] Reg. et alii et utraque Edd. cum aliis *sunt* (Stat. notat: in omnibus fere libris *sunt;* idem in apogr. nonnullis — Goth. — W.), et 70. *possum,* ut et alii apud Broukh. (et apogr. quaedam — Goth. — W.) cum Ald. utraque; in secunda etiam *ego* omissum. Muret. *sint — possim, quin,* expulso *ego.* H. Ald. 1. 2. *Sint — possim — putat — ducorque — proripiorque.* Mur. *Sint — possim — putor — ducorque — proripiorque;* a quo Statius, nonnisi *possum* exhibendo, discedit. Scaliger modos emendavit, quippe qui *ducterque — proripiarque* edidit; quocum facit Corv., nisi quod *ducarque* praebet. Zwic. 1. 2. Guarn. Paris *sint — possum.* — Venet. *sunt — possum,* quae lectio per se sensu non caret, si, ad 67. 68. his relatis, statuis, Tibullum exponendo, quae sibi patienda sint, ostendere velle, iusta se postulare. Eamque novissimus editor, ut sensu flagitante, dedit, statuens, his verbis transitum ad castigationem, quam 73. Albius denuntiaverit, aptum parari. Et pronomen *ego,* quod nec apogr. nonnulla nec Statius habet, eiecit, ut voculam infirmam, vimque verbi *possum* infringentem. Sed alteram ut defendam, primum id facit, quod in carminibus Tibulli vestigia nusquam exstant, Deliam tanta zelotypia incensam, in Albium tam severam et acerbam fuisse, qualem verba *possum — meos* illam exhibent; nec verisimile est, quippe quae sibi tam multa permiserit. Deinde quoties in verba *Et mihi* significantia: *mihi quoque,* incidi, illa ad priora semper relata vidi, non ad sequentia, conf. II, 6, 10. Itaque Vossii sententiam

tentiam non capio, his verbis transitum ad castigationem 73. inesse. In recepta denique lectione idem et sententiarum et structurae color placet, modo ita explices: A Delia nihil nisi, ut castitatem tueatur, postulans 67. 68., sibi ipsi graviora 69—72. imponit, promittens insuper 73. *Non ego te pulsare velim.* Coniunctivi *sint* — *possim* (εἶεν ἂν — δυναίμην ἂν) et *ducar* — *proripiar* prioribus *Sit modo casta* ita sunt iuncti, ut protasin inde accipiant: *si Delia sit casta.* Hunc autem coniunctivi usum amat Albius. cf. Obss. ad I, 10, 11. Necesse vero, ut, qui modus est sententiae *Et mihi sint durae leges*, idem in sequentibus, quibus illa declaratur, retineatur. Nec pronomen *ego*, quod codices satis tuentur, vi sua carere concesserim; praesertim cum *illa* sequatur. Scaliger, commate post *pedes* posito, verba *sint* — *possim* — *ducterque* — *proripiarque* ad *quamvis* referre nos iubet; inscite. — Ceterum si quis *laudare nec* pro *nec laudare* accipere malit, comparet I, 1, 72. *dicere nec* pro *nec dicere.* Add. Virg. Aen. II, 159. — *Duras leges* Iuvenalis *saevas* dicit VII, 229. W.

71. *puter, ducarque*] *puter* est a Broukh. e libris: ante erat e Plantin. *putor*, ut etiam in Regio, vel *putat*, ut in Edd. Rom. Lips. et Aldinis, vel *putem.* *Ducter* a Scaligero immutatum. Nam Libri et ant. Edd. *ducor*, ut Rom. et Lips., vel *ducar*, ut Regius et Corv., quod servari debebat; etiam *ducit.* In Guelf. 2. emendatum: *Ac si* — *putet, ducar* in 3. *puter*, superscripto *o* et *putat.* H. *puter* — *ducar* — *proripiar* in plerisque Statii, Monac. et Voss. 3. Cetera apogr. lectiones *putem, putat, putet, putor, ducam, ducor, proripior* varie cum bonis compositas praebent. — Voss. 1. *putat*, et cum Vindob. *ducterque;* Hamb. *putem* — *ducarque* — *proripiarque.* Guarn. et Par. *putat* — *ducorque* — *proripiorque.* Zwic. 1. *putat* — *ducarque* — *proripiarque.* Zwic. 2. *putat* — *ducorque* — *proripias propiorque.* Goth. *proprias propriosque.* Voss. 1. *proprias propiorque.* Venet. *putat* — *ducorque* — *proripiarque.* In lectione illa *putet* durum est omissum pronomen *me* ante *peccasse*, quamquam suavior sonus. — *At si*, quod H. Vossius de coniectura recepit, nec Latinitas mihi ferre, neque eius interpretatio postulare videtur. W.

72. *pronas proripiarque vias*] Non dubitavi reponere, quod temere mutatum erat. In antiquis Edd. et Codd. legitur fere: *proprias proripiarque*, vel, ut in Ald. utraque et cett. *proripiorque*, quia *ducor* eas insedit. *proprias vias* Sca-

Scaliger ex ingenio mutaverat in *properas*, quae essent, per quas quis propere praecepsque ducitur. (*Via propera*, si *via* proprie usurpatur, compositio est non Latina. W.) Ex Corvin. expressum: *propria proripiarque manu*, in quo haereo, an ab interpolatoris manu sit. Sed in bonis aliquot libris Broukh. post Statium invenit *pronas*, ut iam Fruterius coniecerat, et recte recepit, quamvis difficile dictu sit, quomodo hoc in *proprias* depravari potuerit, nisi incerto et fugienti librarii oculo, dum proximum vocabulum arriperet, imputemus, ut in ed. Vicent. corruptum video: *proriprias propriarque vias*. Et in Guelf. 2. *properans* erat, cum var. lect. *properas* vel *pronas*. Guelf. 3. *proprias* — *manus*. Paullo audentius aliquando legebam, — *ducterque capillis Immerito prensis*. Ovid. XII, Met. 223.

Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis.

Proripiar in *per rapiar* mutaverat Heinsius, (Heinsii coniecturam praebet Voss. 4. W.) et reposuere Broukh. et Vulpius; temere tamen. Sive enim simpliciter dictum putes, sive, ut ex aedibus protractum intelligas, recte se habet *proripiar*. Docte autem *per* omissum, poëtarum more, ut in illo: *ire redire viam*. Vitia reliqua 71. 72. etiam in Guelferbytanis insident. H. Novem apogr. cum Zwic. 1. Par. Guarn. *proprias*. Duo apogr. *properas* et *properans*. — *manus* Voss. duo et Hamb. (a. m.) pro *vias*. — H. Vossius, cui plurium viarum memoratione, *pronas vias*, Albii poena super modum exaggerari visa est, de coniectura *pronus proripiarque viae* reposuit. Nam *viae* dici pro *in viam*, ut *rivo fluenti iace*, *compellere hibisco*, *it clamor caelo*, et Tibull. II, 5, 44. *caelo miserit*; et voce *pronus* notari eius statum, qui crinibus ex aedibus raperetur. Posterius argumentum non vanum, si aedes tibi fingis, ad quas altis gradibus aditus, per quos deorsum quis rapi potest. Quod autem per dativum *viae* significari ille velit, Latine, quod sciam, vocabulo *foras* enuntiatur. Si quis H. Vossio de re inepta exaggerata mecum assentiatur, ei auctor sim, ut reponat *prona* — *via*, vel *prona* — *manu*. Nam hoc habitu est manus eius, qui prehensis crinibus aliquem trahit. De significatu vocis *pronus* vid. III, 6, 6. *prona manu*, et Catull. 64, 314. *prono pollice*. Et si mihi homines, qui libros veteres descripserunt, vel descriptos emendarunt, illam regulam secutos esse fingam, qua regi sese patiuntur permulti editores, vid. ad I, 9, 65., ut repetitiones verborum quovis modo e scriptoribus tollendas censerent, *vias* ab

ab eius ſtudio profectum eſſe iudicem, qui intra ſeptem verſus *manu* — *manus* — *manu* ferre nequiverit. Muretus hexametrum corruptum exiſtimat, quod etiam aſteriſco poſt *immerito* interpoſito indicavit, et ex aliis affert *In proprias merito.* W.

73. *venerit ipſe* Guelf. 3. et maxima pars apogr. (Goth.). — *pulſaſſe* Regius et Corv. *manum.* E cod. Hamb. exſulat diſtichon 73. 74.

75. *Nec ſaevo ſis*] Scal. ex ſuo *ne.* H. Ut ſcilicet *optarim non habuiſſe manus, ne ſis* iungas; itaque puncto poſt *velim* et commate poſt *manus* diſtinxit. Sunt verba fingentis ſibique perſuadentis, Deliam amore et fide caſtitatem eſſe ſervaturam. Itaque *nec*, quod omnes libri dant, praeter Hamb., in quo *non* exſtat, ſignificationem ſuam obtinet, et cohaerentia verſuum 73 — 76. perſpicua eſt. Ceterum verba *ſed mente fideli* cum Mureto et Corv. ad *caſta* retuli. Nam coniunctione verborum *ſed mente fideli Mutuus* — *amor*, quam Broukhuſio Vulpioque debet Heynius, *mutuus amor fideli mente,* h. e. ob fidelitatem erga Tibullum, caſtam ſervare Deliam dicitur. Ipſe didici, amore mutuo amantes eſſe fidos. Horat. Od. II, 12, 15. *bene mutuis Fidum pectus amoribus.* In ea, quam ſecutus ſum, ratione hexametro adiecto cauſa *fidelitatis* proponitur: hanc fidelitatem, adeoque hanc caſtitatem praeſtet mutuus amor. *Servare aliquam alicui* eſt fidam et caſtam praeſtare vel cuſtodire. H. Voſſius eo offenſus praecipue, quod eodem loco 73. poſitum eſt *ſed venerit iſte,* hic *ſed mente fideli,* primum tentavit *ſac, mente fideli,* dein *ſic m. f.* de coniectura recepit. Codicem Angl. praebere *ſi,* et *ſic* eſſe obteſtantis. Ipſe vero, quo *ſic* tum referatur, non intelligo. Nec eandem clauſulam hexametri intra breve ſpatium vitavit Albius II, 3, 53. 55. *Quas femina Coa* — *Quos India torret,* aut repetitionem particulae *ſed,* vid. I, 9, 71. 73. — 76. Bern. *me tibi* pro *te mihi.* W.

77. *At quae fida fuit nulli* —] Broukh. transitionem non probabat, et reponebat e libris aliquot, paucis tamen, *Nam.* Et ſic in Ald. ſec. et Stat. immutatum erat. At Muret. (ob ſummum veterum librorum conſenſum. W.) *at* revocaverat. Idem abeſſe aliquot verſus arbitratus eſt, quibus caſtarum mulierum praemia expoſita eſſent. Scaliger tamen deeſſe aliquid negavit, cui aſſentiendum puto. Ed. Rom. *Aſt.* H. Aſſentitur Heynio H. Voſſius; recte. Nam cohaerentia ſententiarum eſt haec: Tu mihi mutuo amore

amore ſemper fida ſis; at non tibi infidae incommoda aliquando afferat perfidia. Tibullus autem primum incommoda perfidiae deſcripſit, tum 85. ea ſubiecit, ad quae particula *at* referenda eſt. Similiter I, 3., ubi in Elyſio ſe verſaturum 57 — 66. oſtenderat, poenas in Tartaro puellae ſuae corruptoribus imprecaturus incipit a particula *at*, tumque primum faciem Tartari horrendam proponit 67 — 81., deinde 81. 82. *Illic ſit* ea demum ſequuntur, quibuscum *at* connexum eſt. — *At* apogr. fere omnia, unum *aſt*. Hamb. *atque* (a. m.) — unum ap. *infida*, aliud *nullis*, Venet. *poteſt* pro *poſt* — Hamb. *ſtamina longa*, ex I, 3, 86. — 79. *Firma* ad *illa quae* referenti, atque ad laborem aſſiduum ſtudiumque eius pertinax, quod H. Voſſius fecit, ei vereor primum ut uſus loquendi ſuffragetur, deinde ne appoſitum feminae *firma* male cum eius *tremula manu* conveniat et cum verbis *victa ſenecta*. Ipſe incommoditatem epitheti ſenſiſſe videtur, cum *ſera* pro *firma* ſuaderet. Atque ſi H. Voſſio epitheton *liciorum* primo loco poſitum displicet, ſi languidum illud videtur, ſi denique ſuperfluum, quoniam haec liciorum natura ſit, verendum profecto eſt, ne in editione altera aliquando pulcherrimum etiam verſum corrumpat II, 2, 14. *Fortis arat valido ruſticus arva bove*, qui noſtro ſimillimus poetica verborum poſitura. Venet. *litia*. Virgilius Ge. I, 285. *licia telae addere* eadem ratione dixit. W.

80. *Tractaque de niveo vellere ducta putat*] Sic maxima pars librorum, inque his Guelf. 2. 3.; quidam apud Stat. et Broukh. pro *ducta*, *dente*, *fila*, vel *texta*, et pro *putat*, *parat*. Scilicet *ducta putat* recte ed. Reg. Vicent. At Venetae *ducta parat*; mutatum in Ald. pr. *fila parat*; Ald. ſec. et Stat. *dente putat*; Muretus retraxit prioris lectionem; Plantin. *dente parat*; denique Scaliger retraxit: *ducta putat* ſecundum codicem ſuum. H. Accedunt apogr. octo (tria *docta* — Goth. —), Pariſ. Zwic. 1. 2. Guarn. Corv. Venet. Nihilo minus H. Voſſius dedit *dente putat* h. e. carmine dentato, offenſus repetitione *conductis* — *ducta*, et *putare* ſine adiecto pro *carminare* poſitum eſſe negans. Sane *dens* pro *pectine* et *pecten* pro inſtrumento ad lanam carminandam apto uſurpatur; ſed, ut omittam quae Forcellinius ſub v. *putare* attulit, quaeque Scaliger, qui de verbis *putare lanam* erudite disputavit, vel definitio huius verbi, quam Gellius VI, 5. dedit, optime uſum verbi abſolutum defendit. Et ſi duo, quae huic operi incumbentes efficiunt, *ducere lanam* — Ovid. Met. IV, 34. — et

et *putare lanam* — h. e. purgare lanam — ita quodque uſurpatur, ut alterum complectatur, quis quaeſo, utrumque ad opus illud deſcribendum componi non poſſe, argumentetur? Nemo, opinor, Virg. II, 490. *amplexaeque tenent poſtes* vituperat, aut Catull. XI, 18. *Quos ſimul complexa tenet trecentos.* Cantilenam vero illam de repetitione ad I, 9, 67. exploravimus. Huſchkius Heynianam lectionem probat ad I, 1, 50. p. 21. W.

81. Comma poſt *vident* recte non poſuit Heynius. Nam eam verborum poſituram non aſpernatus eſt Tibullus, ut is, qui agit, in ſecunda demum ſententia nominetur. I, 7, 27. *Te canit atque ſuum pubes miratur Oſirim Barbara.* Vid. Virg. Aen. I, 115. 695. Aen. II, 494. — Pro *tot mala* Hamb. *talia.* W.

83. *Hanc Venus ex alto f. — ſpectat*] Hinc fortaſſe Ovid. III. Art. 451.

Has, Venus, e templis multo radiantibus auro
Lenta vides lites.

H. Iuno apud Sil. Ital. optat I, 50. *campumque cruore Auſonio merſum* ſublimis *Iapyga cernam;* et apud Virg. Aen. X, 3. Iupiter ſiderea e ſede *terras* arduus *omnes* — *aſpectat.* Add. Soph. Ai. 1279. Πηδᾷν ἄρδην — τάφρων ὕπερ. — Pariſ. et Venet. *Olimpo.* W.

84. *infidis quam ſit acerba, monet*] Ita Muretus correxerat, et Broukh. e melioribus retraxit, cum in Scaligerana reductum eſſet *quod,* lectio Aldinarum et earum, quae inde fluxere. Atqui *quod* non dictum Latine, etſi ſic etiam Reg. cum Ed. Rom. et Corv. Sed Lipſ. *que,* ex *quae,* quod in Vicent. eſt; *quod* vel *quo* Guelf. 2. Pro *infidis* Broukh. in Ed. Veneta a. 1487. et in uno Anglic. vetuſtiſſimo invenerat *infelix,* ut eſt in Edd. 1500. et 1520. *et infelix quod ſit, a. m.;* hoc et in Guelf. 1. Etiam Ed. Baſil. a. 1569. in margine habet: *infelix cur ſit, acerba monet;* ex correctione. H. Apogr. nonnulla cum Zwic. 2. Pariſ. Guarn. et Stat. *quod.* — Zwic. 1. et Venet. *quae.* — Hamb. *canit* pro *monet.* — 85. Zwic. 2. *cadent.* W.

86. *ſtemus*] Revocavi lectionem, quam receperat Broukh. e bonis aliquot libris. Et ſic Ed. Rom. cum Venetis et Guelf. 4. Vulgo *ſimus* inde ab Aldina pr. Broukh. usque. *Stare* eleganter pro *eſſe* ponitur, inprimis cum ſimul ſignificat, rem durare. v. Broukh. h. l. H. Firmatur lectio *ſtemus* codicum quoque Voſſ. 3. Bern. et Ask. aucto-

auctoritate; Zwic. 2. *ſimus*, ſuperſc. al. *ſtemus*, ut in ed. Lipſ. factum eſt. Libri ceteri cum Vulpio *ſimus*; Vindob. *firmus*. W.

ELEGIA VII.

1. *Hunc c. diem*] Ed. Lipſ. *Hanc*, ut aliae quaedam ap. Broukh. H. Et Zwic. 1. c. Pariſ., quod ab iis, puto, repoſitum, qui, ne quis verba *hunc fore* ad *diem* referret, prohibere voluerunt; non vero tamquam femininum exquiſitius eſſet, quod ſibi perſuaſit H. Voſſius. W.

3. *Hunc fore, A. p.*] intelligendum, *diem*, h. eum, qui eo die natus eſſet, fore illum, qui Aquitanos vinceret. Sed hoc paullo durius eſſe, negari non poteſt. Heinſ. primo verſu coniiciebat *ducem* pro *diem*. Putabam aliquando legendum: *Nunc fore*; et ſic ſcriptum in Guelf. 3. et Hamb. Sed elegans eſt Ayrmanni coniectura: *Hoc fore* h. naſciturum eſſe, in Vita Tibulli §. 42.; ut tamen ea expediretur res, legendum erat etiam primo verſu: *Hoc cecinere die — Hoc fore, qui.* Ceterum moneri adverſus haec omnia poteſt hoc: eſſe hoc Parcarum vaticinium, adeoque aſſurgere poëtae orationem. Pro *fundere* eſt *frangere* in Guelf. 2. H. H. Voſſius, Heynii veſtigia ſecutus, intulit *Hac cecinere die*; nam diem natalem pro homine nato ponere, hoc fines poeſeos et rationis humanae excedere. Ab hac correctione textum exemplis defendit Huſchkius, audaciamque Tibulli, diei tribuentis res geſtas hominis, eo die nati, felicem praedicat. Sed exemplis allatis, e Virg. Aen. IV, 169. *Ille dies primus leti primusque malorum Cauſſa fuit,* et Lucan. VII, 131. *Adveniſſe diem, qui fatum rebus in aevum Conderet humanis, et quaeri, Roma quid eſſet, Illo Marte, palam eſt,* ut Graeca, his ſimilia, omittam, lectio vulgata ſatis defendi mihi non videtur. Num, illis exploratis, patet, *diei* tribui a ſcriptoribus veteribus *eventum, rei* illo die *geſtae* vel *facto* illius diei, ut cauſae, proprie tribuendum, ſi proprie loqui velis. Virgilio igitur *amores furtivi,* Lucano *proelium* proprie dicendum erat. Cum autem res, die natali aliquo Meſſalae geſta, inventa non ſit, cui tantus eventus — *fundere gentes* — tribui poſſet, neque quisquam illum actioni pariendi facile tribuat, hac ratione rem explanatam ne credas. Sin vero *diem* pro Meſſala illo die nato poſitum iudices, neque exempla laudata quadrant, et audacia Tibulli nimia eſt. Ayrmanni emendationi id omnino repugnat, quod Parcae

eo

eo ipſo die, quo natus eſt Meſſala, eius fata cecinerunt, non antea, quod ineſſet verbis: *hoc* (die) *fore, qui poſſet;* neque omnibus contigit, quod Peleo et Thetidi. Rationi, quam in Not. propoſui, favet quod I, 9, 75. *Huic tamen accubuit noſter puer; hunc ego credam Cum trucibus Venerem iungere poſſe feris,* pronomen ad diverſos homines relatum eſt; neque aliter Aeſchines c. Cteſ. p. 446. *Καὶ τούτων ἀπεστερήθητε διὰ Δημοσθένην καὶ Φιλοκράτην καὶ τὰς τούτων δωροδοκίας* alterum *τούτων* ad commoda enarrata, alterum ad Demoſthenem Philocratemque retulit. Add. Plat. Crit. c. 16. Praeiverat Homerus Od. α, 88. *Αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκην ἐσελεύσομαι, ὄφρα οἱ υἱὸν Μᾶλλον ἐποτρύνω, καί οἱ μένος ἐν φρεσὶ θείω,* ubi prius *οἱ* Ulyſſem, poſterius Telemachum ſignificat. Exempla plane ſimilia invenire non potui. In apogr. *nunc forte, fere* (Goth.) — *Equitanas* (Hamb. Goth.) — *poſſint, poſſem* — *fudere.* Par. *Quitanas.* H. Voſſio, qui *frangere* ex Guelf. 2. textui intulit, recte aſſenſus non eſt Huſchkius. W.

4. *Atur*] in libris legitur *Atax,* (unde corrupte alii *Arax,* etiam Corvin., et Hamb. in Guelf. 1. em. *Atrax*) qui eſt fluvius Galliae Narbonenſis. Sed cum Meſſala triumphum egerit ex Aquitania, Scaliger, in cuius libro erat *Attas,* emendavit *Atur* (qui vulgo *Aturus* dictus eſt. W.); quod tamen non puto omnino neceſſarium eſſe; nam et v. 11. Arar et Rhodanus, fluvii Narbonenſis Galliae, memorantur, quia vicini Aquitanis; et Narbonenſis provinciae res et ipſae a Meſſala potuere conſtitui. H. Heynii rationes ſecuti H. Voſſius et Huſchkius repoſuerunt *Atax,* quem fluvium et ipſe Tibullo nunc reddidi. Et Scaligerum, memorationem *Araris* et *Rhodani* v. 11. ipſius correctioni *Atur* obſtare, ſenſiſſe, apparet ex nota verſui 11. ab illo appoſita p. 145. W.

6. *et evinctos*] *evictos, invictos, invinctos,* aberrationes librariorum; item *euntes et;* hoc etiam Corvin. H. In apogr. *evictos* (H. et Goth.) et *cunctos.* Pariſ. *evictos,* ſed *n* ſuperſcriptum. Venet. *evenire.* Cum verbis *brachia capta* compares illa Silii I, 53. *caeſos artus.* Ald. 1. *rapta.* W.

7. *lauros.* emendatum *laurus* in Guelf. 2. quod frequentant alii poëtae. H. Vid. et ad II, 5, 63. H. Voſſius, obſtante auctoritate apogr. — add. et Par. et Guarn. cum Venet. — *laurus,* ut formam elegantiorem, recepit. Quod ille contendit, ignorant Chariſius p. 9. et Priſcianus p. 717. qui

qui *laurus* et ſecundae et quartae declinationi aſſignarunt, ignorant et alii grammatici, ex quorum canone *laurus, lauri* exquiſitius eſſe videtur. W.

8. *Portabat niveis currus eburnus equis*] Scaliger e ſuo malebat: *portabit,* tanquam ex Parcarum praedicentium futura perſona; quod etiam eſt in Reg. et in Ed. Lipſ. natum, puto, ex *portavit. Niveis* Broukh. e libris, quibus accedit Regius, repoſuit pro *nitidis.* Saepe permutantur haec verba. v. inf. III, 6, 8. Burm. ad Ovid. III. Art. 74. Triumphantium currus equis albis iungebantur. vid. Broukh. *ferentem* etiam Corvin. H. *Niveis* habet Ald. 2. Mur. Stat. — *nitidis* Ald. 1. Scal. quod in pluribus apogr. (H. et Goth.) Pariſ. Corv. et Venet. Statius utrumque probandum non recte iudicaverat. Nam appoſitum *nitidis* ad colorem non pertinet, neque proprium eſt equorum, quibus uſi triumphantes. vid. Virg. Aen. VII, 275. — At idem bene *Portabat* defendit. Scal. in edit. 1577. „vitium librariorum *b* pro *u. Portavit* enim debuerant ſcribere." Idem in edit. 1600. „noſter *Portabit,* tanquam nondum triumphaſſet. Nam ex perſona Parcarum haec dicit μιμητικῶς. Non enim hac elegia celebratur triumphus Meſſalae, ſed natalis. Ideo Parcarum interiecta mentio. Naſcentibus enim fata a Parcis ſcribebantur. Auctor Tertull." Haec verba ita, ut Heynius, interpretatus eſt Broukhuſius. In textu Scal. 1577. 1600. *portabat.* Venet. *portabit.* Voſſ. unus *portabitur.* W.

9. *Tarbella Pyrene*] Eſt et hoc ex ingenioſa Scaligeri emendatione. In libris, *tua bella,* vel in paucis, *per bella,* in Rom. Ed. etiam *pirenes.* H. Correctionem Scaligeri egregiam firmant Monac. et Voſſ. 1. 3. — Muretus *honos per bella* de coniectura aliorum recepit, et poſt *bella* punctum appoſuit. Pariſ. *Pirene.* Venet. *pyrenae.* Pariſ. *honor,* et *Sanctonici* cum Hamb. (a. m.). Voſſ. unus *Xantonici.* — H. Voſſius, Broukhuſii ſententiam ſecutus, *eſt* auctoritate cod. Vatic. ſecundi ſuſtulit; neque oblocutus eſt Huſchkius. Virgilius tamen Ecl. V, 4. *Tu maior; tibi me eſt aequum parere, Menalca.* W.

11. *Teſtis Arar R.*] hoc et in Guelf. 2. al. *Arax,* ut Ed. Rom. vel *Atax,* qui vel nunc ferri poterat. H. Errores apographorum hi: *arat* (Hamb.) — et *arax* (ſic Guarn.). — *Garuna* (Hamb.) — *Carnoti* (ſic Hamb. et Par. Venet.) aut *Carnotici* aut *Cartoni* (Goth.) — *Lige* (Goth.) aut *Lyge.* — Par. *cerrula limpha.* Venet. *cerula* — *Lyger.* W.

12. *Car-*

12. *Carnuti et flavi caerula lympha Liger*] In libris, etiam Corvin., fere ſcribitur *Carnoti*. at Guelf. 3. diſerte *Carnuti*. (quod Tibullo reddidit Scaliger. Ante eum Ald. 1. 2. Mur. Stat. *Carmoti*. W.) pro *flavi* repoſuerat Scal. *fluvii*, permutatione quidem etiam alibi obvia, v. Propert. II, 9, 12. (7, 50.), ſed non ad hunc locum faciente; debebat enim tum aut abeſſe *Liger*, aut eſſe *Ligeris*. H. Interpretationem verborum *caerula lympha* Heynius Scaligero debet. Sed *fluvios* ipſos *caeruleos* appellatos eſſe, docuit Forcellinius et H. Voſſius p. 227. — Scaliger loco Iuvenalis XV, 7. utitur ad probandum, *caeruleus* idem eſſe atque *aequoreus*. W.

13. *An te, C.*] Ita Broukh. ex uno Colot. et Exc. Pocchi, uti et Nic. Heinſ. emendaverat. Vulgo: *At. An te*, et in marg. *Et te* Guelf. 3. H. Accedit auctoritas Guarn. et apogr. ſeptem. Adde, quod formula nova annectendi *An canam* ſimilis eſt illi *An memorem* apud Virgilium Ge. II, 158. *An mare, quod ſupra, memorem, quodque alluit infra.* — Hamb. Goth. (a. m.) Voſſ. 1. Zwic. 1. 2. Pariſ. Venet. *At*. Monac. et Corv. *Et*. — Ald. 1. 2. Pariſ. *Cidne*. — Corv. *Cythne*. Goth. (a. m.) *Cione*. — *leviter* Zwic. Voſſ. unus, ed. Lipſ. Ald. 1. 2. W.

14. *Caeruleis placidus per vada ſerpis aquis*] Ita ex Statii emendatione repoſuere Broukh. et Vulpius, quos ego deſerere nolui. In Libris et Edd. eſt: *Caeruleus placidis — aquis*; hoc aiunt naturae huius fluvii repugnare, qui albo aquarum colore eſſe proditur (unde etiam Ovidio III. Art. 204. *lucidus* dicitur — quod notat Stat. —): melius itaque iungi *vada caeruleis aquis*, h. vada caerulea, ut ſaepe Virgilio. v. Aen. VII, 198. *tot per vada caerula* poni, ut ſint ſinus maris Iſſici, in quem *ſerpit*, h. evolvitur Cydnus. (*vada caeruleis aquis* pro vada caerulea dici, nemo niſi Vulpius putat, notans vada eſſe loca maris vadoſa litori proxima. Sed ut ablativum hac ratione adiungi non nego, ita conſtructio *ſerpit fluvius per vada* rationi Vulpii repugnat. Broukhuſii vero argumenta, quibus vulgata eſt impugnata, cuncta e Statii commentario petita ſunt. W.) Non tamen video, cur is fluvius non poſſit communi epitheto *caeruleus* appellari, multo magis *tum, cum in mare ſe immittit*: ut Hebrus, per ſe tardiſſimus, tamen ſollenni fluviorum nomine a Virgil. Aen. I, 317. *celer*, Ladon contra, rapidiſſimum flumen, ab Ovidio I. Met. 702. *placidum* appellatur, utrumque ex natura fluviorum univerſum ſpectata. Synonymorum vero et epithetorum ſimilis coacervatio eſt inf. III, 3. extr.

Pro-

Propert. I, 11, 11. 12. in Culice 146. 147. Pro *vada* Regius vitiose *prata;* an voluit *freta?* H. Contra Statium, cuius correctio in tribus apogr. et Guarn. inventa, disputat H. Vossius; superfluum esse *placidus* appositum fluvio, qui *tacitis leniter undis serpere* dicatur; et decipi lectores, qui *caeruleis* cum voce praecedente *undis* coniungerent, nisi *aquis* in fine versus positum mutare eos sententiam cogeret. Itaque *caeruleus* amplexus de coniectura reposuit *tacitae — aquae.* Quae quamquam haud improbabilis visa est Huschkio, ipse tamen statuens, *caeruleum* rectius dici mare vel lacum, in quem influeret Cydnus, quam fluvium, qui a candido aquarum colore nomen cepisse traderetur, *caeruleae placidus — aquae* Tibullo reddendum esse censet. Nam compositionem verborum *Cydnus tacitis undis placidus serpit* defendi loco Horatii Carm. I, 31, 7. *quae Liris quieta Mordet aqua, taciturnus amnis,* et illam *leniter placidus serpit* verbis Tibulli II, 1, 80. *Felix, cui placidus leniter afflat Amor!* At locum utrumque a nostro differre apparet, quippe ubi appositum ad substantivum pertineat. Et in compositione: *qui leniter placidus serpit* vel *leniter* vel *placidus* superfluum est. Dicitur quidem: *Is tacitus decedit* vel *tacite decedit;* at duo adiectiva vel adverbia, idem fere significantia, coniungere, ut *placide quiete serpit Cydnus,* per logicen non licet, et adiectivum cum adverbio tum componere redundantia est non probanda. Accedit quod verba *tacitis leniter undis* rem satis declarant. — Withofium Praemet. Cruc. Crit. p. 158. coniecisse *garrulus et placidis* memorat H. Vossius. — Apogr. quatuor (H. et G.), Zwic. 1. 2. Paris. cum Venet. sententiam firmant, quam in Notis exposui. Apogr. tria *caeruleus placidus,* unum *caeruleis placidis.* W.

15. *contingens*] Pal. *consurgens.* Reg. *aërio,* permutatione sollenni. v. Burmann. ad Ovid. II. Met. 553. H. ubi libri alii *aëra,* alii *aethera* praebent. H. Vossius cum intelligeret, monti, qui *nubes contingeret, verticem aetherium* tribui accurate non posse, cumque ei et appositum *contingens v. nub.* tenui ornare Taurum laude videretur, et vocabulum *quantus* maiorem postulare vel indicare, *conscindens* de coniectura reposuit, ut Taurus *cacumine nubes superare* (Met. Ovid. I, 317.) nubesque findere diceretur. Sed locus Plinii H. Nat. II, 44., quem affert, nil probat: *Montium vero flexus crebrique vertices et conflexa cubito aut confracta in humeros iuga, concavi vallium sinus, scindunt inaequaliter inde resultantem aëra,* quibus causas *echus* exponit Plinius. Neque reli-

reliqua, quibus nititur, meliora. Hufchkio lectione Cod. Reg. et Voff. unius *aërio*, perpetuo montium epitheto, reftituta difficultas ab appofito *aethereo* orta, videtur fublata. Etfi imago altitudinis Tauri tenuis est, eadem reprehensio in Virgilium cadit Aen. XII., 702. *quantus gaudetque nivali Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.* Adde Avienum 842. de Tauro monte: *nunc autem subrigit idem Obliquas arces et flexilis aëra pulsat*, altitudinem non maiori laude praedicare. Ceterum locus fine diftinctione exhibendus erat, quam Heynius Voffiusque poft *et* atque *nubes* pofuerunt; nam duo funt appofita Tauro *aërio cont. v. n.* et *frigidus*, cf. IV, 2, 19. 20. et Virg. Ge. III, 350. *turbidus torquens flaventes Ifter arenas.* — Paris. *aethereo* c. Venet. — Afk. *ab aeth.* in marg. *et.* W.

16. *Frigidus intonfos Taurus arat Cilicas*] De hoc verfu nondum liquet. Cyllenius et Scaliger per hypallagen explicant, quae tamen Elegiae non conuenit, pro eo, quod fit: *Cilices arant Taurum.* Sane Taurus, etfi in nonnullis locis male habitatur (v. Strabo XIV. p. 984. B.), in paucis tamen partibus conualles habet mellibus faciendis idoneas, v. Strabo XII. p. 854. C. Statius (quamquam Strabonis verbis ductus *alat* coniecerat, tamen W.) ex illis Ovidii ex Pont. I, 4, 2:

Iamque meos vultus ruga fenilis arat,

accipit de rugis, quas frigus inducit; atqui fic faltem *rugis* adiectum effe debebat. Turnebus Adverf. XVI, 4. cum aliis legit, *alat*, feu quatenus agri in convallibus funt, qui feri et arari poffunt, feu refpectu pafcuorum, herbarum etc. adde, venatu. Eft tamen hoc ipfo Tauro frigidius, inprimis in poëta; non minus quam *amat, habet,* et alia, quae viri docti extuderunt. Broukh. *arat* exponit fecat, dividit, dirimit, fc. Ciliciam a Pamphylia et Ifauria: idque probat Vulpius. Saltem fic ftatuas, *ipfam Ciliciam* per montes dirimi, montis iuga per Ciliciam protendi. Ut enim *arare aequor* non eft fecernere illud ab littore et excludere a terra, fed per medium mare facere navigio quafi fulcos aliquos: ita neque, fi vel maxime *arare* effet dirimere, alia, quam *terrae* ipfius, divifio intelligi potest, ut montis iugis, tanquam fulcis, diftincta fit et diffiffa Cilicia. Attamen fic duo funt infolenter dicta: primum, *arare* unde dictum pro *dividere, dirimere*; deinde fac *arare terras* effe *fecare* iugis montium, *arare Ciliciam* dicendum erat, non, *Cilices*, quo dictio multo fit durior. Libri nil mutant. In uno Italico

 eft

eſt *alat;* verum ille non eſt codex, ſed editio Gryph. cum var. lect., inter quas adeo tanquam varia lectio relata eſt emendatio Turnebi ac Mureti. (Ita ſuſpicatur Heynius. At H. Voſſius, quoniam editio illa cum libris manuſcriptis collata dicitur, e codicibus lectionem *manat* fluxiſſe putat. Sed quod idem Muretum e codicibus *alat* recepiſſe pro certo ſumit, hoc e verbis Mureti: „inepte in aliis libris *Taurus alat Cilicas,*" eruere non potui; nec quisquam inde huius rei argumentum repetat, quod Muretus Var. Lect. XIV, 11. f. hunc Tibulli locum ad fertilitatem montis declarandam cum lectione *alat* appoſuit. W.) In Ed. Lipſ. *intonſas.* Etſi ad ſententiam nonnulla coniectari poſſunt, nihil tamen video, quod iudicio recto ſatisfaciat. Inter haec relinquitur, lectionem eſſe veram et ab ipſo poëta profectam, etſi non probandam: alluſiſſe illum ad nomen Tauri, tanquam bovis, qui araret; eumque arare Ciliciam, quatenus per eam quaſi ſulcos ducit, et iugis convallibusque dirimit. Frigidum et puerile hoc, et quod a Tibullo abeſſe velim; diuque repugnavi, etiam nuper, cum a Wernsdorfio ad Avienum p. 998. P. Lat. M. T. V. P. 2. verſum ſic expoſitum legerem, qui etiam, eleganter ita *arat* poſitum eſſe, aiebat. Saltem ut ne repugnet, afferri poſſunt haec: tauri formam monti tribuerunt veteres: v. Priſcian. Perieg. 633. 4. 5.; fortaſſe et Avien. 844. *nunc directa ſolo tentus veſtigia figit,* qua in re Dionyſ. 642. dixit ὀδεύει. (Mihi nulla eius rei veſtigia deprehensa ſunt in Avieni loco, poetica quadam circumlocutione uſi ad enuntiandum ſenſum *recta tendit Taurus.* Conf. Withoſ. Praem. Cr. Cr. p. 160. W.) Etiam in numis tauri forma Taurus mons adumbratur: v. Eckhel Doctr. num. Vol. VI. p. 99. H. Dedi cum Mureto, quem et H. Voſſius ſeguitur, *alat.* Textu enim ita conſtituto ſignificatur, Tibullum mirari non fertilitatem ſummorum cacuminum huius montis, quod, quamquam Heynio frigidum viſum, placuit tamen H. Voſſio, ſed inſignem montis magnitudinem, modo vocabulum *quantus,* in quo ſenſus cardo vertitur, explices *qua magnitudine et mole,* brevitatemque notes verborum pro vulgari: *quantus ſit - frigidus Taurus, qui alit.* Cf. Virg. Aen. III, 641. ibique Heynium, cuius rationem ibi propoſitam ad h. l. amplexus eſt Huſchkius. Is tamen, ut omne orationis frigus evaneſceret, et primaria ſententia, ſi *alat* retineretur, ſecundaria fieret, ita ut et narrationi Strabonis conveniret et iudicio poetae, verbis mutatis *contingat - alens* reponendum eſſe iudicavit; coll. 19. 20. — Withoſius Praem. Cruc. Crit. p. 159. coniecit:

fecit: *adit* h. e. procurrit ad Cilicas usque ab Indico mari. Bene Goerenzius p. 9. contra lectionis, ut ait, monſtrum, *arat,* eiusque explicandi rationes disputavit; ſimulque notavit, *intonſos* ad ipſos montis illius incolas pertinere, et omnino ad eam Ciliciae partem, quae *τραχεῖα* appellata; maritimam autem partem cultiorem fuiſſe. Illos Ovidium Am. II, 16, 39. *feros* appellaſſe. W.

17. *ut volucres* Guelf. 1. H. Voſſ. unus *aut volitet.* Goerenzius p. 7. diſtinguendum cenſet: *Quid? referam ut volitet* et cet. W.

18. *Palaeſtino — Syro*] Scal. in priori edit. e libro legebat *ſuo,* quod Syrum Palaeſtinum non dici putabat. Sed etiam Ovidius ita Art. I, 416. cf. Heinſ. eo loc., et ad v. 76., et Neapol. ad Faſt. II, 464. H. Neapolis docte rem illuſtravit et refutavit opinionem Scaligeri, in cuius editionibus 1577. 1600. exſtat *ſuo;* ſed annotatione ad priorem *Syrum Palaeſtinum* dici negaverat, velut ac ſi quis coniungeret *Celtam Gallum;* ad poſteriorem ita componi poſſe non negavit quidem, comparans *Pſyllus Poenus* ex Cinna, ſed tamen ad lectionem libri ſui propenſus est. Par. *Siro.* Venet. *Paleſtino.* — 19. Vindob. *atque* pro *utque,* deterius; Voſſ. unus *curribus;* Hamb. *vento.* — Zwic. 1. 2. Venet. *Tyrus.* Statius *Tyros* bene defendit. W.

21. *quum findit Sirius agros*] in duobus Statianis, non inſolenti errore, *ſcindit.* v. Burman. ad Ovid. Ep. XII, 94. ad II. Met. 159. (cf. I, 10, 53. Guarn. *cum fundit.* Venet. *confindit Syrius.* W.) in Reg. *confundit.* Notum Virgilii Ge. II, 353.

Hoc, ubi hiulca ſiti findit canis aeſtifer arva.

Etiam Ovid. III. Met. 152. II. Am. 16, 3. H. H. Voſſius collocandum eſſe opinatur *findit quum,* coll. I, 4, 33. II, 5, 109. IV, 6, 19.; ſine cauſa. Nam in locis, quibus utitur, metrum mutatam verborum poſituram poſtulat. Pro *quum* Vindob. et Voſſ. unus *quo;* Goth. *ſcindit,* et *abundat.* Quod poſterius cum et libri aliquot apud Broukh. offerrent, recipiendum eſſe iudicavit Huſchkius. Saepe enim claſſicos ſcriptores hoc modo variare orationem, ut Val. Fl. I, 277. ſqq. Propert. II, 16, 29. 30. 34, 35. ſqq.; quibus addere poterat Propert. II, 30, 28—30. Vid. quae ipſe prius ad I, 7, 15. notaveram. Sed ut Latina est haec modorum varietas bonisque poetis uſurpata, ita Tibullo, insolitam modorum coniunctionem uſumque non ſectanti, obtrudenda

 nec

nec H. Vossio nec mihi videtur. Vid. etiam ad II, 4, 18. At in Iuvenale VI, 106. *Dic igitur, quid causidicis civilia praestent Officia?* haud scio an, ad Graecorum rationem, ex auctoritate codicum *praestant* reponendum sit. Nam illam Iuvenalis sequitur XIV, 211. *Dic, o vanissime, quis te Festinare iubet?* W.

23. *quanam possum te dicere caussa*] in Reg. Ed. Rom. et multis ap. Broukh. Guelf. 1. 4. *possim*, idque rectius. Nam, omisso hoc verbo, sine dubio diceres: *qua caussa dicam*, non *dico*. mox v. 25. Ed. Lips. *te* pro *tua*. H. Heynii sententiam firmant apogr. fere omnia (Hamb. Goth.) et Zwic. 1. 2. cum Paris. libr. Scheff. et Venet. Et res lectionem *possim* flagitat; nam ignorat Tibullus, quaenam eius rei sit causa, eamque cognoscere optat; inde allocutio: *Nile pater.* Si recte sentio, lectio *possum*, quam Huschkius tuetur, coll. Horat. Ep. I, 6, 42. Propert. II, 20, 28, Nilum rogantem Tibullumque se de ignorantia sua excusantem facit. — Bern. *te possim.* Vindob. *possem te.* Ask. *tibi.* Paris. *Nille*, ut 22. *Nillus.* — Goth. *occuluisset.* W.

27. Versum hunc Ovidii nomine laudat Seneca Qu. N. IV, 2. memoriae lapsu. *pubes* iam Ald. pr. dederat, et codices tuentur. At Ald. sec. *proles* receperat, minus bene. *pubes barbara* sunt Aegyptii.

28. *Memphiten plangere docta bovem*] *Memphiten* revocavi, ut doctius et h. l. ad aurem iucundius, ex vett. edd. etiam Aldinis: male mutatum in Muretina. Est enim Μεμφίτης. quidam *plaudere*, male. Apis quaerebatur cum luctu et planctu. *Plangere bovem* est *plangere se propter bovem*, ut, *plangere mortuum, se propter m.* Rem declarat alterum, quod dici solet, *plangere alicui*, v. c. apud Senecam Troad. 117.; cf. Perizon. ad Sanct. Min. p. 369. In Epitaphio apud Boissard. P. III, 48. Gruter. p. 655.

Qui colitis Cybelen, et qui Phryga plangitis Atyn.

unde *plangere* dici coepit pro simplici lugere. Mela I. 9. p. m. *mortuos obliti limo plangunt.* In Epitaphio quodam:

Te genetrix, fratresque simul, te compare luctu
Perpetuis lacrimis plangit amata domus.

Dictum vero, ut Graecis κόπτεσθαι, τύπτεσθαι, quod minus recte in Herodoto accipiunt (nunc meliora v. in ed. Wesseling.); ut II. c. 42. τύπτονται οἱ περὶ τὸ ἱρὸν ἅπαντες τὸν κριὸν, male vertitur: *cuncti, qui circa templum sunt, arie-*

arietem verberant, immo se, sua pectora tundunt, *propter arietem*, in honorem arietis, quod cultus religiosi genus erat, quo certos deos prosequebantur. Expressit ipsa pectora Auctor Epigr. a Reiskio olim Misc. Lips. nov. Vol. IX. p. 457. vulgati: *Τῇ σῇ* (n. Adonidis) *κοψαμένη στήθεα παννυχίδι*. Fortasse etiam *ἱρὸν* est victima, et *οἱ περὶ ἱρὸν*, qui sacrificant: nam c. 40. *καιομένων τῶν ἱρῶν τύπτονται πάντες*. Vis reciproca in hoc verbo observanda erat etiam in aliis locis, v. c. II, 61. (ubi recte Gronou. reponit *τὸν δὲ τύπτονται* pro *ᾧ*, cf. c. 132.) it. II, 85. VI, 58. ap. Luc. de Dea Syria c. 6. Dial. Meretr. 9. c. 4. Evang. Luc. 8, 52. apud LXX. 1 Sam. 25, 1. Gen. 23, 2. Ioseph. Ant. VIII, 11, 1. XIII, 15, 5., ubi Spanhemius laudat LXX. Genes. L, 10. *ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν*, et mallet *κόπτον*, nescio quare; nam eadem vox legitur in Act. Apost. VIII, 2., Dionys. Halic. p. 90. I, 42. Eurip. Troad. 628. *κἀπεκοψάμην νεκρόν*. Ipse Homerus *τίλλεσθαί τινα* dixit Il. *ω*, 710. Similis error notandus Schol. Callimachi in Del. 321. ubi nautae memorantur in cursu Delum adire:

— — — καὶ οὐ πάλιν αὖθις ἔβησαν,
Πρὶν μέγαν ἢ σέο βωμὸν ὑπὸ πληγῆσιν ἑλίξαι,
Ῥησσόμενον καὶ πρέμνον ὀδακτάσαι ἁγνὸν ἐλαίης,
Χεῖρας ἀποστρέψαντας.

ita interpungi is locus debet, non post *ῥησσόμενον*. (nunc ibi vide Ven. Virum, Ernesti p. 205.) Scholiastes male observat, aram pulsatam fuisse; quomodo enim, si manus post tergum revinctas habebant? Immo ipsi saltantes vapulabant, ut recte Hesychius in *Δήλου κακὸς βωμός*. Quanquam non ignoro, interdum ipsa deorum simulacra a stolidis hominibus pulsata fuisse. v. Theocr. Idyll. VII, 106. Est etiam Tryphiodori versus male vulgo acceptus de luctu Amazonum in Penthesileae morte 33. *Αἱ δὲ — Κοπτόμεναι περὶ κύκλον ἀθηλέος ὄμφακα μαζοῦ*, h. e. in orbem stantes pulsabant mammam excisam, papilla carentem. Ceterum in nostro *docta plangere* dictum, ut in Fragm. Callimachi CLXXVI. ubi de eodem Api: feminam *Εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι*. De re cf. Spanhem. ad. Callim. p. 590. H. Caeterum desunt versus 28. et 29. in Gothano. Causa est novae paginae inceptio. Iuxta vers. 26. glossa picta est haec: Primus Osyris fecit aratra et aravit. Naso tamen Cererem dixit fuisse primam, quod prius Maro dixerat, tamen

tamen haec in diverſis locis qui fuerunt potuit Ceres alibi id feciſſe, Oſyris autem alibi. W.

32. *legit in arboribus* Guelf. 2.

35. *iucundos — ſapores*] Reg. *ſopores*. v. ad IV, 4, 9. *iocundos* ſcribit Guelf. 3.

40. *pectora triſtitiae disſoluenda dedit*] Muretus, Paſſerat. Guietus, Heinſius, omnes malebant: *laetitiae*, quod etiam Statius in uno Colotii libro, quanquam vano forte rumore, eſſe audierat. Sane τὸ *dedit* videtur dativum eo ſignificatu poſitum requirere; licet enim eo, quo feci in notis, modo explices, ſemper tamen durum illud et ingratum eſſe deprehendas, ſi *triſtitiae disſoluenda* iungendum dixeris. Ut ſaltem ambiguitas iuncturae tolleretur, poëta debebat *triſtitia* ponere, quod recte Statius maluit, ut illud Virgilii: *Solvite corda metu.* Similiter etiam *pectora* bene poſſe dici puto *laetitia ſolvi*, ut ablativus ſit agentis, quicquid Burman. ad Ovid. Ep. XIII, 116. contra dicit; neque etiam illud inſolens, haec duo verba *laetitiae* et *triſtitiae* permutari. v. Ovid. l. l. In ſuperiori verſu pro *confecta* Heinſius malebat *conſtricta*, ut exactius reſponderet τῷ *disſolvi*. Vſ. 39—42. ex alio carmine illatos ſuſpicor: nimis aliena eſt Bacchi commemoratio. H. Zwic. 1. *triſtitia*; Zwic. 2. *triſtitiae*. W.

42. *Crura licet dura compede pulſa ſonant*] Lectionem hanc, quae fuerat editionum plerarumque ante Broukhuſium inde ab Aldinis, bene reduxit Vulpius. Libri fere omnes, exceptis paucis, in his Guelf. 2. cum antiquis editionibus *cuſpide* exhibent, quod Broukh. cum Salmaſio in Tertull. de pallio 5., qui *cuſpite* ſcribebat, cupide arripuit, tanquam verum et genuinum. Non me adeo movet, quanquam movet, iſta dubitatio, vocem hanc nusquam ea ſignificatione inveniri, ut *compes* ſit, niſi quod in recentiſſimis *cuſpus* occurrit. v. Cangium Gloſſar. h. v. nam Geſnerus plane praetermiſit in ſuo Theſ. L. L. Sed videtur nimis manifeſto errore ex compendioſa ſcriptura alterius vocabuli ortum eſſe, quod ſcriptum erat *cuzpede*, ut vidi in Ed. Rom. Inf. II, 6, 25. in ſimili loco: *Spes etiam valida ſolatur compede vinctum;* ſed ibi nulla variatio, ut nec ap. Ovid. IV. Triſt. 1, 5. I. ex P. 6, 31. Etiam Horat. V. Carm. 4, 4. *Et crura dura compede. Pulſa,* quod ubique editur, eſt in plerisque, etiam noſtris libris, et bene exprimit catenarum euntis fluctuantem ad pedes allapſum et ſtrepitum. In quibusdam tamen

Statii

Statii et Broukhuſii *preſſa*, in uno Scaligeri, quod ille probabat, et in tribus Broukhuſii *multa*, unde hic fecit *inulta*, nullo vindice, impune; quod tamen merito Vulpio diſplicet, ut et docta Britanno (Jortin *Tracts* T. II. p. 452. 3.) in Obſſ. Miſc. Vol. II. p. 242., qui malebat *inuſta*. Medebach vir doctiſſ. in Obſſ. p. 70. effingit *vincta*, quia in uno Eboracenſi legitur: *pulſa* vel *victa*. Sed quorſum in una variante, quae omnino ex correctione orta videtur, haeremus, ubi vera lectio codd. auctoritate et ſenſus ratione ſe probat ſatis?

43. *Non tibi ſunt triſtes curae, nec luctus Oſiri*] *vultus* ex uno Statii receptum erat a Broukh. reliqui omnes ſcripti et impreſſi *luctus*, quod Vir doctus minus convenire putabat, quia omnino cum luctu quaerebatur Oſiris. Sed cum hic ei Bacchi plane perſona induatur, *luctus* non minus ex ea poſitus intelligendus eſt, quam mox *chorus*, *ſerta*, *palla crocea*, *ciſta*. Omnino quoque dii *ἀπενθεῖς*, et luctus expertes, ut toties apud poëtas. Verum etiam ſi *vultum* retineas, non tamen pro fronte adducta ac torva accipi poterit, niſi ex antecedentibus *triſtis* repetas; nam ut ſimpliciter, *tibi vultus eſt*, eo ſenſu dicatur, fieri vix poteſt, et in tanta copia exemplorum a Broukhuſio allatorum nullum eſt, ubi non aliquid adiectum ſit, unde, qui vultus habitus intelligendus ſit, appareat. v. c. in illo Cicer. *Si in repulſa Domitii vultum vidiſſes.* facile rei natura indicat, eum parum hilarem fuiſſe. *Vultus* etiam diſplicebat docto Britanno (Jortin *Tracts* p. 453. To. II.) in Obſſ. Miſc. II. p. 245.

44. *Sed chorus*] Corvin. *torus*, ut ex uno Angl. notatum video. Idem Corvin. ſic legit et diſtinguit: *Non tibi ſint triſtes c. l. Oſiri: Sed — amor.* ſc. tibi eſt. *et levis aptus Amor*] Ed. Rom. cum Guelf. 1. 4. *levis et a.* forte pro *lenis et a.* Sic quoque emendare volebat Cl. Medebach p. 71. Mox v. 46. *quoque* pro *ſed* Ed. Vicent. Lipſ. cum aliis vitioſe. H. Etiam Zwic. 1. 2. *quoque*. W.

47. *dulcis tibia cantu*] Edd. Reg. Lep. et Lipſ. *dulcia*, quod merum vitium eſt. Fruterius, Douſa pater, et Guyetus corrigebant, *dulci tibia cantu.* (*dulci* Gothan. W.) Videri poteſt in vulgata caſus ad proximum vocabulum accommodatus eſſe, quod ſaepiſſime factum. Sic in Lucan. I, 151.

Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Aetheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit.

In

In libris nonnullis erat, *impulſu ſonitu*, quod non debebat inducere virum doctum, ut nuper emendaret, *Aetheris impulſu ſonuit.* Quis enim tam argutas aures habeat, ut fulmen *ſonare* audiverit? Ipſe Lucanus *ſonitu* explicat, *mundi fragore.*

48. *levis — ciſta*] Broukh. mallet *brevis;* ſed *levis* eſſe debuit, cum vitilis ſeu viminea eſſet, et a virginibus, quas *κανηφόρους* vocabant, portaretur. Sic Ovid. V. Faſt. 218. *leves calathos* dixit.

49. *centum ludis Geniumque choreis Concelebra*] ita Broukh. e coniectura Statii repoſuit: ubique legitur *ludos,* (etiam in Zwic. 1. 2. Gothan. et Hamb. W.) in Guelf. 1. *ludes.* Sed illud *centum* parum placet. Guyetus coniiciebat: *et ſanctum ludo G.* Forte fuit: *et Genium ludo Geniumque choreis Concelebra,* figura inprimis Ovidio ſollenni; *Ludus* vero ſingulari numero recte. Valer. Argon. I, 251.

Dulcibus alloquiis ludoque educite noctem.

et v. 294.

Iamque mero ludoque modus.

Virg. Ge. III, 379.

Hic noctem ludo ducunt.

50. *et multo tempora funde mero*] Mira loquendi ratio, de qua Obſſ. ad Eleg. 2, 3. disputatum eſt. Retuli hoc ad Oſirin, ut is ludis choreisque Genium concelebrando ſua ipſe tempora multo vino fundat, h. e. perfundat, ut adeo vino incaleſcat; rationemque formulae loquendi in hoc quaeſivi, quod vinum diffuſum per venas perfundere dici poteſt corpus et inprimis caput, adeoque tempora, quibus vini calor ac vis maxime ſentitur. Nec neceſſe eſt, poſt illa quae ſupra disputata sunt, aliquid addere. Analogia autem ſermonis in promtu eſt, qua primo *funditur vinum per vaſa,* tum *vino perfundi vas,* et poëtice *fundi vino vas* dici ſolet. Auctor doctiſſ. Obſſ. in Anacreont. p. 187. interpretationem meam vix uſu loquendi probari obſervat, monetque, ad Genii tempora haec ſpectare et de ipſo ſacro, quod Genio fit, eſſe accipienda. Genió vino libari nemo dubitet: ſed vir doctus docere debebat, quomodo de vino libato hoc dici poſſit: *multo tempora funde mero* Genii. Vinum aut apponitur aut libatur in ara, ſeu foco infunditur, inſtillatur in ignem. Ungi Genii comam et corollis ornari ſatis conſtat;

an

an vero etiam hoc: fuiſſe eius caput vino adſperſum vel perſuſum? Hic mos aliquo exemplo, ſeu moris analogia doceri debebat. Ut ipſe Genius multo ſeu libato ſeu appoſito cum epulis vino tanquam inebriari dicatur, per ſe non male dictum eſſet; ſed hoc alienum a verborum ſenſu et iunctura; nam Oſiris is eſt, quem compellat poëta: *concelebra Genium et multo tempora funde mero:* quae ſane Oſiridis eſſe neceſſe eſt, non Genii, niſi contortiſſima ratione, vt ſit: *tempora Genii funde*, perfunde, *mero*, larga manu ei vina appone, ut eius caput vino perfundatur. Alioqui, quandoquidem ille epulis vinoque excipitur, non abſonum eſt, ſi ille largius ſe vino invitare dicatur: igitur et vino perfundi tempora. Atque ad hoc ipſum ducit alter locus inf. II, 2, 8. *Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores — atque ſatur libo ſit madeatque mero.* Neque enim hoc de honore Genio habito aliter accipi poteſt, quam ut nimio appoſito vino ille lautius ſe excipiat: ſic *madere, uveſcere, βρέχεσθαι*, de ebriis. De vino Genio largiter appoſito etiam Horatium agere III. Od. 17, 14. *cras Genium mero curabis*, dubitari nequit.

51. *Illius e nitido*] e Broukh. relicta Scaligerana editione tacite repoſuit; in qua erat *et*, ut in multis; quae ex Aldinis fluxere. (*illis et* Gothan. *illius et* Hamb. W.) Muretiana et Plantiniana iam *e* reſinxerant, et habet *e* Guelf. 1. 4. In Ven. excidit: etiam Regio. conf. inf. II, 2, 7. Idem poſſis ſequenti verſu putare accidiſſe, ut fuerit: *E capite et c.* nam pendebant e collo, unde *ſuſae per colla coronae.* Ovid. II. Faſt. 739. Durum autem ad meum ſenſum, quod nunc de Genio agitur, et tamen mox iterum ad Oſirin redit oratio: *Sic venias hodierne.* Inſuave etiam τὸ *Illius.* Quid ſi itaque legatur:

Et Syria e nitido ſtillent unguenta capillo,
Et capite et collo mollia ſerta geras.
Sic venias hodierne.

Ita omnia de uno Oſiride agunt.

53. *Sic venias hodierne*] Primum *Sic veniat hodierne* Venetae cum nonnullis apud Broukh. *Sic venies hodierne* Vicent. *Sic venias, hodierna tibi dum t. h. Liba* utraque Aldina: quod mutavit Muretus: *Sic venias hodierne, tibi dum t. h. tibi dem t.*] ita Statius e ſuis corrigebat, et ex ſuo libro tandem repoſuit Scaliger; etſi iam idem excuſum video in Ed. Vicent. et in Corvin. adde Guelf. 3. In plerisque

risque Edd. a Romana inde, *dum.* quod multo ſuavius eſt. In Guelf. 1. et 4. *Sic veniat hodierne tibi: dum.* Ed. Lipſ. *dum t. h. Libo, et M.* Quod vulgatum eſt, ſimile eſt ei, quod in Ovid. III. Triſt. 13. 17.

Micaque ſollenni turis in igne ſonet:
Libaque dem pro me genitale notantia tempus. H.

Zwic. 1. habet: *venies — dum.* Zwic. 2. *venies — dem.* Gothan. *dem* et *hodierno.* W.

54. *Liba et Mopſopio dulcia melle feram*] Sic etiam Regius. Broukh. e libris repoſuerat: *Libaque.* Heinſius corrigebat: *tibi dum turis honores Libem et Mopſopio dulcia melle favo,* quia in uno invenerat *dulcia mellis avo. Mella* eſt in plerisque, ſed ex culpa librarii propter vicinum *dulcia.* vide modo ad v. 47. Paſſeratius tamen inde faciebat: *Mopſopiae dulcia mella.* h. Atticae. Si quid mutandum, τὸ *dum* reducendum eſſe arbitror. Durum enim τὸ *dem,* etiamſi ita iungas: dem, dabo, tibi turis honores, ſic venias hodie; ut ſit obteſtationis formula. Verum novam et elegantem lectionem offert Guelf. 2. *tibi dem turis honorem, Libem et Mopſopio dulcia mella favo.* H. Verſu ſequent. Hamb. *fata* pro *facta.* W.

56. *circa ſtet veneranda ſenem*] reduxi hanc lectionem, ad quam etiam Vulpium procliviorem eſſe videbam, quod ea in editis ſcriptisque fere omnibus, etiam Regio, Guelf. et utraque Edd. eſſet, praeter unum Statii, tresque parum vetuſtos apud Broukh. quibus adde Corvin. in quibus *venerata,* quod primum praetulit Statius, et receptum tacite in Scaligerana. Sic quidem etiam ſup. Eleg. 5, 33. *et tantum venerata virum;* hic tamen parum aptum videtur, tum ex ſtructura verborum, tum ex ſententiae ratione; ſit enim ſenis maieſtas natorum et numero et ſpecie et dignitate auguſtior. Occupavit vero iſtos Codices hoc, quia in libris fere haec duo participia permutari ſolent: uti mox v. 63. pro *celebrande* duo Statiani, *celebrate.* At *veneranda,* modo non cum Douſa Praecid. c. 18. pro *venerans* accipias, peregregium h. l. eſt. v. Not.

57. *Nec taceat monumenta viae, quem Tuſcula tellus, Candida quem antiquo detinet Alba Lare*] *Nec taceant* e ſuo libro intulit Scaliger, ut nonnullos habere Statius narraverat, ſicque bini Anglicani cum Corviniano. Editum fuerat inde ab Aldinis: *Non taceam.* At in vett. edd. Ven. Vicent. et aliis, et in ſcriptis fere omnibus legitur

Nec

Nec taceat, haud dubie melius, ne ad *monumenta* referas, quod et Ayrman. §. 54. l. l. obfervaffe videtur; et ortum *taceant* ex vicino plurali *monumenta*. *Quem* bis a Broukh. repofitum ex vetuftis Edd. priore loco haud dubie recte, nefcio an altero, in quo *que* ferri poterat, et ubique legitur. vulgo, *quae T. t. Candidaque*. Sed error ortus ex compendio litterarum: fcriptum enim erat *q̄* et *q;* in Ed. Lipf. *q̄ue* et altero loco *q̄;*. H. Verfus 57. et 58. Hamb. del. Leguntur infr. l. I. eleg. 8. poft verf. 12. et pr. *quem* eft ibi *quam*, verf. 57. et verf. 58. *que*. *Que* h. verf. habet etiam Hamb. et uterque Zwic. Verf. 57. Zwic. 1. *qua*, Zwic. 2. *quae*. *Ne* pr. *nec* v. 57. Gothan. W.

61. *Te canet a.*] ita Broukh. ex uno Statii: alii *canit*. mox *e* a plerisque abeft. H. Zwic. 1. 2. *canit*. W.

ELEGIA VIII.

1. *Non ego celari poffim*] Ita in Scaligerana excufum, nefcio unde: nam Aldina fec. et vulgatae inde edd. *poffum* habebant. Sic et Corvin. Reg. et utraque Edd. cum multis codicibus, minus eleganter. Quidam, ut et Vicentina, *celare*. Edd. Ald. prima, et quae inde expreffae, *Non ego celarim, poffit*. perperam. In Guelf. 1. ab al. manu: *Nunc ego celare haud poffum*. H. *Celari poffum* Zwic. 1. *celare poffum* Zwic. 2. et Hamb. Mox Zwic. 1. *amoris*, Zwic. 2. *amantis*. W.

ib. *nutus amantis*] unus Statii et Broukh. quidam, *amoris*. v. ad fequ. Eleg. v. 1. mox Reg. *levia* cum aliis facili errore, et pro *cantus*, *carmen*.

4. *Praecinit*] unus Gebh. *premit et*, unde ille faciebat: *Promit et*. Sed *praecinit* bene adftruxit Broukh.

5. *Perdocuit*] *praedocuit* Guelf. 3.

6. *non fine verberibus*] Ed. Reg. Lep. cum duobus aliis apud Broukh. *vulneribus*. minus commode. Sed fic faepe. v. ad Ovid. Met. IV, 726.

7. *disfimulare*] Ed. Lipf. *disfimilare*. v. Burman. ad Ovid. III. Met. 158. Mox *urget* Corvin. folus: etfi perpetua varietate.

9. *Quid tibi nunc m.*] Pueri hi delicati, qualis Marathus erat, v. fup. 4, 81., comam alebant, neque eam ponebant, aut togam virilem fumebant, ut cives Romani; nam erant peregre advecti ex Afia fere aut Syria. Quae adieci propter ea, quae Vulpius notavit ad h. l.

10. *mutatas dispoſuiſſe comas*] *Dispoſuiſſe* recte. v. ad Ovid. I. Am. 14, 35.

Quid male diſpoſitos quereris periiſſe capillos?

cf. inf. I, 9, 64. *depoſuiſſe* Guelf. 3. pro *mutatas* quidam *turbatas*, ſed hoc alio modo dicitur. v. Faſt. III, 16. ubi eſt, *turbatas reſtituitque comas*. illud eſt, aliter atque aliter compoſitas, *poſitu variatas*, ut idem dicit II. Met. 412.

11. *Quid ſucco ſplendente genas oneraſſe*] Ita concinnata haec ſunt a Scaligero. Ante legebatur: *Quid ſuco ſplendente genas ornaſſe*. Ita primum expreſſum video in Mureti editione, etſi nihil ab hoc monitum; petitum forte ex Pocchi vel Colotii varietate. Antea utraque Ald. cum aliis vett. *Quid ſuco ſ. comas ornare.* Sic quoque Corvin. Guelf. 1. 3. 4. et *ſucco* 2. *Succo* eſt etiam in Exc. Scalig. uno Palat. et uno Broukh. doctius quam *ſuco*, et ſaepe cum iſto permutatur. v. Heinſ. ad Claudian. in Rufin. I, 208. Ovid. I. Triſt. 1, 8. Apud Albinov. II, 110.

Aeëtis ſuccis omniperita ſuis.

Sed iam alia quaeſtio eſt, quidnam ſententia verſus ex hac innovatione lucretur. Scaliger *ſuccum* de cruſta, ſputum ille appellat, ex madido pane exponit, cuius illitu genis ſplendorem conciliabant, ſcilicet partim facie noctu vel dum domi eſſent, ſiligineo hoc tectorio inducta, partim cute hoc ſmegmate attrita, emundata et polita. Laudat Iuvenal. VI, 472. ubi v. inde a v. 461. cf. de Othone ibid. Sat. II, 107. et Sueton. Oth. 12. unde apparet, etiam pro pſilothro illud fuiſſe et ad pilos tollendos valuiſſe. Fac haec omnia bene ſe habere: eo tamen non ducit epitheton *Succi ſplendentis:* quod multo magis ad fucum ducit, quo illito facies ſplendet. Calidius adeo recepta videtur Scaligerana immutatio, quam par erat. *Succus* recte ſe habet, ſed pro fuco ipſo docte poſitum. Reliqua legenda: *Quid ſucco ſplendente genas ornaſſe? Oneraſſe* eſt ex emendatione Scaligeri, ſed valde probabili; in libris *ornaſſe* vel *ornare*, quod cum *onerare* ſaepe variat. v. ad Ovid. Epiſt. 9, 103. Snakenb. ad Curt. VI, 6, 7. Pro *genas* quosdam libros, etiam Regium cum utraque Edd., frequentiſſima permutatione, v. Heinſ ad Ovid. Epiſt. XI, 92. occupavit *comas*, haud dubie ex ſuperiori verſu; alias acciperem de more tingendi et inficiendi capillos. v. Propert. II, 14, 27. Lucian. Amor. c. 40 H. *fuco* — *ornare* Zwic. 1. 2. *fuco* Gothan. *fuco* — *comas ornare* Hamb. W.

12.

12. *docta subsecuisse manu*] pauci *supposuisse*, sed tum esse deberet *doctae* — *manu*. Regius *succubuisse* ex v. 8. Nil muta. Ovid. VI. Fast. 230.

Non ungues ferro subsecuisse licet.

deinde, ut hic *ungues*, sic *barba docta manu resecta* dicitur Ovid. I. Art. 518.

14. *Ansaque compressos colligit arta pedes*] *Colligit* Broukh. e libris, in quibus Guelf. 3. superscripto tamen *a*, tanquam elegantius, praetulit; quod tamen iam in Vicentina expressum video; etiam in Corvin. Vulgo, etiam in Regio, *colligat;* legitur etiam *alligat*, ut in Ed. Rom. et in Venetis, Guelf. 1. 4. *Colligere* est contrahere, coërcere, in angustum cogere. v. Broukh. Regius etiam *comprensos* et *sinus* pro *pedes*, male; nam molles pueri sinus habebant laxos. v. ad El. 6, 40. In multis, etiam in Corvin., *arte* pro *arta*. In Edd. Ald. pr. et Colinaea aliisque ex Ald. pr. deductis adeo interpolatum est:

Arctaque constrictos cogit aluta pedes.

Mutavit altera Aldina: *Ansaque c. colligat arcta p.* et sic vulgatae ceterae. H. *Colligat* Gothan. et Hamb. Hoc etiam *comprensos*. W.

15. *Ipsa placet*] Ita Broukh. e duobus libris, et sic Ed. Lips. et Ald. pr. cum iis, quae inde ductae. vulgo, *illa*. H. Ita Zwic. 1. 2. Gothan. et Hamb. W.

17. *Num te pollentibus herbis*] Ita Broukh. ex doctorum virorum et antiqui usus auctoritate, quod herbae maleficae perpetuo epitheto *pollentes* et *potentes* dicuntur, h. e. efficaces. In libris et Edd. *pallentibus*, quod ab effectu esset explicandum, ut *venena pallentia* dici solent. In Guelf. 1. erat emendatum *pollentibus*, in 4. *pellentibus*. Apud Ovid. II. Art. 105. *pollentia* philtra, in uno est *pallentia*. ad quem loc. Burman. hanc Broukh. lectionem probat. H. Zwic. 1. et Hamburg. *pallentibus*. Zwic. 2. *palentibus*. In Gothan. deest hic versus. W.

19. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris*] In nonnullis, etiam Corvin., *deducit;* sed illud verius, et tuentur Scaliger et Broukh. est enim, quod *fruges excantare* dicebatur. In XII. Tabb. *Qui fruges excantassit* h. incantamentis ex aliis in alios agros transtulerit, pellexerit. Ita legerat etiam Strozza pater, qui hunc locum ita expressit Erot. I. p. 110.

Carmine longinquos messem traducit in agros,
Et cantata suum deserit herba solum.

Fru-

Fruges eſt in plerisque: in quibusdam *ſegetes* vel *meſſes. ab arvis* Guelf. 3. pro var. lect. H. *frugem* Hamb. W.

20. *Cantus et iratae detinet anguis iter*] *irati* Corvin. ſed *iratae* ipſe Cariſius tuetur I. Inſt. Gr. Lipſius et Douſa malebant *irati — amnis*, ſed ſine libro. Defigere adeo credebantur magae angues, quo minus ſe loco movere et dentem venenatum infigere poſſent.

21. *Cantus et e curru Lunam deducere tentat*] Regius, *a curru*. unus Palat. *e curſu*. Romana Ed. et quae hinc fluxere, *e coelo*. porro *deducere lumina*, h. ſidera, multi, etiam Cyllenius in notis, habent, unde in Edd. 1487. 1500. et 1520. venit; factum forte ad illa Eleg. 2, 43. huius libri. etiam Guelf. 1. *e caelo deducere lumina*.

22. *Et faceret, ſi non aera repulſa ſonent*] ex ſermonis ratione debebat eſſe *ſonarent*, ſed videtur *faceret* in mendo eſſe. Regius exhibet: *et faciet;* rectius leges: *Et faciat*. Pro *repulſa* in uno Perreii erat *recurva*, et ſic in ſuo habebat Cyllenius, qui quaecunque vaſa convexa intelligebat; rectius accepiſſet de lituis aut tibia Phrygia; ſed pulſabantur in lunae deliquio cymbala inprimis, de quibus etiam Ovid. III. Met. 532.

— Aerane tantum
Aere repulſa valent?

ubi conf. Burman. Manil. I, 227.

Seraque in extremis quatiuntur gentibus aera.

26. *femori conſeruiſſe femur*] Statius ex Cariſio *femini* legebat; nam laudat ille ex Tibullo binis locis: *Implicuit femini;* atqui, inquit, Grammaticos alia Tibulli carmina, quae nunc deperdita ſint, habuiſſe, aliunde non conſtat. Memoriae vitio tribuit Cariſianam memorationem Broukh. At enim cum tot Tibulli elegias mancas et mutilas habeamus, potuit illud in loco tali legi, qui in libris extritus fuit. De *femine* cf. Heinſ. ad Aen. X, 788. Libri in Tibullo nil mutant. Sollenne autem illud *femur femori*. Ovid. III. Am. 7, 10. *ſupponere*, III. Am. 14, 22. *femori impoſitum ſuſtinuiſſe femur;* et inter leviores nequitias accumbentium ad menſam I. Am. 4, 43.

Nec femori committe femur, nec crure cohaere,
Nec tenerum duro cum pede iunge pedem.

Et ſic h. l. accipio. In Ed. Lipſ. pro *ſed* erat *te*. H. *Te* etiam Zwic. 1. at Zwic. 2. *ſed*. W.

28.

28. *Perfequitur poenis triftia facta Venus*] Regius, Ed. Lipf. et Vicent. cum aliis libris ap. Broukh. *profequitur.* Sed dicimur aliquem *profequi* amore, benevolentia, laudibus, praemiis etc. poenis vero *perfequi*, h. ultum ire, vindicare. Permutatio alioqui eft fere follennis. v. ad Ovid. Met. IV, 151. ubi *perfequar extinctum* nimis atrox et vehemens pro amantis perfona. Unus habebat *profequar*, quod recte placebat Burmanno; nam et fequitur: *leti cauffa comesque tui.*

29. *Munera ne pofcas*] *neu* Guelf. 3. bene. — *Nec* Gothan.

30. *Ut foveas m.*] Ita Broukh. quod fententia poftulabat, ex uno antiquiffimo libro poft Heinfii emendationem Adverf. II, 15. repofuit; vulgo, *foveat.* H. Ita uterque Zwic., Gothan. Hamb. W.

31. *cui laevia fulgent ora*] Ed. Rom. cum Venetis et aliis *mollia*, ut Graecis μαλακὸν γένειον, ἁπαλὴ ὑπήνη, et forte placere poffit, quia opponitur *afpera barba.* Adiectum tamen *fulgent* vulgatum tuetur. In iisdem mox eft *hifpida barba*, a Mureto receptum, ut Ovidius *hirfutum* dixit.

35. *At Venus inveniet puero fuccumbere furtim*] *inveniet* Scaliger e fuo praeclare emendavit: in aliis, etiam in noftris, *invenit.* Idem *fuccumbere* e libro fuo, ut et alii habent, repofuit: noftri cum multis apud Broukh. *concumbere*, frequenti lapfu. v. ad Ovid. V. Faft. 86. Etiam Zwic. 1. 2. Hamb.

36. *Dum tumet et teneros conferit usque finus*] pro *tumet*, quod et ipfum Scaligero debetur, libri fere *timet* noto errore; lib. Sfort. *tenet.* pro *usque* quidam *ipfe.* v. ad Eleg. 5, 74. Ed. Lipf. *ipfa.* pro *finus* Ed. Rom. *fimul* vitiofe. *conferit* fufpicor ex proximo *tumet* natum ac fuiffe veterem lectionem *conferere*, quo haud dubie afperitas iuncturae tolli poteft. H. Pro *teneros* male Hamb. *molles.* W.

37. *humida — Ofcula*] recte revocavit antiquam lectionem Vulpius, cum Broukh. ex coniectura Heinfii *uvida* repofuiffet, quia illud faepe pro hoc in libris fcribitur. Sed h. l. in omnibus eft *humida.* Pro *anhelanti* Lipf. Ed. cum Ed. principe Broukh. *anhelantim*, et unus Heinfii cum Ed. Reg. Lep. *anhelatim.* Ed. Roman. etiam *notam* habet. Duo haec difticha a v. 35 — 38. parum cum argumento et fententia ceterorum cohaerent, ut dubitem, an fedem fibi debitam teneant.

39. *Non lapis hanc gemmaeque iuvent, quae frigore sola Dormiat; et nulli sit cupienda viro*] *iuvent* est ex Scaligeri emendatione: vulgo ubique legitur *iuvant*. *Dormiat* Scaliger mutarat in *Dormiet*; sed illud constanter libri exhibent, et est *dormire sustinet*. Deinde illa commutatio casus: *Hanc non iuvent gemmae, et* (sc. haec) *sit cupienda nulli viro*, est ea quidem paullo durior, sed obvia etiam in optimis auctoribus. De sententiarum nexu v. ad v. 39. notam. *capienda* est in Sfort. et uno Gebhard. quod arripit vir doctus in Bibl. crit. l. 1. p. 80.

41. *Cum vetus infecit cana senecta caput*] Ed. Rom. cum aliis apud Broukh. et cum Guelf. 1. 4. *curva*, male hoc quidem loco. *Iuventas* recte reposuit Broukh. e libris; vulgo *iuventa* vel *iuventus*. v. ad I, 4, 38. pro *vetus* Heins. Advers. III, 8. coniiciebat *vietum*. Hamb. *tarda*.

43. *Tum studium formae*] *Nunc st. — coma nunc — tollere nunc* Guelf. 2. eleganter. in plerisque etiam nostris adiectum *est*, quod Broukh. paucorum auctoritate omisit, quia iterum redit v. 45. Mox Ed. Rom. *coma cum mutatur* cum Guelf. 1. 4. Non *comam* mutari, sed colorem, aiebat Pierson ad Moeridem p. 263. et emendabat *fucatur:* non meminerat, se in poëta versari.

45. *Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos*] Broukh. hoc ordine, quem elegantiorem putabat, expressit: *Tollere tunc albos cura est*. Nil refert: sed vulgatum tuetur Propert. III, 25, (33) 13.

Vellere tum cupies albos a stirpe capillos.

Porro *tunc* miror nunc ubique edi ac legi, tribus scriptis exceptis, in quibus *tum:* idque Corvin. quoque tenet; melius utique. At Edit. Lips. et alii aliquot apud Broukh. *nunc*, quod elegans esset h. l. v. Burman. ad Ovid. I. Met. 321. nisi *tum* iam praecessisset.

46. *demta — pelle*] v. notam. Hoeufft Peric. p. 220. legit *sumta*. quid igitur est: *sumere pellem?*

48. *non tardo l.*] Ed. Lips. *nam*, male. v. notam. nisi scribas: *nam tacito labitur illa pede*. Ovid. II. Art. 670.

Iam veniet tacito curva senecta pede.

49. *Neu Marathum torque*] Ita iam correxerat Statius, sed in editis primum emendavit Scaliger, cum librorum nonnullorum suffragiis. v. inf. IV, 4, 11. vulgo: *Heu* vel

vel *Seu M. torques.* In fine Regius cum Corvin. et al. addit: *est.*

ib. *puero quae gloria victo*] Ovid. III. Met. 655.

— — — quae gloria vestra est,
Si puerum iuvenes, si multi fallitis unum?

51. *non illi sontica caussa est*] ita diserte ubique legitur editum. Sed Cod. Reg. *rustica* et in margine *sontica* vel *sentica*, ut fere alii ap. Broukh. et Stat. cum Guelf. 3.

52. *Sed nimius luto corpora tingit amor*] *luto* est ex emendatione Scaligeri, nullis, ut videtur, libris subnixa, nisi quod Muretus sic e quibusdam veteribus iam maluerat; in scriptis fere legitur *luteo* vel *lutheo.* (Hamb. *luteo corpore.* W.) Sed et apud Nemesian. Cyneget. 319.

— — — suavique rubescere luto.

ita emendatum est, cum esset *luteo.* pro *tingit* in duobus Palat. et uno Broukh. *tangit,* quod Dousa maluit et recepit Broukh. tanquam exquisitius. *Tangere* v. c. *oleo, fimo,* dictum a veteribus esse eleganter pro *tingere,* docuere Viri docti laudati a Broukh. h. l. et a Burmanno ad Ovid. Epist. 19, 41. et sic etiam *pulsare* pro *tingere* reperiri, docuit Gronov. Obss. I, 13. cf. eund. III, 18. Dispar tamen huius loci ratio esse videtur; et cum saepe ea duo verba temere permutari sciam, cum Vulpio lectionem plurium librorum servavi. Regius etiam *corpore* habebat, item Guelf. 1. 2. a pr. m.

53. *Vel miser a.*] *Vel* revocavit Broukh., ut habent plerique, etiam nostri, et editi usque ad Muretum, qui dedit *Veh,* quod Plantin. Scalig. et reliquae retinent; in aliis *Vah* vel *Va.* Mihi optimum videtur cum Heinsio legere *Ah.* H. Nos recepimus *Vae.* W.

54. *querelas Coniicit, et lacrimis omnia plena madent*] Collat. Colot. et unus Passeratii (nisi eadem intelligenda est) *Concinit.* Sed v. notam. *Conicit* etiam h. l. codd. scribunt, et vett. edd., ut Vicentina. Verum est, eam veterem esse scripturam, quam etiam in Virgilio nonnullis in locis Heinsius inferre volebat. Sed quorsum hoc? inprimis si eam non ubique recipimus nec recipere possumus. *omnia* languet. Pro *et* malim *ut.* H. Sanum est *et.* W.

55. *Quid me spernit? ait*] *spernit* Broukh. ex duobus bonae notae libris. vulgo: *spernis.* nec multum refert.

 Mox

Mox pro *vinci* unus cum quibusdam Edd. quae ex Ald. altera fluxere, *falli;* ſed hoc ſequenti verſu recurrit.

58. *ut nec dent*] Regius: *et.*

59. *Et poſſim m.*] recte ita Broukh. e melioribus. Sic quoque aliquot vett. edd. ut Ven. 1475. Vicent. Vulgo editum, quod Regius cum aliis et Guelf. habent, *poſſum,* et mox *abrepere:* ferrem, ſi haberet *adrepere.* H. *poſſum* etiam Hamb. et Gothan. W.

61. *Quid proſunt artes*] Ita editum inde ab Ald. ſec. At prima cum multis ap. Broukh. quibus adde Regium, *poſſunt.* pro *ſpernit* idem Regius vitioſe *premit.*

64. *Eſt mihi nox multis evigilanda modis*] ita in Aldinis excuſum eſt; pro quo Muretus et Plantin. iterum reduxerant, quod in libris et ant. Edd. fere legitur, *multis malis,* inter multas aerumnas, dolores, ſuſpiria, curarum aeſtus. Scaligerana recenſio iterum ad Aldinum exemplar concinnata, *modis* reduxit: idque tuetur Broukh. Sed ea, quae ille profuſe magis quam copioſe congeſſit, probant quidem amantium vigilias; non vero, quomodo quis aut uno aut pluribus aut omnibus modis vigilare poſſit. Adiuvi tamen lectionem, quantum potui, in nota; etſi praefero *malis.* Ceterum lenius fluent hi verſus, ſi ita refinxeris noviſſimum:

Quid proſunt artes, miſerum ſi ſpernit amantem,
Et fugit ex ipſo ſaeva puella toro!
Vel quum promittit, ſubito ſed perfida fallit,
Et mihi nox multis eſt vigilanda malis!

66. *tunc ſonuiſſe pedem*] hoc Scaliger recte repoſuit e vetere ſcriptura: noſtri cum ceteris *pedes;* pro *fingo* Regius habebat: *fugio,* vitioſe. Poſt v. 66. quatuor verſus ex Lib. II. El. 3, 75—78. huc revocaverat Scaliger, miro auſu, quem ut cuiquam probaret, vix expectare poterat.

68. *Et tua iam fletu lumina feſſa tument*] bene *tument,* ut ſaepe genae *tumidae,* oculi *tumidi* ex fletu dicuntur. v. Heinſ. ad Ovid. III. Am. 6, 79.; et ſic apud Propert. I, 5, 16. reponendum puto:

Et tumor informem ducet in ora notam:

timori enim nullus locus eſt, dum ſodali ſuos caſus narrat. Male in noſtro duo Anglicani exhibebant: *tepent.* Mox 69. in Ed. Lipſ. erat: *moveo faſtidia Divis.*

71. *miſeros ludebat amantes*] unus Schefferi *amores;* forte ex El. 2, 89. vel ſeq. El. v. 1. Eadem varietas ap. Propert. II, 25, 1. De voc. *ludebat a.* cf. Obſſ. ad I, 2, 89.

73. *lacrimas f. riſiſſe dolentis*] Ed. Rom. cum aliis ant. Edd. ap. Broukh. et duobus libris, item Guelf. 1. 4. *lacrimis,* quod poſſit ferri, ſive pro tertio caſu accipias, ut Virg. Aen. V, 358.

— — — *riſit pater optimus olli.*

ſive pro ſexto habeas, ut Hor. II. Sat. 3, 72. *malis ridentem alienis.*

76. *Quaecunque appoſita eſt ianua dura ſera*] *appoſita* bene e duobus libris emendatum a Broukh. vulgo *oppoſita,* ſollenni errore, de quo paſſim Heinſius ad Ovid. ut ad III. Am. 14, 10. Pro *dura* Ald. ſec. *firma,* ſicque Regius cum paucis ap. Broukh. forte ex El. 2, 6. Mox *ni* Broukh. e libb. conſenſu pro *niſi.*

ELEGIA IX.

1. *Miſeros laeſurus amores*] ita editum fuit inde ab Aldina ſec. Retractum tamen in Scaligerana editione *amantes,* quod Ald. pr. cum aliis habebat; idque recte iterum eiecit Broukh. paruitque libris, quibus noſtri accedunt. cf. ſup. El. V. 71. — Pro *miſeros* Ed. Rom. cum Brix. Vicent. etiam Venetis, Guelf. 1. 4. *teneros*, epitheto, quod Tibullus inprimis in deliciis habet; et Corvin. ſuavius etiam: *ſi teneros fueras. laeſurus* vero recte ſe habet, et defenditur a Broukh. v. ad I, 2, 91. et inf. v. 19. *violare* dixit. H. H. Voſſius *teneros,* in apographis quinque repertum, recepit, *amor tener* interpretans amor, ubi animus amantis ſenſibus teneris eſt plenus. Sed rationem dicendi exemplis firmatam non vidi; niſi ſi quis Rupertii auctoritatem in Comment. ad Iuven. VI, 548. afferre velit. Verba *ſi fueras — amores* ſunt generaliter accipienda, nec ſupplendum *meos.* vid. Not. *miſer* epitheton eſt aptum *amori,* ut *infelix amor* I, 2, 4., praeſertim in verbis *laedere amores.* Et Tibullo, cuius animum etiamnum amore in puerum flagrantem prodit elegia, bene convenit fateri, ſe ex perfidia dolores percepiſſe vel miſerum fuiſſe. Clarius affectum animi oſtendit 45. *Tum miſer interii, ſtulte confiſus amari.* — *Teneros* manum emendatricem eius prodit, quem repetitio *miſeros — miſer* 3. male habebat; de qua vid. infra 67. W.

2. *Foedera per divos clam violanda dabas*] ita omnes libri, praeter unum Scaligeri, in quo erat *iam*, ab ipſo receptum; ſed recte a Broukh. ſpretum; eſt enim a ſocordia librarii, ut inf. IV, 6, 16.; et tuetur vulgatam *celat* in ſequenti verſu. In Ed. Lipſ. erat, *non violanda*, quod placere poſſit; et permutantur ſaepe inter ſe iſtae particulae. H. Pro *foedera* Hamb. *oſcula; clam* Zwic. 2. *non* Zwic. 1. correctio ab iis profecta, qui, verba *ſi fueras* — *amores* male intelligentes: ſi me fallere volebas, tautologiam ineſſe credebant. W.

3. Scriptum paſſim: *A miſeret, ſi q.* H. H. Voſſius disiuncte ſcripſit *et ſi* cum editionibus antiquioribus, ut ait, rhythmi cauſa, Statium hoc monuiſſe memorans; qui tamen habet: *et ſi quis*). Duo verba ſunt. Ex his equidem contrarium efficio, Statio *etſi* placuiſſe. Ceterum ubi *et ſi* vel potius *et, ſi* ſcribendum eſt, ibi conſtructio diverſa a noſtro loco. Vid. Cic. de Amic. 27. §. 104. Zwic. 1. *eſt ſi*. 2. *et ſi*. — *Ha* Goth. pro *Ah*. Ceterum *poena me ſequitur* dixiſſe Caeſarem B. G. 1, 4., annotaſſe iuvat. W.

6. *Numina — laedere veſtra*] cum var. lect. *ludere* Guelf. 3. Dan. Heinſ. ad Silium I, 9. *ludere* reponit; ſed vulgatam iam defendit Broukh. ad h. l. H. De permutatione verborum *ludere* et *laedere* vid. Obſſ. ad I, 2, 91. — Hamb. *formoſos*. Et I, 10, 43. *liceat* cum accuſ. c. infin. Pro *ſemel* Goth. *ſimul*. W.

9. *Lucra petituras*] ita tandem emendatum in Ald. ſec. (et propagatum a Mureto, qui adiecit: ſi nihil vitii ſubeſt, ſecundam ſyllabam produxit praeter conſuetudinem. Zwic. 1. 2. *petituros*. W.) At Ald. pr. *petiturus*. Venetae: *perituras*. Vicent. *petituros*. Sic et Corvin. Similes *corruptelae* in libb. ſcriptis Broukh. et in noſtris aliae. In ſeqq. Ald pr. *per freta patentia;* ſic ſcripti aut *per freta parentia* (Sic et apogr. Voſſ. 5. et Zwic. 2. W.); unde interpolatum in uno Angl. et aliis Statii *per vela patentia*. Sed iam Corradus in Quaeſtura p. 325. nov. ed. emendaverat *freta per parentia*, quod in Ald. ſec. receptum. (Ita et apographa ſeptem, at apogr. Voſſ. 1. Bern. et Mon. *freta per patentia*. W.) In Regio litura erat; ſed in Ed. Lipſ. excuſum eſt: *parentia per freta ventis*, ut et in aliis apud Broukh. nonnullis quoque editis, ut Colin. ultima (Add. Zw. 2. W.), deprehendimus. Sic *freta* in penultimo pede poſitum IV, 1, 194. Mox Regius alio ordine: *Muneribus captus meus eſt puer*.

12. *ver-*

12. *vertut*] *vertet* Guelf. 1. 4. et Ed. Rom.

13. *Iam mihi perſolvet p.*] Ita legitur ex Ald. ſec., cui accinunt veteres edd. et libri; Ald. pr. cum aliis, etiam Guelf. 3., habebat: *perſolves*, quod Scaliger retraxerat, ſed eiecit Broukh. Praeferam tamen hoc, omnino Tibulli genio conſentaneum, ut alloquatur alios; etiam mutata ſubinde perſona. H. Recepi *perſolves* cum H. Voſſio. Aſtipulatur Monac. Supra I, 7, 53. ſimilis tranſitus ad perſonam ſecundam *Sic venias.* Idem ſentit *Hand* Specim. Obſſ. in Catull. p. 31. — Pro lectione *perſolvet* alii afferent auctoritatem maiorem codicum, terminationes *es* — *as* — *is* non ſuaviter ſe excipientes, nec perſonam tertiam commoto male convenire. W.

17. *ne pollue formam*] *fidem* male Corvin.

20. *Aſpera — difficilisque*] Hac diſtinctione particularum *que* — *que* diſcrimen inter *aſper* et *difficilis* fuiſſe, ſatis oſtenditur; at viri docti fere in notis verba *aſper*, *difficilis*, *durus* pro ſynonymis venditant. *Aſpera* Venus eſt, cum eum, qui illam offenderit, malis amoris infelicis ulciſcitur; quo ſenſu *Amor* VI, 2. *aſper* appellatur; *difficilis* vero eadem audit, cum nullis neque precibus neque ſacris ſe exorari ſinit, ut animum reddat. Ita *difficilis* uſurpatum I, 8, 27.

Nec tu difficilis puero tamen eſſe memento.

Add. Horat. Od. III, 7, 32. Hinc explica *ianua difficilis* I, 2, 7. — Ceterum de particulis *que* — *que* vid. Obſſ. ad I, 2, 29. — Verſ. 19. Goth. *o viciis* pro *divitiis*; Guarn. *o vitiis*. Cum locutione *violavit amorem* compares verba Virgilii Aen. V, 5. *magnum amorem polluere.* W.

23. *Nec tibi celandi ſpes ſit, peccare paranti; Eſt Deus, occultos qui vetat eſſe dolos*] Prior verſus tam inconcinnus eſt, ut vix Tibulli eſſe contenderem, niſi gratam hanc eius et iſto molliori carminis genere dignam negligentiam ex aliis locis ſatis cognitam haberem, et in aliis, etiam multo diligentioribus, eiusmodi rhythmos deprehenderem. v. Propert. I, 17, 5. I, 20, 3. Ovid. II. Met. 398. VI. Faſt. 553. Virg. IX. Aen. 634. et Aen. X, 554. qui noſtro ſimillimus:

Tum caput orantis nequicquam, et multa parantis.

Alioqui facilis erat ſtructura: *Celandi nec ſpes tibi ſit, peccare paranti.* Leguntur autem hi verſus ita, ut excuſi ſunt, ex

ex Scaligeri emendatione, in qua ille ſibi admodum placebat. Fundum habebat eclogarium ſeu excerpta e Tibullo loca, quae magnae vetuſtatis aiebat eſſe. *celandi* etiam in Palatinis legitur; ſed *ſpes ſit* in ſolo Scalig. *eſt deus* etiam in Statianis. Vulgo in libris et edd. etiam noſtris et Guelf. legebatur: *Nec tibi caelanti fas ſit peccare, paranti Sit deus, occultos qui vetet eſſe dolos.* Niſi quod *vetat* legebatur usque ad Aldinam ſec. minus ſcite; nam ſermonis ratio poſtulat: *Eſt deus, qui vetet:* etſi, epicos poëtas ab eo receſſiſſe, paſſim obſerves. Iam ſi ex criticis praeceptis arbitrium feras, antiqua illa lectio, difficilior et plurium librorum, verior erit. At ſenſum commodum non habet? Enim vero ſic ſatis; modo *Nec fas ſit* h. l. teneas eſſe, *nec liceat, nec poſſis*, ut in illo Horatii IV. Od. 4, 22. *Nec ſcire fas eſt omnia.* cf. Burm. Ovid. II. Met. 57. Eleganter quoque dictum: *celanti fas ſit peccare*, pro, *peccare celantem*, ita ut celet. Et tum ſenſus ſit: Nec puta, te ullo modo clam fallere poſſe: ſi tentes, erit deus, qui fraudem retegat. Hac vetere lectione tollitur etiam magna pars moleſti numeri ex hoc carmine, modo ſcite pronunties. Tollitur illa omnino lectione Guelf. 3. *Nec tibi celari fas ſit peccare paranti. Sit deus, occultos qui vetet eſſe dolos.* H. H. Voſſius dedit *celari fas ſit;* quod in apogr. Monac. et Voſſ. 4. At *celor* eſt aut res me celatur aut reticeor auctor rei, nec vidi, qui dixerit *celari* pro facta celare. — Nec vulgata a manu Tibulli mihi profecta eſſe videtur. *Spes ſit* eſt manifeſta correctio genuini *fas ſit.* Quid ſi *fas ſit*, fieri poſſit, poterit (cf. Obſſ. ad 63.), cum genitivo gerundii *celandi* pro infinitivo *celare* conſtructum ſtatuas? Tacitus quidem ſimiliter verba conſtruxit Ann. XV, 21. *manent provincialibus potentiam ſuam tali modo oſtentandi.* Conf. Ern. ad Ann. II, 43. p. 202. *Celandi* Hamb. Goth. Bern. *celanti* reliqua apogr. cum Zwic. 1. et Corv. — *celantis*, ſed inducto *s*, Zwic. 2. *Spes* Voſſ. 1. 2. 3. Hamb. Zwic. 1. 2.; reliqua apogr. *fas* cum Guarn. et Corv. — *parenti* Hamb. Goth. — 24. *Eſt* — *vetat* Hamb. Voſſ. 4. Recte. Voſſ. 1. *vetet;* Voſſ. 2. Aſk. Monac. *Sit* — *vetet;* Bern. *Sit* — *vetat*, et Zwic. 2. ſed *ſit* recentiori manu in *ſcit* mutatum; Voſſ. 3. *Sic* — *vetat;* Voſſ. 5. cum Zwic. 1. *Scit* — *vetet*, et Goth. ſecundum H. Voſſium; at apogr. meum *ſit*, ſed in *ſat* correctum. W.

25. *Ipſe deus tacito permiſit lena miniſtro Ederet ut multo libera verba mero*] Ita reponere, aliquot quidem libris

bris addicentibus, auſi ſumus, cum ea lectio, ſi vel minus vera, tamen tolerabilior ſit, quam illa a Scaligero e coniectura repoſita. Quid enim eſt: *Ipſe deus tacito permiſit vela miniſtro?* Ipſe Scaliger haec diſerte explicare non potuit: dicit eſſe, *tradere libidini ac voluntati.* Broukhuſius acutius etiam *tacitum dei miniſtrum* intelligit vinum, cuius vapore, tanquam velo quodam, acies mentis obnubitur. Nimis argute; verum ita centies ſolent critici, inprimis ſi emendationis luſui, aut pruritui, arroſis unguibus, indulgent. Vulpius vero *permittere vela miniſtro tacito* eſſe dicit, flagitii conſcio et adiutori, qui ſobrius os obſignatum habebat, ebrietatis opera poteſtatem loquendi facere. Metaphora illa *vela dare* ſatis quidem nota, ſed alio poſitu, alio ſenſu. *Vela dare ingenio* dixit Ovidius Faſt. III, 790. *deſideriis addere vela* Rutilius I, 34. h. ea acuere, augere. Nemeſian. Cyneget. 58.

— — *talique placet dare lintea curae.*

Sed quis dicat: *vela permittere alicui* pro inſtigare? Propertius quidem III, 17 (15.) 1.

Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris;
Da mihi bacchato vela ſecunda, pater.

Sed ibi eſt dictum pro, *da furori meo vela,* pro quo, *mihi bacchanti* ſ. *bacchato,* eſtque nihil aliud, quam quod Ovid. ita extulit III. Faſt. 790.

Mite, pater, caput huc placataque cornua vertas,
Et des ingenio vela ſecunda meo.

Vulgata lectio inde ab Aldinis erat: *permiſit lene miniſtro.* In Codicibus mira varietas deprehenditur; legitur enim in plerisque *leva* (ut in Scaligeri libro, unde ille *vela* faciebat, et in aliis multis, etiam Regio et Ed. Rom.) *leve, lene, lena, ſeva, ſaepe.* Ita Guelf. 1. 2. 4. *lene.* 3. *laeva.* (Et Corv. *laeva* habet, at Aſk. Voſſ. 2. 3. *leva,* Voſſ. 1. Bern. *leve,* Voſſ. 4. 5. Hamb. et Gothan. *lene;* Vindob. Monac. Goth. ſecundum H. Voſſium *lena* cum Zwic. 2., at Zwic. 1. *ſeva. Laevia* et *lenia* ſupr. I, 8, 31. permutantur. W.) hoc tueri poſſis, *laeva libera verba:* ſiniſtra, infauſta. *Saepe,* quod Muretus malebat, ſatis commodum eſſet, niſi langueret ſententia, et, unde ortum illud eſſet, appareret. Veriſſimum videtur *lena,* quod diſerte expreſſum eſt in uno Statiano et Lipſii Exc., probatum etiam Statio, ſed non bene inſtituta verborum interpretatione; ex quo reliquae aber-

aberrationes facile deduci possunt; *n* enim et *v* permutari saepissime, vel ex vocabulis *lenis* et *levis* notum est. Deus itaque (sive Numen divinum omnino, ut v. 11.) ipse permisit, ut, etiamsi minister amoris obstinate de perfidia domini taceret, lena tamen, dominae ministra, per ebrietatem illam vulgaret. Quae cum ad manum sint, e libris petita, et sententiis verbisque probabilia, quorsum tandem ad remota et multo minus probabilia aberramus? Quam longe remotae et abhorrentes sunt a leni elegiae spiritu et mollitie coniecturae: *permisit lora* (Sic Santenius Bibl. Crit. P. III. p. 81. coniecit. *E marg.*), *permisit frena* (quod Huschkio Ep. Crit. in Propert. p. 107. in mentem venit. *E marg.*)! In Statio te versari putes. *Minister* vel simpliciter de puero, ut saepe, v. inf. III, 6, 57., vel de arbitro et lenone, cuius ministerio utitur alter in negotiis hisce. Unus Stat. *magistro.* male. *Lenarum* quam frequens in talibus rebus usus fuerit, satis notum; eae autem anus erant multibibae, quo nomine saepissime apud veteres male audiunt. vid. Ovid. I. Am. 8, 1. sqq. III. Fast. 765. *tacito ministro,* h. taçente, vulgare est. Ovid. III. ex P. I, 47.

— — — *tacito me, Fama queretur.*

libera verba denique sunt, quum non amplius fide et prudentia vel metu domini lingua vincta tenetur, ne quid evulget. Male Cyllen. explicabat. H. Sententiae H. Vossii, qui *laeva* dedit, repugnat usus. Nemo *laeva* substantivi loco pro *stoliditas* usurpavit, praesertim in tali compositione: *permittere*, h. e. immittere, indere, *laeva.* Tolerabilius esset *laeva facere.* Nec fieri per Latinitatem potest, ut iungas *laeva libera verba.* W.

26. *Ederet ut*] Reg. cum Corvin. *et.* H. cum Voss. 2. — 28. pro *iussit* Hamb. *cogit;* pro *invitos* Ask. *immites*, in marg. *invitos.* W.

30. *Nunc pudet*] Ed. Lips. *Non.* H. Zwic. 1. 2. — Voss. 4. Goth. *non.* — *pudor* pro *pudet* Goth. secundum H. Vossium. Cum *nunc* repetitum sit loco coniunctionis *et,* hinc factum, ut *pudet* in alterum membrum reiiceretur. Similis positura verborum I, 2, 41. 42. pronomine *is* repetito. W.

31. *Tunc mihi iurabas, nullo te 'd.*] Sic Guelf. 2. (Et Corv W.), reliqui cum libb. ap. Broukh. *tu mihi,* et mox, *nullo tibi:* sed Regius cum duobus Anglicanis Heinsii et Guelf. 3. pro var. lect. *nullius divitis auri pondere.*

dere. Sequenti verſu pro *vendere* Edit. Lipſ. cum Vicent. et Reg. Lep. *frangere;* et ſic multi ap. Broukh. Male. H. H. Voſſius recepit *Tu,* apogr. trium et Zwic. 1. et 2. (ſuperſcr. *tunc*) fide nixum; nam oppoſita ſibi eſſe: *Haec ego — Tu mihi.* Vulgaris continuandi ratio per *Tunc, τότε,* cum ego preces facerem, ſimplicitatem elegiae (cf. Obſſ. ad I, 6, 11.) Tibulli decet. — Ald. II. cum Mur. *tum.* — 32. *munere* pro *pondere* Hamb. — pro *vendere* Voſſ. 1. *perdere,* Zwic. 1. 2. *frangere.* Et dixerunt Latini *fidem frangere, amittere.* W.

33. *Campania terra*] *tota* Corvin. cum Exc. Perreii ap. Broukh. et Guelf. 2. cum altero pro var. lect. 3.

35. *Illis eriperes verbis mihi, ſidera coelo lucere*] Reg. *eriperet.* *Coelo* Broukh. repoſuit ex Vaticano Statii; vulgo legitur *coeli.* H. Statio *coelo* placebat, quod in Zwic. 1. 2. Monac. et Goth. ſecund. H. Voſſium, apogr. meum *celi.* — Hamb. *coeli.* Ad *coelo* comp. Virg. Ge. I, 6. *Eriperes lucere* h. e. extorqueres mihi, ut negarem lucere. Senſu et conſtructione diverſus eſt locus Horat. Sat. II, 2, 23.

> *Vix tamen eripiam, poſito pavone, velis quin*
> *Hoc potius quam gallina tergere palatum.* W.

eod. *et puras fulminis eſſe vias*] hanc tanquam veriſimillimam lectionem Regii Codicis, Guelf. 2. utriusque Edit. item Vicent. et maximae partis librorum apud Broukh., olim iam Statio probatam, repoſui, idque eo confidentius, quod *fulminis* etiam Vulpio probari videbam, quanquam diverſam interpretandi viam ingreditur. Poſt *ſidera* bene poterat *fulmen* memorari. *Fulminis vias* etiam Seneca dixit Thyeſte v. 358.

> *Quem non concutiet cadens*
> *Obliqui via fulminis.*

et Boethius in loco inde expreſſo, de Conſol. Metr. 4.

> *Aut celſas ſoliti ferire turres*
> *Ardentis via fulminis movebit.*

(Non male Statius comparavit Virg. Aen. V, 525.

> *Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo,*
> *Signavitque viam flammis.* W.)

fulmen purum h. clarum, lucidum, bene dicitur, perpetuo ignis, flammae et luminis epitheto. Senſus igitur: mihi perſuaderes iis verbis, fulmen nullo igne lucere, ſed eſſe meram

meram caliginem: ſive, qua fulminis impetus eſt, aethera non illuſtrari, ſed tenebris obduci. Similibus verbis Lucanus dixit V, 630.

— — — *nec fulgura currunt*
Clara, ſed obſcurum nimboſus disſilit aether.

quod noſtro: *fulminis viae ſunt purae:* hoc illi, *fulgura currunt clara.* (*fulminis* in apographis quinque et Zwic. 1. 2. ſed in altero ſuperſcr. *fluminis,* et Guarn. W.) In Ed. Scalig. et aliis ante eum, inde ab Aldinis, etiam in libris, ut in eo, quo Cyllenius utebatur, in Guelf. 1. et pro var. lect. in 2. 3. (Add. Corv. W.) legitur, *fluminis,* ſollenni permutatione. v. ſup. ad el. 2, 46. Verum ita perit τὸ ἀδύνατον, quod his verſibus exprimi debet; non enim omnia flumina pura, clara et pellucida ſunt, ſed multa turbida et lutulenta. Nemo tamen interpretum in eo haeſit. Gallus ita vertit, ut ſibi ipſe repugnet. Coniiciebam quidem aliquando: *Illis eriperes verbis mihi — pronas fluminis eſſe vias,* h. prono alveo labi flumina, quod etiam proverbio apud noſtrates tritum eſt, ut dicamus alicui perſuadere, *flumina verſus fontes ſuos recurrere. Pronus* de fluviis frequens. Conſol. ad Liv. 250. ubi Tiberim adfatur, qui aquas retroegerat:

Vade age, et admiſſis labere pronus aquis.

Broukhuſius ex Vaticano Statii *ire* pro *eſſe* notatum, Statioque placuiſſe viderat, quod ſtatim cupide recepit, ut eſſet, *et puras fluminis ire vias.* Sed primum, quod de ſuperiori lectione monebamus, quodque etiam Vulpius vidit, *purae viae fluminis,* quae ſaepe etiam turbidae ſunt, offendunt; deinde operoſe quidem oſtendit, *flumina ire* dici, non vero id docuit, quomodo *viae fluminis ire* dicantur. Flumina *eunt vias, currunt vias,* ut Propert. I, 2, 12.

Et ſciat indociles currere lympha vias.

Sed viae ipſae ire non poſſunt. Neque in hac re probaſſe Broukhuſii acumen videtur amiciſſimus ei Burman. qui ad Lucan. V, 630. hunc locum ſic, ut nos ſcripſimus, laudat. Nihil vero novum *ire* et *eſſe* inter ſe permutari. Sic factum inf. III, 4, 54. et ad Ovid. II. Met. 78. H. Apographa octo *eſſe* cum Zwic. 1. 2. et Guarn. — In cod. Hamb. verſus 47. 48. 49. 50. poſt verſum 36. collocati ſunt. W.

39. *Quid faceres*] h. audes fidem fallere, cum tibi metuendum ſit, ne idem puella, quam amas, in te ſtatuat.

Quid

Quid faceres, ſi puellam non amares, illoque a Nemeſi metu vacares? Ita recte legitur in ed. Muret. et Plantin. recteque reduxit Broukhuſius. Scaliger ex ſuo probabat: *Quid facerem?* uti et alii apud Broukh. et noſtri tres cum Guelf. 1. habent, utque editum erat in Ald. ſec. minus commode. Quidam apud eundem: *Quid faciam?* quod et in Ald. pr., vel *facias?* ut Ovid. III. Met. 204.

Quid faciat? repetatne domum?

Virg. Aen. IX, 399.

Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
Eripere?

III. Met. 465.

Quid faciam? roger, anne rogem?

Sed *foret* requirit alterum: *Quid faceret?* Legitur etiam: *Quid dicam, quod ut ipſe f.* prave. H. Ita Goth. teſte apogr. meo, ſecundum H. Voſſium *quid dicam quam ut.* H. Voſſius recepit: *quid facerem,* quod exſtat in Voſſ. 2. 4. et Hamb., hoc ſenſu: Quantopere te ulciscerer, *niſi fores* etc.? Nunc mihi optare ſatis eſt, ut illa levitate ſua par tibi referat. Confert Terent. Eun. V, 6, 30. *Inſigne aliquid facere alicui* h. e. malo aliquem afficere inſigni. Sed primum deſidero *in te* vel *tibi*; nec ſententia placet. Quomodo enim hoc, quod ille amabat puellam, Tibullum ab ultione perfidiae eius retinere poterat? Quae ſpes ſimilis perfidiae puellae ſuberat? Senſus vulgatae lectionis ſatis bonus; Tam perfide in me egiſti, cum ipſe puellam ames! Supplendum vero ad verba *quid faceres,* cum amore puellae flagrans ſic fidem fefelleris. Plene Horatius Sat. I, 5, 58.

O, tua cornu
Ni foret exſecto frons, inquit, quid faceres, quum
Sic mutilus miniteris?

Apud Terent. Andr. I, 1, 85. *Quid, ſi ipſe amaſſet?* etiam ipſum verbum *faceret* omiſſum eſt. Mala igitur diſtinctio apud Tacit. Hiſtor. IV, 17. *Quid? ſi Galliae iugum exuant?* Diſtingue *Quid, ſi* et ſupple *fore.* Alioquoties apud Tacitum in hac erratum eſt formula. Ceterum ratio dicendi *quid facerem,* ubi *niſi* non ſequitur, eorum eſt, qui facta priora defendunt, eaque neceſſaria fuiſſe demonſtrare volunt. Virg. Ecl. I, 41. Ita *quid agerem* apud Terent. Ad. II, 2, 6. — *Quid agam* vel *quid faciam*

ii uſur-

ii usurpant, qui, quid agendum sit, nesciunt. Conf. Aen. IV, 283. — *faceres* Voss. 3. 5. cum Monac. In Zwic. 1. 2. *faceres* aliena manu correctum in *facerem. faciam* in Voss. 1. Ask. Bern. Guarn. — *quid dicam* Vindob. W.

40. *Sit, precor, exemplo, sit levis illa tuo*] Ita Broukh. ex emendatione Canteri reposuit, cum etiam in Commelini libro esset: *Sic p. e. sit.* In reliquis est, *Sed — sit*, ut etiam in Ed. Rom. et Lips. vel *Sit — sed*, ut habet Regius, et ut editum vulgo inde ab Aldo. *Sed — sed — levis ipsa* Guelf. 3. Ovid. IV. ex P. 1, 8.

Sit, precor, officio non gravis ira pio. H.

Sit — sit firmant Voss. 5. Ask. Vindob. Bern. Zwic. 1. 2. Cetera apogr. *Sed precor* aut *sed levis* praebent. Corvin. *sed — sit.* Si cui *sed levis* placeat, is comparet Obss. ad III, 5, 28. — In versu 41. Corv. male distinxit *O quoties verbis*, Statius sine causa *vobis* pro *verbis* coniecit. W.

44. *Et latuit clausas post adoperta fores*] *Et* Broukh. e libris, Vulpio libente, reposuit; sicque Guelf. 2. pro var. lect. (Placuerat et Statio. *Sed* in Voss. 4. Bern. Hamb. Zwic. 1. 2. W.) vulgo, etiam in nostris, *sed.* Verum in interpretatione in diversa abeunt Viri docti. Broukh. ita explicat: *Latuit, tanquam quae nollet reperiri, quum tamen id vel maxime cuperet,* et laudat notum locum Horatii I. Od. 9, 21. *Nunc et latentis* etc. Vulpius id non probat, *quia puellae, ita iocantes, non latent clausis foribus.* Ipse hoc modo intelligit: *Venit quidem ad colloquium puella me conciliante; sed quum periculosum esset reserare fores et nos intro recipere, stetit ad fores clausas, iisque adoperta, per aliquam rimam tecum sermones miscuit; quod loco magni muneris retulisti acceptum, quum praeter spem evenisset.* Haec quidem egregie Vir eloquentissimus. Verum, si poëta ita sensit, male posuit *latuit*, male etiam *venit;* quomodo enim puella alicui *venire* potest dici, quae *post fores stat* vel potius *latet.* In Horatio *late di* verbum omnino iocum et lusum puellae, quae insperantem et iam desperantem amatorem subito gaudio obstupefacere volebat, involvere videtur; potest hoc, si placet, ad Tibullum transferri; itaque etiam ea *adoperta* h. pallio caput velata *latebat;* ut Liv. I, 26. *transmisso per viam tigillo, capite adoperto velut sub iugum misit iuvenem.* Nolim enim *foribus adopertam* intelligere, quod mihi pro Tibulli simplici-

plicitate nimis tragicum videtur. Suboritur tamen hic eadem difficultas, quomodo, ſi venit ad iuvenem, poſt fores latere potuerit, quae eius aedes ingrediebatur, cum forium valvas intro vertiſſe ſciamus, et, qui poſt fores latere voluit, intra aedes eſſe debuerit. Viri docti non viderunt, de tali deductione puellae in aliam domum non eſſe cogitandum: de puellae domo intelligenda haec ſunt, ad quam venerat puer, recipiendus a puella, quae e cubiculo per aedes progreſſa, puero veniente, poſt fores clauſas latebat tantisper, ut eius dolorem et queſtus, cum excluſum ſe eſſe putaret, cognoſceret. Hactenus accommodata eſſe poſſunt verba Horatii: *latentis proditor intimo puellae riſus ab angulo;* etſi nec neceſſe eſt hoc inferre. *adoperta* eſt voc. ornans, *et illa latet poſt fores clauſas,* expectans amatorem, ut eum recipiat. Nihil in his eſt, quod difficultatem habere poſſit. *Veniſſe* itaque dicitur *ei munere* Tibulli, quod is eam permoverat, ut ad fores procederet, unde amatorem in cubiculum perduceret. Eodem modo ſupra explicuimus locum alioqui obſcurum El. 6, 59. 60. Et confer Virgil. Catal. I. p. 174. In Biblioth. crit. P. 3. p. 82. vir doctus emendat *valvas — foris.* Vellem adiectum eſſet, qua neceſſitate, et quo fructu; nam qui *poſt valvas foris* latet, et qui *poſt clauſas fores* latet, latet uterque eodem modo. Nec in eo difficultas ulla erat, ſed in ipſa re, quam poëta exponit. H. Aſſentior Heynio, niſi quod *adoperta* per ſe eſſe nequit *capite adoperto. adopertus* eſt abſconditus, augetque notionem verbi *latuit.* Sic legitur *abditus latet,* et *patet apertus* I, 9, 58. — H. Voſſius puellam *capite velato* ad amantis aedes venire, atque, foribus reſeratis, ab inſperante intromitti ſtatuit. At nemo dixerit, ante fores adſtantem *latere poſt fores,* easque *clauſas.* W.

45. *Tum — amari*] Pro *tum,* ut otioſo, H. Voſſius *tam* de coniectura recepit. Vulgatum bonum: Tum quum opera mea uſus es; et vere Tibullianum. — *amori,* quod et Corv. praebet, atque *amanti* in Zwic. manum prodit emendatricem offenſi conſtructione verbi *confido.* Caeſ. B. Civ. II. c. 10. *confiſi ſunt ſe poſſe.* W.

46. *Nam poteram ad laqueos cautior eſſe tuos*] Revocavit lectionem hanc Vulpius, cum Broukhuſius et ante eum (non enim is primus mutavit) Scaliger edidiſſent: *Non poteram* cum interrogationis nota; quam lectionem etiam Codices, ſed pauciores, confirmant. Plures, etiam noſtri, tuentur *Nam,* quod Vulpius ad vocem *ſtulte* praecedentis ver-

verſus referri vult. Ego malim ita accipere, ut cum indignatione dictum ſit pro *ſcilicet, nempe, enimvero,* ut in noto illo Virg. Ge. IV, 445.: *Nam quis te, iuvenum confidentiſſime, noſtras Iuſſit adire domos?* Paullo ante in Regio *amare:* fruſtra. H. Virgilii locus, ubi *nam* in interrogatione poſitum, non eſt comparandus. H. Voſſius lectiones codicum aſpernatus de coniectura repoſuit: *Ah! poteram ad laqueos cautior iſſe tuos! poteram* explicans poſſem. Sed compoſitio *poſſem iſſe* adverſatur Latinae ſyntaxi. Praeteritum *iſſe* male convenit verbo *poſſem,* quod eſt: poſſem, ſi liceret. Coniunctivus imperfecti *poſſem, vellem,* abſolute ita uſurpatus ſignificat, te rem fingere, quae fieri nequit. Dicendum igitur *poſſem ire,* in praeterito *potuiſſem ire.* At *poteram* habet modum rectum, ut 38. *tergebam* et 47. *canebam.* Similem errorem H. Voſſii vid. I, 8, 55. in *poteram* notatum. Aeque ſuperfluum eſt *iſſe* pro *eſſe.* Nam *ad* eſt adverſus, Virg. Aen. II, 443. infr. X, 6. Ita *cautus ad* eſt cautus ad vitandum aliquid. Alio ſenſu Quinctil. VI, 1. a. med. dixit *cautiorem eſſe ad cuſtodiam.* Denique *Nam* ab illo eſt eiectum, ut intolerabile. Equidem, quum nexus ſententiarum ſit: *ſtultitia perii; nam poteram cautior eſſe,* probationem ita adiectam quietae orationi Albii convenire ſentio. Et ad *ſtulte* in primis refertur illud *nam;* qualis eſt coniunctio IV, 5, 17.

Optat idem iuvenis, quod nos, ſed tectius *optat;*
Nam pudet haec illum dicere verba palam.

Pro *nam* apogr. duo *non.* Haec vocabula permixta I, 4, 10. Male Aldin. 1. *non* ſine ſigno interrogationis. W.

48. *At me*] Noſtri cum pluribus: *Et,* ſicque Aldinae; Muretus primus dedit *At.* Eum ſecutus Plantin. H. Cum, quid *prius* fecerit, quoque animo *nunc* ſit, exponat, verum eſt *At,* quod in Vindob. Ask. Zwic. 1. 2. Ad oppoſitionem Tibullum in primis *At,* cum pronomine coniunctum, uſurpare, notatum eſt in Obſſ. I, 5, 19. Nihilominus tamen H. Voſſius vim orationis augere voluit coniectura *ut — pudet!* recepta. Apogr. novem c. Guarn. *et.* cf. ad I, 6, 37. — V. 47. pro *quin* Zwic. 1. *quid.* W.

50. *Et*] Severiores uterentur *aut.* Nam ignis et aqua iunctim carmina delere nequeunt. At in locutione proverbiali tam accurate non diſtinguunt ſcriptores. Verſ. 12. *at deus illa in cinerem et liquidas munera vertat aquas* ſimiliter

militer *et* uſurpatum. Nec apud Virgilium Aen. X, 709. damnaverim *que.* — *doleat* Goth. W.

51. *Tu procul hinc abſis*] Recte Vulpius antiquam lectionem, quae eſt omnium librorum et editionum, revocavit, cum Scaliger, ſequente eum Broukh., ex Eclogariis ſuis recepiſſet: *Sit procul a nobis.* Sed v. de ea re ad II, 6, 19. (Scaligero et Voſſ. 3. refragatur auctoritas libr. Zwic. 1. 2. Pariſ. Guarn. Corv. Venet. apogr. ſeptem. Voſſ. 4. et 5. *Sit procul hinc abſis.* W.) Iidem etiam exhibent: *formam cui.* (Ald. I. *cura eſt,* quod Statius in omnibus libris ſcriptis ſe reperiſſe teſtatur. Ald. II. cum Mur. aliis et Corv. *curae eſt.* Si *curae* Tibullo ſcribere placuiſſet, copulam, puto, omiſiſſet. cf. Aen. IV, 59. W.) Sed fatendum eſt, totum diſtichon nec ſententia nec loco, quem obtinet, ſatis ſe probare; reſecto, egregie procedunt omnia. Aſſutum arbitror ex margine. H. Cauſas deſidero. — *formam cui,* quod in Excerptis Scaligeri et Voſſ. 1. 3. 5. exſtat, dedit H. Voſſius. Aſſentior; vid. Obſſ. ad I, 6, 9. — Ceterum eidem editori *quoi* non eſſe reſcriptum, miror. W.

55. *iuvenem laſſaverit*] Corvin. et Ed. Rom. cum aliis *laxaverit.* v. ſup. ad El. 6, 17.

57. *Semper ſint externa tuo veſtigia lecto*] Hunc ordinem, quem et Corvin. et Vicent. ſervant, et Muretus cum Plantin. habent, reduxit ſecundum libros Broukh., cum ante eſſet: *Sint externa tuo ſemper v.,* ut etiam in Ed. Rom. cum Venetis, utque Aldinae dederant cum Scaligero; ſicque Guelf. 1. (Apographa omnia *Semper ſint ext.* W.) Eadem ed. Rom. exhibet *heſterna veſtigia.* Sed v. not. et Broukh. ad h. l. cf. ad II, 1, 12. Ed. Lipſ. vero *extrema* cum multis aliis, ſollenni lapſu.

60. *vel plures emeruiſſe viros*] haec eſt antiqua lectio Aldinarum, quam male Muretus et Plantinus eiecerant, veterum editionum lectione ſubſtituta *quam plures.* Cum Broukh. ex uno Scaligeri recepiſſet: *nec plures;* recte e poëtarum uſu, qui amant altero membro *vel* pro *nec;* Vulpius revocavit veterem lectionem, quam ſervavimus; etſi et haec in paucis libris, adde his Guelf. 2. 3., eſt. (Accedunt apographa novem. W.) Plerisque cum noſtris et Guelf. 1. 4. (Add. Corv. Zwic. 1. 2. et apogr. duo. — Mſ. Schefferi *quem ples,* unde Columbus opinatur veram lectionem eſſe *quam proles.* Mirum commentum. W.) habent

habent *quam plures*, quod et contra grammaticam et contra ſenſum peccat; nam haec etiam de ſorore accipienda eſſe, oſtendunt tum ſequentia, in quibus iterum ebrietas et laſcivia ei exprobrantur, tum epitheton *laſciva;* et ut *quam* locum haberet, debebat eſſe *multos*, non *plures*. Sed volebant male ſeduli comparationem inferre, quia *plura* praeceſſerat; quare etiam alii, quos Muretus et Plantinus ſequuti ſunt, *haec meruiſſe* ſcripſerunt. H. *emeruiſſe viros* translatum mihi viſum eſt a locutione *emerere ſtipendia*, uti ſaepe verba a militia ad res amatorias, I, 1, 75. II, 3, 34. II, 6, 6. Alio ſenſu apud Ovid. Heroid. VI, 138. *Crimine dotata eſt, emeruitque virum.* W.

61. *Illam ſaepe ferunt convivia ducere Baccho*] Ita etiam Edit. Roman. Sed Lipſ. ac Vicent. cum plurimis ap. Broukh. *ferant*, nempe quia ſequitur *queat*, etiam in optandi modo poſitum. Sed Regius vitioſius etiam: *Illa ferunt ſemper c.* (Male Zwic. 1. 2. *ferant.* W.) Verſum ſequentem Ed. Rom. ita exhibet: *Dum rota Luciferum provocat orta diem.* Miror nemini in animum veniſſe, ut *Luciferum* de Sole ipſo acciperet, ut apud Homerum *φαέθων Ἥλιος* dictus eſt. H. *Luciferum* ſuperſcr. in Zwic. 2. W.

63. *Illa nulla queat m.*] Sic Regius cum potioribus, et Guelf. 2., ut recte repoſuit Scaliger. Sed Edd. Rom. Lipſ. cum ceteris editis omnibus *Illa queat nullam m.* vitioſe, quod etiam Dan. Heinſius ad Flacc. XI, 42. viderat. Mox Regius, *nocte.* H. Ex varietate *ferant*, quod in Florentino repertum placuit Statio, et *illa queat nullam*, quam lectionem idem Statius retinuit, dantque apogr. quatuor Corv. et Zwic. 1. 2. (hic etiam *querat*), ſatis apparet, viros doctos, quatuor hos verſus 61—64. ad uxorem male referentes, explicationem pleniorem ſententiae, 59. 60. propoſitae, in his quaeſiviſſe, deceptos nimirum coniunctivo *queat;* cui quum notionem optandi tribuerent, *ferant* et cetera reſinxerunt. Sed coniunctivus ad rem eloquendam uſurpatur, quam ita eſſe, ut pronuntias, ſola opinione et ſententia tua nititur. Ita *queat* ſignificat *poteſt, ut equidem puto*, vel *poterit,* ut apud Horatium Od. II, 12, 1. *nolis.*

Nolis longa ferae bella Numantiae
Aptari citharae modis.

Eiusmodi autem propoſitioni conditionem ineſſe patet; Graece dicunt *οὐκ ἂν δύναιτο.* Adiecta eſt illa conditio Catull. 61, 72. *non queat.* Infr. II, 6, 53. *vivas.* IV, 1, 46.

non

non queat et 100. *desit.* Sup. I, 2, 29. *eat*, et IX, 23. *fas sit.* Ubi illa conditio deest, ad indicativi futuri fere notionem accedit potestas coniunctivi ita usurpati. Conf. I, 8, 1. 59. *possim*, I, 7, 53. *dem*, IV, 1, 136. *sint*, Virg. Ecl. II, 34. *poeniteat*, V, 8. *certet.* Ex hac coniunctivi ratione pendet compositio infr. II, 1, 9. ubi vid. Not.; ex eadem iudicium ferendum est de I, 5, 29—34. ubi coniunctivi plures praesentis indicativos futuri excipiunt. W.

64. *Aut operum varias disposuisse vices*] *Aut*, quod iam Muretus et Plantin. ediderant, revocavit Broukh. Regio et utraque editione et Vicent. cum Corvin. suffragantibus. Scaliger reduxerat *atque*, quod in Aldinis erat. *Operum* vocabulum Broukh. ab re castrensi petitum putat, ubi opera varie disponuntur. Non bene tamen laudat locum Ovidii Art. II, 675., ubi de serioris aetatis puellis:

Adde, quod est illis operum prudentia maior.

Nam de nequitiae artibus versu abhinc quinto agitur 679. Burm. ad e. l., fortasse nimis timide, dubitat, *opera* plurali numero recte de Venere dici, et malit legere: *rerum prudentia maior.* Atqui *opera*, ἔργα, sunt πράγματα, negotia, res, v. c. Ovid. Met. XII, 185. — *interbelli- que domique Acta tot. Ac si quem potuit spatiosa senectus Spectatorem operum multorum reddere.* Est sane *multarum rerum.* Quorsum ergo mutabimus? Attamen h. l., ut alibi saepe, *opera* omnino pro singulari *opere* dicuntur, praesertim cum eius variae partes sint. Sic et Graeci plurali numero ἔργα. Homer. saepe, v. c. Odyss. λ, 245.

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐτέλεσσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα. H.

Et apographa exhibent *aut operum.* Ego tamen quum intelligere non possim, quomodo in tali puella *melius consumere noctem* et *melius operum disponere vices* differant, ut per *aut* disiungi possint, *atque* praeferendum duxi; nisi quis prius ad vigorem corporis et firmitatem referri malit, qua pluribus coitibus una nocte illa suffecerit, quomodo plures sustinuit Messalina, alterum ad artem fructum lasciviae modis et figuris variandi. Goth. *At — voces* pro *Aut — vices.* — Ad *opera* conf. Horat. III, Od. 15, 3. *famosos labores.* W.

65. *At tua*] Reg. *aut.* Ferrem si *Et, Haec*, alicubi legeretur: Etiam tua coniux haec didicit. H. Vulgata *At* pro vera lectione habenda est. Tibullus se revocans, ad-

 ulte-

ulteriis uxoris iam nunc corruptorem amati falli, certiſſimis ſignis probat. *At* in apographis novem et Zwic. 1. 2. *Ac* in Guarn. — Pro *movet* Ask. *trahit.* W.

67. *Tunc putas*] Ed. Rom. et Ven. cum aliis, Guelf. 2. *putes.* Mox cum Broukh. malim *componere*, quia *disponere* verſu adhinc tertio modo praeceſſit, et ad cultum illud alterum evidentius ac diſertius eſt. H. Sed Tibullus in repetitione verborum fugienda non adeo curioſus fuit, ut I, 1, 39. *antiquus*, 42. *antiquo.* I, 2, 35. *luminibus*, 38. *lumina.* 49. *tenet*, 53. *tenere.* I, 3, 63. *inmixta*, 64. *miſcet.* I, 5, 54. et 58. *relicta.* I, 9, 1. *miſeros*, 3 *miſer*, multa alia exempla teſtantur; quae nollem viri docti coniecturis tentarent, praeſertim quum optimi pedestrium ſcriptorum eiusmodi repetitiones non reſpuant. Livius XXIV, 19. *Ubi quum multa ſuccedentes temere moenibus Romani milites acciperent vulnera, neque inceptis ſuccederet, Fabius omittendam rem parvam — cenſuit.* Excuſandus igitur et Virgilius Aen. I, 427. 429. *alta.* I, 504. *medios*, 505. *media.* XI, 35. *maeſtum*, 38. *maeſto.* XII, 853. *celerem*, 855. *celeri*, 859. *celeris.* Ge. II, 125. *tardus*, 126. *tardum.* Aen. III, 344 — 350. *fundebat — agnoſcit — fundit — agnoſco.* et multis aliis in locis. cf. Hermann. ad Eurip. H. F. 1279. W.

68. *Et tenues*] Broukh. recepit ex uno Florentino; vulgo *Aut.* H. Broukhuſium cum H. Voſſio ſecutus *Et* dedi, quod in apograph. novem. — Zwic. 1. 2. *aut.* — Probatur mutatio et re et loco. I, 8, 10.

Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos
Saepeque mutatas dispoſuiſſe comas?

Apud Tacitum Germ. c. 7. nimis patienter tulerunt editores *Nec regibus infinita aut libera poteſtas* pro *ac libera*, quod in editionibus antiquis exſtat. Goth. *pectore.* W.

69. *Iſta haec perſuadet facies, auroque lacertos Vinciat et Tyrio prodeat apta ſinu*] Per ironiam haec dicta eſſe cum Vulpio exiſtimo. Scilicet iſthaec facies viri, (quam turpiſſimam fuiſſe neceſſe eſt) movebit ipſam, ut ſe ornet! Nempe ad *vinciat* ſupplendum: *ut.* Poſſunt etiam per interrogationem efferri, ut Scaliger fecit. (et ante eum Muretus. W.) At duriorem iuncturam effecit Broukh. nova diſtinctione: *Iſta haec perſuadet facies? — ſinu?* ut ſit: *Iſta facies perſuadet haec?* nimirum *disponere crines et pectere.* Ita ſaltem lenius eſſet, ſi ſcriberes: *aurone lacertos vinciat?* ſc. talis mariti gratia? In Guelf. 2. pro var. lect. vel emend. *Quum vincit, tyrio prodit et apta ſinu.* H. Pro *iſta haec*

haec Fea in Notis ad Horatium tentat *illita* h. e. fucata, quasi Romani fucum tantopere aversati sint. Vid. I, 8, 11. 46. Maior vis inest verbis *Ista haec* h. e. Tam deformis, tam tetra facies; modo ne quis construat *ista facies persuadet haec*. Nam post *haec* nequit abesse *ut*. *Persuadet* cum coniunctivo. vid. Sall. Iugurth. c. 35. *Huic Albinus persuadet, regnum ab Senatu petat.* — Aldin. I. *illa haec* Hamb. *capillos* pro *lacertos*. v. 71. Goth. *crudam* pro *cuidam*. W.

72. *remque domumque tuam*] Lipsius, adsentiente Broukh., emendat: *teque d.* ex Propert. II, 8, 14. (7, 38) nullo cum fructu ad Tibullum. Versu proximo *Nec* Broukh. revocavit e melioribus, pro *Non*, quod Ald. pr. habebat, et Scalig. iterum invexerat. Nam Ald. sec. cum secta sua *Nec* dudum habebat.

75. *Huic tamen accubuit*] Regius male *Nunc*: mox pro *hunc* Ed. Rom. *hinc* prave. H. De diversa relatione pronominis *huic* — *hunc* vid. Obss. ad I, 7, 3. Voss. 1. male *occubuit*. W.

77. Hoc et sequenti versu pro *aliis* Dousa Praecid. 4. malebat *alii*; non male; nam de uno mentio facta; et ita expressum in Edit. Graeviana. H. Basil. Tuscanellae 77. *alii*, 78. *aliis*. In Hamb. *alii* utroque versu; nec tamen praeferenda est haec lectio. Pluribus enim puerum se dedisse putat Tibullus; unum furtum deprehenderat. Pro *blanditias* Hamb. *delitias*. v. 78. Goth. *demes*, ut ille solet *n* omittere in *vinctus* aliisque. W.

79. *Tunc flebis*] Reg. et Ed. Rom. *Tum*. Ed. Lips. *Tu*. H. *Tum* Zwic. 1. 2. — Hamb. *te* pro *me*. W.

80. *Et geret in gremio regna superba tuo*] Sic utraque editio Ven. Vicent. Corvin. et sic vulgg. (Ita Voss. 5. Ask. Zwic. 1. 2. W.); at Regius *in regno regna* cum plerisque ap. Broukh. (et cum Mureto. W.); unde ille et ante eum iam Nic. Heinsius et Guyetus, ambigue quidem, ingeniose tamen faciebant: *in regno sceptra*; nam *sceptra* et *regna* interdum permutata videas. Apud Ovid. IV. Fast. 594. *te coeli sceptra tenente* Heinsius e libris reposuit pro *regna*. Pro *regna* in tribus est *bella* (Et Vindob. *regno bella*. W.) a mala manu, et pro *geret* in duobus *reget*, sollenni lapsu. Vulgata recte se habet. *regna superba* etiam inf. IV, 5, 4. cf. Propert. IV, 7 6. 50.; et omnino *regna* ac *regnare*, *potentia* res vulgata in re amatoria. *gerere regnum, imperium* saepe dicitur. H. Ask *suo* pro *tuo*; male W.

81. *At tua tum me*] male nostri cum plerisque: *dum*. emendatum est in Aldinis. At Corvin. etiam *At tu, dum*

 — iu-

— *iuvat.* H. Zwic. 1. 2. *dum* cum Guarn. Hamb. *poena me.* Ex Goth. H. Vossius affert *Veneri ipsa*, apogr. meum *Veneri* dat. W.

82. *aurea palma*] Sic constanter scribitur pro *parma*, qui est clypeolus brevis, in quo hi versus signari ex more debebant. Sic etiam scriptum in Propertio. v. Broukh. ad h. l. et ad Propert. IV, 10, 40. Vulpius de manus aurea effigie accipit: Scaliger vero *lamna* emendat. In uno Broukh. interpolatum *picta tabella.*

ELEGIA X.

Pocchus et Perreius in codicibus suis secundi libri principium ad hac elegia constitui viderant, referrique haec ad Nemesis amorem. Etiam nos in vetere editione Vicentina a docto viro adscriptum hoc vidimus; atque in Guelf. 2. est: *Albii Tibulli poëtae ill.* (illustris) *de amoribus Nemesis liber II.* Elegia prima. H. Hunc codicem sibi constare ad II, 5, 39. notatum est. W.

1. *Protulit enses*] Heins. coniecerat *protudit:* ut *extundere* in illo Virgilii Georg. IV, 315.

Quis Deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem?

Sed vulgata recte se habet. v. Broukh. et Vulp. Porro *qui fuit* Corvin.

3. *Tunc c.*] Regius hoc et sequente versu *tum*, bis quoque Corvin. H. Guarn. *tum praelia*, *tum brevior.* Goth. *et praelia*, male. Nam *synaloepham*, quam Virgilius in arsi tertia crebro neglexit, cf. Ecl. III, 5., negligere nusquam est ausus Tibullus. — 4. Zwic. 1. *tum*, 2. *tunc.* H. Vossius delevit *est;* male, ut ad I, 4, 4. docui. Verbum substantivum etiam ad priora membra pertinet, ut I, 3, 5—9. W.

5. *At nihil ille miser meruit*] Regius *An* cum aliis ap. Brouk. Guelf. 3. Scaligeri Eclogaria habebant: *Forsan et ille nihil meruit.* Sed v. inf. ad II, 6, 19. H. H. Vossius dedit *Ah nihil* ex Hamb. *Ha*, quasi inventori malum aliquod accidisset; vel pro illo poenas graviores deprecaretur. W.

8. *Faginus adstabat cum scyphus ante dapes*] Regius *dum s.* In Corvin. Guelf. 3. et paucis apud Broukh. *Fagineus stabat.* Sed et alterum bene dicitur. Virg. Ecl. 3, 36.

— pocula ponam
Fagina —

v. Broukh.

v. Broukh. Pro *dapes* in uno Colbert. *pedes;* fortaffe ex v. 16. Suaviter Ovid. V. Faft. 522. in reliqua fimplicitate menfae

Terra rubens crater, pocula fagus erant. H.

Receptam lectionem, quae et in Zwic. 1. 2., tuetur etiam ufus praepofitionis *ad,* quae Graecorum particulae *παρά* in compofitis *παρατίθημι, παράκειμαι, παρατανύω* refpondet. Nos *daftehen.* Virg. Aen. XII, 93. *aedibus adftabat mediis hafta.* II, 328. *equus mediis in moenibus adftans.* cf. III, 123. VII, 72. Ita *apponere* apud Tac. Ann. II, 31. *Appofitum menfa lumen.* ita et *accumbere* (*daliegen*) ufurpatum apud Propert. I, 3, 3.

Qualis et accubuit primo Cepheia fomno.

h. e. accubuit, cubuit in lecto. vid. Not. ad I, 5, 41. et *primo fomno* eft alto fomno. cf. Aen. I, 470. Mirum ibi monftrum finxerunt interpretes, qui *Andromedam* alto fomno fopitam una cum Perfeo concumbere faciunt. Add. Prop. II, 30, 36.

Biftoniis olim rupibus adcubuit. W.

9. *Non arces, non vallus erat*] Statius et Guyetus malebant: *Non acies* ex eleg. 3, 47.; male, cum *vallus* (h. munitio ex vallis, five fingulis ftipitibus. v. Gronov. Obff. III, 18.) adiectus fit, meliusque duo munimentorum genera iungantur. Alia correctio eft Antonii de Rooy in Coniecturis criticis p. 94. *Non rabies, non ira fuit.* Varie fententiam ornari poffe, Ovidii exemplum declarat Met. I, 98—100.

Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
Non galeae, non enfis erant; fine militis ufu
Mollia fecurae peragebant otia mentes. H.

Mitfcherlichius coniecit *aries,* quo inftrumento oppugnatio urbium fignificaretur, cum *vallus* ad munitionem fpectaret. Senecae locus Hippol. 531—35. quem affert, nihil probat, et malam exhibet compofitionem. W.

10. — *fomnumque petebat Securus varias dux gregis inter oves*] albas puta, nigras, et maculofas, inquit Vulpius, ut iam Cyllenius fenfiffe videtur. Sed vereor, ut *varius* ita accipi poffit. *Variae oves* debent effe verficolores. At hoc lanae vitium eft habitum, ut ex veterum locis docuit Broukh., et tale vocabulum a poëta pro epitheto poni nequiit, cui praeftantius genus commemoran-

dum

dum erat. Itaque ad emendationem ſe convertit Vir doctiſſimus, et reiecto *niveas*, *vacuas*, (et quot non alia ovium epitheta tentari poterant?) denique Heinſii coniecturam amplexus eſt, qui legebat *ſaturas*. Eſſe hoc frequens in re paſtoria vocabulum, copioſe probat, et nemo negat; addam aliud: videri fere Petrarcham ita legiſſe in loco hinc expreſſo Ecloga II. Argus: *paſſim ſaturata iacebant Armenta et lenis paſtores ſomnus habebat.* Et eadem fere ratione iuncta video in Calpurn. Ecl. 4, 37. *Per te ſecura ſaturi recubamus in umbra.* ſed quam valde id a vulgata ſcriptura abeat, et quam multa alia minus a vulgata recedentia excogitari poſſint, unusquisque videt. Cur non coniecit *Securus tutas dux gregis inter oves?* Hoc conſentaneum carminis indoli et poëtico mori. Eſſet etiam probabilis ratio, quomodo excidere potuiſſet vox, dum pro ea *ſecurus ſecuras* ſcriberetur et ex his ductibus *varias* eliceretur. Videri tamen ſibi poteſt aliquis *varias*, quod deterius genus eſt ovium, tueri poſſe altero loco ſup. El. 5, 24. ubi *muſta candida* poſuit, quae tamen etiam deteriora ſunt. Sed non deterius modo, verum et otioſum atque etiam alienum ab h. l. coloris nomen eſt. Tum me aliud quid in hoc verſu moratur. Omnes Interpretes *ducem gregis* de paſtore intelligunt: at is eſt *magiſter*, *cuſtos pecoris*; alterum vero, *dux gregis*, apud poëtas eſt perpetuum arietis vel hirci vel tauri epitheton. Ovid. I. Art. 325.

> *Hunc tamen implevit, vacca deceptus acerna,*
> *Dux gregis.*

V. Met. 327.

> *Duxque gregis, dixit, ſit Iupiter.*

III. Am. 13, 17. de hirco:

> *Duxque gregis cornu per tempora dura recurvo.*

IV. Faſt. 715.

> *E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,*
> *Sol abit.*

VII. Met. 310.

> *— — qui veſtras maximus aevo*
> *Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.*

Propert. III, 11, 39.

> *Corniger Idaei vacuam paſtoris in aulam*
> *Dux aries ſaturas ipſe reduxit oves.*

(Adde

(Adde Statium Theb. V, 330. VII, 438. 9. Alia exempla v. apud Cerdam ad Georg. II, 125. Martyn. ad Virg. Ecl. 2, 23.) et ipſe noſter inf. II, 1, 57.

Huic datus, a pleno memorabile munus ovili,
Dux pecoris hircus.

Nonne itaque veriſimile et h. l. *ducem gregis* eſſe arietem? Unde mihi iuvenili impetu valde arridebat:

Securas aries dux gregis inter oves.

Cum enim ſemel ſcriptum eſſet *arias,* facile inde fieri potuit *varias*, et tum, ne bina eiusdem vocabuli eſſent epitheta, ſcribi *ſecurus.* Nempe inter aetatis primae, aureae dictae, munera et hoc erat, quod armenta, ſine metu a feris, libera vagabantur, unde Virgil. Ecl. 4, 21.

Ipſae lacte domum referent distenta capellae
Ubera, nec magnos metuent armenta leones.

quod ex Theocr. XXIV, 85. expreſſit. Ipſe noſter ſup. El. 3, 45.

— — — ultroque ferebant
Obuia ſecuris ubera lactis oves.

Eadem vero aetas praecipue a *ſecuritate* notatur. Ovid. I. Met. 100.

Mollia ſecurae peragebant otia mentes.

Severus in Aetna. v. 9.

Aurea ſecuri quis neſcit ſaecula regis?

Eſt tamen, quod in mea emendatione nunc displicet: primum quod *aries* otioſe abundat; tum quod poëta dignius erat phantaſina: *recubare paſtorem inter gregem,* quam *recubare arietem cum grege.* Calpurnius quoque, qui locum expreſſiſſe videtur, Ecl. I, 37. dixit:

— — — licet omne vagetur,
Securo cuſtode, pecus.

Et deprehendi interea unum locum, in quo *dux gregis* de paſtore dictum, in Culice 173.

— — — cum videt ingens (ſerpens)
Adverſum recubare ducem gregis.

Aliud exemplum indicavit Nodell Not. crit. p. 73. ex Ovid. Faſt. IV, 786. *cum duce purgat oves.* Add. Avien. Perieg. 1185.

1185. *Aut qui cornigeri ductor gregis arva pererrat, — Spreverit hos ſaltus.* Itaque manet hoc, corruptelam verſus huius conſtare, medelae rationem fluctuare et eſſe incertam, ut ſaepiſſime in re critica factum videas, et fieri neceſſe eſt.

11. *Tunc mihi vita foret: vulgi nec triſtia noſſem Arma*] Sic omnes libri, niſi quod Reg. *non* pro *nec* (ut Muretus habet et Voſſ. 2. W.). *Vulgi arma* tamen quae ſint, vix commode dicas. *Vulgus caſtrorum*, ut apud Lucan. IX, 217., alienum eſt Explicat ea Vulpius, quibus vulgus utitur, vel quae vulgaribus hominibus, non ſapientibus, conveniunt. Ad bella civilia refert Ayrman. in Vita Tibulli §. 7. Sed neutrum ſatisfacit, et haud dubie locus corruptus eſt. Broukh. ex Heinſii emendatione, admodum elegante, in quam tamen ſtatim incidas, ſi de vulgari lectione dubitare coeperis, repoſuit: *Tunc mihi vita foret dulcis; nec* —. *c* et *g* fere in libris permutantur. v. Gronov. Obſſ. II, 22. (*dulcis* praebent Voſſ. 3. et 5. W.) Mihi viſum eſt, nomen amici noſtri poëtae (v. IV, 1, 180.), cui fortaſſe Elegia inſcripta erat, in eo vocabulo latere, et fuiſſe: *Tunc mihi vita foret! Valgi; nec triſtia n.* ſive intelligas *utinam*, ſive particulam *ſi*. H. Locum explicui in minore editione, atque etiamnum ita intelligendum puto: ſi tunc mihi vita foret —. Hoc autem ita nunc intelligi velim: Si mihi vita fuiſſet et eſſet tunc, h. e. illo rerum ſtatu, ubi bellum nullum erat. W.

12. *corde micante*] quidam *tremente*, quae, ut Broukh. docet, iſtius gloſſa eſt; occupavit tamen edd. nonnullas ex Ald. ſec. mox pro *tubam* Ed. Lipſ. *comam*, quod vitium fortaſſe ex frequenti vocum *coma* et *iuba* permutatione natum. H. *comam* Zwic. 1. W.

15 *aluiſtis et idem, Curſarem v.*] Regius *idem* (pro *Idem*) cum aliis: mox *Curſantem*. Ceterum ex his verbis, Tibullum ruri fuiſſe eductum, colligebat Ayrman. in Vita Tib. §. 6. *Ex ſtipite* Hamb.

17. *Neu p.*] Reg. *nec*. H. Ita in Vaticano nonnullisque aliis ap. Stat. et Goth. W.

18. *Sic veteris ſedes incoluiſtis avi*] *veteris* repoſuit Broukh. e coniectura Fruterii, quam unus Vatic. confirmat. Adde nunc Guelf. 3. *veteris aedes*. Sed hoc iam exſtat in Aldina ſec. et iis, quae inde expreſſae ſunt; nam in Ald. pr. erat *veteres aedes*. In libris fere eſt *veteres aedes* vel *ſedes*, ut in noſtris, variatione ſollenni. v. Burm. ad Ovid. VI. Faſt. 258. *Vetus avus* ut ſup. I, 1, 42. *antiquus avus*, II, 1, 2. *priſcus avus*. Sic et inf. II, 1, 27. ante Statium pro *veteris* erat *veteres*. H. *Veteres* Zwic. 1. 2. Hamb. W.

21. *Hic*

21. *Hic placatus erat*] quidam ap. Broukh. *pacatus.* quae frequens aberratio eſt. v. ad Ovid. IV. Met. 31. H. Cf. infra IV, 1, 14. W.

23. *liba ipſe ferebat*] *ipſe* iam emendatum erat in edit. Mureti et hinc in Plantin. Neglectum cum eſſet a Scaligero, retraxit Broukh., cum emendationem doctorum virorum unus Vaticanus confirmaret. vulgo *ipſa,* quod in Guelf. 2. quoque emendatur. (Habet idem a man. prim. Zwic. 1. et 2. W.) Sequentem verſum expreſſit Ovid. II. Faſt. 652.

Porrigit inciſos filia parva favos.

26. *Hoſtia erit plena ruſtica porcus hara*] *Hoſtia erit* Broukh. repoſuit e libris: vulgo, etiam in noſtris, ſcribitur et editur *Hoſtiaque e plena,* quod fecerat dubitare viros doctos, an locus integer eſſet. Itaque in Mureti, inde in Plantin. edit. aſteriſcus interpoſitus eſt. Pontani explentis locum verſus adſcripſit Broukh. Sed illud *e* ſubnatum partim ex ſcripturae compendio, partim ex interpretatione; addunt enim alii praepoſitionem. In Guelf. 2. corrigitur *Hoſtia de p.* (*Hoſtiaque e* Zwic. 1. 2. et Hamb. *Quae eſt* Goth. W.) Pro *ruſtica,* quod ab Aldinis inde vulgatum, quodque e correctione habet Guelf. 2., noſtri cum permultis *myſtica* habent, quod Muretus recepit, et probarunt Turnebus, Marc. Donatus ad Liv. I, 24. Ge. Fabric. ad Virgil. Ge. I, 166. Scaliger, qui tamen non recepit, et nuper Theod. Sellius Spec. Obſſ. miſc. c. 7. Quod ſi ex ea regula critica res diiudicanda eſt, qua lectio difficilior recipienda eſſe praecipitur, *myſtica* utique legi debet. Verum cum facilis et frequens τȣ̃ *myſtica* et *ruſtica* permutatio ſit: (ſic ſup. I, 1, 23. e Guarneriano notavit Vulpius *myſtica pubes;* et inf. III, 6, 1. duo *ruſtica vitis.* adde Lindenbr. in Terent. Phorm. IV. p. 648.) cumque altera regula ſit, eam lectionem eſſe praeferendam, quae poëtae genio et carminis generi convenientiſſima ſit, ideo vulgatam, poſt Broukh. et Vulpium, retinui. Nam *porcus* eſſet *victima myſtica* propterea, quia eius uſus in ſacris Cereris fuit, ut *myſtica vannus* Virgilio, cuius inſtar in ſacris Bacchi portabatur, et inf. III, 6, 1. *myſtica vitis.* Sed neque ex alio Romano poëta id epitheton defendi poteſt: ex uno Ariſtophane Acharn. v. 747. laudant χοιρία μυςηρικὰ et 764. χοίρȣς μυςηρικάς, ubi Schol. ſubiicit: ὅτι ἐν τοῖς μυςηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρος θύεται. Sed id et graecum et in alia re. Et quid quaeſo Cereris ſacra ad Lares ruſticos? At Sellius l. l. *my-*

l. l. *myſticam hoſtiam* eſſe ait pinguem, et qualem antiqui mortales diis ſuis offerre conſueverant; nam *myſtica* dici, quae ſint antiquiſſima. Id vero novum eſt, et ab uſu alienum; neque, quia Cereris ſacra, quae *myſteria* dicuntur, ſunt antiquiſſima, idcirco *myſticus* eſt antiquus. In Guelf. 2. locus interpolatus erat explendis ſententiis:

At nobis aërata, Lares, depellite tela,
Neu petat hoſtili miſſa ſagitta manu:
Neu gladio celer inſtet eques; proſit mihi et, aris
Quaeque tuli ſupplex munera, quaeque feram.
Thure pio caleantque foci, pinguisque trahatur
Hoſtia de plena ruſtica porcus hara.

27. *Hanc p.*] *Hanc*, monentibus iam Statio et Scaligero, repoſuit e libris Broukhuſius. et ſic Reg. cum utraque Ed. vulgo erat *Hunc*.

35. *Non ſeges eſt infra*] dictum, ut Graecis κάτω, τὰ κάτω, ἔνερθε, τἄνερθε. In Philopatride, qui Luciano vulgo tribuitur: Σίγα τἄνερθε καὶ τὰ σιγῆς ἄξια, quae tamen ibi ſenſum non faciunt commodum. Iambicum hoc forte leg. Σίγα, τὺν, ἔρδε καὶ τὰ σ. *Tace, amice, et perfice arcana haec.* H. Non commode Statius τὰ κάτω et τὰ νέρθε comparavit. W.

36. *Stygiae navita turpis aquae*] pertinaci errore omnes obtinent *puppis* pro *turpis*, praeter Exc. Colotii et unum Vatic., ex quo recepit Muret.; adde nunc Guelf. 3. et mox extruſum reduxit Broukh. In Exc. Lipſ. erat *navita pullus*. *navita triſtis* Burman. ſubſtituebat ex Aen. VI, 315. Quo tamen iure Tibullum cogimus Virgilianis uti? H. Zwic. 2. habet quidem *puppis*, ſed gloſſa refert horribilis. W.

37. *exeſisque genis*] eſt hoc ex emendatione Heinſii, quae tamen nimis a ſcriptura vulgata abire videtur, quae erat *percuſſis*, quod et noſtri ſervant. Scaliger e ſuo mutabat in *perſciſſis* et coniiciebat *perciſis*; ſed de luctus ſigno hoc nunc non agitur. *perculſisque* unus Palat. *perciſſisque* vn. Broukh. *pertuſisque* coni. Livineii. Similis fere varietas ap. Horat. Epod. 5, 37. H. *Pereſis* ſuſpicabatur Goerenz. ex Tuſcul. III, 12, 26. W.

39. *Quam potius laudandus hic eſt*] *hic* correptum fecit locum mutationi in *et eſt* vel *et hic*.

40. *occulit* pro *occupat* Vincent. Speculo morali, non uno loco. Sed *occupat* eſt ſupervenit non ſentienti.

41. *ſe-*

41. *fectatur oves*] Reg. *fectatus* et v. 43. *fum.* Corvin. *et f.* Guelf. 2. *aut f.* Hamb. *aft.*

43. *candefcere*] *canefcere* Guelf. 2. cum altero pro var. lect.

46. *Duxit araturos fub iuga curva boves*] Broukh. quorundam, nec malorum, librorum lectionem *aratores,* ut elegantiorem et iam Doufis probatam, praetulit, fed Vulpius, fortaffe nimio cum faftidio, reiecit. Equidem hoc habeo, quod moneam, epico potius carmini convenire videri *aratores boves.* Deinde in tribus *iuga panda,* ut ap. Ovid. I. Am. 13, 16.

49. *Pace bidens vomerque vigent*] *nitent* Broukh. repofuit, cum in Exc. Scaligeri inveniffet *nitet;* vulgo *vigent* legitur. Sed Guarneri liber: *Pace nitens vomer viderit. Nitent* recte fe habet. Ovid. IV. Faft. 927.

> *Sarcula nunc durusque bidens et vomer aduncus,*
> *Ruris opes, niteant.*

Sed et hic Cyllenius, qui locum laudat, *vigeant* exhibet, fortaffe memoriae lapfu. Ceterum in fententiarum, quae fequuntur, nexu eft quod defideres. Vidit hoc vir doctus, qui transponere malebat difticha 51. 52. ante 49. 50. Ne tamen fic quidem omnis moleftia tollitur.

50. *in tenebris*] Reg. *in triviis.* Guelf. 2. *occupet.*

51. *Rufticus e lucoque vehit male fobrius ipfe*] *ipfe* Broukh. recepit e libris; vulgo, etiam noftri, *ipfo,* in duobus *uno,* quae forte iftius eft interpretatio, cum *ipfo plauftro* accipiendum fit pro *eodem plauftro* uxorem ac liberos vehi, nifi alterum hoc *uno* natum putes ex *udam* h. e. madidam, ebriam, cum fcriptum effet *uda* cum lineola. Porro viri docti quidam; ut Carrio ad Flacc. III, 293. Barth. ad Statii Theb. IX, 587. malebant *e luco revehit;* fed fruftra; eft enim ille particulae ufus, etiam ubi abeffe poterat, grata cum negligentia Tibullo frequens. Regius cum Ed. Lipf. etiam *luto* exhibet. et *e lutoque* fere legitur in vett. edd. ut Vicent. etiam Aldinis, donec in Muret. *e lucoque* (et a Statio. W.) receptum. In Vicent. etiam: *progeniemque domus.*

53. *fciffosque capillos*] Ed. Lipf. *fiffos.* v. ad el. 7, 21. At Corvin. h. l. memorabilem nec tamen alibi obviam lectionem habet: *fciffisque capillis Foemina perfractas effe fores queritur.* Maior quidem in vulgari et orationis nitor et numerorum laevor eft; fed ufu docti novimus, pentametros eiusmodi faepe a male fedulis Grammaticis ad vulgarem

garem modulum esse revocatos, cum tamen Tibullus et Propert. eos non respuant. H. Vid. Obss. II, 6, 20. W.

55. *subtusa genas*] subverberata. Scaliger reposuerat *suffusa*, quod nonnulli scripti et Guelf. 3. pro var. lect. et edd. vett. ut Vicent. etiam Ed. Lips. habent; sed tum ablativus adiectus esse debebat *lacrimis*. H. *suffusa* Zwic. 1. 2. sed schol. tumida. W.

58. *lentus*] *laetus* duo Gebh. et duo alii ap. Broukh. perpetua aberratio; tum *utrinque* Corvin.

59. *Ah lapis*] *at* Guelf. 2. H. cum libro Sfortiae. W.

60. *e caelo*] Reg. *et* cum aliis; mox *diripit.* v. Heins. ad III. Met. 52. hoc primus correxit Scaliger.

61. *e membris tenuem rescindere vestem*] ita reposuit Broukh. ex emendatione Heinsii; vulgo est *perscindere,* quod nimis violentum videbatur Broukhusio, vel *praescindere,* quod etiam in Venetis, Guelf. 1. 3. legitur, quae varietas e scripturae compendio oritur; alterum quidem *praescindere* servari et poterat et debebat, ut vestis in pectore scissa intelligeretur, vt ap. Ovid. I. Am. 7, 47. H. *perscindere,* quod inprimis amat Lucretius notante Goerenzio, est etiam in Zwic. 1. 2. et Gothan. W.

62. *ornatus dissoluisse comae*] ita Scaliger e libro suo, aliis apud Statium et Broukh. suffragantibus, reposuit. *Ornatus* comae pexae et dispositae proprie dicitur. v. Virgil. Aen. VII, 74. Vulgo, ut etiam in nostris, et Guelf. 1. 4. *ornatas — comas,* ut Ovid. IV. Fast. 309:

> *Cultus et ornatis varie prodisse capillis*
> *Obfuit.*

et Propert. I, 2, 1.

> *Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo?*

in parte Statianorum, uno Wittiano et Palatino, Guelf. 3. pro var. lect. erat *ornatus dissoluisse comis,* quod elegantius videri potest; at eleganti simplicitati elegorum convenientissimum erat vulgatum: *ornatas comas.* H. Etiam Zwic. 1. 2. *ornatas — comas,* quod probat Goerenzius. W.

64. *Quo tenera irato flere puella potest*] *Quoi,* pro *cui,* est ex emendatione Dousae receptum a Broukh.; vulgo *Quo;* et sic Ed. Rom. cum Corvin. Guelf. 1. nec hoc in tali carmine erat spernendum. Sed Reg. cum Ed. Lips. *Quod.* *Flere* cum dativo, ut ap. Propert. I, 12, 15. et sic *plorare* etiam infra legitur II, 5, 103. H. Quo irato h. e. qui cum iratus est. Cf. Tacit. Ann. II, 33.: et

cuncta ad rempublicam referri, *qua tenui* anguſtas civium domos. W.

68. *Perfluat et pomis candidus ante ſinus*] *Perpluat* ex Heinſii emendatione receperant Broukh. et Vulp. neque ego itaque mutare ſuſtinui. In Ed. Scalig. legebatur *praefluat*, et ſic Reg. et alii apud Statium, cum Guelf. 3. In aliis, etiam in Corvin. Guelf. 1. 4. *perfluat*, ut utraque editio, et ea vulgata inde ab Aldinis erat lectio; in quibusdam, ut quoque in Guelf. 2., etiam *profluat*. Iam *pluere* et *fluere* ſaepe permutata videbis ap. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 572. Broukh. ad Propert. II, 16, 8. Drakenb. ad Silium XII, 53. cf. Obſſ. Miſc. Vol. VIII. p. 263. nec aliter eſſet iudicium in Tibullo quoque inſtituendum, ſi lectionis ulla eſſet varietas. Nunc verendum eſt, ne poëtam elegantia aliqua, quam aut noluit aut non recordatus eſt, oneraverimus. Et ita centies paſſim in poëtis Graecis et Romanis factum ſuſpicor. At alterum illud miror nemini diſplicuiſſe, cum tam ieiune et otioſe dictum ſit: *veni, ſpicamque teneto.* Ut adeſſe iubeatur dea, formula ſollenni fit; at reputa illud: *veni ac tene ſpicam.* Illuſtrari tamen poteſt e lib. II. El. 1, 3. 4. *Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva Pendeat, et ſpicis tempora cinge, Ceres.* Sunt haec adiuncta pro epithetis, et eam vim habent, ut tanquam praeſentes videas deos, attributis ſuis inſignes. H. *Perfluat* Hamb. et Zwic. 1. 2. Ac probat idem Goerenzius, laudans Cic. Fin. II, 35.: *Perpetuis voluptatibus perfluens*, quamquam ibi receptum ſit *perfruens*. W.

IN LIBR. II.

ELEGIA I.

In Guelf. 2. haec inſcripta eſt Elegia II. vide ad Eleg. X. libr. I. pr. in Guelf. 3. et 4. *de agri luſtratione.*

1. *Quisquis ades, faveas*] ex emendatione Douſae fil. Not. c. 4. repoſuit Broukh., cum Scaliger coniecturam ſuam recepiſſet: *Quisquis adeſt, faveat.* Ante eum edd. omnes: *Quisquis adeſt, valeat;* et ſic Reg. Guelff. omnes cum Corvin. (Add. Guarn. Goth. Zwic. 1. 2. H. Voſſius e Goth. affert: *ades, valeat;* in Hamb. *adeſt, valeas.* Vindob. *adeſt, faveas.* W.) nec *faveat* legitur niſi in quinque Anglic. Douſae correctionem firmat uſus elegantior, et mox Eleg. 2, 2. *Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.* cf. Ovid. XV. Met. 677. Similiter pro *es* in Reg. *eſt* inf. El. 3, 33. et ſaepe alibi.

2. *Traditus*] Verbum *tradere* de iis praecipue dici, qui ſacra et religiones docent, exemplorum copia demonſtratum ivit Broukhuſius; ſed illa ſignificatione non opus eſt ad hunc locum, modo eam teneas, qua eſt *traditus* apud Caeſarem de Bell. Gall. IV, 7. Comparabis graecum παραδοθείς. Caeterum *traditur* in Vind. eſt, et in Hamb. legitur *et* pr. *ut.* W.

5. *Luce ſacra*] unus Matii: *Luce tua.* — v. 7. Hamb. *hunc.*

8. *ſtare boves capite*] In Exc. Scalig. *vertice ſtare boves,* profectum a ſciolo, qui verſum reddere volebat molliorem ſcilicet. v. ad II, 6, 20. Etſi idem e membrana affert Neap. ad Ovid. I. Faſt. 663. H. Haud ſcio an Neapolis verbis: *membranae quaedam habent* Scaligeri Excerpta notaverit. Eidem addenti: utrumque admitti poteſt, non aſſentior. Nam vertex armentis non convenit. W.

10. *Lanificam penſis impoſuiſſe manum*] Reg. *appoſuiſſe.* Sed vulgata recte ſe habet. Ovid. Epiſt. IX, 76. de Hercule nente:

Raſilibus calathis impoſuiſſe manum.

11. *Discedite ab aris, Quis tulit*] Ita primum emendatum legitur in Ed. Mureti, inde in Scaligeri, qui verba

diſcedite

difcedite ab aris parenthefi inclufit. Nam Ald. fec. et hinc profectae: *difcedat* — *cui.* Sic Reg. quoque, Corvin. et Ed. Lipf. ac Vicent. et Reg. Lep. cum magna parte librorum ap. Broukh. Guelf. 1. e correctione, 2. 3. 4. At Aldina pr. *discedite ab aris Cui* habebat: fic Venetae cum aliquod codd. *Cui* Guelff. omnes. H. Mureti fcripturam firmant Voff 1. 2. 5. et Zwic. 1. 2. — Apographa tria *difcedite qui vel cui;* alia cum Guarin. *difcedat cui.* Equidem compofitionem *difcedite* — *cui* non tuear loco Catull. XXXI, 14. W.

12. *hefterna*] In parte codd. et in utraque Ald. *externa;* perpetua aberratio. cf. fupr. I, 9, 57. Etiam in Guelf. 1. 3. 4. et Hamb. — In Vindob. deeft *hefterna;* quam lectionem dederunt Muretus et Scaliger.

14. *Et manibus puris fumite fontis aquam*] *purae manus* non tantum a fordibus et illuvie, fed etiam a caede et fanguine intelligendae. Facile, quod et Broukhufio, in animum venire poteft *puri fontis*, quia fere *pura aqua*, *purus fons*, dici folet. Sed libri nil mutant, et tuetur vulgatam Ovid. V. Faft. 435.

Terque manus puras fontana perluit unda.

et ipfe Tibull. inf. III, 2, 16.

Perfufaeque pias ante liquore manus.

et conf. Burman. Sec. Anthol. Lat. lib. I. ep. 63, 6. p. 36. H. Vide etiam Burmannum ad Ovid. Met. IX, 701. locum Tibulli contra Marcilium defendentem, qui *puram* — *aquam* reponebat. Verum eft puras manus dici eius, qui neminem occidit. Ita apud Lucan. VII, 487. *puras fervare manus* eft nullum caedere pugnando. Eandem locutionem de eo qui neminem occidi iubet, ufurpavit Sueton. Tit. cap. 9 Hoc loco malim *puras manus* effe eius qui nullo fcelere flagitiove fe contaminavit, καθαρός. — 13. Apogr. duo (Hamb) *placet.* W.

15. *ut eat.* Vir doctus Mifc. Obff. Vol II. p. 246. (Jortin eft, *Tracts* T. II. p. 454.) comparat Virgil. Ge. I, 345. *Terque novas circum felix eat hoftia fruges.* Cum dilectu vocem effe pofitam, boni ominis cauffa. H. Apogr. unum dat *cervice* — unum *facer ignis.* — 16. Hamb *oleas.* In Goth. deeft pentameter. W.

18. *Vos mala de noftris pellite limitibus*] Reg Guelf. 1. 4. et Ed. Rom. cum aliis *liminibus.* Idem in marg. Goth. — liber Voffianus *luminibus.* Quidam etiam *tollite.* v. Burm. ad Ovid. Remed. 115. *tollite* Guelf. 2. H. Lectionem duorum

rum librorum *tollite* ipſam eſſe a manu Tibulli pronuntiant, et H. Voſſ. recepit; at ſcripturae auctoritate codicum firmatae, cui uſus loquendi et ſyntaxis favet, praeferendam eſſe nego. — Mala autem quae *de* loco pelluntur, huic iam ineſſe notabis. W.

20. *ſegnior agna*] Noſtri et Guelff. omnes cum aliis *tradior:* hoc bovis et tauri epitheton eſt. *ſegnior* primum receptum a Scaligero. H. Idque in libr. Ask. et Sfortian. repertum, ut exquiſitius praeferendum duxit H. Voſſius. Caeterum agna tarda eſt, quae celeritate et curſu caeteras non aequiparat. Epitheton hoc non eſſe ex iis, quibus *natura* agnarum notetur, et uſu loquendi et comparativo docetur. W.

21. *Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris*] *nitidus* bene paſtus et ſaginatus. Notum Horatii illud Epiſt. I, 4, 15.

Me pinguem et nitidum bene curata cute viſes.

Plenos agros intelligunt ſemente facta veluti gravidos. Ovid. IV. Faſt. 634.

Telluri plenae victima plena datur.

ut ſit: tunc, cum fient ſacra pro frugibus, confiſus ruſticus novis frugibus plenis et magnam ſpem oſtendentibus ingeret etc. Sic Torrent. ad Horat. Epod. 2, 43. Salmaſ. ad Vopiſc. p. 361. Broukh. et Vulp. ad h. l. Sed primum ambarvalia fiebant vere, non multo poſt ſementem factam tempore, cum iam in herbis ſeges eſſet. vid. Virg. Ge. I. 340. Itaque non futurum eſſe poterat, ut agri ſemente pleni eſſent. Etiam ſementalia fiebant ante veris initia. v. Ovid. I. Faſt. 662. ſqq. Tum poëta tempus ſignificat poſt factam iam benignam meſſem; ait enim: *Tunc,* quando vero? nempe, *cum ſeges non eluſerit meſſem,* cum meſſis ſegeti reſponderit. Praeterea quo modo ſementi *confiſus* ruſticus dici poſſit, rei, quae non raro fallit? Scaliger, quo acumine erat, has difficultates ſenſiſſe videtur. *Profecto,* inquit, *hic eſt ſpurium neſcio quid in voce* agris. Ipſe de coniectura recepit *areis.* Ovid. V. Faſt. 263.

Si bene floruerint ſegetes, erit aréa dives.

In Luſib. liberis: Carm. 53.

Magnaque fecundis cum meſſibus area deſit.

Heinſius vero cum Guyeto *horreis* corrigebat; quod placere poteſt propter verba *plenis* et *confiſus* et *ſaturi,* idque Horatianum illud confirmare videtur: II. Ep. 1, 140.

Agrico-

Agricolae prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus et ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum pueris et coniuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus ac vino Genium, memorem brevis aevi.

Sed habet auris in hac lectione quod vix ferat, in primis in nitido hoc et elaboratiore carmine. Tum vero, quod gravissimum est, eodem sensu accipi *plenos agros* et dici posse putem tum, cum matura seges est, et cum iam demessa in agris relinquitur, ut arescat; et tum agricola habebat, quod diis gratias ageret. Omnino vero totius loci explanatio in eo consistit, ut intelligatur, pertinere haec etiam ad preces, quas poëta facit, pro eo, quod vulgo dicendum erat: O dii, date bonam messem et bonam feturam; sic messe facta agricola vobis sollenne sacrum ludosque agrestes magna cum laetitia instituet. Precibus finitis subiicit laetum eventus omen v. 25. H. Aperte de sacro, antequam fructus demetantur, faciendo agit, quod pro agrorum proventu hilariter offerendum bene in ambarvalibus fovet Tibullus. Sacrum ante messem faciendam intelligendum esse, docent verba *plenis agris*, quibus confisus iam tum, cum ad messem se erat accincturus, rusticus dici poterat. Sic Virgilius in Georg. I, 338—47. ambarvalia cum descripsisset, sacra etiam ante messem peragendam fieri iubet 347—50. ubi vid. Voss. p. 160. *nitidus* bene ornatus, II, 5, 7. W.

22. *Ingeret a. g. ligna*] Ita iam Muretus ediderat et ex eo Plantin. idque retraxit Broukh. e libris: alii, et Guelf. 1. 2. 4. cum utraque editione: *Ingerat*, quod Scaligerana iterum recoxerat.

24. *exstruet ante casas*] *ante* puta, ante focum seu aram. Ita enim ante aram in herba solebat herus cum liberis et famulis discumbere et genio indulgere, exstructis adversus aestus vim umbraculis. inf. II, 5, 95.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,
Arboris antiquae qua levis umbra cadit;
Aut e veste sua tendent umbracula sertis
Vincta, coronatus stabit et ante calix.
At sibi quisque dapes et festas exstruet alte
Cespitibus mensas cespitibusque torum.

Virgil. II. Ge. 527.

Ipſe dies agitat feſtos; fuſusque per herbam,
Ignis ubi in medio, et ſocii cratera coronant,
Te libans, Lenaee, vocat.

Neque aliter fieri ſolitum domi circa focum et Lares. Columella XI, 1, 19. inter villici futuri praecepta: *conſueſcat ruſticos circa Lares domini focumque familiarem ſemper epulari, atque ipſe in conſpectu eorum ſimiliter epuletur.* Hinc poëtae. Martial. III. Epigr. 58.

Cingunt ſerenum lactei focum vernae,
Et larga feſtos lucet ad Lares ſilva.

Horat. III. Od. 17, 14.

— Cras Genium mero
Curabis et porco bimeſtri
Cum famulis operum ſolutis.

Idem Epod. 2, 65.

Poſitosque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares.

Propert. III, 5, 69. ſimpliciter dixit:

Viveret ante ſuos dulcis conviva penates.

Ceterum *ante* primum receptum a Scaligero e codd. Vulgo lectum ubique, etiam in Guelf. 1. 2. et e correct. in 3. *arte.* quod tuetur Burmann. ad Propert. II, 25, 50. v. ſup. ad I, 1, 14. H. Muret. *e virgis.* — *Arte* in quatuor libris, in quibus Cod. G., inventum repudiavit H. Voſſius, ſed verborum *ex virgis exſtruet* ſonum, et ſenſum: caſas in altum erigere, improbans lectionem Mſ. Bern. *conſtruat* in *conſtruet* mutatam recepit. At imagine eadem infr. II, 5, 99. non offenſus eſt, nec quisquam offendetur Liviana dictione libr. 25, c. 22.: *Ita tria praetoria circa Capuam erecta.* Ceterum ad rem ab Heynio illuſtratam facit imprimis Horat. Sat. II, 6, 65.:

O noctes coenaeque deum, quibus ipſe meique
Ante Larem proprium veſcor, vernasque procaces
Paſco libatis dapibus. W.

25. *felicibus extis*] Lipſ. Exc. *coeleſtibus.* Sed v. Broukh.

27. *fumoſos veteris proferte Falernos Conſulis*] Notabile utique eſt hoc genere dictos *Falernos*, non *Falerna* vina. Supplere ſolent h. l. *cados* ex ſequ. verſu; notavimus

mus idem genus maſculinum apud Virgil. Ge. II, 98. in V. L. *Tmolius* et *Phanaeus* ſc. οἶνος. Scaliger in prima editione exprimi curaverat:

Nunc mihi nunc fumos veteris proferte Falernos
Conſulis.

In altera autem Statii correctionem recepit: *fumoſum — Falernum.* Libri in vulgata conſentiunt; de qua v. Not. etiam vett. edd., ſed in Aldinis erat *veteres.* Muret. refinxerat *veteris proferte,* vid. eius edit. p. 59., quem ſecutus eſt editor Plantin. Et ita in libris eſſe Statius monuit. H. *Falernum,* ut apud Horat. I, 37, 14. *Mareoticum.* De *ſono* cf. Virg. Aen. IV, verſ. 278. W.

31. *Sed, bene Meſſalam, ſua quisque ad pocula dicat*] Ita recte diſtinxit Broukh. Vulpius diſtinctione ſublata novam τοῦ *bene dicite* cum quarto caſu ſtructuram intulit. Scaliger mallet, *Bene Meſſalae.* Sed utrumque dicitur: modo ellipſin recte expleas. v. Ovid. II. Faſt. 637. In Corvin. mira varietas eſt: *Sed b. M. vocet ad ſua pocula quisque.*

32. *Nomen et abſentis ſingula verba ſonent*] Vir doctus in Actis Soc. Trai. p. 194. malit *abſenti.* Scilicet et hoc locum haberet: at nec minus alterum.

34. *Et magna intonſis gloria victor avis*] Ita Scaliger reſtituit, cum in Excerptis haberet, *abis:* vulgo ubique *ades* legitur. H. Etiam in Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. W.

35. *Huc ades*] Ed. Lipſ. cum aliis *Nunc,* ut Zwic. 1. 2. Goth.

37. *his v. magiſtris*] Corvin. *queis v.* quod mollius ad meam aurem. H. *His — illi.* Non admodum amant veteres tales mutationes. Adi v. c. Sophocl. Antig. 296. W.

38. *Deſuevit q. pellere glande famem*] *Deſuevit* Broukh. e melioribus recte, vel Burmanno ad Lucan. V, 404. iudice, nec tamen repoſuit, ſed retraxit iterum, cum Scaliger veterem lectionem *deſtituit* rurſus intuliſſet: nam Ald. pr. habebat: *deſtituat.* At ſec. cum Mur. et ceteris *deſuevit.* Sic et noſtri, et Guelff. Hamb. *deſivit.*

39. *primum*] *primi* unus Broukh.

40. *Exiguam viridi fronde operire domum*] *caſam* Broukh. e libris nonnullis intulerat, ut iam Douſa pater et Gebhardus maluerant, tanquam quod magis conveniret, quam *domum,* quod vulgo legitur inde ab Aldinis, etiam in Reg. et Corvin. Guelff. Edit. Rom. ac Vicent. et Venetis. Hoc tamen verius, et eius interpretamentum *caſa*

 eſſe

esse potuit; non vice versa. Etiam poëta dignius. Itaque nec in simili loco Horatio displicuit III. Od. 1, 22.

— somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit.

41. *primum d. feruntur*] Regius cum Ald. I. et Scal. — *Primi* Ald. II. et Muret. cum secta sua et multi ap. Broukh. Sic et ante v. 39. quidam exhibebant. Mox Reg. *plaustris*. H. *Primi* Hamb. Zwic. 1. 2. Goth. W.

43. *tunc insita pomus*] Sic Broukh. ex Exc. Lips. Erant enim iam tum, inquit, arbores pomiferae, sed ferae, quae insitionis cura mitiores reddebantur. Perperam vero hoc a viro docto disputatum, si quid unquam. Nec enim ad prima vitae mitioris initia insitio retrahi potest, sed exquisitiorem vitae cultum expectare id inventum debuit; tum vero ignorare non poterat, quod ex vitae communis usu tenemus, arbores etiam silvestres satione et cura in mitium arborum censum primum venisse. Revocavi itaque vulgatam lectionem omnium scriptorum et editorum: *consita.*

45. *Aurea tunc p.*] Reg. *Antea*, quod vitium et alii habent. Corvin. tum Ed. Lips. *nunc.*

46. *Mixtaque securo sobria lympha mero est*] Versus mire concinnus. Expectabam tamen aliud vini epitheton, quam quod *securum* sit: quippe quod τῷ *sobria* non respondet. *Est* a Broukh. tacente in finem versus reiectum; vulgo in medio legitur; idque suavius.

48. *annua terra*] Guelf. 1. Ed. Rom. cum Brix. et Venetis *aurea.* Legitur etiam in libris *arida:* sicque Corvin. Guelf. 3.

49. *apis ingerit alveo*] Ed. Lips. et Corvin. cum aliis *ingerat*, et *alvo. vernos flores* coni. olim Fruterius. *rure verno* iungere mavult Doering.

51. *Agricola assiduo primum satiatus aratro*] *Satiatus* h. l. esse dicunt taedio laboris et operis confectum. Vulpius etiam metaphoram appellat satis usitatam. Sed *satiari* dicimur rebus, quae nobis gratae iucundaeque vel sunt vel videntur, quas ante cupide appetiveramus, quibus expleti sumus, et quarum copia vel nimio usu fastidium contraximus; non autem *miseriis*, *laboribus* et *aerumnis*, nisi de iis ita disseritur, tanquam aliquam voluptatem afferant. v. c. Stat. II. Silv. I, 14.

Nemo

Nemo vetat: ſatiare malis, aegrumque dolorem
Libertate doma; iam flendi expleta voluptas?

Si itaque *ſatiatus* h. l. a Tibullo eſt, nove illud pro *feſſus*, *laſſatus* dixit: forte ad graecam formam. Nam et hic ἄδειν, ἄσαι, eſt *ſatiare; ἀδεῖν* autem aut taedio aut aerumna confici; ut toties apud Homerum, καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ, *oppreſſi.* Dicas, *aratro* ablativum eſſe inſtrumenti, cuius ope et adminiculo ſe ſatiarit, ut cibis potuque replere ſe potuerit, quia aſſiduus in agri cultura fuerat; ſed hoc multo durius foret. Scaliger coniiciebat *laſſatus;* in duobus ap. Broukh. erat *defeſſus*, ſed vereor, ne ex gloſſa ſit. H. Sed primum *ſatiatus* ad res quoque, quas nequaquam appetivimus, translatum eſſe, docet Tacit. Hiſt. III, 66.: Ipſum ſane ſenem et proſperis adverſisque ſatiatum. Deinde ruſticis aratrum iucundum eſſe quis neget? Virgilius certe Aen. VII, 635. dixit, *huc omnis aratri ceſſit amor.* Haec cauſa eſt, cur *aſſiduo* adiecerit Tibullus. Itaque neque coniectura Scaligeri *laſſatus* neque lectione duorum codicum apud Broukhuſium *defeſſus* opus eſt, quae vereor ne ex gloſſa ſit. W.

53. *Et ſatur arenti primum eſt modulatus avena Carmen, ut ornatos diceret ante deos*] Vulpius coniectura admodum elegante mallet *meditatus:* vult enim Tibullus ſignificare, eum diu exercuiſſe carmen, quod in frequenti ſacro poſtea caneret. Sic ipſe Tibullus inf. III, 4, 71.

Sed perlucenti cantus meditabar avena.

Et eſt iſta frequens variatio. v. ad Virgil. Ecl. 10, 51. ubi duo: *meditabor* exhibent, et Burman. ad Ovid. Met. XI, 154. Pro *diceret*, quod primum correctum a Mureto, eſtqui in Guelf. 2., vulgaris lectio erat *duceret,* quod et Scaliger tuebatur. Verum eſt hoc gravius, et carminis heroici, ut late docet Broukh., atque etiam de poëtis fere adhibetur, qui componunt, non de iis, qui recitant; tum etiam verſu tertio *duxit* recurrit, quo nomine ea lectio diſplicebat Heinſio Adverſ. II, 15. H. *duceret* Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. W.

56. *Primus inexperta duxit ab arte choros*] Scaliger legendum coniecit *ab arce,* ut ἄστυ Athenienſium intelligeretur: ſed nimis docte, et recte a Broukh. reprehenſus. In edd. inde ab Aldinis vulgo legebatur *ab urbe,* quod ex Venetis cum Cyllenii Commento excuſis profectum eſt; caſu putabam factum; ſed video *ab urbe* etiam legi in Guelf. 1. Nam nec Romana, unde illas ductas deprehendi, illud habet,

bet, nec alius ullus liber: omnes enim consentiunt in lectione *ab arte*, quam Muretus recte reduxit, et exhibet Scaliger.

57. *a pleno*] Correctum *e* in Guelf. 2. H. Virgil. Eclog. I, 8.:

Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus,

ibiq. Burm. add. Ovid. Metamorph. VIII, 410. W.

58. *Dux pecoris, hircus: duxerat hircus oves*] datus hircus tanquam praemium. Ultima addita debent intelligi, quod animal ἡγεμονικὸν iure datum fuerit ei, qui reliquis praestaret. Si tamen dicendum, quod res est, hoc hemistichium vix genuinum, certe Tibullo parum dignum est. Nisi totum distichon, quod censeo factum, ex margine irrepsit: meminerat aliquis Horatianum:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Heinsius emendarat, *hirtas duxerat hircus oves;* quod cupide amplexus est Broukh. Sed neque sic res conficitur. *Duxerat* ex Mureti coniectura recepit Scaliger. In libris et Edd. antiquis (Ald. 1. 2. Muret.) legitur *auxerat;* quod esset accipiendum de fetura, hirco ovibus admisso. in Guelf. 2. *hauserat.* In Guelf. 1. emendaverat aliquis *dux erat hircus ovis.* H. Syllabas natura breves produci ante litteram h notant Burmann. ad Antholog. Lat. T. 2. p. 605. et laudati Vossio libr. II. Art. Gramm. cap. 15. p. 219. Sed hemistichium non est Tibulli, si aures tritas habeo consuetudine legendi Tibullum. W.

59. *primam — coronam* Broukh. dedit, nec apparet, qua auctoritate. Itaque revocavi lectionem Edd. et codd. *primum.* H. Cf. I, 1, 39. W.

64. *et a. p. versat*] *ut — verset* Corvin. cum binis Anglic.

65. *Atque aliqua assiduae textis operata Minervae Cantat*] ita hunc versum constituit Broukh. cum legeretur: *assidue textrix operata, Minervam Cantat:* quae lectio nescio an mutari debuerit. *Textis* iam Fruterius et Guyetus coniecerant. *Minervae* erat in tribus libris. De interpretatione v. Not. nam Broukh. eam parum commode expedit. H. Lenz. p. 187. probat emendationem Broukhusii; *assidue textrix* esse vulgarius. Cf. Ovid. Fast. 4, 699. *assiduis* et Iacobs Antholog. P. 2. p. 133. Animadv. Probat Forcellinius *textis Minervae,* et *textis* ostendit esse dativum. W.

66. *ap-*

66. *applauſo tela ſonat latere*] Male Scaliger *ſonant,* quod aliquot libri, ut Guelf. 2. a pr. m., habent, ut *tela* inſtrumenta textoria eſſent. *Applauſo,* Heinſio probatum, Broukhuſius ex codd. et antiquis Edd. repoſuit; et ſic Lipſ. At Rom. cum Regio, Guelf. 1. 2. 4. et Corvin. *appulſo,* quod vulgo in edd. (Ald. I. II. Scal.) legitur, varietate ſollenni. Sic *pectora plauſa* ap. Virg. XII. Aen. 86. ubi etiam in aliis *pulſa.* cf. Heinſ. e. l. et ad Ovid. II. Met. 867. Scaliger malit *appluſo.* Muretus ediderat *a pulſo t. ſ. latere.* In uno Angl. legebatur: *pectine tela ſonat,* ut Virgil. Ciri 179.

Non Libyco molles plauduntur pectine telae.

et Voſſius ad Cat. p. 249. ex uno laudat: *pectine lana ſonat.* Utrumque natum videtur ex eo, quod quis *pectore tela ſonat* ſcripſiſſet, verſus molliendi cauſſa. v. ad v. 8. *Tela* autem iugum ſive transverſus ille cylindrus, ſuper quem ſtamen demittitur, eſſe non poteſt; id enim latere pulſari nequit, ne ex antiqua quidem texendi ratione, cum ad perpendiculum extenſa eſſent ſtamina, unde Ovidio *pendula tela* et *ſtantes telae* dicuntur. Intelligo potius ſive ipſum opus, quod texitur, ſeu, quod malim, bacillum transverſum, qui amicitur tela quae detexi incipit; hoc iugum a texentis fluctuante corpore attingi ſolet, ut ſtrepitus fiat. *Latus* vero ſenſu ampliori, pro corpore, ut quando *latus flagellis* caedi dicitur.

67. *Ipſe interque greges, interque a.*] Hanc lectionem Broukh. e potioribus libris ſex recte induxit. Suffragatur Vindob. Alii, etiam noſtri, et edd. omnes, *Ipſe quoque inter agros,* eo ſenſu, ut ſit, *in agris.* (Idem dant plurima apograph. H. Voſſ. Bern. *ipſe quoque inter greges.* Voſſ. 3. et Ask. *ipſe interque agros.* Voſſ. 1. *ipſeque inter agros.* Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *ipſe quoque inter agros.* Pr. *equas* Voſſ. 5. *aquas.* W.) Ut nunc legitur, *greges, armenta* et *equae* ita diſtinguuntur, ut *armenta* boum intelligenda ſint, excluſis equis. Ceterum hic locus, etiam Vulpio iudice, eſt elegantiſſimus.

69. *indocto — arcu*] Ed. Lipſ. *indomito,* ex ſup. verſu.

73. *opes*] *opus* Guelf. 1. et Ask.

74. *Iratae* abſolute, notandum.

76. *Ad iuvenem tenebris s.*] non *in tenebris,* quod et eſt in Guelf. 2. Etiam Ovidius ſine praepoſitione I. Am. 6, 10. Catal. Poët. p. 200. Scal. de puella:

Intrepidos tenebris ponere docta pedes. H.

Te-

Tenebris nimirum tum tempus noctis designat, ut I, 6, 59. Add. Virg. Georg. III, 401. et Cic. Philipp. II, 30. Nil obstat Tacit. Hist. I, 84. W.

78. *Explorat caecas cui manus ante vias*] Ovid. II. Fast. 336.

Et praefert cautas subsequiturque manus.

cui explicandum *cum ei*, ut fere mox El. 2, 6. IV, 1, 184. nisi malis reponere *dum:* et permutantur haec duo ap. Ovid. III. Met. 91. Videtur tamen ex genio Poëtae legendum vel *sed*, (v. I, 3, 77. II, 4, 24. II, 5, 66. III, 5, 29. Ita *cui* et *sed* variant ap. Ovid. II. Met. 412. et alibi.) vel, quod malim, *et:*

Explorat caecas et manus ante vias.

82. *Et procul ardentes, hinc procul, abde faces*] *procul* altero loco e suo libro reposuit Scaliger, cui et alii duo accedunt. Vulgo *precor* est. Sic etiam infra III, 6, 52. *ite a me seria verba procul.* Etiam in *abde* aberrari *adde* facile expectes. In Ed. Rom. ita hic versus legitur:

Et procul ardentem hinc precor abde facem.

83. *Vos celebrem cantate deum*] olim in Aldina pr. atque hinc in Edd. inde ductis lectum fuit: *Vos celebrem cantate deum, p. v. voce Palem.* Sed iam emendavit P. Bembus et Ald. II. Muret. et Scalig. ediderunt *palam. celerem* deum emendavit Burmann. At sensus docere legentem potest, accommodatius esse invocanti ad laudes, si sint eius, qui iam clarus, insignis, multis carminibus celebratus est. Sic iterum IV, 4, 23. Ceterum ambiguum esse potest, sitne interpungendum: *pecorique vocate; Voce palam pecori, clam s.* H. Vix puto. Ovid. Heroid. X, 34. Hinc intellige Catull. 64, 139. nec crede eius poetae interpr. Catull. 63, 49. simile exemplum. W.

86. *Obstrepit*] Edd. vett. e Ven. 1475. ductae, Brix. Reg. Vic. Lips. *obstrepet.* In eadem distichon excidit; et sic continuatur: *et Phrygio sidera fulva choro.*

87. *iam Nox iungit*] Reg. cum quibusdam aliis *nam.* In Corvin. *Ludite iam: Nox.*

88. *Matris lascivo sidera fulva choro*] Codd. pars, Ed. Rom. cum Vicent. it. Ald. pr. *Martis.* v. Stat. et Muret. et *toro,* sollenni errore.

89. *fuscis circumdatus alis*] Ita reposuit Broukh. e libris. v. inf. III, 4, 55. Vulgo legitur *fulvis,* quod et nostri tenent, etiam Guelf. 1. 3. 4. at Guelf. 2. ut iam alii, et Heins. ad Silium III, 682. et ad Ovid. III. Met. 273.

con-

coniecerant, *furvis*, et hoc equidem praeferam: ex quo natum quoque vitiosum *fulvis*. Unus Statii, *nigris*.

90. *incerto somnia nigra pede*] haec lectio est in permultis antiquis libris. adde Guelf. 2. 3. et Edd. inde ab Aldinis. Bis tamen, aiunt, idem dicitur, h. e. idem epitheton bis adhibetur, si non verbo, attamen vi verbi: *fuscis circumdatus alis somnus*, et *nigra somnia*. Heinsius itaque in Adversar. et ad Ovid. III. Met. 273. emendabat *somnia pigra*. Jacobs Animadvers. p. 35. *nixa*. In multis, ut etiam in nostris et Guelf. 1. 4. et in tota secta edit. Venetae 1475. sunt *somnia vana*, in uno *mera*, unde Broukh. ingeniose et eleganter reposuit *vara*, quia dixerat, *incerto pede* ferri. Vulpius tamen pro Tibulli simplicitate nimis hoc reconditum esse arbitratur. Nimirum merae argutiae sunt, quicquid viri docti commenti sunt. Decebat elegos, repeti idem epitheton, quod rei proprium est, niger Somnus, nigra Somnia. Variavit tamen poëta: quid praeterea desideramus? *Somnia vara* sane propius accedere videntur ad priscam symbolicam doctrinam veterum, etiam in anaglyphis arcae Cypseliae adumbratam, qua Nox duo puellos amplexu tenet, *διεστραμμένους* (*κατὰ*) *τοὺς πόδας*. Satis liquido, arbitror, demonstratum est alio loco (*Ueber den Kasten des Cypselus* etc. p. 24. sqq. Gotting. 1770.), esse hos pedes distortos, non vero transversim sibi implexos, et quidem extrorsum; adeoque valgos, non *varos*, qui incurvi sunt; quo ipso tota subtilitas Broukhusianae emendationis et Lessingianae disputationis corruit. Sed omne hoc quicquid est symbolici neglexit aetas serior eademque elegantior; et Somnia alata, rectis pedibus iuvenes, praetulit. De commentis nostratium super face inversa, quam Somnus aut Mors tenere dicitur, nihil attinet h. l. dicere. Si Heliotropium gemma in Regio Museo Gall. apud Mariett. n. LX. a vetere artifice profectum est, de quo tamen dubito, Morpheus et reliqui *Ὄνειροι* iuvenili et venusta forma sunt. Vulgari tamen usu Morpheus est senex barbatus: quod docent anaglypha in Mus. Capit. To. III. tab. 24. Winckelm. Mon. ined. tab. 110. Additae capiti alae papilionis: qua de re multa disputata sunt a doct. Visconti ad To. I. p. 59. et al.

ELEGIA II.

1. *Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras*] Ita distinxit Broukh., ut voluit Gronovius ad Liv. 28, 43. et

et iam ante eum Muretus in Scholiis ad h. l. Vulgo erat: *Dicamus bona verba: venit natalis ad aras;* quod ferri posset, siquidem *Natalis* sive Genius sive alius deus est, pro natali die poëtae dictus. v. IV, 5, 19.

At tu, Natalis, quoniam, deus, omnia sentis.

Adeunt autem dii et accedunt ad aras et sacra sua apud poëtas saepissime. Et Ovid. V. Trist. 5, 13.

Optime Natalis, quamvis procul absumus, opto,
Candidus huc venias.

De ara structa dixerat. Corvin. distinxit, ut iam Torrentius fecerat: — *venit natalis: ad aras Quisquis ades.* fortasse hoc unice verum; adesse ad aram, sacro interesse. In Ed. Rom. est, *ad aram.* Ceterum elegantem huius Elegiae imitationem videre potes apud Sannazar. II. Eleg. 3. H. Distinctionem vulgarem *venit Natalis ad aras* revocavit H. Vossius; nam qui fingeret Genium venire, eum ad aram venire cogitare. Sed eiusmodi interposita amant poetae; Virg. Eclog. III, 76. et III, 54. et IV, 48. — *ad aras* autem similiter ap. Virg. Georg. II, 193.: inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. — Muretus: „Natalem aut suum aut Cerinthi celebrat." in Guarn. inscriptum: „ad Cornutum de votivo sacrificio sui natalis." Ipse iam olim docui, ad Cerinthi natalem hoc carmen esse referendum, non vero ad puellae ab eo amatae. Primum enim Genius, ut Cerinthum votorum compotem reddat, oratur v. 9., ut I, 7, 55. in gratiam Messalae fiunt vota. Deinde in natali puellae verisimile est non Genium sed Iunonem natalem ad sacra vocaturum fuisse poetam, quod fecit IV, 6. — Caeterum Natalis a Genio memorato distinguendus esse non videtur; nam idem, quem Cerinthus fidum uxoris amorem rogat 5—11., Genius et Natalis 21. dicitur. Ita IV, 5, 9. Genius et 19. Natalis eundem deum notant, cf. I, 7, 49. 63. Nec denique verba *Venit Natalis* et *Genius adsit* sibi pugnant, uti supra docui in Notis. W.

5. *Genius adsit*] Sic legitur constanter, praeter tres scriptos, et Guelf. 3. in quibus *adsit Genius*, interpolate. H. Cum Ask. hunc verborum ordinem daret, H. Voss. recepit, et metri caussa, de quo vid. ad I, 7, 61. W.

6. *mollia serta*] Ed. Rom. cum aliis, etiam Aldinis, *florea;* fortasse ex I, 1, 12. *Mollia* reduxit Muretus, et Scaliger; idque se tuetur ex I, 7, 52.

7. *Illius puro destillent tempora nardo*] *destillent* recte emendavit Broukh. vulgo (exceptis Venetis, Guelf. 1.) est,

distil-

diſtillent. Heinſ. ad Ovid. Ep. XV, 76. et in Adverſariis ex Horat. II. Od. 11, 16. legebat: *Illius Aſſyria* vel *et Syria.* In duobus libris ap. Broukh. *pura — nardo*, quo genere extulit Horat l. l. v. ad Ovid. III. Art. 443. In aliquot libris ap. eundem *et* inſeritur: *Illius et puro d.* forte ex I, 7, 51. In uno: *Illius e puro;* ſicque Ed. Vicent. cum utraque Aldina.

9. *Cerinthe*] nomen adoleſcentis delicati et pulchri. cf. Schol. Horat. I. Sat. 2, 81. v. Vulp. ad IV, 2. p. 309. Ita editum eſt inde a Venetis et Aldinis et Muret., etſi vitioſe ſcriptum *Cherinte*, cum *Κήρινϑος* ſit. Scalig. hic et in libro quarto ubique veram ſcripturam dedit. In aliis ſcriptis, etiam Guelf. 2., et in ſecta, a Ven. 1475. ducta, eſt *Cornute*, quod fuit cognomen Sulpiciae et Caeciliae gentis. Id recepit hic et ſequente Elegia Broukh. quem v. h. l.; ſed ſatis manifeſta ea depravatio eſt vocis *Cerinthe.* Nam multi habent *Cherinthe, Cherynte*, *Chorinthe*, *Cherime.* cf. Bentl. ad Horat. l. c. In Reg. et Ed. Lipſ. inſcriptio eſt: ad *Cherinthum*, et tamen in poetae verbis, *Cornute.* At ſequ. Eleg. in Reg. et inſcriptio et primus verſus *Cornutum* praefert. Mox pro *rogabis* fortaſſe cum Guyeto legendum *rogaris.* Ovid. II. Met. 102.

> *Ne dubita, dabitur, Stygias iuravimus undas,*
> *Quodcunque optaris.*

10. *adnuet*] ita Broukh. ex Exc. Lipſii, et emendatione Heinſii, vulgo *annuit.*

15. *felicibus Indis*] Ita Broukh. e libris, adde Guelf. 1. ut iam coniecerat Fruterius I. Veriſ. 13. Vulgo, etiam in noſtris, *undis.* Editum tamen iam in Brix. et Venetis cum Cyllenii Commento erat *Indis.* Conf. Burman. Sec. Anthol. Lat. To. I. p. 256.

17. *Viden' ut trepidantibus advolet alis*] *Viden' ut* eſt ex emendatione Guyeti et Heinſii, cui locum videntur dediſſe verba II, 1, 25.

> *Eventura precor: viden' ut felicibus extis*
> *Significet placidos nuntia fibra deos.*

Certe inde firmari poteſt. Vulgo ubique legitur *Utinam*, contra ſenſum. *Trepidantibus* Broukh. e libris quibusdam, tanquam convenientius volatui tam parvi dei, recepit: cum eſſet vulgo, *ſtrepitantibus*, quod et noſtri habent. Cauſſa parum iuſta; bona tamen emendatio: eſt enim hoc poëtis frequentatum. *Trepidare* eſt verbum motus celeris et magnae

magnae agilitatis ac feſtinationis. v. Broukh. et Gronov. ad Liv. XXVII, 1. *Trepidante penna* dixerat Ovidius I. Met. 506. H. *Utinam* etiam Zwic. 1. 2. Hamb. quod reſtitui. Emendationem Guyeti et Heinſii *viden' ut*, quam editores receperant, ipſa verba 21. *Hac venias, Natalis, avi*, non ferunt, ut iam olim docui. Cogita vero poetam, qui iam 10. dixerat *adnuet ille, roga*, ſacra facientem verbis *vota cadunt* affirmare, votum Cerinthi, quod verſibus 11—16. expoſuerat, ratum fore. Quidni igitur preces addere potuit, ut Amor faveret, ipſeque veniens vinculis coniugium confirmaret? Sic quidem verſus *Hac venias, Natalis, avi* commodum habet ſenſum, cum *hac avi* ad Amorem, quem venire optat, et *venias* ad Genium venturum (vid. not. ad 1.) referatur. W.

21. *Hac venias, Natalis, avi, prolemque miniſtres*] haec eſt emendatio Heinſii a Broukh. primum recepta, cum ante legeretur: *Huc veniat natalis avis, p. miniſtret*, quod libri habent, ut Guelf. 1. 3. 4. quodque Scaliger de cornice, reprehenſus ob id a Broukhuſio, at Vulpius de Cupidine explicat. *floremque m.* lapſus eſt Guelf. 4. Pro *Huc* in multis legitur *hic*, vel *haec*, ut in Ed. Lipſ. et Guelf. 2. *Veniat* in plerisque, praeter paucos, in quibus *veniet*, ut in eadem editione; ſed *venias* et *miniſtres* ab Heinſio eſt. *Avis* vero conſtanter legitur. Suſpicabar latere *avos*, ut eſſet: *Sic venias, Natalis, avis.* aut:

Hic veniat natalis avis, prolemque miniſtret.

h. magnis natu vobis etiam prole parata, ut avorum nomine appellemini, hic natalis redeat: ita ut *ante tuos pedes* ſint Cerinthi. *Avi* complectuntur avum et aviam, ut *reges* regem et reginam. cf. Bentl. ad Horat. I. Sat. 5, 100. *Venire* pro redire, ut ſup. I, 7, 64. Ovid. V. Triſt. 5, 14. In Corvin. legitur:

Hic veniat natalis: avus prolemque miniſtret:

ſenſu parum expedito. Ut nunc ſe res habet, totum diſtichum pro panno aſſuto habendum eſſe videtur: aut melior medicina eſt expectanda. Videas quidem, quid auctor dicere voluerit, at oratio nimis ſalebroſa eſt, nec minus in Heinſiana correctione. Sane non diſſimile eſt Ovidii illud Met. VI, 433. ubi de bubone:

Hac ave ſunt iuncti Procne Tereusque: parentes
Hac ave ſunt facti.

ſed h. l. quid eſt *Hac ave venias Natalis?* quo augurio? et venerat iam Natalis v. 1. et quomodo is *nunc* veniens prolem miniſtret?

22. *Lu-*

22. *Ludat et*] malim *Ludat ut:* Veni, o Natalis, et coniugium fauſta prole fecunda, quae ante focum tuum discurrat: ut ſup. I, 10, 10.

Curſarem veſtros cum tener ante pedes.

ELEGIA III.

Carmina plura diverſa in unam Elegiam confluxiſſe dubitari vix poteſt. A principio usque ad v. 32. molliſſimi procedunt verſus, argumenti quoque et ſententiarum vinculo coniuncti. Quae hinc ſequuntur, aliena ſunt, temere quidem a Scaligero in Eleg. ſextam huius libri reiecta: nam ibi locum ſuum non magis tuentur, quam hic; ſeiungenda tamen, ut fecimus, a ceteris, ſtatuendumque, eſſe hoc fragmentum alterius elegiae, quod male hoc loco inſertum eſt, ſeu caſu, ſeu quod ſimile initium verſus *At tibi dura Ceres* v. 61. fraudem fecit. Quae hinc v. 61. ſequuntur, commode illa quidem cum prioribus illis iungi poſſunt, ut tamen nolim praeſtare lacunam nullam factam, nec altero carmine hoc idem tractatum argumentum, cuius reliquiae iſti verſus ſint: *At tibi dura Ceres.* H. Equidem ſigna lacunarum ſuſtuli, nec reliqui niſi ſemel in fine, ubi aperte nonnulla exciderunt. W.

1. *Cerinthe*] Eadem varietas h. l. quae ſupra, ut in aliis (Ald. 1. 2. Muret. et Scalig. Zwic. 2. Goth. Hamb.) *Cornute* ſit, quod Broukh. retinuit. v. ad ſup. Eleg. v. 9. Ordinem verborum Broukh. e libris refinxit: eumque habebant edd. vett. a Veneta 1475. profectae. At vulgata per Aldinas lectio inde ab Ed. Rom. *Rura tenent, C. meam,* erat. Ceterum eleganti imitatione hunc locum, ut alia noſtri Poëtae, expreſſit Strozza F. I. Amor. 2.

2. *eheu*] noſtri, cum aliis: *heu heu.* (Zwic. 1. 2. Hamb. Goth.)

3. *laetos — agros*] *laetos* Muretus e libris veteribus reponendum cenſuit, Scaliger recepit: eſt quoque in Guelf. 2. Vulgo lectum quod habent noſtri cum aliis, *latos,* ſollenni errore. v. Burm. ad Ovid. Epiſt. XII, 46. At Vicent. *notos — agros.* Tum unus Statii: *Miſcet Amor.* (*Latos* Goth. Hamb. Zwic. 1.; *notos* Zwic. 2.)

5. *quum dominam adſpicerem*] noſtri cum aliis (Zw. 1. 2. Goth. Hamb.) hoc ordine: *quum adſpicerem dominam.* Eſt is etiam in vett. Edd. etiam Vicent. et ſic numeri melius variantur, ne ſemper idem tenor et eadem inciſio redeat. Pro *quum* autem ſollennius eſt *dum* h. dummodo.

6. *va-*

6. *valido — bidente*] Cyllenius in ſuo legerat *calido*, eſt ſic in aliis quibusdam ap. Broukh. *Valido* recte tuetur Broukh. quia in opere faciundo firma ac ponderoſa inſtrumenta requiruntur. v. Plin. XVIII, 6. cf. Ovid. I. Am. 13, 15. Eadem varietas apud Lucret. VI, 748. Lucan. IV, 511. ubi v. Burm. et Tibull. IV, 5, 10.

7. *curvum ſectarer aratrum*] Cyllen. in ſuo habebat *curvus*. Sed *curvum, incurvum, uncum, aduncum*, perpetuum vomeris et aratri epitheton eſt. v. h. l. Broukh. et Burm. ad Ovid. II. Met. 286.

9. *quod Sol*] *quum* Corvin. ex compendio litterarum. *quam* Guelf. 2.

10. *Laederet aut t.*] *aut*, quod Guelf. 3. habet, legitur inde ab Aldina ſec. et Mureto, alii (Ald. I. Scal.) cum noſtris *et*. Ed. Rom. etiam *Luderet*. v. ad I, 2, 89. mox v. 12. Ed. Lipſ. *profuerint*. Guelf. 3. cum Ald. I. *profuerantve*.

14. *Quicquid erat medicae, vicerat, artis, Amor*] Poſt hunc verſum in Edd. ante Scalig. et in libris, inter hos in Guelf. 1. 2. 3., duo diſticha inſeruntur:

Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellere vaccas,
Et potum paſtas ducere fluminibus.
Et miſcere novo docuiſſe coagula lacte,
Lacteus et miſtus obriguiſſe liquor.

Eſt in iis magna lectionis varietas: pro *expellere* duo Statiani *depellere* habebant. Sed illud bene: nam et Graeci ἐξελαύνειν, v. c. Lucian. Diſſ. cum Heſiodo c. 4. et Ovid. II. Met. 843.

— expulſi iam dudum monte iuvenci
Littora iuſſa petunt.

ubi in uno *excuſſi*, cuius vulgata lectio gloſſa eſſe poteſt. Nam *excuti* pro expelli. Virg. Aen. VII, 299.

Quin etiam patria excuſſos infeſta per undas
Auſa ſequi.

Ad eundem Naſonis locum Douſa hunc Tibulli verſum laudat, quem ſe in eo non reperiſſe mirabatur Burmannus. Virgilius in Culice v. 44. *propellere* dixit:

Propulit e ſtabulis ad pabula laeta capellas
Paſtor.

In minori verſu pro *paſtas*, quod vulgo legitur, et Ed. Rom. cum Venetis ſervat, aliae Edd. Vicent. Lipſ. item libri

libri apud Statium (et Zwic. 1. 2. Goth. Hamb.) *fessas* habent. In Guelf. 3. est quoque *mixtis*. Versum hunc minorem Aurispae esse, in vetere libro ad marginem adscriptum viderat Muretus. De homine hoc v. praef. In Statianis et in Regio et Guelf. 3. hic pentameter ita exhibetur:

Creditur ad mulctram constituisse prius.

leg. *pecus*, quod et unus Palat. exhibebat. In Regii margine adscriptum erat, *Seneca*, de quo v. Praef. In Guelf. 3. adscriptus erat in margine alter: *Et potum fessas ducere fluminibus.* Ordo etiam versuum perturbatus erat in Statianis. In aliis libris, quos Muretus viderat, alia ex interpolatione ita legebatur:

In nemora, et pastas inde referre domum.

in Guarneriano vero:

Ipse ad umbrosas ducere fertur aquas.

Tandem versum alibi non visum offert Corvin.

Cogere cum parvum matre simul vitulum.

In tertio versu *miscere coagula lacte* dictum, ut apud Gallum suppositium Eleg. 5, 38.

Non sic lac tenerum permixta coagula reddunt.

Nempe *coagulum*, sive id, quod ad lac densandum utimur, cum lacte miscetur. In ultimo *mixtus* vel *mistus*, Muretus emendabat *mistis*; alius vir doctus *mustis*: at Auratus *e mistis* inde faciebat. v. Dousa Praecid. c. 6. Quatuor hos versus, ut barbaros et spurios, primus eiecit Scaliger, cum in Ald. sec. et a Mureto tantum de pentametro: *Et potum pastas*, monitum esset, eum pro spurio haberi. Et in libris vacare eius locum, notatum video a viro docto ad marginem edit. Vicent. quam in manibus habeo. Ab eadem manu novam Pontani interpolationem adscriptam video: *Ipse deus — vaccas In nemora, et pastas inde referre domum.*

Ipse et spumanti fertur mulctralia succo
Implesse expressis primus ab abietibus.

Et miscere etc. Ultima non satis intelligo: forte voluit mulctralia abiegna, excisis ab abietibus. Nisi corrupta ea sunt. Idque ipsa res probat. Nam in Guelf. 2. haec ipsa interpolatio occurrit; prior pentameter *In nemus et pastas*

inde

inde referre domum in ipſo carmine, reliqui duo verſus in margine; omnes ita, ut ſerius acceſſiſſe intelligas. Ultimus verſus eſt: *Impleſſe expreſſis fertur ab uberibus.* Mihi videtur primus: *Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellere vaccas*, antiquior et ab ipſa Tibulli manu eſſe, ſed minor verſus, cum ille excidiſſet, ab aliis aliter ſuppletus eſſe; et libidine latius graſſante, cum quis duo pentametros in ſuo libro haberet, alius hexameter, atque adeo aliud etiam diſtichon adiectum eſſe. ef. ſup. ad I, 2, 24.

15. *detexta eſt*] unus Broukh. cum Guelf. 4. in marg. *texta eſt de v.*

17. *O quoties illo*] in multis *Ah.* Ovid. IV. ex P. 1, 9.

O quoties ego ſum libris mihi viſus in iſtis
Impius, in nullo quod legerere loco.
O quoties, aliud vellem cum ſcribere, nomen
Rettulit in ceras inſcia dextra tuum.

Ald. 1. 2. cum Muret. v. 17. et 19. *Ah.*

18. *erubuiſſe caput.* mirum vitium Guelf. 4.

19. *caneret dum*] Si accurate ſcribitur, debet eſſe *cum.* Oudendorp ad Frontin. I, 5, 2. ferendum *dum* eſſe putabat, ſi eſſet, *quam diu.*

22. *e templis*] Ita legitur inde ab Ald. ſec. At prima cum aliis vett. edd. et codd. inter quos Reg. et Corvin. cum Ed. Lipſ. et Vicent. *a templis.* (Ald. I. et Scalig. *e*, Ald. II. et Muret. *a.*)

26. *ille*] *ipſe* Guelf. 1. H. *Crinemque ſolutum* Hamb. W.

27. *Pytho*] Noſtri cum aliis, et vett. edd. *Phiton.* ex more. Eſt Πυθὼ vel Πυθών. v. ad Apollod. Not. p. 44. ſq. De *Delo* vide Exerc. de Delo in Miſc. Obſſ. Vol. VII. p. 89. In verſu ſup. Ed. Rom. *ipſe* pro *ille.*

31. *cui ſua cura puella*] Ita inde ab Aldo legitur. a Scaligero additum *eſt.* Ed. Rom. et Lipſ. cum aliis, etiam Venetis, Guelf. 1. et 4. *cui nunc cura puellae.* Ovid. I. Am. 9, 43.

Impulit ignavum formoſae cura puellae.

et ſaepe alibi; cf. ſup. I, 9, 41. In Thuan. *ſed ſi cui cura puellae.* Guyetus et Broukh. coniiciebant: *cui ſua cara puella eſt*, ex III, 2, 1. Sed *cura* recte ſe habet; eſt enim amor, ut perſaepe. Virgil. Ge. IV, 354.

— — ipſe tibi, tua maxima cura,
Triſtis Ariſtaeus.

Idem

Idem vocabulum loco ſuo exulat ap. Ovid. III. Met. 156. ubi nunc *ſacra Dianae vallis* legitur. H. *Sed ſi cui cura* Goth. *cara* Hamb. Caeterum aliud eſt appoſitio, *mea cura*, ut Virg. Ecl. X, 22, *tua cura Lycoris*, aliud praedicatum *ille eſt mihi cura*, ut Virg. Eclog. X, 37: *Phyllis eſt mihi furor.* Add. Ovid. Heroid. XVI, 96. Virgil. Aen. IV, 347. W.

33. *At tu, quisquis is es, cui triſti fronte Cupido Imperitat, n.*] In Reg. *tu* deeſt. In eodem *eſt triſti cui f.* et mox *Imperat, ut n.* quod Aldinae retinebant cum Ed. Lipſ. Vicent. et aliis, ut Guelf. 2. Etiam Corvin. Ed. Rom. *Imperat, at:* alii cum Guelf. 3. *Imperat in,* quod Broukhuſio placebat: quae merae ſunt aberrationes ex *Imperitat,* quod Muretus reduxit. H. Perperam Hamb. *eſt* pr. *es.* Caeterum ſigna lacunae ſuſtuli ante verſ. 33. Verba *quam ſine amore deus* tranſitum praebent ad ſequentia, vid. ad I, 2, 64. Tibullus nihil eſſe triſtius quam ſine amore degere, effatus, in memoriam ſortis ſuae miſerae redit, quam avaritiae puellae ſuae debebat, et quicunque amore parum ſecundo conflictetur, hunc monet, eam invaluiſſe conſuetudinem, ut non amore ſed avaritia impulſae puellae ſui uſum concederent. W.

36. *Praeda tamen multis eſt operata malis*] *adoperta* tres libri habent apud Broukh. Guelf. 2. quod Douſa probabat Praecid. c. 6. et dedit Muret. perperam: nam fere confuderunt librarii haec duo verba. Sic inf. El. 5, 95. pro *operata* liber Broukh. *adoperta,* liber Guarner. *et operta.* Eadem varietas in inſigni loco Ovid. III. Faſt. 261. Etiam Vulpius de veritate vulgatae lectionis dubitabat; ſed v. Not.

37. *Praeda feras acies cinxit discordibus armis*] recte Vulpius revocavit antiquam lectionem. Broukh. e duobus libris et Heinſii auctoritate Adverſ. II, 9. receperat *acuit crudelibus armis.* Quod ad *acuit* attinet, illud ſane ſaepe eleganter dicitur, ut ipſe Broukh. multis exemplis docet; ſed hic locum non habet propter adiectum *armis discordibus.* Verbis, dictis, et ſimilibus, *acuere* dicimur, non *armis;* hoc Broukhuſium ipſa illa exempla docere poterant. *Armis* melius convenit τὸ *cinxit.* Virg. Aen. XI, 536.

— *noſtris nequicquam cingitur armis.*

cingit Muretina ed. *tinxit* vn. Statii; alius *finxit.* Porro pro *discordibus* ab eodem Broukhuſio repoſitum erat e quibusdam, quod et Regius cum Corvin. exhibet, *crudelibus;*

 illud

illud tamen haud dubie et pulcrius h. l. et exquisitius. H. Lenzius praefert *acuit* h. e. instigavit ad arma. W.

38. *Hinc cruor, hinc caedes, mors propiorque venit*] Revocavi antiquam lectionem, *cruor,* qui fere cum caede iungitur. Ovid. VI. Fast 599.

Hinc cruor, hinc caedes.

Trist. I, 10, 32.

Quam cruor et caedes, bellaque semper habent.

cf. et nostrum I, 3, 49. Broukh. non bene *caedem* post *cruorem* memorari putabat, nisi illam pro *vulnere* positam acciperes, et hinc lectionem quorumdam librorum, quae et Regii est, *furor* recipiebat. Ed. Lips. cum iis, quae ex Ven. 1475. fluxere, etiam aliquot scripti, *amor:* forte depravatum ex *cruor:* nisi putes fuisse: *Hinc amor, heu, caedis.* Virgil. Aen. VII, 461.

Saevit amor ferri et scelerata insania belli.

Ovid. XIII. Met. 768.

Caedis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris
Cessant —

Deinde pro *mors propiorque venit* Exc. Scalig. habebant *morsque propinqua venit:* male. sup. I, 10, 4.

Tunc brevior dirae mortis aperta via est.

venit, ut Asclepiades in Anthol. III, 25, 66. in Erinnam:

— *εἰ δ' Ἀΐδας μοι*
Μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;

40. *Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus*] In Exc. Scal. hic versus sic legitur: *Cum tribuit dubiae bellica rostra rati.* Sed v. ad II, 6, 20. At Ed. Lips. cum Vicent. et Guelf. 4. *tum.* quod longe praeferendum arbitror.

41. *Praedator cupit immensos obsidere campos*] recte revocavit Broukhus. antiquam lectionem, iam Statio probatam, et a Mureto receptam, cum Scaliger ex suo reposuisset *obsistere,* quod iam in Aldinis fuerat. Nostri vulgatam tuentur. Virgil. Aen. VII, 333.

— *neu connubiis ambire Latinum*
Aeneadae possint, Italosve obsidere fines.

(Statius apte comparavit Virgil. Aen. III, 400:

Et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus. W.)

Eadem

Eadem varietas inter *conſiſtere* et *conſidere* inf. IV, 1, 151. Notabile autem, *campos*, non *ſaltus*, hic memorari, cum de paſcuis agatur.

42. *Ut multo innumeram iugere paſcat ovem*] hanc ſcripturam Broukh. ex anterioribus Edd. et Codd. revocavit, et convenit ea elegorum ſimplicitati. Supplendum vero, *in iugere*, ut *paſtae monte capellae* ap. Ovid. III. Met. 408. ubi v. Burman. At Scaliger ex Exc. ſuis et libro repoſuit: *Ut multa innumera iugera paſcat ove.* Hanc Heinſius Adverſ. II, 14. probat, et fere meliores libri, omnes Statiani, etiam Regius cum Corvin. Guelf. 3. appoſita altera pro var. lect. tuentur; et videri poteſt exquiſitior; eſt enim *paſcere* tum *depaſcere*, ut inf. 5, 25. (Sed diverſa eſt conſtructio in verbis *paſcebant Palatia vaccae*, ut IV, 1, 186. Dicitur apud Demoſth. pr Cor. p. 279. ἐπειδὴ οἱ ἐξ Ἀμφίσσης τὴν ἱερὰν χώραν βοσκήμασι νέμουσι, et p. 278. κατανέμουσιν. Apud Latinos vereor ut exemplis poſſit probari conſtructio, quam Voſſius recepit: *Ut mille innumera iugera paſcat ove.* Apud Martialem quidem X, 58, 9. *iugera paſcimus agri*, longe alio ſenſu. W.) Facile tamen apparet, cum, ut librariorum in his verbis mos eſt, v. II, 4, 12. III, 3, 9. 4, 78., pro *iugere* ſcriptum eſſet *iugera*, exinde reliqua mutata eſſe. Nec numeri verſus ad aurem grati ſunt. De caſu *iugere* v. Cic. Verr. III, 47. fin. H. et Forcell. ſub v. *iugerum*. W.

43. *Cui lapis externus curae eſt; urbique tumultus Portatur validis mille columna iugis*] Broukh. poſt Gebhardum interrogationis ſignum poſt *curae eſt* et poſt *iugis* poſuerat, et idcirco *Quid lapis e.* repoſuerat e libris aliquot; et ſic Ed. Lipſ. Sed intempeſtiva eſt h. l. interrogatio et ſenſum abruptum facit, ut iam notavit Markland. ad Stat. Silv. I, 4, 55. p. 57. Dicuntur haec omnia adhuc de *praedatore*. Paullo duriorem facere iuncturam τὸ *Cui*, fatendum eſt. Puta pro eo *Huic* poſitum eſſe. Tum *urbique tumultus* Broukh. ex aliquot ant. Edd., inter quas et Lipſ. eſt, repoſuit, tanquam exquiſitius; epico tamen carmini accommodatius, quam elegis. Ante ex Ald. ſec. legebatur, quod et Corvin. et Guelf. 2. 3. Muret. Scalig. habent: *urbisque tumultu, Portatur*; in Ald. pr. et in pluribus veteribus, etiam Ed. Rom. Vicent. Ven. adde Guelf. 1. 4. eſt *urbisque tumultus*; in Reg. *urbisque tumulti*. Porro *validis mille columna iugis* eſt a Statio et Scaligero ex ant. libris et edd. emendatum, cum inde ab Aldina pr. eſſet editum: *multa columna*, ne ſcilicet *mille columna* eſſet dictum.

ctum. Heinſ. in Adverſ. I, 4. inde faciebat *fulta.* pro *validis* in Ed. Rom. *variis.*

45. *lentus ut intra Negligat*] h. e. non curet. Reg. *inter.* Ed. Lipſ. cum aliquot ap. Broukh. *et.* Tum *intus* Guelf. 3. pro var. lect.

47. *At tibi l.*] Scaliger ex Exc. ſuis: *At mihi.* Sed v. Not. cf. Broukh. h. l.

53. *Illa gerat v.*] Noſtri cum aliis *gerit.* male. et mox Ed. Rom. *ſunt.* Tum *f. Caea* Vicent. *f. Cea* Gryph. 1534. In Mureti contextu quidem *foemina Cea* exſtat, at in ſcholiis p. 53. verba *femina Coa* explicanda ponuntur. Ipſe argumentis utriusque ſcripturae expoſitis, addit: „ego nihil temere aſſeveraverim.“ Sed ex loco El. 4, 29. apparet, Muretum ad lectionem *Cea* proniorem fuiſſe.

54. *auratas diſpoſuitque vias*] Ayrman. in Vit. Tib. §. 14. legebat, *auratis — viis;* ſed ſic deberet *diſtinxit, discrevit,* vel ſimile verbum eſſe.

55. *comites fuſci*] *fuſcae quas* Guelf. 2. ex emendatione.

59. *Regnum ipſe tenet.* Luculentius eſſet *ille, iſte. quem ſaepe coëgit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes*] *quem* (quod etiam in Zwic. 2.) Statio e ſuis monente repoſuit Muretus; ante legebatur *quo* inde ab Aldina pr.; nam veteres edd. *quem* exhibent. Ed. Lipſ. *qui.* Guelf. 3. *ipſa — quoi.* Tum *gypſatos* diſerte cum ceteris Ed. Rom. et Lipſ. ſed Regius cum Corvin. *luxatos,* ut alii, vitioſe. H. *Nota loquor,* h. quae amantes loqui et optare in vulgus notum eſt, h. e. vana loquor, cf. I, 5, 67.; add. Propert. III, 10, 61. et Oratores ſe corrigentes: Quamquam quid loquor? ut eſt ap. Cic. Cat. I, 9. — Mox iterum lacunae ſigna delevi. Nam quum ſe his monitis atque votis nihil valere intelligeret, ad imprecationem ruris et vitae ruſticae eum abripi de ſpe ſua deſperantem quis miretur? Locum ſimillimum vid. I, 5, 67—69. W.

61. *At tibi, dura Ceres, Nemeſin quae abducis ab urbe*] *Ceres* ex emendatione Heinſii certiſſima recepit Broukh. vulgo ubique legitur *dura ſeges,* aberratione ſollenni, v. Ovid. I. Am. 15, 12. et ibi Burm. I. Faſt. 688. et in e. l. Heinſ. quae tamen variis virorum doctorum coniecturis locum dedit. *Nemeſim* fere omnes habent. *Nemeſin* intulit Scaliger et Broukh. Porro *quae ducis* utraque Aldina. At Muretus iterum invexit e vett. edd., ut Vicent. Lipſ., *qui abducis:* ortum illud ex *quia ducis,* quod in Rom. et Venetis et Guelf. 1. 4. eſt. Eadem aberratio in ſcriptis apud

apud Stat. et Broukh. Porro *quae abducis* Scaliger e vet. libro recepit: quod firmant Guelf. 2. 3. Mox pro *terra* aliquot *certa*, et v. 63. Ed. Rom. Guelf. 1. 4. *Et tibi B. t.* perperam.

64. *devotos*] Reg. *devotis.*

66. *abdere*] al. *addere. non tanti ſint* Guelf. 2. *tua dona* Guelf. 3. pro V. L.

67. Vim addes, ſi interpunxeris: *O valeant fruges! ne ſint modo rure puellae, Glans alat.*

69. *et paſſim ſemper amarunt*] Ed. Rom. *ut p. ſ. amarent;* ut habet quoque Guelf. 1. 4. mox unus Stat. *Quis docuit, ſulcos nos habuiſſe ſatos,* male.

71. *Tum q.*] Reg. *Tunc* cum aliis. Mox *aperta* Colbert. ſed *aperte,* palam, iam vidimus v. 29.

72. *valle*] Corvin. *nocte.*

73. *nulla excluſura volentes Ianua*] *volentes* explicant *amantes;* ſed hi ſimpliciter ita appellari vix poſſunt, quanquam *velle* amatorium vocabulum eſſe concedo. Meliori iure poni poteſt ap. Propert. III, 22, (23) 17. ex Broukh. emendatione. Ait Broukh., in nonnullis eſſe *dolentes.* Immo vero nullum librum ſcriptum vel excuſum aliam lectionem praebere vidi et audivi; nec in alia, praeterquam in Scaligerana, exaratum eſt *volentes*, quae editio non ſatis ſedulo curata eſt; ut omnino dubitem, in ullo libro ita legi. At enim *dolentes* amatores excluſi optime dicuntur, cum omnino amoris vocabulum ſit. Propert. III, 6, (8) 23.

Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem.

cf. Burman. ad Ovid. I. Am. 3, 18. ſup. I, 8, 73.

Saepe etiam lacrimas fertur riſiſſe dolentis.

76. *** *Horrida villoſa corpora veſte tegant*] Valde hic turbant libri: hexametrum enim alii alium exhibent. Hamb. et Goth. habent:

Detur ut accedam dominae provelle loquarque.

Plerique, quibus adde Corvin. Guelf. 1. 3., ita legunt:

Ah pereant artes, et mollia iura colendi.

alii vero:

O utinam veteri peragrantes more puellae.

Multi cum Guelf. 3. habent utrumque, unde putarunt Interpretes, pentametrum medium excidiſſe, atque ita videas factum in Ald. ſec. et quae hinc ductae ſunt, et hos ſecutus

ſecutus eſt Vulpius. Scaliger, quem Aldus iam in pr. edit. anteverterat, poſteriori ſublato primum retinuit: *Ah pereant a.* et mox pro *tegant* poſuit *tegam.* Hunc ſequitur, ut ſemper fere, Broukh. et pro iſta ſententia ſtat Ed. Rom. et quae inde fluxere. In Ed. Lipſ. Reg. Lep. et in Cod. Guarn. Zwic. 1. et Exc. Lipſii et Guelf. 4. loco utriusque alius hexameter legitur:

Mos, precor, ille redi; patientur rurſus ut olim.

ſaltem, ut in Guarn., *patienter*, in Exc. Lipſ. *patientes*; interpolatorem prodit barbara dictio; niſi forte a prima manu fuit, *ſpatientur.* v. Ovid. II. Am. 2, 3. Haec diverſitas ſuſpicionem iniicere poterat, verum hexametrum excidiſſe, et eius loco illos tres importune inculcatos eſſe. cf. ſup. ad I, 2, 24. Et ſunt ſane iſti inſititii ita comparati, ut facile ſe prodant, cuiates ſint. *peragrare* enim, nullo nomine adiecto, barbare pro ruſticari, ruri degere, dictum. *mollia iura colendi* etiam inſolentius dicta: licet accipias pro legibus, h. modis in inſtruendo cultu et ornatu. *Lex* enim ita dici ſolet. Ovid. Epiſt. XV, 73.

Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli.

cf. Broukh. ad h. l. Sed quid *mollia iura* ſunt? an ut opponantur horrido et aſpero cultui? In Ed. Rom. et Venetis, adde Guelf. 1., *mollia rura* leguntur; et Heinſius coni. *m. rura colenti;* lenius eſſet: *mollis cura colendi.* nam *cura* de ornatu proprium. v. Gronov. Obſ. I, 23. Omnem vero dubitationem eximit Regius, qui utrumque verſum exhibet, et illum: *Ah pereant a.* et alterum: *O utinam v.* ſed priori in margine adſcriptum eſt: *Seneca ſupplevit ſic*, et poſteriori: *Philelfus vero ſic.* Reliqui itaque vacuum locum hexametro, quippe qui dudum ante eos, quos habemus, libros ſcriptos periit. Addam nunc porro aliam interpolationem ex Vicentina editione, ut habet etiam Zwic. 2.

Ha pereant artes et mollia iura colendi,
Abditur in ſolis ſi qua puella locis.
O utinam veteri peragrantes more puellae
Horrida villoſa corpora veſte tegant.

In margine editionis Vicent. adſcripſerat vir doctus aliam concinnationem Pontani:

O valeant cultus et tinctae murice lanae!

Atque ea legitur in ipſo carmine in Guelf. 2. Ceterum duo haec diſticha a Scaligero in L. I. El. 8. poſt v. 66. reiecti fue-

fuerant. Verſus 77. 78. alienos et a me haberi iam profeſſus ſum. Saltem prior: *Nunc ſi clauſa mea eſt, ſi copia nulla videndi*, a mala manu venit.

77. *ſi copia nulla videndi*] Noſtri cum aliis ap. Broukh. *copia rara:* et haec eſt omnium librorum et edd. lectio. *nulla* ex Scaligeri correctione profectum; quod et ipſe in tali ſententia requiro.

78. *in laxa quid iuvat eſſe toga*] haec ſunt ex emendatione Heinſii recepta a Broukh. *eſſe in toga*, ut *eſſe in Tyriis, in Cois,* quae ſaepe apud poëtas occurrunt, et paſſim illuſtrata ſunt a viris doctis, v. c. ad Silium II, 131. Vulgo legitur: *laxam q. i. eſſe togam?* H. Add. Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. quod reſtitui. W.

ELEGIA IV.

1. *Hic mihi ſ.*] Reg. et Corvin. Guelf. 1. 2. 3. cum aliis *Sic.* Ed. Lipſ. *Dic,* ut ſolet in vocabulis initialibus. In vulgg. ſcriptum erat *Sic,* usque ad Scalig. et habet illud ſubitaneum impetum, qui non ingratus ſit, ut dolore tacito victus poëta tandem in verba erumpat. Tum *d. parari* unus Broukh. alius *d. peractam.* H. *Hic* dant quinque apographa H. Voſſ. et ſext. a prim. man. Hamb. *ſic. Paratam* male Burmannus ad Propert. I, 9, 25. intelligit eam, quae non ſineret eſſe moram, ſi quis adire vellet. Nam Nemeſin ad amorem non eſſe paratam, id ipſum queritur Tibullus. Senſus loci non obſcurus. Sprengel p. 138. emendat:

Heu! mihi ſervitium video dominamque paratam
Iam mihi (libertas illa paterna vale!)
Servitium heu! triſte datur.

Sed nulla neceſſitas locum mutandi, nec ſolet Tibullus ſententias hoc modo interponere. W.

4. *vincla remittit Amor*] *remittit* repoſitum a Vulpio, ut vulgatum erat usque ad Scaligerum. Et ſic antt. Edd. etiam Rom. et aliquot libri, in his Guelf. 1. Recte utique; quia et reliqua verba hoc numero poſita. Scaliger *remittet* invexerat, ut habent libri nonnulli, etiam Corvin. H. *Remittit* quatuor apographa H. Voſſ. Zwic. 2. *Remittet* Zwic. 1. Goth. et ſex apogr. H. Voſſ. unum *remiſit.* H. Voſſius recepit *ut — remittat*, *ut* in *et* corruptum dicens, et conſtructionem putat hanc: *ſic teneor catenis, ut* caet. Nobis haec non viſa ſunt apta. W.

5. *Et,*

5. *Et, ſeu quid merui, ſeu quid peccavimus, urit*] Ita vulgo legitur, neque quicquam in illis Interpretes offenſi ſunt, cum tamen neque ſenſus, neque mos loquendi ſibi conſtet. Ex orationis lege poſt *ſeu merui quid* eſſe debet, *ſeu bene, recte feci;* ſed *merere* ſimpliciter poſitum potius in peiorem partem ſumitur. Propert. I, 18, 9.

Quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?

Noſter I, 2, 83.

Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis.

Ovid. Epiſt. VII, 71.

Quicquid id eſt, totum merui.

Faſt. IV, 239.

Voxque fuit, Merui: meritas dem ſanguine poenas.

Met. II, 279.

Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina ceſſant?

merui quid et *quid peccavimus* erunt itaque idem: quod non viderat Douſa Praecid. c. 7. ſed videbat Heinſius, qui emendabat, *ſeu nil peccavimus.* Melius tamen priori loco poneretur *ſeu nil merui, ſeu quid peccavimus.* ut I, 10, 5. *At nihil ille miſer meruit; Non* etc. Offendit tamen adhuc ſubita iſta numeri mutatio: *ſeu merui, ſeu peccavimus.* quamvis eius exempla forte reperiri poſſint. Dubito itaque, an legi debeat:

Et ſeu quid metuit, ſeu quid peccavimus, urit.

h. Amor in me ſaevit, tanquam nexum, ſeu quid vere commiſi, deliqui, ſeu quid ſuſpicatur tantum et metuit de me, ne forte vinculis ruptis aufugere et me ipſius imperio ſubducere tentem. Vides, ita nihil purius eſſe illo verſu. Sed in Ed. Rom. plane alia lectio conſpicitur; pro *merui* enim exhibet *Veneri.* Ita vero multa ſunt mutanda, ut ſententia eliciatur. An forte ſcriptum erat:

Et ſaevit Veneris, ſi quid peccavimus, ira.

ira ſaevit, ut Ovid. XIV. Met. 193.

— O ſi quis referat mihi caſus Ulixen,
Aut aliquem e ſociis, in quem mea ſaeviat ira.

ib. *ſeu quid peccavimus, urit*] ultima vox, iam Statio e ſcriptis probata, a Scaligero repoſita fuit, cum in vulgg. eſſet *uror*, quod etiam Ed. Rom. praefert. At Vicent.

cent. et Reg. Lep. cum Ven. 1475. et aliis *urit:* hoc et in Corvin. H. Vindobon. *Heu, heu quid merui.* Unus Voſſ. *ſaevi* pro altero *ſeu,* et *urrit.* *Peccamus* Hamb. — Caeterum Heynii de hoc loco iudicium probans Slothouver in Act. Soc. Traj. T. 3. p. 148. corrigit *meruit* hoc ſenſu: *ſive mea domina quid meruit, ſive ego peccavi, uror.* Quod ferri nequit. Ad *urit,* quod etiam H. Voſſ. apogr. habent, ſupplend. Amor. — Verſu ſequent. *Uror io!* iungendum eſſe, monet H. Voſſ., ut ap. Ovid. Art. III, 724. — Sprengel p. 138. emendat: *ſaeve puelle;* nam Amori tribui faces, non puellae. Noſtram ſententiam vid. ſupra in Not. ad h. l. W.

7. *dolores*] Corvin. *labores.* H. *Poſſem.* Grammatica ratio poſtulabat hoc, ut olim monui; unde nunc recepi praeeunte H. Voſſio, quem vide. Idem *mallem gelidis* ſcripſit verſ. ſeq. omiſſo *in* ſine codicum auctoritate. W.

9. In Ask. eſt *cautex.* W.

10. *Naufraga quam vaſti tunderet unda maris*] Tuebatur hanc lectionem Vulpius propter ſonum maris mugitum exprimentem, quod admodum leve argumentum eſſe arbitror, cum Broukhuſius ex aliquot libris poſuiſſet *ira maris,* quod elegantius dici, et ſaepe ab altero pulſum eſſe loco, vel ex Ovidio conſtat, Epiſt. XVIII, 2. ubi v. Burm. et Met. XI, 729. ubi v. Heinſ. cf. etiam ad I. Met. 330. et Miſc. Obſſ. Vol. II. p. 246. (eſt is Jortin *Tracts* Vol. II. p. 456.) Servavi tamen *unda,* quia ea mihi melius *cautem tundere* dici videbatur, quam *ira,* et inprimis quia pro elegorum humilitate nimis gravis et epica vox: *iram maris naufragam tundere cautes.* Porro pro *vaſti maris* Exc. Lipſii et Codex Guarner. *vitrei* exhibent, male, inprimis cum de irato et turbato mari ſermo ſit. H. *Ira maris* recepit H. Voſſ. W.

11. *et noctis amarior umbra eſt*] cf. Propert. IV, 3, 29. Docte imitatus eſt M. Anton. Flaminius ad Hieron. Fracaſtorium:

Ipſa ſed mihi lux amara, et atrae
Noctis tempora ſunt amariora
Felle, et Theſſaliae malis venenis.

Haec forte viro docto in Actis Soc. Traj. p. 192. obiecerunt coniecturam parum probam: *Lux et amara die; ſed noctis amarior umbra eſt.* H. *Ora* pr. *umbra* perperam unus Voſſ. *Eſt* non legitur in Venet. W.

12. *Omnia iam t.*] *iam* Broukh. ex libro Italico et Exc. Lipſii: adde Guelf. 3. a m. ſec. vulgo *nam.* deinde Ed.

Ed. Lipſ. *tempore* ſollenni lapſu librariorum in his caſibus: exemplum v. ad II, 3, 42. H. *Iam* habent quatuor apogr. Voſſ. et Bern. *Nam* Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. *Tempore* in Ask. a pr. m. Mox pr. *usque* quart. ap. Voſſ. *atque*. W.

15. *ſi nil prodeſtis*] Broukh. ex uno Florentino, et a m. ſec. in Guelf. 3. vulgo *ſi non p.* H. *Si nil* habent Voſſ. 2. 3. 4. 5. Monacenſ. et Vindob. *Non* Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. W.

17. *et, qualis, ubi orbem Complevit, verſis Luna recurrit equis*] Ed. Rom. vitioſe, *equalis,* ut erat in Statii libris. In Venetis et Guelf. 1. *nec q.* — Reg. cum aliis quibusdam codd., etiam Guelf. 1., *ut orbem C.;* ſic etiam Venetae et Aldinae. Primus Scaliger e libris edidit *ubi.* vid. Broukh. Idem Regius mox elegantius *recurrat* cum quatuor aliis apud Broukhuſium, et Corvin. Sicque iam editum fuerat in Ald. ſec. et inde expreſſis, add. Muret., male a Scaligero deſertum; itaque revocavi pro altero *recurrit*. Ed. Baſil. *recurret,* vitio typogr. H. *Recurrit* Zwic. 1. *Recurrat* Zwic. 2. Ask. et unus Voſſ. — *Aequalis* Goth. perperam et quatuor apogr. Voſſ. — Pro *ubi* H. Voſſ. reduxit *ut*. W.

21. *At mihi*] *aut* Guelf. 3. Monac. *Taceam* Goth.

23. *Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis*] Scaliger e ſuis Exc. repoſuerat, *ſuſpenſa focis inſignia ſacris,* et ſic etiam alii libri apud Broukhuſium. Sed *inſignia,* h. donaria, reponebantur in fanis, non in locis privatis. cf. I, 2, 82. Heinſius pro *focis* coniiciebat *tholis,* ut Virgil. Aen. IX, 406.

Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi.

Noſtri vulgatam ſervant, quam recte revocavit Broukh. quem vide. H. *Sacris fanis* plerique ap. H. Voſſ. *focis ſacris* Ask. *donis* Hamb. W.

24. *Sed Venus ante alios eſt violanda mihi*] ante alios ſc. deos. Sic codd. et Guelf. 2. iam editum erat in Aldina utraque, ſicque e libro ſuo emendabat Muretus pro eo, quod in Venetis erat, etiam in Ed. Baſil. et in libris Guarner. et Regio, Guelf. 1. *ante alias.* cf. III, 4, 93. et 6, 32. Sic ap. Terent. *illarum quisquam.* v. Ciofan. ad Ovid. I. Met. 507. Mox v. 27. de ſcriptura *zmaragdos* vide ſup. ad I, 1, 51. H. *Et* pr. *eſt* Goth. W.

28. *Tinguit* Voſſ. 1. 2. 3. 5. W.

29. *Hic*

29. *Hic dat avaritiae cauſſas et Coa puellis Veſtis*] Valde turbaverat hunc locum et interpunctione, et mutato τῷ *et Coa* in *hinc Coa*, (quod duo Anglic. habebant: adde nunc Corvin.) Broukhuſius; quamquam fatendum eſt, neque vulgatam lectionem eſſe ſatis expeditam. Douſa Praecid. c. 7. legebat: *Hinc dat a. cauſſas et C. p. V. et a.* hocque habet Guelf. 3. Heinſius vero, *Sic dat.* Poſſis eſt: *Nunc dat.* Pro *cauſſas* vero, quod et in noſtris eſt, Broukh. e Statianis, Colbertino, uno Palatino et uno ſuo receperat *ſtimulos*. At id ab interpolatore eſt profectum; et recte Vulpius vulgatam revocavit; *cauſſas* intelligebat προφάσεις, excuſationes. Mihi etiam haec vera lectio videtur, ſed *cauſſas* accipio ſemina, ſive eas res, unde aliquid ſuboritur; ut ſit, hinc oritur, movetur, alitur, avaritia. Ovid. II. Am. 17. extr.

Ingenio cauſſas tu dabis una meo.

IV. Faſt. 96. de Venere:

Illa ſatis cauſſas arboribusque dedit.

Huius interpretamentum eſt *ſtimulos*, quod tamen omnem vim vocabuli non exhaurit: non enim modo incendunt et acuunt cupiditatem puellarum iſta luxus inſtrumenta, ſed unica avaritiae cauſſa et origo ſunt. Propert. III, 11, 3.

Certa quidem tantis cauſſa et manifeſta ruinis:
Luxuriae nimium libera facta via eſt.

Pro *Coa* ed. Vicentina *Cea*, ſollenni errore, cf. Obſſ. ad II, 3, 53.: alii *Choa.* Sed eſt Κῶς ex Κόος, (quae et Κόως eſt et Κώως) unde Κῶος, etiam Κώϊος. At ἡ Κέως et ἡ Κεία, *Ceos* et *Cea*, diverſa inſula eſt, ut dudum docuere viri docti. Apud Vincent. in Speculo doctrin. VI. c. 73. verſus ſic excitatur:

Praebet avaritiae cauſſas pretioſa potentum
Veſtis et —

Primum voc. *Praebet* non male, ad duritiem tollendam. H. *Hic dat avaritiae cauſſas* hab. ſex apogr. Voſſ. et ſept. a pr. m. Ask. *cauſſam.* Pr. *hic* duo *hinc* ap. Voſſ. un. *hac*, un. *nec*, un. *hic et.* Pr. *et Coa* Hamb. *hinc Coa*, quod recepit H. Voſſius. Nos retinuimus *et*, iure, ut videtur. Locis ſupra in Notis allatis adde inprimis Ovid. Amor. III, 10, 9: *Sed glandem quercus, oracula prima, ferebant, Haec erat et teneri ceſpitis herba, cibus.* W.

30. *a rubro lucida concha mari*] *a* Broukh. ex codd. (adde Guelf. 2.) antt. Edd. et ſic Lipſ. ac Venetae. At *e* Ro-

Romana plane excidit. In principe tamen Ed. 1472. Vicent. et in Aldinis ceterisque vulgg. extat altera lectio *e rubro*, quam et Regius servat, et Corvin. H. *E* habent sept. apogr. Voss. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *e rubro lucido*. Recepit *e* Voss. Ego retinui *a*, vid. II, 1, 57. W.

31. *hinc clavim ianua sensit*] *clavim* Scaliger e Charisio: in libris est *clavem*. cf. Heins. ad Aen. I, 120. *sensit* Statius recte tuebatur e libris; in Ald. sec. mutatum erat in *sentit*. Sic Regius. H. *Clavim* agnoscit hic etiam Forcellinius, quod recepi cum H. Vossio. W.

33. *Sed pretium si g.*] ad verbum fere reddidit versum Antipater, ut Muretus indicavit, Anthol. VII, 161. (in Brunck. Analect. II. p. 109. II.)

> Ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, φίλος· οὔτε θυρωρὸς
> Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται·
> Ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος.

cf. in hanc sententiam Propert. III, 11, 1. sqq. 9. sq. Ovid. III. Am. 8, 63. 64. H. *Vincta* est in Bern. Hamb. *via*. W.

34. *canis ipse*] Corvin. *ipsa* sollenni poëtarum elegantia, et Voss. 3. *clausis* pr. *canis* Vindob.

36. *multis addidit ille malis*] vulgo legebatur: *attulit ipse*, ut etiam Ed. Lips. exhibet; Rom. cum Guelf. 1. 2. *attulit ille*, et habent *ille* etiam alii nonnulli. In Exc. Lipsii erat *abdidit*, quod et unus Broukhusii et Colbertinus habebant: hinc Dousa faciebat *addidit*, quod integrum in Excerptis Italicis Heinsii invenerat Broukh. et recepit. Praefert etiam Regius, sed supra adscriptum *abdidit*, quod probarem, nisi de forma, quae latere nequit, ageretur. In Guelf. 3. in marg. *abdidit* vel *addidit*. H. Vers. 35. *Heu quicunque* defendit Hulchk. p. 21. *Avaris* emendat Sprengel pr. *avarae*, et v. 36. *quantis* pr. *multis*, pag. 138. *Abdidit* Voss. 2. 4.; hic etiam *ipse*, et *ille* in marg. Permulti ap Voss. habent *attulit ipse*, accedunt Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *Apertulit ille* unus. Ioan. H. Vossius recepit *abdidit*, quod explicat occultavit vel obscuravit; ut pulchritudinis splendor avaritia dicatur obscurari. Nos tamen retinuimus *addidit*, ut unice verum. Sensus enim hic est: Poeta exsecratus avaritiae auctores et avaritiam ipsam, nunc queritur pulchritudinem avaritiae additam, quae per se bonum egregium, tamen his malis addita, nova caussa fiat doloris et malorum. W.

37. *Hinc fletus rixaeque sonant*] Ed. Rom. cum aliis, Guelf. 1. *hinc rixae fletusque s.* H. Atque hoc recepit I. H. Vos-

I. H. Vossius. Quod nos retinuimus, agnoscit etiam Forcellinius. W.

38. *ut infamis hic deus esset Amor*] parum suaviter haec dicta: nam *hic deus* prorsus otiosum vacat; quanquam similia fere illa inf. III, 4. 50.

Quodque deus vero Cynthius ore feram.

Lectio haec vulgata est ab Aldo; Edd. antiquae omnes habent *hinc*, nec hoc satis comte; feram tamen tanquam Elegorum negligenti orationi consentaneum: ut hinc Amor esset infamis, male audiret propterea. Procederet lenior oratio, si *sic* scriptum esset: Fecit, ut sic Amor esset deus infamis. Broukh. coniiciebat: *ut infamis nunc deus erret Amor.* Potest in *hic deus* latere aliquod Amoris epitheton, quod tamen non invenio. H. I. H. Vossius Heins. secutus *sic* scripsit pro *hic*, quod in libris est. Equidem mutare nihil ausus sum; sententiam tamen meam cognosces ex Obss. ad I, 4, 44. Caeterum de consecutione temporum, ne te offendat *esset*, adi Cicer. d. Offic. I, 8, 3: *Quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniae cupiditas esset.* Caeterum Hamb. *esse.* W.

39. *quae pretio victos excludis amantes*] Ed. Lips. *qua.* Ed. Rom. cum Brix. et Venetis, Guelf. 1. *abducis*, ex El. 3, 61. H. *Qui* Monac. *excludis victos* Bern. In Goth. deest versus. W.

40. *Diripiant*] reposuit Broukh. e libris: quibus adde Corvin. Guelf. 3. in marg. v. sup. I, 6, 54. Vulgo legitur *Eripiant.* In Rom. Brix. et Venetis, Guelf. 1. pro *partas* legitur *positas.* cf. Broukh. Mox v. 42. *Neu g.* Ed. Brix. cum Venetis. H. Pleriq. ap. Voss. *eripiant*, aut *erripiant*, aut *eripiat.* Hamb. *deripiant.* W.

41. *Tum* recepit H. Voss. ex uno cod. Unus Voss. *post. lecti* pr. *laeti* Hamb. *opem* Goth. pr. *aquam.* W.

43. *Seu veniet tibi mors, nec erit, qui l.*] *veniet* recte revocavit olim vulgatum Vulpius, et sic nostri cum melioribus, pro *veniat*, quod novavit Scaliger, e codice puto, nam sic et est in Guelf. 2. Ceterum parum concinnus hic versus videbatur Broukh.; itaque refingebat: *Seu tibi mors veniat.* Elegantius erat aurium iudicium Vulpio, qui iure tuetur vulgatam; placent enim tales horriduli modi antiquis poëtis, cf. inf. ad El. 6, 20., et, in quo rei cardo versatur, valent ii ad variandos numeros, qui alias in Elegis sunt uno eodemque tenore molesti. Pro *nec erit* idem Broukh. ex Dousae et Scaligeri coniectura reposuerat *neque sit*, quia fuerat *diripiant, spectent, addat.* Sed observandum erat, sequi

ſequi ſtatim *flebitur*, *dabit*, *dicet:* et *neque erit* eſſe pro *non erit.* H. De particula *ſeu* vid. not. ad I, 6, 33. — *Neque erit* ſcripſerat Heyn. in exemplari ſuo, et ſic Ald. 2. et Muret. At Ald. 1. cum Scal. Vulp. *nec erit,* ut habent Zwic. 1. 2. et quinque apograph. Voſſ. (in his Hamb.) Hoc praetuli cum H. Voſſio. W.

44. *moeſtas munus in exſequias*] In Exc. Lipſii et Pocchi et in uno Heinſii erat, *m. Manibus exequias*, non male, ſiquidem, inhumatum iacere, infauſtiſſimum; poteſt quoque ſic erroris ratio facilius perſpici, quam ex altero hoc. H. Sprengel p. 137. emendat: *moeſtis munus ab exſequiis,* h. e. munus exſequiarum. Ita aberrant, qui regulas grammaticas non tenent accurate. Senſum indicavimus ſupra in Notis. In Goth. eſt *obſequias.* W.

45. *At bona quae, nec avara, fuit*] Diſtinctio eſt a Douſa P. et praetulit eam vulgari Broukh. quae erat: *At bona, quae n.* H. Senſus: At quae bona, non aſpera, nec avara fuit. — *Flebitur.* cf. Terent. And. I, 1, 102. W.

47. *ſenior vates* Vindob. in margin. *Veteratus* perp. Goth. W.

49. *dicet*] *dicat* Guelf. 2. Unus Voſſ. *licet.* Ask. *valideque,* ſed verum in marg.

51—52. *Tamen* pr. *quidem* 3. 5. Voſſ. — *quid proſunt* Ask., in marg. *proſunt quid. quid poſſunt* Vind. — *Dolendus.* Goth. pr. *colendus.* W.

54. Se non ſolum, ut bona ſua vendat, a ſe eſſe impetraturum, ſed etiam ad aſperrima quaeque ſubeunda paratiſſimum fore teſtatur Tibullus. Ita Heynius ſenſum et contextum bene conſtituit. Signa igitur lacunae delevi. Caeterum H. Voſſius *imperium* intelligit dura dominae iuſſa, et *ire ſub imperium* dicit eſſe ſubire, ut ire ſub iuga, ſub furcam. Igitur ſic: ſubite imperium dominae, Lares, ſubite titulum. W.

55. *Quicquid habet Circe*] Videntur haec abrupta et hiulca eſſe, neque ſatis inter ſe nexa et coniuncta cohaerere: itaque tria haec diſticha aliquando fragmentum alterius elegiae eſſe arbitrabar: atque etiamnum ita arbitror. Non enim niſi fidiculis adhibitis extorqueas aliquem ſententiarum nexum, ut dicere velle videatur Tibullus: non modo bona mea vendere et diſperdere puellae cauſſa in animum inducam, ſed etiam extrema quaeque male perferre; hoc ſcilicet proverbialiter ut exprimat: ſe vel teterrima

terrima venena esse epoturum, si modo Nemesis amorem sibi conciliare possit, fere ut Propertius, cum aemulo suo Gallo ultima a puella sua mala minatur, dixit I. El. 5, 5.

Infelix, properas ultima nosse mala,
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes,
Et bibere e tota toxica Thessalia.

Idem II, 1, 53.

Seu mihi sint tangenda novercae pocula Phaedrae,
Pocula privigno non nocitura suo:
Seu mihi Circaeo pereundum gramine: sive
Colchis Iolciacis urat ahena focis:
Una meos quoniam praedata est femina sensus,
Ex hac ducentur funera nostra domo.

cf. alium locum II, 19, 9. sqq.

56. *Quicquid et herbarum Thessala terra gerit*] gerere est *ferre*, ut Virgil. Ge. II, 122. adde Ovid. XI. Met. 615. Scaliger tamen malebat *genit*. In multis est *dedit*, et sic utraque editio cum aliis ante Aldum. H. *Quidque* bis Zwic. 1. W.

57. *ubi indomitis gregibus Venus afflat amores*] ne putes, melius esse *indomitos — amores*, quanquam et hoc bene dicitur: *equorum* illud est perpetuum epitheton. v. Ovid. V. Trist. 4, 16. H. *Stillas* Zwic. 1. vers. 58. — *Hyppomonis* Goth. W.

60. *Mille alias herbas misceat illa, bibam*] Ieiunum hoc, si quid aliud: *Mille* alias *herbas*. Cui forte putes facile succurri posse, si legas: *malas herbas*, sollenni epitheto, ut sup. I, 2, 51. Sed multo magis displicent *herbae* post v. 56. *quicquid et herbarum*. Deberent itaque saltem *mali succi* sequi, qui latius patent: *Mille malos succos misceat illa, bibam*. Inf. III, 5, 9. *Nec mea mortiferis infecit pocula succis Dextera*. H. *Ille* Hamb. pr. *illa*. Sprengel p. 138. emendat *aliis philtris* pr. *alias herbas*, perperam. W.

ELEGIA V.

1. *novus — sacerdos*] Colligebat ex nomine hoc, satis tenui et infirmo argumento, Ayrman. in Vit. Tib. §. 61. Quindecimviros quaedam sacra Apollini Palatino fecisse. Augures etiam *sacerdotes* erant, neque tamen peculiaris sacra quaedam sollennia faciendi cura eis incumbebat. Illud tamen verum, Quindecimviros sacrum aliquod Apollinare pu-

publice fecisse, unde etiam *Quindecimviri sacris faciundis* appellati. v. Liv. X, 8.

3. *impellere pollice chordas*] Ed. Lips. cum aliquot antt. Edd. ap. Broukh. *conchas*, male. Ovid. X. Met. 145.

Ut satis impulsas tentavit pollice chordas.

In Regio hic cum tribus proximis versibus exulabat, incuria librarii, quem repetitum τὸ *veni* deceperat. H. Ask. *vitales*; unus Voss. *cordas*; unde *conchas* ortum. W.

4. *Nunc precor ad laudes flectere verba meas*] Habent haec difficultatem, quam non animadverterunt Interpretes. *Laudes* intelligendae haud dubie Messalini, non Apollinis: *meas*, quia a Tibullo celebrantur. *Flectere verba* recte de cantu exposuit Statius: ut Ovidius dixit *flectere vocem* II. Am. 4, 25. Seneca in loco, quem Broukh. ex nostro expressum putat, Agamemn. 330. *leviore lyra flectere carmen simplex.* et supra I, 7, 37. *voces inflectere cantu*, ubi v. Broukh. et sic Graeci κάμπτειν dicunt. v. Salmas. Exerc. Plin. p. 85. Sed quid erit, *flectere verba ad laudes meas?* ad verbum debet esse, canere ad carmen Tibulli, quod in laudes Messalae scribit. Sed in hoc commodus sensus non est; non enim dignum deo, ut ipse carmine celebret Messalinum; si dicas esse pro canere laudes Messalae, quas et ipse paro, simul me canente; ut Ovid. V. Trist. 3, 4.

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.

Statius ita exposuit: *Orat Phoebum, ut ad laudes suas, quas Messalino dicet, cantum flectat, id est, ut eius carmen sit hoc tempore:* quod non satis intelligo. Vulpius aliam viam ingressus est, et ita interpretatur: *nempe mihi te laudaturo verba, quae poëtam deceant, suppeditare; verba flexilia et metro accommodata*, ut adeo *verba flectere* sit ea temperare, redigere ad numeros: et *ad laudes meas*, ut hinc illud carmen existat, quod animo agito. Sed etiam in his aliquid impediti et iniucundi est: etsi illud melius se habet, quod deus adiuvat poëtam laudes Messalini parantem; non ipse eas canit. In multis libris pro *verba* legitur *plectra*; sed *plectra moveri, duci,* non *flecti* dicuntur: et ferrem utique, si libri haberent: *Nunc precor ad laudes plectra movere meas.* tum iam dixerat, *impellere pollice chordas*, et in hoc versu de cantu et voce dici aliquid debet; nam Phoebum cum *cithara* et *carminibus* venire rogaverat: et decorum erat deo, regere poëtae cantum modis citharae suae s. accinendo fidibus. Duo Italici, *ad laudes — tuas;* accommodatius

modatius foret, *ſuas* h. quae ex iſtis verbis compoſitis exiſtant, vel debitas. v. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VII, 152. Sic etiam peccatum videtur in Eleg. in Maecen. Obit. (vulgo Albinov. Eleg. II.) 142.

— — tellus levis oſſa teneto,
Pendula librato pondus et ipſa ſuum.

h. ſuſtineat ſuſpenſum, ne te premat; vulgo, *tuum.* In libro Martii et Guelf. 3. ſed cum var. lect. *laudes — tuas. ad laudis flectere verba modos* erat, et *modos* etiam exhibebant Exc. Lipſii. *Ad modos verba flectere*, h. canere, optime dictum eſſet. Ovid. III. Faſt. 388.

Iam dederat Saliis —
Armaque et ad certos verba canenda modos.

VI. Faſt. 692.

Et canere ad veteres verba iocoſa modos.

Sed tum pro *laudes* reponendum foret epitheton *Latios* vel *laetos* aut aliud ſimile. Quomodo vulgata expedienda ſit, vide nunc in Nota. H. Ask. *puer* pr. *precor.* Monac. *laudis — modos.* Un. Voſſ. ad *meas* annotat in marg. *al. modos.* I. H. Voſſ. ſcripſit: *Nunc opus ad laudes flectere verba modis.* Tibullum dicturum fuiſſe, *tu, precor, impellas;* itaque quod Urſinus viderit in uno, *opus*, recipiendum fuiſſe. Denique, *ad laudes flectere verba meas*, et, *ad laudis flectere verba modos*, corruptas eſſe lectiones pro eo quod ipſe repoſuerit. Interpretatur autem ſic: numeros et verba metiri lyrae modis, accommodare lyrae modis. W.

6. *ad ſacra veni*] Ed. Ven. 1475. Reg. Lep. Vicent. Lipſ. cum aliquot codd. *templa*, forte ex v. 1. H. v. 6. *devictus* tria apogr. Voſſ. (Goth.). un. *cumulat curas*, duo *tumulat*, *tumulant*, un. *luras*, un. *mea ſacra* (Hamb.). tria apogr. *templa*, et ita etiam Zwic. 1. 2. W.

8. *veſtem Sepoſitam*] Ita legitur inde ab Ald. ſec.; Edd. Lipſ. et Rom. Reg. Lep. Vicent. cum Ald. pr. et codd. aliquot *Depoſitam*, male. v. not. Eadem varietas ap. Ovid. II. Met. 41. III. Met. 310. Tum *et longas* Corvin. cum aliquot apud Broukh. et vſ. 9. *Q. te referunt*, etiam cum aliis nonnullis. H. Un. Voſſ. *ſeppoſitam. et* pr. *nunc* Hamb. *depoſitam* Zwic. 1. 2. W.

9. 10. unus Voſſ. *fugatum*, un. in marg. *fugaſſe;* un. *continuiſſe.* W.

11. *tibi debitus augur*] *debitus* Scaliger e ſuo libro repoſuerat: in ceteris omnibus legitur *deditus*, quod Vulpius

 revo-

revocavit, me quidem invito. Eſt enim hoc pedeſtri orationi conſentaneum; alterum vero elegans, quia ars auguralis atque adeo augures Apollini *debentur*. Similis varietas eſt ſup. I, 2, 97. ubi v. Stat. cf. ad Ovid. Ibin 184. H. *Eventum* Hamb. *Deditus* Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *Debitus* 2. 4. Voſſ. Vind. Ask. ſupraſcr. *d.* W.

15. *fruſtrata Sibylla eſt*] *eſt* etiam a noſtris abeſt, et ab Ald. I.

16. *ſenis pedibus*] Neſcio, in quas editiones Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 193. inciderit, cum vulgo *ſaevis* perperam legi dicat, ipſe *ſacris* corrigens, et *ſenis* pro emendatione Scaligeri habeat, quae tamen vulgata lectio eſt. *Abdita ſacris pedibus* referebat ad Apollinis ſtatuam.

18. *ipſe, precor, quid canat illa, doce*] *quid* eſt ex emendatione Heinſii receptum a Broukhuſio; (*quid* iam apud Muretum exſtat. W.) vulgo, *quod.* Guelf. 2. *quos canit.* Corruptio orta ex compendio ſcripturae *qd.* Malim tamen vel ſic legi: *quae canat illa.* In Regio a prima manu *ille* erat, et in ſequenti pro *haec, hic,* in Ed. Lipſ. vero *Nec.* (Oblitus eram in Nota ad v. 19. expungere vitium, quod reliqueram e prima editione: „ab Erythris Aeolidis.“ Immo *Ioniae* ſcribendum eſt. Copioſe actum eſt de his a Salmaſio inf. iam ad v. 67. laudato. Omnino tota nota erat retractanda: quod nunc feci in tertia hac editione.) H. H. Voſſ. ſcripſit *quoi canat,* h. e. cui canat, perperam. *Quod* hab. Zwic. 1. 2. Hamb. et plures Voſſ. Contra ſex apogr. ap. Voſſ. *quid,* quod retinui. Verſ. 17. pr. *tangere,* Ask. *dicere,* pr. *chartas,* Vind. *comas,* at in marg. verum. W.

20. *raptos — Lares*] ita emendavit, ex hiſtoriae ratione, Scaliger, uno et altero libro ſuccinente. Secundum illud Virg. Aen. I, 378.

> *Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte Penates*
> *Claſſe veho mecum.*

vulgo, *captos.* Erant tamen *capti* tum Penates, cum Aeneas eos deportandos capiebat. Verum et apud Virgil. ſunt *rapti ex hoſte.* H. pr. *ille,* Goth. *ipſe.* *Raptos* Vind. et 1. 2. 3. Voſſ. caeteri *raptos,* ut et Zwic. 1. 2. *captos deos* Hamb. *deos* etiam Vind. *campos* Goth. W.

21. *Nec fore cr.*] Ita Broukh. e libris, iam Statio monente, repoſuit, et ſic noſtri cum Guelf. 4. et tota vett. edd. ſecta a Ven. 1475. ducta exhibent. In paucis codd. et in editionibus vulgatis inde a Venetis et Aldinis erat *Haec,* ortum ex ſcriptura *Hec.* Ceterum notanda eſt ſtructura verborum,

borum, *postquam dicitur sustinuisse* (pro *sustinuerat*) *neq credebat*, h. et cum non crederet. H. *Nec fore* habent apogr. H. Voss. et Zwic. 1.; Zwic. 2. *haec*, sed correctum in *nec*. W.

23. sqq. Iam ab hoc inde loco episodium sequitur ἐν παρενθέσει a nobis nunc inclusum: quo multum lucis huic loco affundi putamus: ut subsequatur v. 39. Sibyllae vaticinium, cuius narrationem praestruxerat usque ad v. 22.

23. *nondum formaverat urbis Moenia*] *formaverat* revocavit Scaliger, ut plerique libri habent, utque etiam ante eum in Aldina sec. et ductis hinc editionibus legebatur. Sic quoque Vicent. et Rom. et Lips. Muretus pro hoc reposuerat id, quod alii legunt, etiam Regius cum Corvin. et Guelf. 3. pro var. lect. *fundaverat*, quod quidem et ipsum bonum. Virg. Aen. VII, 410.

— — *quam dicitur urbem*
Acrisionaeis Danaë fundasse colonis.

Utrumque bene se habet. Ergo retinere praestat, quod semel tenemus. In Venetis et Ald. pr. erat *firmaverat*. H. *Firmaverat* Voss. 1.; *fundaverat* Vind.; *formaverat* caeteri ap. H. Voss. H. Vossius recepit *firmaverat*. W.

27. *suberat Pan ilicis umbrae*] Guelf. 1. Ed. Rom. cum aliis ante Muretum *umbram*, quod exquisitius. quidam *umbra*, nec id male. *umbrae* praeter codd. tuentur profectae edd. ex Ven. 1475. H. *Umbrae* sex apogr. H. Voss. W.

30. *silvestri fistula sacra deo*] quidam *facta*, quod Passeratius tuebatur, et depravatius in Florentino, *farta*.

32. *Nam calamus cera iungitur usque minor*] Hinc recte Statius ad I, 1, 64. p. 22. 23. apud Virg. Ecl. III, 26. vulgatam defendit, ubi videndus Heinsius, coll II, 32. Sed *Nam* parum opportunum est h. l. Heinsius malebat *Dum*. Mollius est ac melius: *Et calamus*. Sic quoque correxisse video virum doctum in vet. Ed. Vicent.; sicque lego in Guelf. 2. H. Hoc cum Vossio recepi. W.

34. *pulsa — aqua*] Ita emendavit, post alios, Scaliger, idque libri quidam cum Corvin. tuentur; eorum tamen maior pars *pulla*. (Et sex, quibus Vossius usus est, apographa, et Zwic. 1. 2.; quod verum iudicat esse Goerenz, Nota adscripta hac: „pullus color est niger ex luto sordibusque natus. Sic nigricans aqua paludosa velabri.“ W.) *Pulsam*, intellige, remis. v. Propert. IV, 2, 8. Ovid. IV. ex P. 10, 33. cf. Broukh. h. l.

35. *gregis ditis placitura magiſtro*] Vulpius, offenſus ſono, revocaverat *diti*, ut etiam Heinſius maluerat, et eſt in Ed. Plant. et Douſae: a Mureto repoſitum; id quod primo loco memorandum erat; nec aliter Corvin. etſi in nullo alio ſcripto eam occurrere Broukh. viderat. Sed vulgatam lectionem retineo, quae et elegantior eſt. Pro *placitura* Ed. Rom. *pharitura;* et probaverat Paſſerat. ex libris *paritura*: adde edd. Ven. et Guelf. 1. male. nam ad celebranda ſollennia, non ad partum edendum, venerat. vid. v. 36. Regius tamen in eandem ſententiam mox v. 37. *cum qua foecunda.* Idem h. l. cum uno Statii, *magiſtris.* Poterat contenta eſſe *uno.* H. Vind. *miniſtris,* non minus falſum quam *magiſtris.* H. Voſſius recepit *diti* et pro *placitura* emendavit *pia cura,* quemadmodum infr. IV, 11, 1. vulgatur *placiture* pro *pia cura,* quod ibi ex Urſini libro repoſuit Broukhuſius. Elegans eſt haec emendatio, ſed nullo libro ſuffragante in textum inferri non poterat. More antiquo puella paſtorem ſuum adit, vid. Heyn. ad Virg. Eclog. III, 66. 67., ac quum de honeſtae puellae honeſto amore ſermo ſit, non video, cur *placitura* aliter interpretemur quam caetera verba iubent, vocabulum per ſe minime inhoneſtum. W.

36. *feſta v. p. die eſt*] *eſt* tacite in finem reiecit Broukh. Vulgo ubique ponitur poſt *feſta.* v. II, 1, 46. H. *Eſt* in fine verſus habent 1. 2. 3. Voſſ. Hoc recepi ſecutus Guyetum, Broukhuſium, Vulpium. W.

37. *fecundi r. munera ruris*] Ludicrum eſt, quod Vicent. exhibet: *facundi munera iuris Caſeus.* Caſeis paſci ICtis noſtris vix ſollenne eſt: forte nec alterum illud, ut facundi homines ſint.

39. Ab hoc verſu libri et editiones veteres cum Ald. pr. (nam ſecunda aſteriſcum tantum et ſpatium vacuum interpoſuit) et Plantin. novae elegiae initium faciunt, et in Guelf. 2. eſt *Elegia ſeptima* Sibyllae vaticinium. v. ſup. ad lib. I, 10. pr. Factum improbavit Scaliger et iam ante Cyllenius; primus autem iunxit ſuperioribus Muretus. Ignoſcendum vero erat veteri errori, cum non ſtatim in oculos incurreret, redire orationem ad v. 22. H. Novae elegiae initium eſt etiam in Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. et pleriſque, quibus H. Voſſius uſus eſt. W.

40. *Troïa — ſacra*] ita repoſuit, tanquam emendatius et doctius, quia graecum eſt, Broukh. ex uno Bodleiano pro *Troïca.* v. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. I, 28. Bentlei. ad Horat. III. Od. 3, 32. (Add. Burmann. ad Anthol. P. Vet. T. I. p. 35. et hab. hic 2. Voſſ. Bern. Aſk. W.)

41. *Iu-*

41. *Iupiter*] Scribasne *Iuppiter,* an non, nil refert. Ipſo tono duplicanda eſt littera.

42. *Lares*] Exc. Lipſii *deos.* Malim hoc: ſed Lares pro Penatibus etiam v. 20. vidimus. H. Hamb. et 5. Voſſ. *deos,* ſed h. in marg. *al. Lares. errantis* prim. Voſſ. W.

45. *Volitans* ex uno Statii recepit H. Voſſius. Non ſecutus ſum. W.

47. *lucent Rutulis*] Reg. *Rutulis lucent.* Miror vero, a nemine Interpretum notatum eſſe, haec ab reliquorum vel Poëtarum vel Hiſtoricorum fide paullum diſcedere. Non enim Rutulorum caſtra ab Troianis, ſed horum ab iſtis oppugnata fuere. v. Aen. IX. Niſi Ardeam intelligas, quam ab Aenea incendio deletam memorat Ovid. Met. XIV, 573. cf. Dionyſ. I. p. 51. f. (Vide notam.) H. Vid. Not. ſupra. W.

49. *murusque Lavini*] Si a Lavinia, et non a Lavino aliquo, dicta eſſe debet iſta urbs, *Lavini* caſus ſecundus erit a *Lavinium* contractus, ut ſcribendum ſit *LavinI;* niſi etiam *Lavinum* dixere veteres. Iuven. Sat. XII, 71. de Alba:

— *novercali ſedes praelata Lavino.*

unde forte Aen. I, 2. *Lavina litora* defendas. Et ipſa Latini filia *Λαῦνα* eſt ap. Dionyſ. I, 59. Sunt tamen *Lavinia littora* conſenſu virorum doctorum probata; unde et ſcribitur Aen. I, 258.

— *promiſſa LavinI*
Moenia —

Ovid. XV. Met. 727.

Sacrasque LavinI — ſedes.

Sic *Numicus* et *Numicius.* In Exc. Perreii et Pocchi duobusque Italicis legitur:

Ante oculos Laurens caſtris murisque Latini eſt.

Cum vitioſe ſcriptum eſſet *muris;* etiam *caſtris* interpolaſſe videntur, pro *caſtrum murusque L.* Ita *murus Latini* per appoſitionem eſſet *Laurens caſtrum.* Similis varietas inter *Lavinus* et *Latinus* ap. Virgil. I. Aen. 270. VI, 84. Alia ſeu varietas ſeu corruptela occurrit in permutatis: *Lavinium* et *Lanuvium;* in doctis quoque ſcriptoribus, ut in Aeliano H. N. XI, 16.

53. *Concubitusque tuos furtim*] h. e. qui furtim ſunt, furtivos; quem uſum adverbiorum in ellipſi verbi ſubſtantivi,

tivi, nisi si qua temporis aut loci notationem haberent, negans Vossius *datos* pr. *tuos* de coniectura intulit. Hoc iuris cur solis adverbiis temporis aut loci sit datum, cum una omnium sit natura, demonstrare et exemplum rationis loquendi: *dare concubitum* afferre erat viri docti. *Super* quidem adiective positum est apud Virgil. Aen. III, 489:

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Sed scripturae integritatem tuetur satis Livii locus XXV, 33: Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque haec vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris *suarumque proprie virium* in castris habeant. Ex hoc loco apparet, adverbia post pronomina possessiva adiectivorum instar fuisse posita. Neque vero hoc quisquam, puto, opponet, apud Livium *proprie* inter *suarum* et *virium* collocatum esse, hic autem substantivum praecedere. Non una fuit veterum in talibus ratio. Caeterum Ald. 1. 2. *victas* vitiose pro *vittas*. W.

54. *ad* abest a Zwic. 1. 2. H. Vossius coniecit *ripis*, afferens Virg. Aen. X, 306. Ovid. Trist. V, 1, 11. — Idem v. 55. ex uno recepit *septem de montibus*. W.

56. *hic magnae iam locus urbis erit*] Regius *nam*, sed in litura, et Guelf. 3. pro var. lect. Legebat ita Muretus et editiones ex eo ductae, ut Plantin.

57. *terris f. regendis*] Guelf. 3. *rebus f.* alterum in marg. H. I. H. Vossius *rebus* recepit e duobus. Retinui *terris*. W.

58. *prospicit*] Guelf. 2. *respicit*.

61. *tum se*] Nostri, *tunc*. Sicque ante Scalig. ubique, nisi quod Ald. pr. *nunc*. hoc et Guelf. 3. superscr. *tunc*. H. *Tum* quinque apogr. H. Vossii; *tunc* Zwic. 1. 2. Hamb. *nunc* Goth. W.

62. *sibi dicet Vos bene tam longa consuluisse via*] *longa via* est ex emendatione Scaligeri, vulgo *longam* — *viam* legitur. Idem hoc distichon ante v. 43. posuerat. H. *longa via* habet Voss. 1. at Goth. *longam* (sic) *viam*, ut et Zwic. 1. 2. Hamb. W.

63. *laurus*] Broukh. e libris; sic et in nostris, et Guelf. 1. 3. 4. vulgo, *lauros*, quod Aldinae intulere. Eadem varietas inf. v. 117. III, 4, 23. Mox corrupte *noscat* pro *vescar* Guelf. 2.

66. *iactavit fusa sed caput ante coma*] Ita Scaliger emendaverat, et sic in Exc. Perreii. vulgo, *fusas et caput ante comas*. errori locum dedisse videri potest *ante*; quod non

non videbant hic abſolute poni, ut mos Tibullo. v. ſup. ad 1, 14. Enimvero *ſed* parum opportunum eſt ad ſententiam; tum *ante* non minus alienum, et moleſtum. Itaque revocavi communem lectionem, quae tantum interpretatione commoda eget: ſunt comae fuſae ante caput: quae orationis tenuitas in Elegis bene ferri poteſt. H. H. Voſſius ſcripſit: *Iactat diffuſa dum caput ante coma.* Equidem nihil mutavi, quum recepta defendi poſſit. Caeterum lacunae ſigna cur deleverim poſt hunc verſum, vid. Not. ſupra. W.

67. *Quicquid Amalthea — dixit*] Non facile apparet, unde haec pendeant. Muretus, quem Vulpius ſequitur, ad v. 18. refert: *ipſe, precor, quid canat illa, doce*, ut nunc addat, non tantum doce eum, quid Cumana dicat, verum etiam, quid Amalthea et reliquae Sibyllae. Sed id elumbe eſt, et nimis contorte fit et coacte; nec minus moleſtum eſt, quod olim putabam factu opus eſſe, iungere proxima: *Haec vates, ea Sibylla, cecinit, quicquid Amalthea et reliquae dixerunt:* et diſtinguere:

Haec cecinit vates, (ſed te ſibi, Phoebe, vocavit,
Iactavit fuſa ſed caput ante coma,)
Quicquid Amalthea, quicquid Mermeſſia dixit etc.

Enimvero manifeſta res eſt, excidiſſe hic nonnulla, quibus aditus parabatur ad ea, quae ſequuntur. Cum a verſu inde 71. recitet oſtenta ac prodigia a Sibyllis praedicta, et vere ſub poëtae aetatem obſervata, quae deinde (v. 79.) ſublata et eliminata ut ſint precatur, melioraque omina arceſſit: ſuſpicor poëtam progreſſum eſſe ad eam Sibyllinorum librorum partem, qua prodigia eorumque procurationes exponebantur; quae ut inde diſcerentur, quoties prodigia et oſtenta nuntiata erant, plerumque cauſſa erat, cur Decemviri iuberentur a Senatu inſpicere libros, ſi quid in iis occurreret, praeſentibus caſibus ſimile aut quod iis medendis adhiberi poſſet. Nam deorum placandorum rationes et ritus conſtituebant potiorem diſciplinae religionum partem. v. Plutarch. Fab. Max. p. 176. B. Sed praeter illos libros erant illo tempore adhuc multa alia oracula Sibyllina, eaque, ut ex h. l. apparet, ceteris Sibyllis attribui ſolita, quae et ipſa in prodigiis praedicendis verſarentur: cuius generis etiam multa ſunt in ſuppoſititiis noſtris libris Sibyll. Orac. III. et IV. et al. Incredibile enim eſt, quantopere humanum genus per totum terrarum orbem attonitum fuerit et captum vati-

vaticiniis per haec tempora. Itaque Auguftus, cum Lepido mortuo Pontificatum maximum fufciperet, fupra duo millia volumina fatidicorum librorum Graeci Latinique generis contracta undique cremavit, ac folos retinuit Sibyllinos: ut apud Sueton. c. 31. narratur: adde Tacit. VI, 12. cf. ad argumentum Ecl. IV. Virgilii. Tibullus igitur et illa prodigia, quae in libris Sibyllinis expofita et fub belli civilis initia vulgata fuerant, (Lucan. I, 564.) et quae a ceteris Sibyllis praedicta ferebantur, et fub illa quoque tempora hominum oculis oblata fuerant, deprecatur et averruncat: *Haec fuerint olim* etc. v. 79. Sunt adeo illa a v. 71—79. in parenthefi accipienda; quam etiam appinxiffem: nifi obfcurum foret, quo ordine fuperiora cum iis, quae exciderunt, coniuncta fuerint. Potuit enim in iis hoc commemorare, libros illos praeter Cumanam aliarum Sibyllarum oracula continere: quod Varro olim docuerat. v. Lactant. I, 6, 7. Ceterum in *Amalthea* ultima recte produci poterat. Alioqui fufpicari liceret, fuiffe: *Amalthee*, ex Ἀμαλθείη, ionice fcripto nomine. Eam alibi memoratam non memini; praeterquam a Lactantio I, 6, 10. *Septimam Cumanam nomine Amaltheam, quae ab aliis Demophile vel Herophile nominatur; eamque novem libros attuliffe ad Tarquinium Prifcum* etc. Similia funt ap. Ioannem Lydum nuper a Nic. Schow editum p. 79. At Tibullus diverfas facit *Amaltheam* et *Herophilen*. — Porro *Mermeffia* fcriptum eft Salmafii auctoritate Exerc. Plin. p. 78. (alt. ed. To. I. p. 55.) a Broukhufio ex Μερμησσὸς, quae Stephano Byz. Troadis urbs eft, et apud Suidam κώμη Μαρμισσὸς, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίτιον, adeoque fub Ida monte. Tradit de ea accurate Paufan. X, 12. ubi de hac Sibylla agit, fed ille bis terve *Marpefum* fcribit vel *Marpeffum*: uti etiam in codicum parte apud Lactant. I, 6, 12. Nec aliter h. l. res fe habet: ubique legitur: *Marpefia*. (in Scal. legitur *Marpeffia*, it. in Ask. W.) Necdum adeo exploratum fatis, an Salmafii auctoritati cedendum et h. l. *Mermeffia* refcribendum fit. Etfi enim proclive eft, potuiffe Marpeffum, nobilem in Paro infula montem, obfcuriori nomini fubftitui: potuit tamen nec minus ipfo pronuntiandi ufu Marmeffus in Marpeffus deflexa effe. Ait quidem Statius, in quibusdam veteribus libris effe *Marmefia*, et cum fuerit in Marineffo, agri Troiani vico, nata Sibylla, legendum effe *Marinefia* vel *Marineffia*; fed videtur bonus homo Lactantii codices refpexiffe, non fuos: nam ibi res ita prorfus fe habet. v. ib. Intpp. H. Zw. 1.

Mar-

Marſepia, Zwic. 2. *Marpeſia*, ut et Goth. Hamb. *Mermeſſia* hab. Voſſ. 2. W.

68. *Herophile Phoebo grataque quod monuit*] *Herophile* primum video expreſſum in Plantin. tum in Scalig.; quod verum eſt: *Ηροφίλη*. v. Pauſan. X, 12. qui omnino de ea videndus. Ante legebatur a Mureto *Eryphile*, Ald. utraque *Heryphile*; Venetae *Heriphile*, ut quoque Rom. Lipſ. et ceterae; Vicent. *Eriphyle*. Nec minor discrepantia in ſcriptis. In Regio *Eriphile*, in Corvin. *Heriphile*. Similia v. in Var. Lect. ap. Broukh. in Guelf. et in Var. Lect. ad Lactant. l. l. Porro reduxi veterem lectionem *grataque quod monuit*, tanquam ſuaviorem, quae non modo in parte ſcriptorum, etiam Guelf. 1. 3., verum etiam in plerisque vett. edd. erat, et in ipſa Ald. pr.; nec mutata fuit niſi in Ald. ſec. Muret. et Scalig. Cauſſa varietatis in promtu eſt ex compendio ſcripturae *qd.* et extrito *q.* H. I. Hen. Voſſius ſcripſit: *Herophile Phoebo grata quod admonuit;* non ferens ille particulam *que* longius remotam, quamquam ſaepius legerat. Idem tamen etiam aliam emendationem proponit hanc: Herophile, Demo grataque quod monuit. Caeterum *admonuit* eſt in pluribus. W.

69. *Quasque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes Portarit ſicco perlueritque ſinu*] *Albuna* ſive *Albunea* fuit una Sibyllarum. Horum verſuum commentarius, ut in nota dixi, eſt Lactantii locus I, 6, 12. *Decimam, Tiburtem, nomine Albuneam, quae Tiburi colitur, ut Dea, iuxta ripas amnis Anienis: cuius in gurgite ſimulacrum eius inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cuius ſortes Senatus in Capitolium transtulerit.* Convenit fere cum Tibullo, (ex quo recte *ſortes* defendebat Bunemannus, cum vulgô *ſacra* legatur,) niſi quod *Anienem* pro *Tiberi* ponat, quorum tamen ille in hunc ſe immittit, et de Sibyllae imagine ea commemorat, quae de ipſa Albunea per fluvium ingreſſa Tibullus meminit. Scaliger quidem haec refert ad Sibyllam, quae libros fatidicos ad Tarquinium detulit: at iſta Cumana fuit, quae et Amalthea vocatur, non Albunea. *Quasque*, quod eſt in multis libris, etiam Guelff., et editionibus, non modo vulgatis ab Aldo inde, verum etiam Rom. et Lipſ. ac Venetis, recte revocavit Vulpius: cum Scaliger e ſuo repoſuiſſet *Quodque*, quod etſi in binis aliis libris eſt, et in ed. Vicent. forte et aliis, nullum ſenſum hic efficit, niſi cum Heinſio et uno Florentino in *quotque* mutes. *Albuna* eſt ex emendatione Scaligeri, ad quam iam devenerant Pontanus et Statius;

tius; ubique vulgo, etiam in noſtris, *Albana*. I. Lud. Braſſicanus legebat:

Quasque Albana ſacras Tiburs per flumina ſortes
Portarit.

et Anienem intelligebat: at Turnebus ipſam Sibyllam, ut *Albana* ea eſſet. Lipſii Exc. habebant:

Quasque Aniena ſacras Tiburs per flumina ſortes
Portarit.

quod ſunt amplexi Gyraldus To. II. Opp. p. 113. et Guilielmius: et hoc ipſe verum arbitror, maxime Lactantii verbis, quibus ad Anienem, non ad Tiberim, illa fabula refertur, commotus. Saltem *Tiburs*, Tiburtina, unice verum eſſe cenſeo, tanquam nomen Sibyllae gentile, ut modo *Mermeſſia*. Hoc exhibent praeterea duo Italici cum Ald. pr. facile autem in *Tibris*, *Thybris*, vel *Tiberis* mutari potuit. *Aniena flumina*, ut Propert. I, 20, 8. *unda Aniena* et III, 14, 4. *Nympha Aniena*: hoc depravatum primum in *Aniana*, quod in tribus eſt, *Anlena*, *Albana*, quae aberrationes in variantibus Broukh. videri poſſunt. In Reg. etiam vitio *ſacris* ſcriptum erat. Ceterum de *Sibylla Tiburtina* legi poteſt Franc. Martii Hiſtoria Tiburtina Lib. V. p. 62. ed. Haverk. et recuſa in Theſ. Ital. Graev. T. VIII. P. IV. Sed mirabere viri credulitatem. Quod *Albuneam Nympham* pro eadem cum ea habent viri docti, neſcio an alia auctoritate nitatur, praeterquam Lactantii loco laudato, I. Inſt. 6, 12. et Suidae in *Σίβυλλαι*. Virgilius Fauni oraculum ſub Albuneae fontem et lucum in Tiburtino agro memoravit libr. VII. Aen. 81. ſqq. ubi vide notam. Sumit hoc vir doctus, Ioſ. Roccus Vulpius in vet. Lat. prof. T. X. P. I. p. 183. et praeterea comminiſcitur, Albuneae Sibyllae oraculum illo in luco fuiſſe, et per ſortes proprie dictas iaci ſolitas conſulentibus reſponſa data. Inde miro modo verſus hos concinnavit:

Quotque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes
Portavit ſicco provoluïtque ſinu.

quae ita interpretatur: Albuneam ſeu Albunam oracula ſortibus iactis edidiſſe iuxta Anienis ripas, qui in Tiberim decurrit; eo quaſi flumine Romam devectas ac deportatas fuiſſe ſortes, hoc eſt Romam nuntiatas; *provolviſſe* eam ſortes, quippe ſinu ſuo comprehenſas indeque in humum devolutas. Quae omnia quam longe a criticis rationibus recedant, facile quis-

quisque videt. cf. Exc. VI. ad lib. VII. Aen. In minori verſu *perluerit* erat ſuperiorum edd. lectio; in quibusdam eſt *pertulerit;* quod et Muretus malebat cum Statio. Docet ipſa res intelligendum eſſe, librum, in quo ſortes ſive vaticinia conſcripta eſſent, quemque ſinu, ut mos erat, illa portaret, ſiccum permanſiſſe; *ſicco ſinu* igitur, quo ſicci libri ſervarentur, ut El. 6, 46. *occulto ſinu,* quo tabellae occultantur. Iam ſi *perluerit* legitur: dicendum eſſet, fuiſſe quidem librum *aqua perlutum*, nec tamen maduiſſe, ſed ſiccum manſiſſe: ita ut res inter prodigia et miracula referri poſſet. Ceterum *portarit* et *perluerit* pro indicativis modis poſita videntur: nam ordo: *Haec vates cecinit, quicquid — admonuit, quasque ſortes Albuna portarit.* Niſi rectius erit legere: *portarat ſicco perlueratque ſinu,* vel *portavit ſicco perluit atque ſinu.* Secundum haec omnia, qui locus ſit τῷ *perluere* in re ſicca, non ſatis aſſequor. Maneoque adeo in hoc, ut perlatas ſicco ſinu ſortes accipiam; nec idem eſſe *portari perferrique;* nam non omnia quae portantur, geſtanturque, etiam perferuntur: potuit adeo poëta ſynonyma cumulare. In Lactantii loco eſt, *ſortes eius a Senatu in Capitolium* translatas *fuiſſe.* Ceterum nullus dubito, requiri h. l. *portavit* et *pertulit,* uti *monuit* et *dixit* anteceſſerat: adeoque verſum ita conſtituendum puto:

Quasque Aniena ſacras Tiburs per flumina ſortes
Portavit, ſicco pertulit inque ſinu. H.

I. Hen. Voſſius ſcripſit:

Quasque Aniena ſacras Tiburs per flumina ſortes
Portarit, ſicco praelueritque ſinu.

Equidem ut in loco ambiguo nihil mutavi; hoc tamen video, *praeluerit* neminem fore qui probet. *Albana* hab. Zw. 1. 2. Goth. Hamb. *Tibris* Zwic. 1., *Tybris* Zwic. 2. *Perlueritque* Goth. Ac *perluere* eſſe penitus madefacere, maleque *pertulerit* h. l. legi, contendit Burm. Anth. Lat. T. II. p. 532. — Pro *ſinu* Hamb. *pede.* W.

71. *Hae f. d.*] ita Guelf. 3. editum inde ab Aldo: at vett. edd. una cum codd. *Haec,* vitioſe: etiam *cometem.*

72. *Multus ut*] ita correctum in Guelf. 2. ſicque emendatum in Muret., quod Statius e libris (adde Guelf. 3. 4.) probaverat pro eo, quod vulgatum erat *Multus et.* In uno Statii: *Plurimus.* Mox *in terris* et *in terra* unus et alter. *deplueret* eſt ex Scaligeri emendatione, et ex correctione in Guelf. 1.; in libris et Edd. *depluerit.* H. Quamquam apud

Virgil. Aen. X, 807. et Lucret. VI, 630. legitur *pluit in terris*, praeter alia tamen vel compositum *depluere* lectionem *in terris* probari vetat. Nec de caeteris quidquam mutandum puto. Particula *que* verbo ita, pluribus vocabulis interpositis, addita est I, 6, 54. I, 3, 38. (cf. Obss. ad I, 10, 51.) — *deplueretque* Monac. Vind. et 3 Vossii; *deplueritque* Goth. Hamb. Zwic. 1. 2.; iidem quatuor habent *et* pro *ut*. W.

73. *arma — crepitantia*] Ita reposuit, iam Heinsio emendante, Broukhusius e libris, adde Guelf. 3. pro var. lect. vett. edd. a Ven. 1475. profectas, etiam Vicent. quia *crepare* et *crepitare* armorum proprium est. cf. Burm. ad Ovid. XV. Met. 783. ante erat *strepitantia*, quod et in Ed. Rom. visitur, et Guelff. et Hamb. Idem *concinuisse*.

75. *Solem defectum lumine*] *lumina*, tanquam exquisitius dictum, ex uno libro receperat Broukh. H. *Phoebum* Hamb. *Defessum* Ask. at in marg. *defectum*. Quint. Voss. *lumina*. W.

76. *nubilus annus*] Ed. Lips. cum aliis apud Broukh. etiam Corvin. *amnis* exhibent. Possis Tiberim intelligere, ut inf. IV, 4, 8.

In pelagus rapidis devehat amnis aquis.

et dicitur ille *nubilus* etiam Ovidio XIV. Met. 447.

— — — — nubilus umbra
In mare cum flava prorumpit Thybris arena.

Sed *equi* obstant, et ipsa ratio: *annus* recte se habet; nam *totius paene anni pallore continuo* iste defectus Solis post mortem Caesaris notabilis erat. Plin. II, 30. Eadem varietas inf. IV, 8, 4. et Propert I, 15, 30. H. *Nubibus* secund. et quint. Voss. *annis* Ask. a man. prim. *lugere* Mon. pr. *iungere*. W.

77. *lacrimas fudisse tepentes*] unus Heinsii et Guarner. *repentes*. Ita Ald. I. Pendent vero haec adhuc a voce *ferunt* in v. 73. Nam continuare orationem *annus vidit fudisse* importunum esset. Itaque incommode distichon interiectum structuram et sensum dirimit. Enimvero disticha haec duo inter se loco mutata sunt, et ita collocari debent:

Atque tubas atque arma ferunt crepitantia caelo
Audita, et lucos praecinuisse fugam:
Et simulacra deum lacrimas fudisse tepentes,
Fataque vocales praecinuisse boves.
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.

78. vo-

78. *vocales — boves*] Unus Statii, *deos.* Sed frequentes sunt boves vocales, ut in re litteraria, sic inter prodigia veterum. *facta* Guelf. 4. H. *Patentes* 1. Voss. *sudasse* in marg. Bern. et 4. Voss. — Caeterum etiam per hoc distichon regnat substantivum *annus,* monente Vossio. W.

79. *Haec fuerint olim*] est ex emendatione Broukh. cum esset in Scalig. ed. *fuerunt,* in ceteris autem edd. et in scriptis *fuerant.* H. *Fuerint* est etiam in Mon. et un. Vossii. *fuerant* Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. — *Mitis* Zwic. 1., *mittis* Zwic. 2. *iam tu* Hamb. W.

81. *Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis*] *et* reposuit e libris, post Muretum et Statium, Broukhusius. Vulgo, *ut,* quod et Ed. Rom. exhibet: *et* adscriptum in marg. Guelf. 3. Tum Edd. Venetae et Guelf. 1. *at.* Romana etiam *trepidet,* male. Ovid. IV. Fast. 742.

Et crepet in mediis laurus adusta focis.

In Guelf. 2. superscriptum est *En — crepitat.* eleganter. H. *Et* novem apogr. H. Vossii. W.

82. *Omine quo felix et sacer annus erit*] *erit* reposuit Broukh. e libris et edd. Vicent. et ceteris huius sectae, pro *eat,* quod vulgo legitur, et in Regio, Corvin. et Guelff. extat, idem sine dubio mutaturus illud in hoc, si alterum reperisset vulgatum; nam est *eat* poëtis sollenne et exquisitius: ut statim initio Fast. I, 26.

Auspice te felix totus ut annus eat.

Similis variatio ap. Ovid. II. Met. 703. Idem tamen IV. ex P. 4, 17.

Consule Pompeio, quo non tibi carior alter,
Candidus et felix proximus annus erit.

Porro pro *Omine* Ed. Lips. *Nomine,* at Regius: *Omnis quo felix et sacer omnis eat:* ferrem, si esset, *annus eat.* H. *Eat* recepit H. Vossius. Hoc, non *est,* legitur etiam in Hamb. W.

83. *Laurus, iö, bona signa dedit*] *Iö* ex Heinsii emendatione recepit Broukh., cum in vulgg. inde ab Aldina sec. et in antt. Edd. e Ven. 1475. profectis, it. in codd. parte, ut Corvin., esset, *Laurus ubi.* In Ed. Rom. et quae hinc fluxere, *Ut laurus:* in Ed. Aldi pr. *At laurus* erat: quod Scaligerana repetiit, nec adeo verum, Colinaeanam solam sic exhibere; expressit ea solummodo Ald. pr. ut et Scaligeranae Ald. prima substrata fuit pro exemplo. Hoc ferri poterat; nil enim obest, *at* mox iterum sequi. v. sup. I, 9, 53. 65. 81.

65. 81. Eſt tamen *io* haud dubie venuſtius: etſi verius eſſe ſtatuere licet *Ut laurus,* quod et habent Guelf. 1. et 4. H. *Laurus uti* recepit H. Voſſius, quum *ubi* ſit in plerisque, etiam Zwic. 1, 2, Hamb. Goth. W.

84. *Distendet ſpicis horrea plena Ceres*] Sic e codd., in quibus Guelff. omnes, recte legitur inde ab Ald. ſec. Regius: *Deſcendet;* Ed. Lipſ. *Diſcendet;* liber Guarner. *Disſentet,* quaſi velit, *distentet;* quod libri quidam exhibent cum Edd. Rom. Lipſ. Venetis et Ald. pr. Eaedem cum aliis et Guelf. 1. in ſequ. verſu *feriat.* Sed vulgata recte. Notum ex Aen. I, 433. de apibus:

— — *dulci distendunt nectare cellas.*

Manil. I, 840. *dolia procero distenta utero* dixit. Sever Aetn. 266. cum noſtro comparandus:

Horrea uti ſaturent, tumeant et dolia muſto,
Plenaque deſecto ſurgant foenilia campo.

Inde etiam *tumere, turgere* dicuntur res, quae multa intra ſe continent; denique etiam *rumpi;* ut Ge. I, 49.

Illius inmenſae ruperunt horrea meſſes.

Confirmat voc. *distendere* etiam Heinſ. ad Ecl. 9, 31. Virgilii:

Sic cytiſo paſtae distendant ubera vaccae.

85. *feriet*] Guelf. 1. 4. *feriat,* ut 3. Voſſ. et Ask. Zwic. 1. 2.

86. *deficiantque*] tacite recepit Broukh. e libris: adde edd. vett. ut Ven. pr. Vicent. Vulgo, *deficiuntque.* ſic quoque Guelf. 1. 4. nec debebat hoc deſeri. Calcat ruſticus uvas, dum dolia expreſſo muſto vix ſufficiunt. Regius cum Ed. Lipſ. et aliis *deficient.* H. *Deficientque* recepit H. Voſſius. Plerique *deficiantque,* etiam Zwic. 1. 2. Praeplacet ſane futurum. W.

87. *At m.*] Regius et Corvin. cum aliis *ac.* Guelf. 3. in marg. *Et.* Mox Ed. Rom. *palida. Palilia* ſcripſit Muret. ante erat in Aldinis, etiam in Venetis, *Parilia.* Utraque ſcriptura occurrit: utraque uſu firmata. cf. Heinſ. ad Ovid. Faſt. IV, 721. Neminem in vſ. minore maluiſſe miror: *a ſtabulis hinc procul eſte, lupi.* H. I. H. Voſſius hic quoque *tum* recepit. Nos unice probamus: *tunc procul* caet. W.

89. *ſtipulae ſollennis* Guelf. 1. et 3. ſic erit: *leves acervos* iungendum. ſed *ſollennis* malo eſſe pro — *es.* H. *ſolennis* Zwic. 1. 2. et quinque apograph. H. Voſſii (ut Goth.).

Porius

Portus duo ap. H. Vossium (in his Goth.). Caeterum punctum revocavimus cum H. Vossio post *sacras*. Nam Palilibus vota faciebant pro ovibus, non pro matronis earumque foecunditate. Describitur felix annus. W

91. *natus parenti Oscula comprensis auribus eripiet*] *comprensis* Gyraldus, Livineius aliique emendarant; e codd. Statius praetulerat, quibus accedunt alii apud Broukh., et Guelf. 2. (et quinque, quibus H. Vossius usus est, apographa. W.) Vulgo ubique legitur *compressis*, quam Scaliger antiquam scribendi rationem esse dicit pro *comprensis*. *auribus* in Regio in litura scriptum erat; nempe legebatur olim absurde, *naribus*, ex Aldina pr. (*naribus* Goth. qui et *cum pressit*. W.) Ceterum putes, potius *parentem nato comprensis auribus oscula eripere debere*, quam hunc illi; ne tamen aliquid noves, cogitandum est de osculi genere, quo alter alterius aures apprehendat. Plutarchus de audiendo: *Πολλοὶ τὰ μικρὰ παιδία καταφιλῦντες αὐτοί τε τῶν ὤτων ἅπτονται, καὶ τύτοις τῦτο ποιεῖν κελεύυσι.* Pollux X, 100. *εἰδέναι δὲ ȣ φαῦλον, ὅτι χύτρα καὶ φιλήματος εἶδος ἦν, ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα.* ultima male accipiebantur; verte: *quando pueri, prehensis alterius auribus, osculantur.* v. Intpp. ad e. l. it. ad Aristaen. I. Epist. 24. Lucian. D. Meretr. 3. et qui laudantur a Kempio de Osculis Diss. 25. Sect. 35. et a Stat. Broukh. et Vulpio ad h. l. Nam ipsam rem copiose illustrarunt; quid difficultatis in verbis sit, non curant.

93. *parvo advigilare nepoti*] haec perquam dulcia et iucunda. Broukh. e tribus libris malebat *vigilare*: sed id verbum cum tertio casu iunctum paullo aliter dicitur; nempe, assiduam operam et curam alicui rei impendere, ut *studiis, famae vigilare*. Mox pro *barba* Regius *bella*. Forte etiam leg. *discere verba*, v. II, 3, 4. H. prim. Voss. *te dedit*; quart. *credebit*, mutat. *al. pigebit*, in marg. *taedebit*. *Vigilare* Ask. in marg. *advigilare*. W.

95. *pubes discumbet in herba, Arboris antiquae qua levis umbra cadit*] *cadit* e codd. in quibus Guelf. 2. 3. recte Broukh. post Statium restituit pro *cadet*, quod et in Ed. Rom. Vicent. et aliis, etiam in Corvin. erat. Sed insignior adhuc altera varietas in his verbis est. Pocchi et Perreii ac Colot. Exc. var. lect. exhibebant:

— — — *discumbet in umbra*
Arboris antiquae; qua levis unda cadit.

Nihil in hac lectione reprehendendum: neque tamen minus vulgata elegans est. *Levis umbra* perpetuo epitheto dicitur, puto,

puto, quia foliis et fronde arborum leviter ab aura motis ipſa umbra micat et contremiſcit. Eſt etiam pro vulgata, praeter Virgil. I. Ge. 339.

— — — — — annua magnae
Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis.

Ovidius III. Faſt. 525. qui totum hunc noſtri locum illuſtrat in feſto Annae Perennae:

Plebs venit, ac, virides paſſim disiecta per herbas,
Potat; et accumbit cum pare quisque ſua.
Sub Iove pars durat: pauci tentoria ponunt:
Sunt, quibus e ramo frondea facta caſa eſt.
Pars ibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis:
Deſuper extentas impoſuere togas.

Forte illa altera lectio nata ex I, 1, 27.

Sed Canis aeſtivos ortus vitare ſub umbra
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.

aut ſcripſerat aliquis primum bis *umbra*, et tunc alter, ut nunc eſt, refinxit. H. *Operata* Bern. in text. et in marg. *al. operta. Diſcumbit* Goth. Pr. *herba* Hamb. perperam *umbra.* Ask. *unda.* W.

97. *Aut e veſte ſua tendent umbracula ſertis Vincta*] Haec eſt Scaligeri correctio ex eius libro: adde Guelf. 2. Sic tamen iam excuſum video in Ed. Vicent. Ven. pr. forte et aliis huius ſectae. At in Romana: *Aut cum veſte ſua.* quod et eſt in codd. ut Guelf. 1. 4. Iam Cyllenius in ſuo habuerat: *Aut cum veſte ſacris tendent umbracula ſertis Vincta,* unde in Edd. Venetas, quae cum eius Commento excuſae ſunt, inde in Ald. *e veſte ſacris* venit: quae etiam in Guelf. 3. marg. obvia vulgata erat lectio ante Scaligerum; et videtur haec verior lectio eſſe, dum intelligas *ſacras* h. feſtas. Itaque et v. ſeq. placet vulgata, quae plerorumque librorum eſt, lectio, *ipſe: coronatus ſtabit et ipſe calix.* ultima ſunt quoque in Guelff. Broukh. e quatuor libris repoſuit, quod nunc eſt, *ſtabit et ante.* Regius praeterea legit: *tendet umbracula,* ut ante eſt, *pubes diſcumbet.* Mutatum forte dicas ab iis, qui caeſuram non viderant. Sed eſt alterum poëtico ſermone dignius. H. *E veſte ſua* habent octo, quibus H. Voſſ. uſus eſt, apogr. *ſacris* male Goth. et Bern., et Ask. in marg. *Ipſe* Zwic. 1. 2. et novem apogr. H. Voſſii (in quib. Hamb. Goth.). *ante* tamen Ask. W.

99. *exſtruet*] Ed. Rom. *exſtruat,* cum aliis, quae inde fluxere, et codd. pars; ut Guelf. 1. 2. (cum altero adſcripto)

ſcripto) 4. Mox pro *alte* in ſcriptis quibusdam eſſe *ante* Scaliger teſtatur. H. *Aut tibi* Goth. *et* Hamb. Pr. *alte* un. H. Voſſ. *alter* corrupt. W.

101. *Ingeret — maledicta puellae*] Vulpius mallet *mala multa*, quia ita Plautus aliquoties dixit. Libri nil mutant, niſi quod in uno cui accedit Guelf. 3. *mala dicta*. Miror virum doctum in hoc haeſiſſe. Catull. 102. *Credis me potuiſſe meae maledicere vitae?* h. puellae. Ovid. II. Art. 533. *Nec male dicta puta nec verbera ferre puellae Turpe*, h. convicia. Sunt haec *mala verba* ſup. I, 10, 57. Horatius quoque *ingerere convicia* dixit I. Sat. 5, 12. Mox *votis velle*, ut ſup. I, 8. extr. *votis cupere*.

102. *velit*] Broukh. ait vulgatas habere *volet*. ego nusquam vidi. Mox pro *ſuae* Regius *ſevae*. H. Verſ. 103. H. Voſſ. ſcripit *Iam* pr. *Nam*. W.

105. *pereantque arcus*] particulam inſeruit Broukh. ex uno Sfortiano. Habebat et Regius. H. *Pereant* ſine *que* etiam Zwic. 1. 2. Hamb. at Goth. *pereantque*. Pr. *modo* Ask. *nec* a pr. man. W.

107. H. Voſſ. recepit *ſua tela* e duobus. Hoc cum vi dictum putat, pr. ſaeva ſua tela. W.

108. *ars — illa*] *iſta* Guelf. 2. 3. H. *Iſta* habent ſept. apud Broukh., et quinq. ap. Henr. Voſſ. qui recepit. W.

109. *iaceo cum ſaucius annum*] ita Scaliger emendavit pro eo quod erat, *taceo*. Superſcriptum tamen in Guelf. 3. *iaceo*. (et habent tria apogr. ap. Henr. Voſſium. *toceo* Zw. 1. 2. W.) *Annum* vero intelligo *per totum annum*, ut Propert. I, 1, 7.

Et mihi iam toto furor hic non deficit anno.

Eſt tamen in eo aliquid, quod minus iuvat. Forte leg. *iaceo cum ſaucius arcu*. nam de telis Cupidinis egerat. Ovid. II. Am. 1, 7.

Atque aliquis iuvenum, quo nunc ego, ſaucius arcu.

110. *Et faveo morbo, tam iuvat ipſe dolor*] *tam* eſt ex emendatione Broukh. vulgo *cum*; in uno Statii erat *tum*. Praeſtet *dum iuvat ipſe dolor*. Guelf. 2. *cum iuvet* pro var. lect. vel correctione. Guarner. *cum dedit ipſe dolor*, forte ex v. 108. H. *Tam* Monac. et prim. Voſſ. W.

111. *Vixque cano Nemeſim, ſine qua verſus mihi nullus V.*] Priora verba tum per ſe languida ſunt, tum veritati repugnant, cum amanti poëtae nihil prius ſit amatae puellae laudibus; tum vero etiam cum ſequentibus verbis non

 ſatis

ſatis conveniunt. *Tò vixque* an in libris ſit, invenire nequeo: primum apparuit in Ald. ſec. tum in Muret. et Scal. In libris et ant. Edd. etiam Rom. et Lipſ. legitur *Usque,* quod ſententiae utique accommodatius eſt; tamen et ipſum habet, quod minus placet. Nec magis placet coniectura longius repetita: *Urit amor Nemeſis,* in Biblioth. crit. P. III. p. 86. Omnino totum diſtichon verſificatoris lucernam redolet. Poſt v. 112. Scal. ex ſequ. Elegia v. 15—18. huc migrare iuſſerat. H. *Usque* Zwic. 1. 2. Goth. et hoc cum H. Voſſio nunc recepi. W.

112. *iuſtos pedes*] Colbert. *iunctos.* Guelf. 2. *reperiſſe.* H. Idem in duob. ap. Broukh. et in Ask. quod recepit H. Voſſius. W.

115. *Ut M. celebrem*] In multis, etiam Ald. pr. Guelf. 3. *Et M. celebrem.* Emendatum in Ald. ſec. *Ut M. celebres* Guelf. 1. *Et M. celebres* Guelf. 4.

116. *oppida victa feret*] Corvin. Reg. et Ed. Lipſ. *ferent.* Rom. cum Guelf. 1. 4. *ferant;* in al. *geret, gerent.*

117. *Ipſe gerens laurus*] Pighius ad a. 758. ita laudat: *Ipſe parens lauros. laurum* in Ven. *lauros* in aliis, et Guelf. 2. mox pro *canet* Scaliger *canam* e coniectura repoſuerat: in quod et ipſe incidi, quodque et nunc verum eſſe arbitror; ſi modo illa: *Ipſe gerens* aliquam vim habere debent. Alioqui interpunctionem muto: *cum — victa feret Ipſe gerens laurus: lauro d. a. Miles — canet.* Habet tamen prius illud aliquid ſuavius et Tibulli genio accommodatum: dummodo animo teneas, Tibullum ipſum militiae comitem eſſe velle: *Ipſe, miles, canam.* Ita forte conveniat poëtae rus amanti *laurus agreſtis:* cuius epitheti dilectum alioqui non habeo unde ducam. Poteſt vero etiam poëta, etſi is carmine quoque victorem celebrare poſſit, Io Triumphe! clamare: quod docebit Horat. IV. Carm. 2, 49. 50. Et Tibullus iam interfuerat pompae Meſſalae triumphantis ſup. I, 7, 7. 9. *At te victrices lauros — Nec ſine me eſt tibi partus honos.* Iam merus luſus eſt, mutare haec velle, ut ſcribatur: *Ipſe geret laurus* ſcilicet Meſſalinus. Poſſit ſane et hoc ſcribi: ſed de hoc, quod in animum venire poſſit, non quaeritur in recenſione poëtae; tenendum eſt, quod aut carminis lex aut ſententia et orationis genus et proprietas, aut criticum iudicium poſtulat. H. Mirus eſt hic H. Voſſius, qui *laurus* ut exquiſitius convenire putat duci, *laurum* militi. Caeterum de interpunctione mutata vid. ſupr. in Not. W.

119. *pia det ſpectacula turbae*] Eleg. ad Liv. 31.

Iam veniet; iam me gratantem turba videbit.

quod

quod minus bene Vir doctus mutare nuper volebat in *gratantum turba:* nam ipſe poëta explicat *gratantem* verſu ſequenti:

Iam mihi pro Druſo dona ferenda meo. H.

Codices nonnulli apud Broukh. et Stat. exhibent *tum,* (ut etiam Zw. 1. 2.) quod Statius mollius eſſe iudicavit, Broukh. et Vulpius dederunt. Secutus eſt H. Voſſius. W.

120. Noluit ergo poëta id, quod alicui in mentem veniat: *Et plaudat* (ſ. *plaudant* ſc. turba) *c. p. patri.*

E L E G I A VI.

1. *Caſtra Macer ſequitur*] Colb. et Colot. *Venus,* depravatio ex corruptela *mater,* quae in aliis eſt, nata. Ed. Lipſ. *mr.*

2. *Sit comes et collo fortiter arma gerat? Et — cum telis ad latus ire volet*] Tutiſſimum eſſe putavi, librorum omnium lectionem, ſuſpectam licet, exhibere, cum in nulla Virorum doctorum emendatione acquieſcere liceret; tantum interrogationis notam addidi eo ſenſu: *an comes eſſe debet? et calo Macri?* In hoc uno variant libri, quod pro *gerat* exhibent *ferat,* ut in Reg. et Ed. Rom. eſt. Turbat quidem permutatio modorum, cum poſt *ſit* et *gerat* ſequatur *ire volet;* cui facile mederi poſſis, ſi legas, *velit:* nec tamen ea aut per ſe adeo inſolens aut in h. l. ingrata ac dura eſſe videtur. Ceterum duplex huius loci emendatio eſt, alia Scaligeri, alia Mureti. Ille legit: *Si comes, et c. f. a. geret, Et — ire volet: Ure quaeſo* etc. continuato ſenſu usque ad *otia liquit,* et ad Macrum omnia refert, contorta et impedita ratione. Melius Broukh. ſervavit quidem Scaligeranam emendationem, de puero tamen Amore intelligit, tenero illo et ad viae laborem perferendum minus idoneo. *Si* et *ſit* permutari, nil novum, v. IV, 1, 16. et extat etiam illud in uno Broukh. Τὸ *erit* tamen ἀποσιωπηθὲν in prioribus verbis: *Si comes,* minus gratum eſt; forte lenius: *Si comes e collo fortiter arma geret.* v. ſup. ad I, 7, 52. Muretus contra vitium ineſſe putabat τῷ *ire,* et reponebat, *ad latus ille volet,* ut adeo *volet* ſit a *volare. Ille* in *ire* degenerare potuit, cum uno lambda *ile* ſcriberetur, (ut ex *ilta, ira* effictum eſt in Propert. III, 21, 22.

Nam quantum ferro, tantum pietate, potentes
Stamus, victrices temperat illa manus.

illa sc. pietas, quod aperte sensus loci redarguit.) Hanc emendationem secutae sunt Edd. Passeratii, Traiectina et Vulpii. Sed primum sententia abrupta et minus commoda est; post interrogationem: quid fiet tenero Amori? parum urbane subiicitur: *Sit comes* etc. Deinde vocabulum *ille* plane otiosum est et importune repetitum. Tandem, quod gravissimum est, si collo arma gerit fortiter, parum accommodatum est alterum, ut ad latus volet. Heinsius coniiciebat: *ad latus usque volet.* Hisce omnibus Broukhusiana lectio praeferenda esset, nisi vulgatam satis bene expedire liceret. v. not. H. De *ferat* et *gerat* vid. Obss. ad I, 5, 54. W.

3. *seu longa virum terrae via* — In Guelf. 2. *terret.* H. Hinc defendas Propert. II, 27, 6. (20, 64.). *Viae* Hamb. et *velit* pr. *volet.* W.

6. *Atque iterum erronem sub tua signa voco*] pro *iterum* unus Statii *verum*, unde Passeratius *veterem* faciebat; pro *erronem* unus Palat. cum Ed. Rom. *extorrem* vitiose, sed natum ex *errorem*, quod et Ed. Lips. habet; tres Gebh. *heroem* inde finxerant. Ovid. Epist. XV, 53.

At vos erronem tellure remittite nostrum.

Heins. porro et Broukh. eleganti coniectura malebant, *sub sua signa*; pro *signa* Regius *iuga*. Guelf. 2. *lustra*. H. H. Vossium male habuit et sonus *iterum erronem* et usus adverbii, cum *iterum* pr. retro dictum sit. At enim Macer amori operam dederat, sub signa vocatus erat Amoris; iam postquam illa deseruerat, *iterum* sub ea vocatur. Cf. locum ap. Virg. Georg. IV, 495. *Iterum* igitur est secunda vice. De sono alibi dixi. — Caeterum Burmann. in Anth. Lat. T. 2. p. 662. scribit: *errones* in rebus amatoriis dicuntur transfugae et desultores. Non recte. Nam Macer non alium secutus est amorem, sed amori valedixit. — De vocabulo *ferus* vid. Not. supra. Pro hoc est *puer* in Ask. *linquit* un. Voss. W.

7. *parces*] unus Florent. Statii, *parcis*, forte verius. male hinc Passerat. fecerat: *parsis* h. peperceris. Guelf. 3. *parcas* cum altero *es* superscripto. mox Ed. Rom. cum Venetis *eris*. H. *Parcas* recep. H. Voss. In Goth. *parcus*. Mon. *parcas*. W.

8. *Ipse levem galea qui sibi portet aquam*] Revocavi lectionem omnium fere librorum et Edd. quae e Ven. 1475. fluxere, quae et versum concinniorem reddit. *Aquae* epitheton *levis* convenire h. l. negat Broukh. quia *leves aquae* sint *celeres*. At debebat Vir doctus reputare, saepe addi nominibus epitheta, quae eis propria et perpetua sint, quanquam

quam non adeo magnam vim in eo positu, quem occupant, habeant. Etiam Ovid. I. Art. 761. celeritatem aquarum non praecipue exprimere voluit, cum ait:

Utque leves Proteus modo se tenuabit in undas.

Statius *levem aquam* interpretatur vilem: et sic Propertio conveniret III, 13, 17.

Vilem ieiunae saepe negavit aquam.

Unus Statii cum Guelf. 2. habebat *levi galea;* hoc receperat Broukh. et explicabat *gregariam, nulla crista insignem,* quae tamen non satis bene ita dici videtur. Porro *potet,* quod in Guelf. 1. 4. est, Cyllenius in libro suo habuerat, quod inde Edd. Venetas cum Cyllenii commento et reliquas ante Scaligerum obsedit, cumque illud a Scaligero eiectum esset, iterum Broukhus. reduxerat. Laudabant Propert. III, 12, (10) 8.

Potabis galea fessus Araxis aquam.

et iterum *potet* defendebat Burman. ad Propert. (Burman. ad Propert. p. 605. verum dixit esse: *Ipse levi galea qui sibi potet aquam.* Ne tamen permoveat te credita elegantia verbi *potare* cum ablativo iuncti, ut eam emendando inferre coneris. W.) Non animadvertebant viri docti, *qui sibi potet* esse ieiunum et barbarum. Propertium imitatus esse videtur Auctor Elegiae in Maecenatis obitum, editae vulgo sub nomine Albinov., II, 58. ubi Bacchum alloquitur:

Potasti galea dulce levante merum.

quid *levante* hic sit, non habeo dicere; *iuvante* arguit poëtam sollicitum de versu explendo. Legebam *levate* h. recreate, refecte, vel *levande.* Praestat tamen Rutgersii emendatio *galea — iubante,* quam vid. ap. Burman. Sec. in Antholog. Lat. To. I. p. 265., quo loco vir doctissimus iuveniles meos conatus magna cum humanitate excepit; et ad Propert. pag. 605. Ceterum *portet* cum adscripto *portat* est in Guelf. 2. H. *Levem aquam* Horat. epod. 16, 47. Retinuit etiam H. Voss. W.

10. *et mihi facta tuba est*] Laudant Ovidii I. Trist. III, 83.

Et mihi facta via est, et me capit ultima tellus.

In nonnullis est *grata tuba,* a Mureto receptum, quod tamen minus commodum videtur. Sed volebat ac debebat dicere, etiam ego militiae idoneus sum: etiam mihi castra,

et

et labores castrenses, accommodati sunt. Posuit pro his signum vigiliarum, pugnae, profectionis. H. Iterum abiecit *est* H. Vossius contra librorum auctoritatem. Tu vide Obss. ad I, 4, 4. Non fecisset Vossius, si antithetorum rationem animadvertisset. cf. III, 6, 30. W.

11. *magna locuto*] in nonnullis erat, *loquenti*. H. *Verba locuto* Hamb. *loquuto* Monac. *loquenti* Ask. W.

12. *fortia verba*] in Italicis Heinsii *grandia* ex interpretatione. H. Recepit H. Vossius. *Membra* Bern. a m. prim. W.

14. *pes tamen ipse redit*] Post hunc versum Scaliger ex Eleg. III. huius libri XIV. disticha, a v. 33. ad v. 60. retraxerat: satis pro lubitu et imperio. Nihil enim est, quod eorum vinculum aliquod efficiat, quam quod Macer *castra* sequitur, et nunc in his insertis *castra* sint in poëtae domo. De avaritia puellae in superioribus ne vestigium quidem erat. H. *Inde* pr. *ipse* Ask. *quom* pr. *cum* Hamb. — De vers. 13. vid. Huschkium pag. 37. W.

15. *tua tela, sagittas*] etiam Ovidius hoc σχῆμα habet II. Met. 616.

— — — *temeraria tela, sagittas.* H.

Rectius comparaveris Virgil. Eclog. III, 3.

Infelix o semper, oves, pecus!

et Georg. IV, 246.: *Aut dirum, tineae, genus.* — Adde Propert. IV, 1, 11. et Mart. XI, 6, 1. Tibull. infr. III, 6, 7. W.

16. *Ilicet*] Broukh. ex emendatione Heinsii et Schefferi libro reposuit. Vulgo, *Si licet*, vel *Scilicet*. H. *Scilicet* Ald. 1. 2. et Muretus, qui *si licet* legendum putat, quod tacite recepit Scaliger. *Ilicet* quint. Voss. et Vind. *Silicet* tert. Voss. *scilicet* octo, quibus H. Vossius usus est, apogr. (Hamb. Goth.) idem Zwic. 1. 2. Goerenz. adscripserat haec: „Vera lectio videtur. Nam additur in explicatione apud poetas saepissime, Ovid. Amor. III, 11, 11. Ponitur etiam cum reticentia (mimice dictum), h. e. quas meo cum dolore expertus sum." W.

17. *dira precari*] Reg. et Corvin. cum aliis *dura* sollenni permutatione. Vulgata recte se habet. v. inf. v. 53. H. *Dura* Bern. W.

19. *Iam mala finissem leto: sed*] Scaliger in Excerptis suis invenerat: *Finirent multi leto mala:* quod ille cupide amplexus est, atque adeo novae inde elegiae initium fecit. Sed Excerpta ista, ut sunt alias egregia, imponere ei non debe-

debebant in hac parte, cum non uno loco vulgatae lectioni *gnomen substituant*, ut solemus facere in iis, quae vel memoriae vel usus caussa ex libris excerpimus et in sententias absolutas convertere malumus. Sic III, 3, 11. ubi vulgo:

Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri?

in illis:

Quid prodesse potest pondus mihi divitis auri?

Supra I, 9, 51. in vulgatis erat:

Tu procul hinc absis, formam cui vendera cura est.

Scaliger ex iisdem Eclogis reposuerat:

Sit procul a nobis, formam cui vendere cura est.

Similia v. I, 10, 5. III, 3, 11. 6, 45. 46. Hoc autem loco, etiamsi omnes ad unum codd. praeferrent illam unius libri lectionem, praeferrem vulgatam, quippe poëta digniorem, cui sui animi sensus exponendi erat, non vulgaris sententia protrudenda. Vitae sic taedium etiam infra profitetur El. 2. lib. III. v. 7. 8. Pro *finissem* in uno Heinsii *fovissem*, et in Guarneriano lectum *data fuissem;* quae aberrationes sunt manus librarii. — Olim non *leto* h. l. lectum fuisse, levis est Burm. opinio, Anthol. Lat. T. I. p. 532.

20. *et fore cras semper ait melius*] Fortasse non omnium cum pace ita reposui, cum nunc quidem pueris regula illa inculcetur, pentametrum disyllaba voce claudi debere. Esse tamen hos numeros, hunc verborum ordinem ab ipso Tibullo, quovis pignore ausim contendere, si vel nulli libri exhibeant. Sunt enim hi modi, qui, praesertim si ad Nasonianos exigas, horridiores videntur, ipsi in deliciis; idque merito, ut varientur modi pentametri, qui taedium facit et aures male habet, cum semper eodem casu sonoque redeat. Statim hac ipsa elegia v. 32.

Et madefacta meis serta feram lacrimis.

III, 6, 10.

Neve neget quisquam me duce se comitem.

et v. 48.

Iunonemque suam, perque suam Venerem.

Atqui componi poterat: *per Veneremque suam; me duce neve neget.* (Coniunctio *neve* facit, ut versum ita componi posse negem: *Quisquam se comitem me duce neve neget.* W.) Alia ex-

exempla congessit Broukh. ad II, 3, 40. (apud ipsum II, 6, 22. p. 280.) ubi recte vulgatam defendit.

Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.

cum Scaliger e suis Excerptis laudaret:

Cum tribuit dubiae bellica rostra rati.

Et tamen idem Broukh. III, 6, 48. ubi est, *perque suam Venerem,* malebat, *per Veneremque suam.* In iisdem Excerptis ita interpolatus pentameter II, 1, 8.

Plena coronato vertice stare boves.

cum in vulgatis sit: *stare boves capite.* Libro I. eleg. 1, 50. ubi legitur:

Qui maris et tristes ferre potest pluvias.

eadem supposuerant:

Qui maris et caeli nubila ferre potest.

Porro I, 5, 62.

Primus, et in tenero fixus erit latere.

interpolarant:

Primus, et in duro limine fixus erit.

Hic editiones omnes a Romana inde et Cyllenianis, quas vocant, ita hunc versum struxerunt:

Spes fovet, et melius cras fore, semper ait.

At in libris, ut etiam in Regio et Exc. Guarnerianis, nec non in Corvin., item in Guelf. 2. (adscripto pro var. lect. altero) ii, quos posuimus, numeri sunt. Duo Statiani propiorem vero ordinem exhibebant:

— et semper cras fore ait melius. H.

I. H. Vossius recepit: *Et melius cras fore semper ait;* ut et Zwic. 1. 2. Quod apud nos in textu legitur, habebant decem, quibus H. Voss. usus est, apogr. Bern. *forte* pr. *fore* a pr. m. tert. Voss. *erit* pr. *ait.* Denique quod habent duo Statiani, est etiam in Goth. et probaverat Dousa. W.

21. *Spes* litera maiuscula scribendum esse censet Burm. Anthol. Lat. T. I. p. 537., quem secutus sum. — V. 22. pr. *reddat* quint. Voss. *reddit.* W.

24. *Quum tenues hamos abdidit ante cibus*] Mireris Heinsium tentasse:

Cum tenues hamis subdidit ante cibos.

cum

cum Ovid. Remed. 210. etiam dixerit:

Abdere fupremis aera recurva cibis.

Met. XV, 476.

Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

Burmann. ad Propert. II, 25, 50. et hic ingerit fuum *arte*. H. Idem probavit H. Voffius. Non fecutus fum. W.

26. *fed canit*] Regius, *et*. Pro *crura* in Venetis *cornua* eft: in aliis *arma*: in Guelf. 1. *cornua*.

28. *dura puella*] Guelf. 2. et unus Statii: *bella*. Laudi liber, *lenta* ex v. 36. Eodem modo mox pro *parva* unus *fancta*, ex v. 31. H. *Lenta* recepit H. Voffius. *Non vincas pura* tert. Voff. W.

29. *fub tenera humo*] Guelf. 1. *fub terra*. infcite. In Biblioth. crit. P. III. p. 87. coni. *fub tenui*. quod fane et ipfum ferri poteft. Sed quorfum per lufum mutamus quod bonum effe ipfi fatemur? Centies *tener* pro *mollis* ponitur: funt *teneri capilli, medullae, uvae* — et quae propiora funt ei de quo agitur: Ovid. II. Am. 16, 6. *in tenero fertilis herba folo*, III, 10, 10. *teneri cefpitis herba*, Art. I, 299. *prata tenerrima*. In *tenero gramine* ludunt greges apud Horat. et faepe ap. alios. Quodfi in his ineffe fimul notionem dicas recentis herbae ac verni prati, laudabo Amor. III, 5, 16. *Cumque fua teneram coniuge preffit humum*. Ferri poffunt haec per fe nude pofita; at in ftricturis criticis invidiofi aliquid habent.

30. *Sic — quiefcat*] Reg. *quiefcit*, male. H. Idem quint. Voff. — *Parva* h. e. aetate tenera. Supra I, 10, 24. *filia parva*. Virg. Aen. XI, 575. de Camilla primos annos agente:

Spiculaque ex humero parvae fuspendit et arcum. W.

32. *feram*] Ed. Lipf. cum Ven. pr. et Reg. Lep. *gerat*; Vicentina *geram*. Sed *ferre* follenne. H. Hamb. *geram*, idem Zwic. 1. cum gloff. *portem*. *gerat* Zwic. 2. W.

34. *Et mea cum muto fata querar cinere*] Sic in Epigr. Anytae XI. Collect. Wolf.

Πολλάκι τῷ δ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι κλεινὰ
Μάτηρ ὠκύμορον παῖδ' ἐβόησε, φιλὰν
Ψυχὰν ἀγκαλέσσα Φιλαινίδος.

quae male de evocatione interpretatur Wolfius.

36. *fis mihi lenta*] Ald. fec. et hinc aliae (Muret.) *dura*, ex interpretatione. Poteft vero hic verfus dupliciter con-

conſtrui: *Illius verbis veto, ut ſis mihi lenta:* quod exemplum eſſet ſtructurae huius verbi, quale ſe inveniſſe ullum negabat Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 813. vel etiam: *Illius ut verbis* h. tanquam eius verbis. *veto ſis*, pro *ne ſis*. H. Sane *Illius ut verbis* eſt tanquam eius verbis; nam cum muto cinere querebatur. W.

37. *Ne tibi neglecti mittant mala ſomnia Manes*] Broukh. e duobus repoſuerat *nova ſomnia*, quia *novum* interdum eſt, quod forma ac modo inuſitato metum atque horrorem incutit. Sed ſenſus virum doctum monere debebat, eſſe id h. l. inſuave, et *mala ſomnia* ſunt triſtia, infauſta, ut *malum omen*; et *mittere Manes* dicuntur *ſomnia*, ut ap. Virgil. Aen. VI, 896. ubi de altera porta *falſa ad caelum mittunt inſomnia Manes* h. dii inferi. Pro *ne* Reg. cum Ed. Lipſ. *non*, Rom. *nunc*. Guelf. 1. 4. *nam*. H. *Nova ſomnia* recepit H. Voſſius, repertum etiam in 1. 2. 3. Voſſ. — *Nec* pr. *ne* Zwic. 1.; Zwic. 2. *non*. W.

41. *Deſino*] quidam ſcripti: *deſine*, male. v. Heinſ. ad Ovid. Ep. XVIII, 203.

42. *Non ego ſum tanti, ploret ut illa ſemel*] Hoc vero molliſſimum, et animi ad exquiſitum humanitatis ſenſum facti. Formula quidem ipſa etiam alibi obvia. Ovid. II. Triſt. 209.

Nam non ſum tanti, ut renovem tua vulnera, Caeſar.

et IV. ex P 6, 11. 12.

— — *cauſſamque ego, Maxime, mortis,*
Ne fueram tanti, me reor eſſe tuae.

Quae ſequuntur 43. 44. ſunt negligenter ſcripta, ſed affectui dicentis accommodata. H. *Nec* alteram cauſſam affert, cur dolorem praebere Deliae nolit, ut I, 9, 23. — *Dignus ſum* cum infinitivo dictum, h. e. quippiam feci, propter quod dignus ſim poena. E Graecis translatum. W.

45. *Lena necat miſerum Phryne*] *necat* Broukh. repoſuit ex coniectura Pontani, Fruterii et aliquot libris Heinſii Italicis; niſi in his ipſa Pontani emendatio recepta fuerat; vulgo *vetat*, et interpolatius adhuc Exc. Perreii et Focchi, *Lena vetat miſerum recipi.* Fortaſſe idem mendum eſt in Propert. II, 18, 46.

Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto?
Cum recipi, quem non noverit illa, vetat?

nullo vel exiguo ſenſu. Legebam: *Quam recipi, quem non noverit ille, necat!* h. Quam necat, urit, recipi forte a puella,

puella, quae venire negavit, alium non notum ſibi. *ille* etiam in Regio erat. Ceterum, ut ad Tibullum revertar, *Phryne* Muretus de coniectura recepit, quem ſecutus eſt Scaliger: libri ſcribunt *phirne, phyrne, furne.* H. Sex apogr. apud H. Voſſ. habent *Phryne,* alia *Phyrne* (Hamb.); Zwic. 1. *firme,* 2. *phirne;* unum *hirne.* Goth. autem *Phyne.* Pr. *furtimque* un. ap. H. Voſſ. *miſerumque.* *Vetat* novem apogr. H. Voſſii (Hamb. Goth.), quod recepit. — Verſ. ſequente *occultans* Vindob. unus Voſſ. *portat.* Ask. *poſitas,* unde coniicit H. Voſſius, Tibullum ſcripſiſſe: *occultans poſitas.* W.

47. *a limine duro*] hoc Broukh. e melioribus: et ſic vett. edd. at e parte codd. in quibus Guelf. 2. ab Aldo receptum *diro* vulgg. obſedit; donec Broukh. alterum reduxit. *e duro* Guelf. 1. H. *diro* Goth. et Hamb. W.

49. *Saepe ubi nox promiſſa mihi eſt*] quidam ſcripti, et cum iis Corvin. hoc ordine: *nox mihi promiſſa eſt.* In Reg. *permiſſa,* male. Ovid. II. Art. 523.

Clauſa tibi fuerit promiſſa ianua nocte. H.

Mihi promiſſa eſt Goth. et Hamb. H. Voſſius ſcripſit, *promiſſa mihi,* ſine *eſt,* unum apographum ſecutus. W.

50. *extimuiſſe*] tres *pertimuiſſe.*

51. *tunc mens mihi p.*] multi cum edd. vett. Vicent. Reg. Lep. et ſimilibus, *ſed mens,* unde Heinſius *et* faciebat. Rom. Ed. cum ceteris usque ad Scaligerum, quod et Guelff. 1. 4. habent, *mens mea,* quod iam Statius e libb. correxit. H. *ſed mens* etiam Zwic. 1. 2. ortum, ut Heinſius ſuſpicatur, e particula *et* ad explicandum locum appoſita. Caeterum H. Voſſ. bis ſcripſit *tum.* Tu vide Obſſ. ad I, 1, 21. W.

52. *teneatve*] *teneatque* Reg. cum uno Broukh. *tenere* quo ſenſu accipiendum ſit, facile aſſequare: cf. I, 5, 39. et ibi Broukh. Neſcio an *modos* neceſſe ſit ad figuras ac σχήματα referre. v. Ovid. II. Art. 680. et Vulp. ad h. l.

53. *precor diras*] Ed. Lipſ. et Reg. Lep. cum Vicent. *dure.* Guelf. 3. *dirae,* ſed adſcriptum *as.* mox Heinſ. coni. *fati anxia,* ut Silius IX, 350. parum bene. v. notam. *vives* malunt Hoeufft Peric. p. 222. et Wyngarden Act. Soc. Trai. p. 193. H. Interpunctionem ante hunc verſum exegi ad I, 3, 90. 91. *Vires* mavult etiam Valken. in Catull. Callim. p. 143. et Handius p. 57. Vulgatam cum Heynio et Voſſio retinui. Ad *anxia vivas* compar. Plaut. Trinum. II, 2. W.

IN

IN LIBR. III.

ELEGIA I.

1. In Guelf. 2. adſcriptum: Hic liber eſt de amoribus Lygdami et Neaerae. Etenim Tibullus amavit ſolam Deliam et Nemeſin, quod Ovidius oſtendit. Et hic ipſe facit Lygdami mentionem. De his v. Vitam poëtae.

2. *Exoriens noſtris hinc fuit annus avis*] Servavi merito *hinc*, quod Scaliger, ſequente eius auctoritatem Broukhuſio, ex ſuo repoſuerat, licet Vulpius vulgatam retinuerit *hic fuit*. Mox Ed. Rom. cum Guelf. 1. 4. *Ut vaga*. H. *Hinc* duo Voſſii, Ask. Monac. Bern. — Verſ. ſequent. *ut* pr. *et* recepit H. Voſſius. Non ſecutus ſum. W.

6. *Neaera*] Fuiſſe commune perſidarum puellarum nomen Romae, poſt alios opinabatur Ayrmann. Vit. Tib. §. 79., quod iam ex parte refellit Broukh. ad h. l. Potuit Prudentius, ad quem provocat, nomine hoc pro quacunque amica vel puella uti; nec tamen propterea communi uſu hoc obtinuit. Amicam Neaeram etiam Horatius habuit. *ſeu fallor*. ſi accurate agas, eſt, *fallor*, pro *ſi fallor*; eſt enim: *ſeu mea, ſeu tamen cara*. H. Non aſſentior. Altera pars particulae *ſeu*, coniunctio conditionalis *ſi*, ad fallor, altera disiunctiva *ve* ad cara N. t. pertinet, ut apud Horat. Sat. II, 1, 57.:

Seu me tranquilla ſenectus
Exſpectat, ſeu Mors atris circumvolat alis;
Dives, inops, Romae, ſeu Fors ita iuſſerit, exſul;
Quisquis erit vitae ſcribam color.

Praeiverat Terentius And. I, 2, 19.:

Dehinc poſtulo, ſive aequum eſt, te oro.

Caeterum verſ. 7. deeſt in Goth. W.

8. *verſibus — meis*] Muretus correxit et edidit: *tuis*. Scilicet commentus ille erat dialogum hunc eſſe poëtae cum Muſis: quaerere poëtam ex iis, quid mittere pro munere Neaerae debeat? reſpondere illas vſſ. 7 — 15. Tum poetam hortari Muſas, ut ipſae librum perferant pro munere miſſum. Sane commento elegantia ſua non deeſt. Sed

Sed quaeritur: an Tibullus talem dialogum inſtituere voluerit? an debuerit? Dicam quid Muretus ſequutus ſit. In vſ. 12. vulgo legitur: *Indicet ut nomen littera facta tuum.* Explicatu difficile erat, cuius nomen hoc eſſet. Si *puellae*, debebat eſſe *eius*, ſaltem *ſuum*, ut et unus liber habet; ſi *Tibulli*, tum ſuperiora ita erant accommodanda, ut Muretus fecit, ut et altero loco *tuis* reponeret. Iam ſi de tota cauſſa conſtituendum eſt: videtur mihi Mureti ratio in Elegiae genium non cadere, ſaltem a ſimplicitate et munditie Tibulli eſſe alienior.

10. *Pumex et c. tondeat*] Ita bene correxere Muret. et Scaliger: firmat illud Guelf. 2. In libris fere *Pumicet et*, ut Ald. 1. 2. Zwic. 1. vel *Punicet et*, in Guelf. 1. *pumiceque et*, ortum ex ſcriptura *Pumix*. (quam Latinos pro pumex uſurpare ſolitos, quamque Tibullo reddendam eſſe cenſet Scaliger. Caeterum lectio *pumiceque* correctorem prodit. W.) *Pumex* tamen diſerte in multis antiquis viſitur. Statius, qui habet *Pumicet — arte*, ad lectionem *pumicet* defendendam et explicandam multa comminiſcitur. Deinde etiam hic nonnulli *arte* pro *ante*. (v. ad II, 1, 24.) quod et Ald. ſec. intulerat, iterum eiecit Muretus; idque habet Guelf. 3. e correctione. H. I. H. Voſſius recepit Heinſii coniecturam:

Pumice quae canas tondeat ante comas,

tondeat pro tondeatur dictum eſſe ſtatuens. Novimus ſane locos, qualis hic apud Virgilium Ecl. I, 29.:

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat;

ſed docendum erat, etiam membranam recte dici *tondere* pro *tonderi*, h. e. non homines tantum, ſed etiam res. W.

12. *Indicet ut nomen littera facta meum*] Ed. Baſ. et. Edd. quaedam *pacta*, quod tuetur Douſa Praecid. c. 10. Schwarzius, ut iam Livineius, coniicit, *picta*. Guelf. 4. *ſancta*. Sed vulgata recte. v. Ovid. Epiſt. V, 2. *Non eſt Iſta Mycenaea littera facta manu.* cf. Broukh. *Meum*, quod pro var. lect. Guelf. 3. habet, Broukh. e nonnullis repoſuit: vulgo legebatur, id quod plerique, etiam noſtri, cum Guelff. habent, *tuum*; quod ſi ita intelligitur, ut inſcriptus liber ſit Neaerae, ex inchoata ſtructura debebat eſſe *eius*; nam poëta Muſas allocutus erat, et de puella, tanquam tertia perſona, agit. Sed vide paullo ante ad v. 8. Mox v. 13. legerem *geminae*: nam frontes libri mediae inter bacilli cornua ſunt: v. not. iunctura tamen ad-

admodum ingrata ſic exiſtit. Verbo, locum non expedio. H. H. Voſſius *litera pacta* recepit, h. l. titulus primae paginae adglutinatus. Deinde *tuum*, ut verſ. 8. *tuis*, probavit, quia Muſas loqui ſtatuit cum aliis. *Tuum* hic etiam Goth. et Hamb. — *Pingatur* Goth. pr. *pingantur*. W.

14. *Sic etenim*] Broukh. e libris revocavit, cum iam in Ald. ſec. et Mur. ita correctum eſſet; ſed retractum erat in Scaligerana, *etiam*, quod eſt in Rom. et Cylleniania et Ald. pr. Guelf. 1. 4. H. *Sic tenerae* ſcripſit H. Voſſ. de coniectura pro *Sic etenim*. — Vindob. *pingere*, at in marg. *mittere*. W.

16. *Caſtaliamque umbram*] Guelf. 2. adſcr. ab alia manu *undam*. H. *Caſtalium numen* quart. Voſſ. in marg. *Caſtaliamque umbram*. Quint. Voſſ. *pieridosque*. W.

18. *Sicut erit*] ante Statium et Muretum etiam legebatur, *Sicut erat*. Habent tamen alterum vett. edd. ante Aldum. — *defluit* Guelf. 1. H. Recepit H. Voſſ. W.

19. *Illa mihi referet*] Hoc Scaliger edidit, et ſic libri plerique, etiam Regius cum Corvin. At alii, in his Guelf. 1. et 4. cum antiquis Edd. inde a Romana, licet Cyllenius aliter in notis habeat, et Aldinae (Ald. I. *refert*) ceteraeque usque ad Scaligerum, *referat*, et hoc mihi magis placet: adeoque nunc reduxi. H. *Referet* tria apogr. H. Voſſ. (Hamb.). Probo cum Voſſio et recepi. W.

20. *An minor an toto pectore deciderim*] Viri docti ad emendanda haec certatim operam ſuam contulere. Habuere igitur ſenſum aliquem corruptelae? ſed qua in re? At Broukh. nihil ſubodoratur: tres, inquit, in amore gradus egregie vides conſtitui. Scilicet puerile hoc eſt et ab affectus veritate alienum, ludere in gradibus his conſtituendis: et huius rei ſenſum aliquem habuiſſe videntur viri docti qui emendarunt. Pontanus olim legebat: *An maneam, an;* frigida ſententia. Heinſius: *anne amer*. Ayrmann. in Vita Tibulli §. 86. *Aut minor, an*. Statius in Vatic. viderat *e toto* et hinc coniectabat: *et t.* Immo vero ratio ita ſcribere iubet: *An minor, et* (vel *ac*) *toto pectore deciderim?* Hactenus bene. Verum ſupereſt altera quaeſtio: an Tibullus vere ita ſcripſerit? Quid? ſi ei ludere placuit? reprehendendus forte in eo eſt: verum tamen de ſcripturae veritate nunc quaeritur. Iam autem probabile adeo fit, eum luſiſſe: nam ſi ſcripſerat: *An minor et,* male ſequitur *toto* pectore. Multo putidius eſt illud inf. IV, 1, 201. 2.

Quod

Quod tibi ſi verſus noſter totusve minusve
Vel bene ſit notus, ſummo vel inerret in ore.

An vero plaudemus Catullo in illo:

Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum eſt:
Tertia pars matri etc.

Poſt iſta omnia memorabilis ſe offert lectio in Guelf. 2. *An maneam.* ut ſit: *An maneam; an toto pectore deciderim.* H. Videtur *eſt* poſt cura verſ. 19. librario deberi ellipſin male explicanti. H. Voſſius de coniectura ſcripſit:

noſtri ſit mutua cura.

Goth. *toto an.* W.

21. *Sed primum nympham longa donate ſalute*] Mira hic ſcripturae varietas. *Nympham,* praeter nonnullos libros, multae veteres editiones habent, inter has Veneta Broukh. princeps, et quas hinc profectas ſaepe dixi, Reg. Lep. Lipſ. Vicent. inde Aldinae, Mur. et ceterae vulgg. At Romana, et quae hinc venere, tum magna pars librorum cum Corvin. *meritam:* quod Scaliger ex ſuo primum recepit, et defendit Broukhuſius. Difficile eſt dicere, quomodo alterum ex altero ortum ſit. Sed ſunt alia monſtra lectionis. In libro Laudi, et uno Angl. *marathum,* in Exc. Lipſii *myrtum,* Thuan. *myrcum,* in Regio *myrthum,* quae forte ex *meritam* depravata eſſe vix ſuſpicer, niſi et ſup. I, 6, 82. pro *merito* Regius haberet *myrtho. Meritam* tamen mihi quidem hic ſine ulla vi eſſe videtur; itaque cum Vulpio *nympham* amplector, ut ſit pro nupta, ſponſa, ex Graecorum more, quanquam Broukh. id aegre pati videtur. Sed v. Burman. ad Ovid. Epiſt. I, 27. Meziriac. in Comment. gall. ad e. l. p. 59. Spanhem. ad Iuliani Impp. p. 736. et alios, quos laudat Wolf. ad Praxillae Carm. p. 76.

Παρθένε τὰν κεφαλὰν, τάδ' ἔνερθε νύμφα.

cf. Spanhem. ad Callim. p. 104. 105. nec adeo improbabilis corruptelae cauſſa ex *nymfam, myrtum* et ſic porro. Sollennius nomen erat *domina.* Pro *Sed primum* Santen. ad Propert. p. 917. malit *Et p.* — *longa ſalute* Scaliger reſtituit e libris; vulgg. alii, ut Ald. 1. 2. cum Muret., cum noſtris *larga.* H. *Meritam larga donate ſalute* recepit H. Voſſius. *Meritam* eſt etiam in Hamb. et ſecund. Voſſ. *meritum* in Ask. *larga* hab. Goth. Secutus ſum H. Voſſium. Ac *meritam* probat etiam Forcellinius, quem vid.

vid. voc. *nympha.* *Larga ſalus* autem dictum videtur ut *plurima* et *pleniſſima* ſalus, Lucil. ap. Non. cap. 7. nr. 34. W.

22. *ſubmiſſo — ſono*] eſt tenui et exili, qualis verecundiae et pudoris, vel etiam reverentiae ſignum eſt: v. Ovid. VII. Met. 90. IV. ex P. 4, 42. neque tamen propterea *ſubmiſſus* Latinis idem notat, quod nobis in noſtro Galloteutonico ſermone, ut contendit Vir doctus in Obſſ. Miſc. T. II. p. 35. Vetus poëta in Catalect. Scalig. p. 202.

Delia non aliter ſecreta ſilentia noctis
Submiſſa ac tenui rumpere voce ſolet.

23. *Haec tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neaera*] Vox *quondam* de futuro tempore recte accipiunt Lipſius II. Var. Lect. 1. Statius ad h. l. et Vulpius; exigunt id etiam ſequentia. Sperabat ei aliquando matrimonio iungi et maritum fore, cum nunc amator eius et concubinus eſſet, qui honeſto vocabulo *fratres* dicebantur, ut conſtat e Martiale (v. c. II, 4. X, 64.) et Petronio. cf. Intpp. ad Minuc. Felic. c. 9. Contarenus Var. Lect. c. 23. *quondam* contra de praeterito explicabat, et *fratrem* de pudico amore, alias *caſtam* dici non poſſe. Piget argutiarum, quaſi non amica amatoris ſaltem reſpectu caſta eſſe nequeat et caſta dici. cf. ſup. I, 6, 67. Videtur tamen in eam ſententiam diſcedere Broukh. qui operoſe probat *fratrem* pro *amico* dici; ſed ex exemplis apparet quidem, illud vocabulum fuiſſe in compellationibus blandientium et in affectus teſtificatione, cf. Pricaeum ad Apulei. I. p. 44. non vero ſimpliciter poni pro *amico,* ut poſſim dicere: *Miſi hoc fratri meo* pro *amico meo.* H. Pr. *haec* hab. Goth. *nec.* Pr. *caſta* Monac. *cara.* Pr. *Neaera* un. Voſſ. *Neaere.* Nunc de conſtructione verborum monendum eſt. Plena oratio fuiſſet: Haec tibi mittit Tibullus, vir quodam, nunc frater. Sic apud Tacitum Ann. I, 20.: *Quippe Rufus, diu manipularis, dein centurio, mox caſtris praefectus, antiquam militiam revocabat.* Atque amat Tacitus hunc uſum adverbiorum. Iam vides, quid notandum inſit huic loco, in quo verſamur. Nempe omiſſum eſt ſubſtantivum regens, quale *Rufus, Tibullus,* ſervata appoſitione cum adverbiis. Atque in hanc rem comparabis Propert. II, 28, 61.:

Redde etiam excubias divae nunc, ante iuvencae. W.

24. *et accipias*] Ed. Rom. et hinc ortae cum Ald. pr. Guelf. 1. 4. *ut.*

25. *ca-*

25. *caram magis esse*] Reg. *magis caram*, deberet saltem, *mage caram*. H. Mon. *Seque*. Un. Voss. *causam* pr. *caram*. Bern. *sibi* pr. *tibi*. — *Coniunx* hab. v. 26. 27. Ald. 1. et Scal. add. Hamb. W.

28. *pallida Ditis aqua*] Regius, *dulcis*. Guelf. 3. 4. *aufert*. H. *Spes* pr. *spem* Ask. Pr. *ditis* h. *dictis* Hamb. W.

ELEGIA II.

1. *Qui primus*] ita Broukh. cum potioribus, etiam vett. edd. Vulgo inde ab Ald. lectum *primum*. mox pro *carumque* nonnulli *carumve*, ut et Guelf. 1. e correct. 3. alii cum edd. Ven. pr. Reg. Lep. Vicent. *caraeque puellae*. H. *Carumve* quart. Voss. Monac. *Caramve* Hamb. quod reposuit H. Vossius. *Quis* pr. *Qui* Ask. *Primus* omnia apogr. II. Vossii. *Caraeque* Zwic. 1. 2. W.

3. *Durus et ille fuit*] boni aliquot libri repetunt, *Ferreus ille fuit*. Nec tamen hoc poëtae *ubique* sequuntur; nec bene carebimus vocula *et*. *Durior ille fuit* coni. Hoeufft Peric. p. 222. H. Santenius ad iterationem reponendam proclivis fuit, vid. Bibl. Crit. p. 73. Sed primum quae ille apposuit exempla, diversissima sunt inter se, neque ullum huic loco simile; deinde h. l. repetitioni non est locus, quum poeta ad alterum factum durum procedat. W.

4. *erepta coniuge*] Regius, *exempta*, quod ex compendio scripturae natum. Sic ap. Cic. Verr. II, 55. pro *empta* libros invaserat *erepta*, cum esset scriptum *epta*. cf. Gronov. Obss. I, 12. *Erepta* recte se habet, sive a rivali, cui se dederat, *praerepta*, sic enim fere dicitur. Propert. II, 25, 2.

Cur quisquam faciem dominae iam credat Amori?
Sic erepta mihi pene puella fuit.

II, 7, 1.

Eripitur nobis iam pridem cara puella.

sive quocunque alio discidio; putem tamen peregre abiisse, nam proxima Elegia v. 25. 26. 27. *reditus* mentionem facit. Nolim enim haec cum Vulpio de reditu in gratiam accipere. H. I. H. Vossius suspicatur: *tantum qui* pr. *qui tantum*. Nihil tentandum, quum libri non varient. W.

5. *Non ego firmus in hoc*] Exc. Pocchi antiqua et duo Italici, *fortis*, quod quidem bene constantiam in quacunque re et proposito exprimit, et sollenne est: (Sulpicia Sat. v. 6.

— — *nec qui pede fractus eodem*
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.

quae non dubito de Iambo Scazonte intelligere; *pede fractus* eſt debilitatus, claudus;) ſed in noſtro *fortis* eſt interpretatio vulgatae. *Firmus* eſt fortis, qui diſceſſum puellae aequo animo ferre poteſt. Ea varietas ſatis frequens eſt. v. Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 279. Burman. ad Met. VII, 457. Gronov. ad Liv. XXIII, 27. Non autem *firmus in hoc* eſt, ea in re; ſed *ad hoc.*

eod. *non haec patientia noſtro Ingenio*] haec lectio antiquiſſimarum editionum a Romana inde eſt. Eſt etiam in Regio et Corvin. At Pocchus et Perreius in Exc. ſuis notaverant, deberi eam Iov. Pontano: nam in libris antiquis legi: *non hoc patiemur et aequo Ingenio.* Videtur tamen vulgata vera eſſe, ſive ex libris, ſive ex ingenioſa emendatione profecta ſit. Fuerat enim *patiencia* corrupta forte in hunc modum:

— — *non hoc patiemur nro.*

unde in uno Broukh. eſt *non haec patiemur e noſtro.* inde e correctione invaſit libros et Edd. Ven. pr. eiusque ſectam: *patiemur et aequo Ingenio.* In uno Statii alia ratione mederi voluerant vulneri, ſcribendo: *non hoc noſtro patiemur I.* H. *Non haec patientia noſtro ingenio* hab. octo, quibus H. Voſſius uſus eſt, apographa. Prim. Voſſ. *Non hoc patiemur e noſtro.* Goth. *noſtro patiemur.* Vind. *Non haec patiemur, et aequo.* W.

7. *Nec mihi vera loqui pudor eſt*] Ita emendatum in Ald. ſec. et a Broukh. ex libris repetitum firmatumque, cum Scaliger ex Ald. pr. retraxiſſet: *Haec mihi verba loqui.* Hoc edd. vett. habebant ex Ven. pr. alterum edd. e Rom. deductae. *Haec* etiam Reg. et pro *vera* habet *nunc.* Error ortus ex ſcriptura *hec*, quae et in nonnullis eſt. H. Pro *vera* ſecund. Voſſ. *tunc*, quint. *verba*, ut Goth. — *Haec mihi* Zwic. 1. 2. W.

7. *vitaeque fateri Tot mala perpeſſae taedia nata meae*] Ita Broukh. poſt Muretum e potioribus reſtituit, cum Scaliger e ſuo *taedia nota* poſuiſſet: quod et in Guelf. 2. eſt. In Edd. inde ab Aldinis vulgatum erat *perpeſſae tot ſupereſſe meae.* Sic in uno Statii, etiam in Regio. At *taedia nata* in Corvin.. et ſic in vett. edd. ante Aldum ubique legebatur. H. *tot ſupereſſe* monet H. Voſſ. ortum eſſe oſcitantia librariorum ex verbis *tot — perpeſſae. Taedia nota* tert. Voſſ. W.

9. *Ergo quum*] Rom. et inde aliae Edd. cum Guelf. 1. 2. et al. codd. *Ergo ego,* quod, ne in re triſti tot dactylis

ctylis decurrat verſus, poſt Statium ſuſtulit Broukh. H. *Ergo* ſine *ego* omnia apogr. H. Voſſii. *Quom* Hamb. Tert. Voſſ. *quo*, idem *et umbram*. *Supra* ſex apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) et Zwic. 1.; Zwic. 2. *ſuper*, ſed correct. alia man. Pro *nigra* duo Voſſ. *magna*. W.

10. *ſuper — teget*] Reg. et Corvin. Guelf. 3. cum Ed. Lipſ. Vicent. et aliis *ſupra*. H. *Super — teget*, ut apud Catull. 61, 29.: *Lympha ſpecus ſuper inrigat*, et infr. IV, 1, 23. *claudi ſuper caelo*. W.

11. *longos veniat* Ask. quint. Voſſ. *veniet*. Vind. *caſta Neaera*. W.

13. *carae matris comitata dolore*] hinc Ovid. in noſtri epicedio, III. Am. 9, 51.

> *Hinc ſoror in partem miſera cum matre doloris*
> *Venit.*

quem locum Cyllen. ſup. ad I. Eleg. 3. ſic laudat: *mixti cum matre doloris*. H. *Moereat et genero* Monac. W.

15. *Praefatae ante meos manes animamque precatae Perfuſaeque*] Iam ſuperioribus temporibus de hoc loco disceptatum fuit. Libri fere exhibent *animamque rogatae* vel *rogate*; ſic et in vett. edd. et in Aldd. donec Muretus *precatae* ſubſtituit. Hoc *rogatae* ἀρχαϊκῶς pro activo extuliſſe Tibullum volebat I. Iſ. Pontan. ad Macrob. V. Saturn. 7. Cyllenius id inuſitato modo fieri videns inclinat in alteram lectionem *precatae*: addit tamen, alios imperandi modo accepiſſe, *animamque rogate*. Statius, qui *rogatae* in omnibus ſuis invenerat, hinc faciebat *togatae*, perquam infeliciter proſtituens amicam Tibulli (etſi ſic legitur in Guelf. 2. *togatae*, ſuperſcr. *rogate*); at Scaliger et coniecit et recepit *rigatae*, ut cum ſequentibus coniungatur, *rigatae perſuſaeque — manus*; ita tamen duo eandem plane rem ſignificantia verba coniunguntur. Recte itaque ab eo diſceſſit Broukh. et recepit *animamque precatae*, quod ſane inter cetera minimam reprehenſionem habet: ut tamen nec in eo acquieſcere liceat: nam primum poſt, *praefatae manes*, quid eſt, et quomodo differt: *animam precatae?* an eſt ſalvere iubere animam? et alterum: Manes praefari, h. e. affari, nomine compellare mortuum Tibullum? ut in illo: *ter magna voce ciemus*. Optime ſic locum expedias. Sed manet difficultas, quomodo notum hoc vocabulum *precatae* in *rogatae* in maiore codicum numero abire potuerit. (Participia *precantes* et *rogantes* confuſa in libris notavit Burmann. ad Anthol. P. V. p. 150. W.)

Itaque *precatae* ex interpretatione vel correctione esse videtur, quanquam et Heins. ad Ovid. Fast. VI, 303.

> — *inde precando*
> *Affamur Vestam.*

ita legi debere contendat. Si illud ab initio fuisset, nemo profecto in id incidisset, ut *rogatae* reponeret. *Precatae* adeo non minus ab emendatrice manu provenisse videtur ac *rogantes*, quod in Colbertino, duobus Palat. et in Ed. Rom. est. In Regio et Corvin. etiam *rogate*, unde suspicari possis fuisse *animaque rogata*. Haec tamen omnia corrupta esse olim putabam ex

> *Praefatae ante meos Manes animamque vagantem.*

Distingueret ita *Manes*, qui in inferis sunt, ab *anima vagante*. Erat enim antiqua superstitio, non modo, donec corpus compositum et sepultum esset iustorumque honorem accepisset, animam ad loca infera non admitti, nec quieti dari; quae nota res est; verum etiam, variis de caussis idolum aliquod, ab umbra et Manibus diversum, quod tamen et umbram et animam crassius vocabant, (vid. Heins. Advers. I, 2.) aliquantum temporis circa tumulum suum vagari (vide tamen Heyn. ad Virg. Aen. VI, 149. p. 755. W.); id esse, quod interdum visum obiiciat, *Larvarum* et *Lemurum* nomine etiam notatum, quodque inferiis datis laetetur. v. Fast. II, 565. qui ipse inferiarum ferendarum mos eam opinionem aut gignere aut alere debuit: nisi enim adesset anima, quae honore inferiarum gauderet, quorsum in eo laborandum erat? etsi mox ipsa Platonicorum aliorumque philosophorum placita ad eandem superstitionem fulciendam arcessita sunt: v. Macrob. in S. Scip. I, 9. cf. Davis. ad Cic. Tusc. I, 12. Inprimis vero immatura morte raptorum animas circa funera sua oberrare, neque discidium suum ferre posse opinati sunt. Statius II. Silv. 1, 22. de pueri Glauciae funere:

> *Plorantemque animam supra sua funera vidi.*

ubi v. Gevart. et Barth. *Vagari* vero de anima dictum ob levitatem, ut *volare*. v. Ovid. III. Trist. 3, 63.

> *Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras.*

VII. Met. 611.

> *Qui lacriment, desunt: indefletaeque vagantur*
> *Natarum matrumque animae iuvenumque senumque.*

Hac-

Hactenus igitur correctio *animamque vagantem* arridere poterat: fateor tamen mihi nunc eam minus probari; cum verſus numeri et orationis ſtructura vix eo ducant, et ipſa notio illa vagantis animae longius petita eſſe videatur. Manendum itaque in lectione ſeu emendatione: *animamque precatae;* ut in nota explicuimus, et dicendum *rogatae* l. *rogate* ortum eſſe ex compendio ſcripturae *animamq.precate.* Initio verſus *praefatae* ſuperſcriptum eſt *ertae* in Guelf. 1. H. Pr. *precatae* Zw. 2. *rogate,* Zw. 1. idem ſuperſc. at *rogantes.* *Rogate* etiam Goth. et plura apogr. H. Voſſ. alia *rogatae* apud eundem, ut Hamb. unus Voſſ. *precate* in marg. *Praefactae* pr. *praefatae* hab. Goth. Hamb. H. Voſſius malit *animamque rogando,* ut Ovid. Faſt. VI, 303. *precando affamur Veſtam.* Burm. iun. eo inclinabat, ut *animam precari* explicandum cenſeret ut *ventos petere rogo* ap. Propert. IV, 7, 31. W.

17. *Pars, quae ſola mei ſuperabit corporis, oſſa*] Bernart. ad Stat. II. Silv. 6, 90. *ſuperabunt.* Ed. Rom. *Pars quoque.* H. *Pars quoque* ſex apogr. H. Voſſ. (Goth. Hamb.) et Zwic. 1. 2. *Quae incinctae* Goth. *iniunctae* quart. Voſſ. *legent* octo apogr. H. Voſſ. (Goth.) et Zwic. 1. 2. In Zwic. 1. correct. tamen *legant.* W.

18. 19. *legant — ſpargant*] Noſtri cum Guelff. aliis, *legent, ſpargent* male, nam ſequitur *parent.* Procedit autem iunctura verborum: *Praeſatae, precatae et perfuſae legant, et ſpargant, mox etiam parent fundere, poſthaec tollere.* H. *Spargent* ſept. apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) Zwic. 1. *Spargant* Zwic. 2. Uterq. ſine variet. v. 20. *parent.* *Perfuſa* pr. *collecta* duo apogr. H. Voſſ. W.

21. *Poſthaec carbaſeis humorem tollere velis*] Eſt hoc tantum in Edd. aliquot ex emendatione Mureti: libri et Edd. ant. fere *carbaſeis — ventis.* Hi tamen qui ſint, difficile dictu eſt. Scaliger poſt Cyllenium intelligit ventos carbaſeae veſtis agitatione excitatos. Broukh. potius *ventos* vela tenuiſſima explicari debere contendit. Sed cum hoc in tenui carmine fieri nequeat, recte cum Heinſio retinuit *velis,* quod et in uno Italico eſt, et pro quo ſaepe alterum libros invaſit. v. Burman. ad Ovid. VII. Met. 491. Epiſt. X, 149. In uno Colb. eſt *vitis,* quomodo et Statius ab aliis lectum fuiſſe notat, ut forte hinc *ventis* ortum fuerit. In Vicent. video eſſe *vinclis.* Regius etiam, *Poſthac.* H. Zwic. 1. *vinclis al. ventis* ſuperſcr. et gloſſa: „velamentis et pannis albis. Venti non ſunt carbaſei, ſed vela carbaſea impellunt venti.“ Zwic. 2. *ventis* ſuperſcr. „*alias*

„*alias vinclis;* hoc velantibus et candidis pannis. nam carbasus species est velamenti in citeriore Hispania, unde vela carbasia dicuntur.“ Goth. et Hamb. *ventis. carbasas* Hamb. — H. Vossius coniecit *carbaseis villis* pr. carbasis villosis dictum, et recepit. W.

23. *Illuc*] Broukh. recte reposuit post Passeratium pro vulgato *illic*. Tum Corvin. *mittet*. H. *Illic* Zw. 1. 2.; ille adscr. gloss. marg. „Panchaia teste Servio sabeorum regio est, ubi thus nascitur.“ *illic* etiam Hamb. et Goth. et recepit H. Vossius. *Illic* refert hic vir ad domum marmoream, *eodem* ad ossa. W.

eod. *dives Panchaïa — pinguis et Assyria*] Ante Broukh. utroque loco legebatur *dives; dives Panchaïa* et *dives et Assyria*, ingrata repetitione. Sic vett. etiam edd. et codd. pars. Libri aliquot, duo Statiani, tres Italici, cum uno Wittiano, quibus accedit Regius, Guelf. 3. pro var. lect. exhibent *pinguis et Assyria:* quod iam Muretus ediderat. Broukh. tamen epitheton hoc *Panchaïae* potius convenire iudicabat, propter myrrham et alia unguenta, quae hinc mittuntur, et quia etiam Virgil. Ge. II, 139. *pinguem Panchaïam* dixit: idcirco, commutatis epithetis, *pinguis Panchaia et dives Assyria* reposuit. In quo eum temere a libris discessisse arbitror. Quidni enim et *Assyria* h. e. Syria aeque pinguis dici possit, quum amomum, balsamum et mille unguentorum genera inde mitterentur, partim in ea nata, partim in mercatum eo adducta, et *Panchaïa dives*, ob copiosum proventum talium rerum? Ipse noster sup. I, 3. *Assyrios — odores* memoraverat, et ex altera parte *Panchaïa dives amomo* ap. Ovid. X. Met. 307. Ipse noster infra IV, 2, 18. *dives Arabs* et Horat. II. Od. 12, 24. *plenas Arabum domos*. H. *Dives et* pr. *pinguis et* Goth. Zwic. 1. ut in un. Voss. *pinguis* tert. Voss. et Zwic. 2. Bis *dives* Vind. prim. et quart. Voss. et Ask. *mittet* Bern. *funduntur* v. 25. quart. Voss. W.

26. *componi versus in ossa*] in duobus Statii *componi carmen*, cum ridiculo errore *versus* accepisset librarius pro στίχους. H. Mon. *hic* pr. *sic*. Vind. *hos:* sc. versus. W.

27. *Sed tr.*] Ed. Basil. *Sic*. Mox Rom. Ed. cum Brix. ac Venetis et Guelf. 1. 2. 4. et uno Statii *casum*. H. Deest hoc distichon in tert. Voss. — pr. *haec* Goth. *hic*. W.

29. *dolor huic et cura Neaerae*] h. amor, desiderium Neaerae. Hoc iam Muretus reposuerat. Vulgo legebatur: *dolor huic et caussa Neaera*. Scaliger male captato archaismo refingebat: *caussa Neaerae*, ut esset pro ipsa *Neaera*

aera dictum: ſed iam a Gronov. Obſſ. II, 9. reprehenſus. Nata eſt haec lectio ex ſcripturae compendio *c̄a*, ut videas in Edd. Lipſ. et Rom. Sic etiam factum inf. IV, 10, 6. cf. Lipſ. ad Senec. III. de Ira c. 10. Extat quoque *cura* diſerte in aliquot Italicis apud Broukh. (eſt in prim. et quart. Voſſ. et in Ask. — Zwic. 1. *c̄a neaera*; Zwic. 2. *câ neera*. W.) Regius etiam *hunc* vitioſe. in Guelf. 2. *cara neaera* ſuperſc. *cura*. Sunt ſimilia verba illis matris Ulyſſis apud Homer. Odyſſ. λ, 201.

> Ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
> Σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα.

ELEGIA III.

1. *caelum votis impleſſe*] Regius *flammis*, ſicque ed. Vicent. Ceterum in his continuanda erat ſententia a v. 1. ad v. 10. Itaque ſic interpunxi. H. *Votis caelum* Bern. *Votis* Zwic. 2.; *flammis* tert. Voſſ. et Zwic. 1., c. gl. *ſacrificiis*. *tura tuliſſe* Statius, non apparet unde. W.

3. *marmorei prodirem e limine tecti*] Douſa Praecid. c. 11. ex uno libro et ant. Edd., quae quales fuerint, reperire nequeo, *templi*; ſed recte reiecit Broukh. Ita Burman. ſprevit *templa* in Ovid. I. Met. 170. Regius *a limine*. a Corvin. praepoſitio abeſt, me volente. H. Recepit H. Voſſius, comparans Ovid. Am. III, 11, 13. W.

5. *renoventur* Ask. at in marg. *renovarent*. Hamb. *renovantur*. Goth. *revocarent*. W.

7. *Sed tecum ut longae ſociarem gaudia vitae*] h. communibus vitae gaudiis tecum fruerer. Scaliger e ſuo nimis argute repoſuerat *ſatiarem*. quod etiam erat in Thuan. et vett. edd. Brix. ac Venetis, Guelf. 1. 4. etiam ed. Commelin. Ald. pr. cum aliis vitioſe, *ſociarent*: quod et in Regio erat. H. *Sociarent* ſec. Voſſ. et Goth. *Sociarem et* Ask. I. Schrader. coniecerat: *Si tecum haud longae*. Non probanda haec. W.

9. *praemenſae defunctus tempora lucis*] Ita in Aldinis et hinc expreſſis editum erat; idque recte retraxit Broukh. ſecutus libros et Edd. vett. quarum tamen multae, etiam Romana, *permenſae*, ex ſcripturae compendio ſcilicet. (*Per* et *prae* permutata in compoſ. I, 10, 68. W.) In ſcriptis quoque *tempore*, quaſi *defunctus* cum quarto caſu iungi non poſſet. Scaliger vero poſt Muretum et Plantin. id, quod in aliis, v. c. Regio, Corvin., ut *permenſe* — *tempore* eſt in Guelf. 3.

Guelf. 3. et 4. ſed in iſtis ſuperſcriptum *o* eſt, tuebatur: *permenſo defunctus tempore lucis. permenſum eſſe vitae tempora, ſpatia*, per ſe eleganter dici non neges. Nemeſian. Ecl. I, 19.

Quem nunc, emeritae permenſum tempora vitae,
Secreti pars orbis habet mundusque piorum.

cf. Broukh. Sed et *permenſum* paſſive dici, et *defunctum* inſuper addi, iuxta durum eſt. Tale autem erat doctiſſimi viri ingenium, ut vel ſilices concoqueret, modo recondita aliqua doctrina adſperſi eſſent. H. *Praemenſae* quinque apogr. H. Voſſ. un. *praemenſo. permenſae* un. H. Voſſ. et Zwic. 1. 2. *permenſo* tria apogr. H. Voſſ. (Hamb.) *tempora* ſept. apogr. H. Voſſ., *tempore* quatuor (Hamb.). *defunctis* Hamb. H. Voſſius recepit: *tempore*. Sane *defuncta corpora vitâ* dixit Virg. Georg. 4, 475., et *ſuis temporibus defuncta* Horat. Ep. II, 1, 21., ac videtur Tibullus etiam ita ſcripſiſſe. Agnoſcit tamen accuſativum Forcellinius. — *Tum, cum* Statius vidit in duobus, quod recepi; vid. Obſſ. ad I, 1, 21. W.

10. *cogerer ire rate*] Ed. Lipſ. cum aliis *cogeret*. Broukhuſius litterae caninae frequentia offendebatur. Ceterum ex h. l. confirmari poteſt Scaligeri emendatio in Sever. Aetna v. 79.

Mentitique rates Stygias, undasque canesque.

vulgo legitur: *Mentiti vates*. H. *Iterate* pr. *ire rate* Goth. W.

11. *Nam grave quid prodeſt pondus*] Scaligeri Exc. et Vincent. in Speculo doctrin. VI, 73. *Quid prodeſſe poteſt, p.* v. ad II, 6, 19.

12. *Arvaque ſi findant*] Unus Angl. *ſcindant*, perpetua variatione. Baſil. Ed. ſecund. *fundant*, (ſic enim Ask., tert. Voſſ. et Mon. W.) et Vincent. l. c. *Prataque ſi fundant.* v. I, 7, 21.

13. *domus — Phrygiis innixa columnis*] unus Colbert. *ſubnixa*. Ovid. III. ex P. 2, 49.

Templa manent hodie, vaſtis innixa columnis.

Sed et ibi unus *ſubnixa*. H. *Immixta* tert. Voſſ. W.

14. *Trenara* ſecund. Voſſ. *hriſte* idem. prim. *thariſce*, Hamb. *Charyſte*. W.

16. *marmoreumque ſolum*] Hunc locum ob oculos habuit Auctor Epigrammatis in Catal. Ed. Scalig. p. 191.

Quod tua mille domus ſolidas habet alta columnas,
Quod tua marmoreo ianua poſte nitet;
Aurea quod ſummo ſplendent laquearia tecto,
Imum cruſta tegit quod pretioſa locum.

ubi

ubi legendum *ſolum* pro *locum;* quod etiam repoſitum eſt a Burm. Sec. in Anthol. Lat. lib. III. ep. 70. T. I. p. 511.

17. 18. *Erithreo* et *eritheo* duo Voſſ. un. pr. *Sidonio* hab. *ſic brinio.* H. Voſſius ſuſpicatur, Tibullum ſcripſiſſe: *Quid vel Erythraeo* caet. atque adeo recepit, contra omnium librorum auctoritatem. W.

19. *Et quae p.*] Scaliger in prima editione leg. putabat, *Eſt quae.*

eod. *in illis Invidia eſt: falſo p.*] Ita Scaliger reſtituit ex Exc. ſuis, quibus alii libri Italici, cum his Guelf. 2. accedunt: niſi hi ex Pontani correctione ita habent; nam eum ſic emendaſſe, in margine vet. ed. manu notatum video. (Idem Vind. et tert. Voſſ. W.) Plerique, ut etiam Regius et Corvin. Guelf. 1. 3. 4. *in illis Invida quae,* ſicque Edd. veteres et Aldinae et hinc vulgatae: in ed. Lipſ. *que.* Poteſt adeo hactenus vulgata orta videri ex omiſſo *eſt:* et legitur quoque *in illis Invidia: falſo,* in uno Gebhardi, et Ed. Rom. unde olim putabam, eam veram eſſe lectionem; productionem ſyllabae autem inſolentem omni depravationi locum dediſſe. Solent enim *que* inſerere librarii, cum ſyllaba vacat. v. mox El. 4, 10. Nec tamen ſatis placet: invidiam eſſe aliqua in re. Etſi alioqui lapſus proclivis. Itaque ad id redeo, quod olim propoſui: *Et quae p. populus miratur, et illis Invidet: heu falſo plurima vulgus amat!* H. *illa* ſecund. Voſſ. *invidiaque* Bern. *invidia quae* Goth. id. *volnus.* In Hamb. deeſt diſtichon. W.

21. *Non opibus mentes hominum curaeque levantur*] quatuor Gebh. duo Broukh. *homini.* H. *homini* Ald. 1. 2. cum Mureto; prim. Voſſ. et Bern. *hominis* Ask. *Non hominum mentes opibus* quint. Voſſ. W.

22. *Nam fortuna ſua tempora lege gerit*] *gerit* Broukh. e libris, h. e. miniſtrat. In aliis, etiam in Regio, Guelf. 2. *regit;* quod mihi magis placet: ut etiam hoc in illud mutarem, ubi libri alterum ſolum haberent. Vulgatum etiam illud dudum eſt in edd. Mureti et Scalig. Itaque reduxi. Salluſt. Iug. 109. iam a Vulpio laudatus, *Humanarum rerum Fortuna pleraque regit.* Res humanae in poëta ſunt *tempora,* caſus. Ceterum ſollennis eſt variatio. v. ſup. ad I, 9, 80. et Heinſ. in Claudian. II. in Eutrop. 562. H. *regit* Ask. *gerit* Zwic. 1. 2. Hamb. — *ſuas* — *gerit* Goth. In tert. Voſſ. deeſt hic verſus. W.

24. *At ſine te*] plures, *Et.* Heinſius: *Si ſine te, regum m.* H. *velim* Goth. et libr. Broukh. quod recepit H. Voſſius. *Et ſine* Zw. 1. 2. Hamb. Goth. et plur. apud H. Voſ-

H. Vossium. Equidem hoc recepi; vid. similem iuncturam I, 8, 34. W.

25. *quae te poterit mihi reddere*] Regius, *poterit quae nunc mihi r.* H. *te* deest in Goth. *potuit* Hamb. H. Voss. scripsit: *mihi te poterit quae.* W.

28. *aversa — aure*] male utraque Ed. cum codd. parte, ut Guelf. 2. *adversa.* v. Heins. ad Ovid. Epp. VII, 4. H. *At sibi* v. 27. Hamb. *At mihi* Ask. *Duplici* quart. Voss. at in marg. *dulci.* — *moventur* quint. Voss. et Bern. a pr. man. — *adversa* v. 28. duo Voss. *aversa* Zw. 2. *adversa* Zw. 1., sed inducta *d* lineâ, laudatque glossator ad marg. Virg. *aversa deae mens.* W.

29. *Nec me regna iuvent, nec*] Regius, *Non — non L. iuvent,* quod exquisitius, dudum dederat Ald. sec., Muret. Statius, Passerat. Cantabrig. Antea legebatur *iuvant,* quod Scaliger iteravit ex Ald. pr. In libb. scriptis utrumque legitur. H. *iuvant* Zwic. 1. 2. Goth. Hamb. *Nec* prim. loco Hamb. et duo Voss. *annis* Hamb. W.

31. *Haec alii cupiant*] libri nonnulli cum Regio *capiant,* unde vir doctus ap. Broukh. faciebat: *Haec alios capiant.* Vincent. Spec. doctrin. l. l. *Hoc alii cupiunt,* et mox

32. *securo vitae munere.* H. *cura* pr. *cara* prim. Voss. W.

34. *Cypria*] Regius, *Cyprida.*

35. *Aut si fata negant reditum*] nonnulli, in his Guelf. 2. e correct. *At,* et hoc praeferam. At si illa non redierit, mori praestat. Deinde Regius cum Ed. Rom. et Brix. *reditus,* quo numero amant efferre Latini. v. ad I, 3, 13. H. *Ad si* tert. Voss. *facta* Hamb. *reducem* quart. Voss. pr. *reditum.* W.

eod. — *tristesque sorores*] Heinsius coniiciebat, *Stygiaeque.* cf. Burman. ad Grat. Cyneg. 477. vel *trinae,* quod etiam in mentem venerat Ayrmanno, vel etiam *vitaeque s. Stamina.* v. in Vit. Tib. §. 84. At v. not.

36. *quaeque futura canunt*] vid. sup. I, 7, 1. In omnibus libris et Edd. est *neunt,* quod Scaliger pro *nent* antique dictum esse contendit. *neent* Guelf. 3. *Canunt* emendavit Heins. ad Ovid. Epist. XVII, 194., opinans, errorem ex similitudine inter ultimam praecedentis et primam proxime sequentis vocis syllabam ortum, et primum scriptum fuisse, *futura nunt.* H. *Canunt* recte Monac. *neunt* Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *nount* quart. Voss. edit. Lips. *neant.* *fatamina* pr. *stamina* Hamb. W.

38. *Dives in ignava luridus Orcus aqua*] pro *Dives* in nonnullis *Ditis, Dius, Divis.* Ayrman. Vit. Tib. §. 84. legebat:

gebat: *Me vocet in v. — paludem Dis et in ignavam l. O. aquam.* quod nervo caret. in Ed. Venet. 1475. *ignaram.* Deinde Ed. Rom. *ortus* et Regius *Orchus;* ſcribebant enim olim ſeriores hoc et ſimilia, ut *pulcher,* cum adſpiratione; ſono gutturali a barbaris populis adſcito: v. Broukh. h. l. et Salmaſ. in notis ad Euſeb. Chron. editis ab Henr. Leonh. Schurzfleiſch. in Biblioth. Vinar. p. 140. H. v. 37. *ad vaſtos* ſcripſ. H. Voſſ. pr. *me* prim. Voſſ. *at.* — *et ignava* Vind. *ignara* Ask. *lividus* Bern. *Orchus* quart. Voſſ. W.

ELEGIA IV.

Multa ſunt in hoc carmine, quae ſeveriori iudici diſplicere poſſint. In exordio nonnulla ſunt perplexe dicta et iterum iterumque retractata. Si forte haec librariorum fraudi debentur, in Apollinis tamen deſcriptione copiam earum rerum, quas brevius narratas malis, poëtae vix pro egregio invento annumeres: uti nec illud ipſum, quod Apolline res digna eſt viſa, a quo poëtae nuntiaretur puellae perfidia, et quidem tam operoſe ac copioſe. Quod ſub fin. dicere poëtico more volebat, Neaeram non eſſe puellam ſine humanitatis ſenſu natam, vide, quo cum faſtidio legentis, et in ipſo ornatu ieiune, extulit vſſ. 85-93. cum vſ. 85. 86. ſatis ſuperque eſſent. Verbo, otioſa rerum ac verborum copia laborare videtur totum carmen; etſi ſint alia in eo Tibullo digna, nec dubitare liceat, Tibullum eius eſſe auctorem

1. *nec ſint inſomnia vera*] in Corvin. Guelf. 3. a pr. m. ac multis, etiam in Edd. ant. Ven. pr. et reliquis, Lipſ. *mihi ſomnia,* in Rom. et eius ſecta et in Guelf. 4. *mea ſomnia,* orta ex ſcripturae compendio, quale eſt in Regio *m'* facto ex *in. ferant* Guelf. 1. a pr. m. H. *Mihi ſomnia* etiam ſex apogr. H. Voſſ. (Hamb.) pr. *inſomnia.* W.

2. *extrema — nocte*] Ita Scal. ex ſuo correxit, et ſic Regius; vulgo *heſterna,* natum ex *eſterna* vel *externa,* quod etiam alii habent; aberrationes ſollennes. v. I, 9, 57. II, 1, 12. Catull. ad Manlium 99. ubi v. Santen. Propert. I, 15, 5. II, extr. 59. et III, 6, 1. ubi non e mera Beroaldi coniectura eſt in vulgatis *heſterna;* nam et Regius hoc exhibet. item Ovid. V. Faſt. 506. cf. Heinſ. Adverſ. II, 15. *extrema* recte ſe habet, ſi cogites inf. v. 21. ſub orientem diem ſomnium oblatum. Ovid. Epiſt. XIX, 195.

— ſub auroram, iam dormitante lucerna,
Somnia quo cerni tempore vera ſolent.

Pro

Pro *peſſima* in Scal. Ed. ut et in Guelf. 3. *proxima*; quod ortum eſſe videtur ex ſcriptura, qualis eſt in Guarner. *pexima*. H. *extrema* Vind. W.

3. 4. *Ite procul, vanum falſumque avertite viſum: Deſinite in vobis quaerere velle fidem*] Haec niſi omnino a mala manu profecta ſunt, vera ut ſint et incorrupta, vehementer dubito: certe ſententiam commodam inde non efficias. Primum illud ſatis contortum et durum eſt, quod nunc *inſomnia* alloqui Poëta intelligendus eſt. *Avertere viſum, omen*, eſt, illud averruncare, depellere; id vero inſomnia non faciunt. Minoris verſus faciunt hunc ordinem: *Deſinite velle me quaerere fidem in vobis*, ut ſit, *Ne exigite, ut vobis fidem habeam.* Sed omnia haec dura et ieiuna ſunt. Verum quidem eſt, nos haec ita concinnata habere ex correctione Scaligeri, qui *vanum* ex uno libro, cui aliquot alii adſtipulantur, etiam Corvin. *vobis* vero ſine libro refinxit: ſed correctio tanti non erat, ut reciperetur. Nec tamen vulgata lectio habet in quo expoliendo operae pretium facias. Editum ubique erat id, quod in maiore parte librorum, etiam Guelff. legitur: *Ite procul, vani*: erunt adeo hi coniectores, ſomniorum interpretes, arioli: enimvero hos tam abſolute *vanos* appellari qua ratione et exemplo dicas? Tum *avertite viſum* an eſſe poteſt, auferte, tollite, ne mihi tam multa de eo memorate? Verum etiamſi haec licere putes; etiamſi pro *vani* reſcribas *vates*; tamen totius verſus ſententia ieiuna et Tibullo indigna eſt. Nec minus in altero verſu: *In vobis* eſt ex correctione Scaligeri; nam libri et Edd. *in votis* habent, utrumque inconcinne, et nullo ſenſu idoneo. *deſine et in votis* Guelf. 1. Statius coniiciebat *inventis*, vel *invitis*, Muretus, *in vanis*, unus Italicus, *in ſomnis*, Guyetus, *in nobis*, Heinſius, *in veris*. Paſſerat. *Deſinite iis vates*, vel *hinc vobis*, ſed ad Propert. I, 3, 28. aſſentitur Mureto. Ego malo ſilere, quam afferre, quae nec mihi ipſi ſatisfaciunt. Quod Broukh. ait, docuiſſe Schottum Obſſ. II, 13. deſumta haec eſſe e Sophoclis Electra, vanum eſt. Nam verba forte nonnulla conveniunt, ſententia diverſa eſt: aut nulla veritas ineſt ſomniis vaticiniisque, aut hoc ſomnium exitum habebit.

Ἤτοι μαντεῖαι βροτῶν
Οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὀνείροις,
Οὐδ' ἐν θεσφάτοις,
Εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς
Εὖ κατασχήσει.

Verſus ſunt ex Electra 501. ſqq. Poſſunt ſententia Tibullianae propiores videri apud Petron. 104. et Claudian. XXVII.

ſed

ſed nihil inde in rem noſtram convertere licet; et conſultius eſt, verſus ab indocto interpolatore profectos relinquere intactos. H. *vani* etiam Zwic. 1. 2. Goth. — *in votis* v. 4. Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. *in notis* Bern. I. H. Voſſius coniecit et recepit: *Ite procul*, *Somni*, caet. pr. *ſomnia* dictum, ut Ovid. Rem. 555.; deinde: *Deſinite in vanis*, ſecutus Muretum ſcripſit. Equidem, ut in re dubia, nihil mutavi. Sunt tamen nonnulla monenda. *Avertere viſum* ſomnia recte dicuntur, quandoquidem ſomniis viſus tribui poteſt. Horat. Sat. I, 5, 84.: *tum immundo ſomnia viſu nocturnam veſtem maculant.* Adde ſimil. Liv. III, 5. *portentaque alia aut obverſata oculis aut varias exterritis oſtentavere species.* Virg. Aen. XI, 271.:

Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur.

Aeneid. XII, 245.:

Dat ſignum caelo, quo non praeſentius ullum
Turbavit mentis Italas, monſtroque fefellit.

Quodſi *ſignum* fallit *monſtro*, *ſomnia* etiam avertere poſſunt *viſum*. — Difficultatem habent in primis verba *in vobis* a Scaligero de coniectura illata. Thierſchius legendum putabat *in nobis* hac ſententia: nolite ſperare me fidem vobis habiturum. Iam pergit, quare illis fidem habere non poſſit: *Divi vera monent.* Lenzius mavult: *deſinite et vobis.* Fortaſſe nunquam haec res ad liquidum poterit perduci. Hoc tamen videbis, mendi notas delendas fuiſſe; verſibus enim his ſublatis verba *Di — quies* cum ſequentibus non cohaerent. W.

5. *venturae nuntia ſortis*] Regius, *mortis.*

6. *vera manent* Guelf. 2. at emendat alia manus *monent*. H. Deeſt in Goth. hic verſus. W.

8. *Vana* pr. *ſalſa* de coniectura ſcripſit H. Voſſius, quia moleſtum ſit *ſalſa* poſt *ſallaci.* Ac loco ſuo turbatum vocabulum *vana* comparere in ſequenti verſu, ubi multi *vanum* habent pr. *natum.* Non ſequutus ſum. W.

9. *Et vanum ventura hominum genus omina noctis*] Ita refinxit Scaliger ex ſuo: accedentibus tamen aliquot aliis in Var. Lect. ap. Broukh. Guelf. 2. a m. pr. probavere Broukh. et Vulp. Vellem ſenſum quoque expoſuiſſent viri docti. Scaliger quidem, qui contortiſſima amabat, modo docta eſſent, Somnia, inquit, iubent pavidas mentes falſa timere, et vani homines noctis omina mola falſa devenerantur. Sed quam ieiuna ſententia haec ſit, docere opus non eſt. Quid autem *ventura omina noctis* ſint, plane praeteriit. Voluitne eſſe eventura? quaſi certum eventum habitura? id vero latine

latine vix dicitur. *omina ventura* non eſſe poſſunt, niſi futura, quae aliquando exiſtent, ut v. 5. *ſors ventura,* quae aliquando homini eveniet, continget. At illa nemo expiat, neque futura omina quisquam curat, contentus expiare praeſentia. Tum omnino ſic nemo loquitur: verum *ominibus* dicimus *ventura ſignificari*, ut Claudian. II. Laud. Stilic. 216.

Ominibus ventura notant.

Varietas lectionis hic plane mira eſt. Ante Scaligerum in Edd. erat, *natum in curas,* quod a Mureto erat receptum; et ſic Corvin. ſic Regius, Guelf. 3. et aliquot libri ap. Broukh. cum edd. ant. ex Ven. pr. profectis. Ed. Lipſ. cum paucis, *natum in curam,* unus Vatic. *nata in curas hominum gens.* Exc. Lipſii, Perreii, cum aliquot aliis: *vanum in curas,* quod placeret, ſi ita quenquam loqui ſcirem; hinc deterius unus et alter, *vatum, varium, tantum.* Ante Muretum Edd. Ald. dederant *vanum metuens,* quod et Venetae et ipſa Romana habet, cum Guelf. 1. 4. et ex emend. 2. E ceteris libris unus Stat. *tantum metuens,* unus Broukh. *natum metuens,* unus Heinſii *vatum metuens.* E quibus id, quod primo loco poſuimus, *natum in curas,* probabiliſſimum videtur, etiam Heinſii et nuper Nodelli (Not. crit. p. 7.) iudicio, neque id cum Vulpio pro Tibulli ſimplicitate nimis argutum putem, cum ſit ex medio petita ſententia. Coniiciebam aliquando: *navum in curas,* ut Ovid. *Inque meas poenas ingenioſus eram.* Sed quorſum argutamur in loco, qui nunquam habebit quod ſatis placeat? *Omnia* pro *omina* paſſim legi, vix opus eſt, ut moneam; quoniam ſollennis lapſus eſt. Pro *Et* aliquot libri et Guelf. 2. ex emendatione, *At,* recte. Itaque revocavi iterum lectionem a Mureto olim repoſitam. H. *At natum in curas* recte eſt in Monacenſ. et Vind. praeterea in prim. et quart. Voſſ. qui tamen *Et* habent pr. *At.* Quint. Voſſ. in marg. *natum in curas hominis.* Tert. *Et... incurram hominis.* Bern. *Et natum maturas;* e quib. omnibus vera lectio elucet quodammodo. Zwic. 1. *Et natum,* ſed ſuperſcr. *al. metuens.* Goth. *Et tuum metuens.* Zw. 2. *Et vanum in curam.* Hamb. *Et varium ventura.* In Ask. et quint. Voſſ. *Et vanum ventura.* Prim. Voſſ. *Et natum metuens.* — Pr. *farre* Bern. *ferre.* Pr. *placant* tert. Voſſ. *placeant.* W.

10. *Farre pio placant*] Ed. Lipſ. *pioque placent.*

11. *Et tamen, utcunque eſt, ſive illi vera moneri, Mendaci ſomno credere ſive volent*] Ita locus conſtitutus erat in

Al-

Aldinis, hinc in Scalig. et ceteris: ſunt tamen codices, quibus auctoribus id factum; accedit Corvin. Etiam in his aliquid ambigui et obſcuri eſt: *ſive illi*, n. hominum genus, *volunt vera moneri*, n. a Diis, per exta, vid. v. 5. vel, ut Vulpius explicat, a me, qui vanam dico rem eſſe ſomnia. Quid tamen haec omnia ad rem, de qua agitur? Etiam hic per Scaligeranam recenſionem melior lectio iterum ex editis loco eſt depulſa, in quam coniectando ipſe incideram et facile alius quisque: non *moneri* ut ſcribas, ſed *monenti*. Ita Muretus ediderat; ita legitur in edd. vett. et quidem utriusque ſectae; adde libros aliquot apud Statium et Broukh. et Guelff. omnes. Hoc itaque reduxi: *ſive illi vera monenti, Mendaci ſomno c.* Opponuntur, quod obvium eſt, *mendax ſomnus*, et *vera monens* ſeu deus ſeu aruſpex. Reg. et Ed. Rom. etiam *utrumque*; et in hac *eſt* abeſt. H. *Sed tamen* Guyet. probabat in trib. cod. repertum. Recepit H. Voſſius, quem ſecutus ſum. — *Moneri* eſt in Zwic., Hamb. aliisque ap. H. Voſſ. qui recepit. — Pro *utcunque* eſt *utrumque* in Ask. et Goth. W.

12. *volent*] in Guelf. 3. ſuperſcr. *velint*. H. Id. Ask. et Goth. W.

13. *efficiet* Bern. *efficiant* Mon. *luſcina* Goth. W.

14. *praetimuiſſe velit*] ex emendatione Gebhardi recepit Broukh. et confirmat Regius cum Corvin. vulgo *pertimuiſſe*. Sic modo ſup. Eleg. v. 9. *permenſae* et *praemenſae*. Orta vitia e compendiis litterarum. H. *Praetimuiſſe* eſt etiam in Mon. et prim. ac ſecund. Voſſ. *pertimuiſſe* autem Goth. et Hamb. W.

15. *Si m.*] Ed. Lipſ. *Sic*, cum aliis. H. *Sic* Zwic., Goth. alia ap. H. Voſſ. apogr. Pro *laeſit* Goth. *laedit*. Pr. *nec* nonnull. *non*. W.

17. *Iam Nox aetherium nigris emenſa quadrigis Mundum*] *emenſa* reſtituit Muretus (praeceſſerat ed. Baſil. ann. 1530. W.); firmatur per Guelf. 3. Ed. Lipſ. et Rom. cum Venetis et Aldd. corrupte, *emerſa:* quod et codd. habent, ut Guelf. 1. 4. *dimenſa* 2. H. *Emenſa* eſt etiam in Mon. ſecund. Voſſ. Ask. Laud. quint. Voſſ. in marg. Idem in Zw. 1., ſuperſcr. *al. emerſa*, quod hab. Zw. 2. cum Goth. W.

18. *caeruleo laverat amne rotas*] Scaliger tacite e ſuo, et poſt eum Broukh. receperant *caeruleas*, non male, ſi libri alterum non tuerentur. Praeſtat tamen *caeruleo amne* hactenus, ut *amnis* habeat aliquid adiunctum, quod Oceani notionem propius adducat. In Guelf. 3. *lethaeo* pro var. lect.

lect. quod ex ſuperiore carmine obverſatum erat librario. H. *caeruleas* etiam ſecund. Voſſ. perperam. W.

20. *ſollicitas deficit ante domos*] Heinſ. ad Ovid. II. Met. 382. malit *deficit ille domos*, ſed hoc eſſet *deſerit*. v. Broukh. Tentaverat quoque *deſit is ante domos*. Sed nil eſt, quod displiceat in vulgata. H. *Deficere* dii dicuntur qui mortales auxilio non iuvant, ut Virg. Aen. VI, 196.:

Tuque o dubiis ne defice rebus.

domus Goth. *ſolicitus* Bern. *Somnus* H. Voſſ. iunxit cum *deficit*. W.

21. *cum ſummo Phoebus proſpexit ab ortu*] Olim me male habuerat *ſummus ortus* in hoc verſu. Nam ſi, aiebam, idem, qui *primus ortus*, eſt, inde Sol, tanquam ex alto, *proſpicere* dici non poteſt. Sin vero de Sole iam altum tenente accipias, tum *ortus* non amplius eſt. Libri nil mutant; in nonnullis, etiam Guelf. 1. 4. eſt *ſomno*, natum ex ſcriptura, quae in Ed. Rom. eſt *ſomo*, unde Venetae *ſono*. Nunc video, Markland. ad Stat. II. Silv. 2, 45. p. 90. ingenioſam coniecturam propoſuiſſe: *cum ſummo Phoebus proſpexit ab Oeta*. Veteres poëtae, ex antiquiore aliquo carmine, quod in tractibus illis, qui ſub Oeta ſunt, ſcriptum erat, retinuerunt hunc formulam, ut ab Oeta ortum Heſperi (habebatur autem is a Locris in praecipuo cultu, et in numis Locrorum frequenter viſitur) mox etiam Solis repeterent. cf. Virgil. Ecl. VIII, 30. Culex 202. et ibi not. Senec. Herc. fur. 132.

Iam caeruleis evectus equis
Titan ſummo proſpicit Oeta.

ubi etiam ante Gronovium legebatur *ſummum proſpicit Oetam*. cf. Voſſius ad Catull. p. 151. Quod ſi itaque Tibullus etiam h. l. *ab Oeta* poſuit, eleganter haud dubie loquutus eſt. Sed an tam eleganter loqui voluerit, aut debuerit, alia eſt quaeſtio. Nam *ab ortu* bonum et ipſum eſt. Vid. not. H. *ab Oeta* ſine dubio ſpernendum eſt, nec quidquam mutandum. *ſuſpexit* Bern. *tum ſumme phoebi* tert. Voſſ. W.

22. *Preſſit languentis lumina ſera quies*] In nonnullis ſcriptis, etiam Regio, *lumina feſſa*. et pro var. lect. Guelf. 3. *feſta*. Ovid. Epiſt. XIX, 56.

— *ſubit furtim lumina feſſa ſopor.*

etiam ſup. I, 8, 72. *lumina feſſa*, ſed in alia re. Propert. I, 3, 45.

Dum me iucundis laſſam ſopor impulit alis.

Sic Vaticanus et alii cum Regio. Broukh. poſt Heinſium probavit *lapſam*. Sed *labi* dicuntur oculi, non is, qui ſomno op-

opprimitur. Verum in noſtri loco *ſera quies* vera eſt lectio, quia cum ſole oriente demum veniebat. Valer. Flacc. I, 48.

— ſerus feſſos ſopor alligat artus. H.

feſſa Vind. *languentes lumina victa* Hamb. *fera* perp. un. Voſſ. W.

23. *lauro* Zwic. 1. 2. Hamb. *lauru* Vind. Ask. Bern. *Et viſus* Bern. W.

25. 26. *Non illo quicquam formoſius ulla priorum Aetas, humanum nec videt illud opus*] Verſus haud dubie corrupti; tacent tamen Scaliger et Broukhuſius. Sed Vulpius vulnus vidit et indicavit. Secundum eum Iac. Grainger, doctus Britannus, transpoſitum locum putabat, et referebat ad lyrae deſcriptionem poſt v. 37. 38. *Artis opus rarae.* Nec minus tamen ibi languet et friget. Quoquo verſum te vertas, nihil efficis, nec libri iuvant; unus Stat. *nec fuit,* et unus Broukh. *nec valet.* Heinſius coniiciebat, *nec dedit.* An forte:

Non vidit quicquam formoſius ulla priorum
Aetas: humanum nec fuit illud opus.

Opus humanum h. homine natus, ut *opus* ſaepe. *illud* pro *ille* propter *opus*. *Vidit* vero primo verſu extruſum erat a gloſſa *illo*. Forte etiam *formoſius ulla priusve*, ut ſaepe. Ovid. Epiſt. XIX, 69.

A Veneris facie non eſt prior ulla tuave.

Sed videtur loqui de heroum illa aetate. Propert. I, 4, 7.

Et quascunque tulit formoſi temporis aetas;
Cynthia non illas nomen habere ſinet.

Etſi autem ſic ſatis commode legi poſſit; melius etiam:

Non illo quicquam formoſius ulla priorum
Aetas, humanum aut vidit habetve genus;

tamen operam parum in loco impenſam nunc arbitror; eſt enim ſatis probabile, diſtichon hoc eſſe ſuppoſititium. H. Pr. *videt* etiam Goth. *fuit.* Hinc H. Voſſ. ſcripſit:

Non illo vidit formoſius ulla priorum
Aetas (humanum nec fuit illud) opus.

In quo vel parentheſis iſta mihi non placet. Melius haud dubie Heynius coniecit: *Non vidit quidquam* caet. W.

28. *Stillabat Syrio myrtea rore coma*] Cui non in animum veniat *myrrhea* legere vel ex Horatio! Inhibui tamen

 im-

impetum. *Myrtea coma* edita erat ab Aldo: eam Scaliger tuetur: et ſic magna pars librorum, etiam noſtri, cum edd. vett. Vicent. Ven. pr.; moneri tamen poteſt illud, Apollini fere *flavum* et *aureum* tribui capillum, non facile fuſcum et nigricantem; in aliis, etiam Guelf. 1. 3. 4. et a m. ſec. 2. *myrrhea,* quod Muretus recepit, et olim Cyllen. tuebatur. Eadem diverſitas in Horat. III. Od. 14, 22. *myrrheum nodo cohibente crinem.* ubi v. Intpp. Eſſet myrrhea coma, *myrrha perfuſa, myrrha madida,* ut Ovid. III. Met. 555. *madidus myrrha crinis,* ſed tum paullo inſuavius inſuper adderetur *Syrio rore.* Cum igitur *myrteus* ſ. *murteus* color alibi quoque occurrat, quod Scaliger ad h. l. docuit, praeferenda haec lectio videtur. *Syrio* ex emendatione doctorum virorum repoſuit Broukh. vulgo, *Tyrio.* cf. inf. Eleg. 6, 63. quoniam in unguentis Syriae mentio frequens et Aſſyriae (ut ſup. I, 3, 7.) occurrit, non Tyri. Pro *Stillabat* unus Broukh. *Spirabat:* legebat etiam ita e ſcriptis Ge. Fabricius ad Terent. I. Adelph. 2. unde in edit. Plantin. fuit receptum. Caſus tamen ſextus ſic forte non bene additus eſſet; quanquam et ſic Graeci in πνέειν. In Epigr. edit. olim a Reiskio Miſc. Lipſ. nov. Vol. IX. p. 461. μύροισιν ἔτι πνείοντες — ςέφανοι. Vulgatam operoſe defendit Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV, 76. H. Recepi *Spirabat,* repertum etiam in Vind. Eadem ſtructura eſt ap. Virg. Aen. I, 417.: *arae ſertis recentibus halant.* — *Syrio* etiam in Ask. Bern. Vind. — *Myrrea* Mon. In Zwic. 2. ſic ſcriptum, ut vel *mirthea,* vel *mirrhea* legi poſſit. Zwic. 1. *myrtea,* ſed gloſſ. interl. „*vel nardo unguentata vel mirra ſuaviſſima eius ſpecie.*" Forcellinius *myrtea coma* agnoſcit, explicans *myrto coronata,* quod tamen fieri nequit. Etiam I. H. Voſſius *myrtea* retinuit, ſtatuit autem, eandem eſſe quae flava, aurea alibi audit. Obſtat tamen Iſidor. l. 12. c. 1. myrteum colorem dicens eſſe qui eſt preſſus in purpura, h. e. ſubniger aut fuſcus ſine ſplendore. W.

32. *ore rubente*] coni. vir doctus in Actis Soc. Trai. p. 193. *flore* rubente. quis hoc probet? aut ſi probet, quae neceſſitas mutationem ſuadere poteſt? H. H. Voſſ. *tota rubore* de coniectura ſcripſit, comparans Ovid. Her. XXI, 112.:

Senſi me totis erubuiſſe genis.

Non ſequutus ſum. W.

33. *Et* Zwic. 1. 2., Goth. al. ap. Voſſ. W.

34. *ut autumno*] Broukh. emendavit *ut;* cum in ſcriptis et editis eſſet *et.* Etiam ante, *et quum c.* edd. vett. Lipſ. Venetae: it. Corvin. et al. Alii *Aut cum,* quod praeferam,

feram, ſequente *et autumno*. H. *Ut autumno* Mon. Bern. ſecund. Voſſ. et comparat I. H. Voſſius Virg. Georg. IV, 261. *et* perperam Goth. Zwic. 1. 2.; hic etiam *rubente*. W.

35. *talis illudere palma*] Cyllenius *alludere* in ſuo habuerat, quod explicat talos percutere ſpiris criſpuloſis. Eſt ſane hoc magis frequentatum in hac re. Statius Theb. IX, 334.

— *extremis alludunt aequora plantis.*

Propertius *ferire* dixit III, 15, 32. cf. Heinſ. Adverſ. II, 10. Dicendum adeo, Tibullum exquiſitius vocabulum maluiſſe *illudere* aut novaſſe hoc. Pro *Ima* aberratum in Guelf. 2. *Iamque*. H. *Alludere* Zw. 1., at Zw. 2. *illudere*. — Verſum ſequentem ſatis defendit Huſchk. p. 21. W.

39. *Hanc — plectro modulatus eburno*] Nemo, puto, dixit, *modulari lyram*, ſed carmen, ſonos, verba; eſt enim *modulari*, modos componere, exercere. Itaque legendum: *Hac — modulatus* ſc. lyra. ut *arundine* Ovid. XI. Met. 154.

Et leve cerata modulatur arundine carmen.

Et tendit eo Regius, in quo *Ac*. Niſi malis *moderatus*; dicimus enim *moderari lyram*. Horat. I. Od. 24, 13.

Quodſi Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem. H.

Modulatus verum eſt ſine dubio, vid. Not. ſupra. Adde Horat. Od. I, 32, 3. ſeq.

— — *Age dic latinum,*
barbite, carmen,
Lesbio primum modulate civi. W.

40. *ore ſonante*] Ed. Rom. cum Venetis et ſcriptis nonnullis, in quibus Guelf. 1. 4., *ore canente*. Eſt hoc quod Propert. II, 31, 5. in ſigno Apollinis Palatini: *viſus marmoreus tacita carmen hiare lyra.*

42. *dulci triſtia verba modo*] Sunt haec a Broukh. Vulgo, *triſti dulcia*, ſcripti et excuſi, contra loci ſenſum: non enim valde iucunda erat verborum Phoebi ſententia. In nonnullis, *dulci dulcia*. Pro *modo* Regius cum aliquot aliis ſcriptis *ſono*, ſollenni varietate. v. Burm. ad Ovid. XIV. Met. 429. H. *triſti dulcia* eſt in Mon. et Bern. Perperam *dulci dulcia* Goth. Hamb. Zwic. 1. 2. *Sono* Vind. tert. Voſſ. *meo*. W.

45. *proles Semelae*] Ita Broukh. e libris; et ſic Regius. Vulgo, *proles Semeles*. H. Hoc reduximus, et praebent

 Zwic. 1.

Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. cf. Obſſ. ad I, 2, 54. H. Voſſ. tenuit *Semelae*, ut eſt in Bern. et tert. Voſſ. W.

47. *aevique futuri*] *cuiusq. f.* Guelf. 2. H. *Dedit — pater* pr. *pater — dedit* quint. Voſſ. W.

50. *Quodque Deus vero Cynthius ore feram*] Recte ita ex ingenio emendavit Broukh., cum vulgo parum latine eſſet, *ferat*; Deus enim illa ex ſua perſona loquitur. Saepe ſic in libris peccatum, et a viris doctis correctum: v. c. Aen. V, 355. ubi v. Burm. Porro Regius *quidve*, Guarner. cum aliis et edd. vett. Ven. pr. Vicent. Lipſ. *quidque*. H. *Quidque* Ask. Bern. Hamb. Zwic. 1. 2.; *quidve* ſecund. Voſſ. Scripſit *quid dicam* et *quidque feram* H. Voſſius. In Vind. legitur hoc loco verſ. 72., ver. eſt tamen in marg. — Verſ. ſequent. eſt *cura* pr. *cara* in tert. Voſſ. W.

55. *quum te fuſco Somnus velavit amictu*] Somni alas, *amictus* vocabulo, poſt Cyllenium intelligit Vulpius. Alis quidem amplecti Somnus dicitur, quos opprimit. Silius X, 355.

— — — — quatit inde ſoporas
Devexo capiti pennas, oculisque quietem
Irrorat.

et ante v. 345.

— nec poſco, ut mollibus alis
Des victum mihi, Somne, Iovem.

Propert. I, 3, 45.

Dum me iucundis laſſam ſopor impulit alis.

et ſic ſaepe apud poëtas. *Alae* tamen *amictus* Somni dici vix poſſunt. Quare nova imagine Somnus hic amictu ſuo obnubere dicitur, quorum oculos vincit. cf. not.

56. *fallit imaginibus*] nonnulli ſcripti, et pro var. lect. Guelf. 3. *ludit*, forte ex v. 7. H. *ludit* Vind. quod recepit H. Voſſius, afferens locum Virgil. Aen. I, 411.: *Quid natum — falſis Ludis imaginibus?* Sed quidni librarius hunc ipſum verſum memoria tenens ſcripſerit *ludit*, pro eo quod eſt in reliquis omnibus? Idem vir doctus etiam *vanis nocturnum* coniecit et recepit pro lectione vulgata *vanum nocturnis*, negans hoc recte latine dici. Dixit Virg. Aen. X, 631. *aut ego veri vana feror*, ubi Heynius: „*vanus* eſt qui ſibi vana et inania perſuadet." Talis autem etiam *falli* poteſt. Quare iure, opinor, retinui vulgatum. W.

59. *Diverſasque tuis agitat mens impia curas*] *tuis* ex emendatione Lipſii repoſuit Broukh. Vulgo legitur: *Diverſasque*

ſasque ſuas, ubi *ſuas* otioſum eſt, licet exponas: *agitat curas ſuas diverſas*, n. a tuis. Muretus et Douſa Praecid. c. 11. legebant: *Diverſasque ſuis* h. propinquis. Deinde Guelf. 1. 4. Ed. Rom. et hinc aliae, *mens anxia*. Ayrman. Vit. Tib. §. 85. legebat:

Diverſasque tuis agitat minus anxia curas.

ut ſit, *promiſſi mutui, perpetuique amoris, et iureiurando pacti, immemor, minus de ſervanda fide ſolicita.* quod parum placere poteſt. H. Reduxi *ſuas*, ut hab. et Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. W.

63. *mens eſt mutabilis illis*] *illis* poſt Scaligerum Broukh. e libris, quibus accedunt Regius, Guelf. 2. a pr. m. et 3. et Ed. Rom. ut ad univerſum ſexum referatur. Monuerat iam Ge. Fabricius e tribus libris. Vulgo *illi*. H. Etiam in Zwic. 1. 2. W.

64. *cum multa brachia tende prece*] *prece* Broukh. ex aliquot bonis libris, etiam Guelf. 2., repoſuit. cf. v. 76. vulgo, etiam in noſtris, *fide* legitur, quaſi dici poſſet *cum multa fide* h. multum implorando eius fidem. Eadem varietas III, 6, 46. *Cum prece* dixit etiam Ovid. Epiſt. II, 18. et ſup. III, 3, 2. *cum multa prece*. H. *Prece* etiam Monac. *fide* Zw. 1. 2. Goth. alia ap. H. Voſſ. W.

65. *Saevus Amor docuit validos tentare labores, Saevus Amor docuit verbera ſaeva pati*] Ita reſtituit Scaliger ex libro Cuiacii pervetuſto, quod hic incipit, cui accedebant Pocchi et Perreii Exc. vetuſta, et nunc Corvin. (fuit iam ita in marg. Gryph. et accedit tert. Voſſ. W.) *Tentare labores* eſt experiri, *tolerare*, nam quae ſubimus, aggredimur, adeoque mox experimur, dicimur *tentare;* nec malim iungere: *tentare pati labores*. At *validi labores* fere ut *validus bidens* II, 3, 6. *validae habenae* IV, 1, 115. quae validas vires et robur exigunt. *Verbera ſaeva*, quanquam bene dicuntur, v. I, 6, 37., hic tamen offendunt propter triplicem eiusdem nominis repetitionem. Forte leg. *verbera lenta*. Ante Scaligerum legebatur: *dominae fera verba minantis, Saevus Amor docuit verbera poſſe pati*. Sic etiam noſtri et Guelf. 1. 3. 4. cum plerisque (etiam Zwic., Hamb. — in Goth. deeſt hic verſ. W.). duo Statiani et duo Anglicani, *fera bella minantis*. Eius loco duo Broukhuſii, alter quidem pro varia lectione, hunc verſum exhibebant:

Te victum placidumque tuae monſtrato puellae.

at duo Heinſii cum Guelf. 2.

Flere nec ante pedes pudeat, dominamque vocare.

quod

quod tamen iam Perreius a Pontano esse effictum monuerat. Ex his intelligitur, defuisse ei exemplari, unde manu scripti fluxere, hemistichium hexametri et varie esse suppletum. In minori versu autem nihil mutari debebat: *verbera posse pati* prorsus Tibullianum est: itaque nunc restitui. H. *Verbera saeva* est in 1. 2. 3. Voss. et 2. Voss. *sceus* pr. *scaevus*, quod etiam habet Hamb. W.

67. *niveos — iuvencos*] hos maluit Broukh. ex aliquot libris, quibus Regius, Guelf. 1. 3. e corr. 4. et Ed. Rom. cum Venetis accedunt, quam *niveas — iuvencas*, quia etiam II, 3, 11. *tauros* pavisse Apollo memoratur; quod sane leve est. Paullo pluris refert in Eleg. in Maecen. Obit. 88. emendare;

Fudit Aloïdas postquam dominator Olympi,
Dicitur in nitidum procubuisse bovem.

vulgo, *in nitidam — bovem:* at sic male bono Iovi fuisset, Europam aggressuro. *procubuisse* est mutatum fuisse, et exprimit simul actum. Ita quoque nunc edidit Burman. Sec. Anthol. To. I. p. 271. H. *niveos — iuvencos* quatuor cod. H. Voss. et Zwic. 2. *niveas — iuvencas* Zw., Goth. Hamb. — *Me quoque* Vind. pr. *Me quondam.* W.

68. *f. ficta*] duo *facta* ap. Broukh.

71. *cantus*] multi et Guelf. 2. *cantum.* Istud amat noster. vid. vers. 40. H. *Cantum* Zwic., Hamb. al. ap. H. Voss. Pro *Sed* quint. Voss. *si*, at verum in marg. W.

74. *Immitem dominum*] ita Broukh. ex uno Bodleiano, (etiam in duob. Voss. W.) ut sit ipse Amor. vulgo legitur *dominam*, sed sic idem bis credebat dici; nimis forte argute. Nam *immitem dominam* bene interpretari poterat per abstractum *coniugium ferum*, amorem aerumnosum puellae ferae ac superbae. Contra vero qui *immitem dominum* dixerat, debebat *servitium* subiungere, non coniugium. Itaque Broukh. lectionem iterum expuli. Paullo ante pro *ferre* Ed. Rom. *forte* cum uno Palatino, Guelf. 1. 4.; et *nescit* vitiose Ald.

78. *nostro nomine*] Regius *tempore*, Ed. Lips. cum aliis ant. Edd. *nomina*, sollenni lapsu. v. ad II, 3, 42. H. *nomina* et in Mon. — *ille* Goth. W.

80. *Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse. Felix hoc, alium desine velle virum*] *Felix hoc* primus Muretus ex ant. libro restituit: et sic liber Cuiacii cum aliis. Vulgo, etiam in Guelff., *ac*, in nonnullis *ergo*, in Regio *ast*. Sed diverso modo interpungitur. Muretus cum Vossio de construct. libro ult.

ult. c. 14. p. 56. *Hoc t. — ipſe Felix. hoc alium d.* h. alium ab hoc, quam hunc. ut Horat. I. Epiſt. 16, 20.

Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.

Scaliger vero: — *ipſe, Felix hoc. alium d.* ut ad formulam veterem in conditione conventa nuptiarum alludatur: *Feliciter! felix hoc ſit!* Broukh. et Vulpius, ut praefiximus, diſtinguunt, ut ſit: *Felix hoc* ſcil. coniugio vel viro. Ovid. IV. ex P. 11, 22.

Coniugio felix iam potes eſſe novo.

Poſſit et ita explicari: *Hoc tibi coniugium p. D. ipſe, Felix hoc; alium d. v. v.* ut ſit *Felix hoc* ſc. coniugium, non aliud itidem; repetitione non ingrata. Propert. II, 2, 35.

Haec tibi contulerunt caeleſtia munera divi;
Haec tibi; ne matrem forte dediſſe putes.

Placeat licet alii aliud; mihi maxime probatur Mureti ratio, nam non coniugium ſimpliciter cum Tibullo, ſed cum hoc uno felix, cum aliis non item, promittit. H. *Felix ac* Zwic. 1. 2. Goth.; *hac* Hamb. Sed *hoc* etiam quint. Voſſ. W.

81. *defluxit pectore ſomnus*] Aliquot codd. cum Reg. et Corvin. Guelf. 2. 3. item vett. edd. Ven. pr. Lipſ. Vicent. et aliae *corpore*, perpetua fere varietate. v. ad Ovid. II. Met. 362. 606. 663. III, 178. XIII, 664. et ſaepe alibi. Propert. IV, 7, 64. et ſup. III, 1, 20. Sed hic *pectore*, quod ex Ald. pr. retraxerat Scaliger, cum in ſec. *corpore* correctum eſſet, quod ceterae edd. ſequuti erant, tuetur Broukh. et Vulp. Virgil. Aen. IX, 326.

— — toto proflabat pectore ſomnum.

Culic. 159.

Stratus humi dulcem capiebat corde quietem.

ibid. 205.

Cuius ut intravit levior per corpora ſomnus,
Languidaque effuſo requierunt membra ſopore.

ubi dubites, an *pectora* reponendum ſit: altero tamen verſu haud dubie legendum *infuſo*. In noſtro etiam *deflexit* Ed. Lipſ. cum aliis, vitioſe. H. *Corpore* ſept. apogr. H. Voſſ. (Goth.). *deflexit* tert. Voſſ. et Zwic. H. Voſſius mavult *corpore*. W.

82. *Ah, ego non poſſum*] Regius et Ed. Rom. cum nonnullis aliis, item Guelf. 1. 3. *ne poſſim*, non male. (imme

vero

vero haud dubie vere. Eſt enim Tibullianum hoc: *ne poſſim videre*, pro, *ne videam.* Eſt et haec lectio iam in Ald. ſec. recepta, et a Muret. Stat. Pulmann. Paſſerat., et male iterum a Scaligero expulſa. Eandem tuetur codd. pars apud Broukh. it. Corvin. In Vicent. *non poſſim.*) H. *ne poſſim* quatuor apogr. H. Voſſ. W.

83. *Nec tibi crediderim votis contraria vota*] eſſe ſcil. ex v. ſequ. ne *nec tua* malis. *Votis* vero intelligendum vel meis, de optato amore, vel iſtis tuis priſtinis. Forte tamen repetitio haec, parum ſuavis, a poëta noſtro non eſt, ſed fuit olim: *noſtris contraria vota.* Duo Statiani, cum uno Angl. et Thuaneo, *Non ego crediderim*, non male. H. Atque ſic etiam in Goth. quod H. Voſſ. recepit. W.

84. *pectore ineſſe tuo*] In Scaligerana et Broukhuſiana *pectori*, quod et Regius cum Guelf. 1. habet. Sed illud et lenius, et exquiſitioris ſtructurae; itaque recte revocatum a Vulpio, cum iam ante in omnibus edd. vulgatum eſſet. H. *Pectori* hab. etiam Hamb. et alia duo apogr. H. Voſſ. qui hoc recte recepit. *meo* Ask. at in marg. *tuo.* W.

85. *Nam te non* recepit H. Voſſ. e Goth. et Thuan. — v. 86. Hamb. *flammas* et *ſuo* pr. *fero.* Bern. *vomens.* W.

87. *Nec conſanguinea redimitus terga caterva*] Captavit hanc lectionem tanquam magis reconditam et exquiſitam Broukh. quam offerebant duo Statiani, duo Broukh. recentiores, liber Laudi, tres Anglicani, adde Guelf. 1. 2., et Cyllenius in notis, ac Venetae hinc correctae; (nam Ed. Rom. vulgatam exhibet.) Mihi tamen hoc in ea minus placet, quod nullum ſubiectum expreſſum eſt, ſed ἔξωθεν intelligendus *canis* vel *Cerberus;* quanquam fatendum eſt, *catervam conſanguineam* eleganter dici de ſerpentibus centum, uno ſatu cum ipſo editis, qui eius collo inhaerebant. Potiores editiones et libri etiam Guelf. 2. 3. exhibent: *Nec canis anguinea;* et videri debet ex compendio ſcripturae c̄a natum eſſe c̄o. Certe in ea lectione nihil eſt, quod diſplicere debeat. Ita *anguineas comas* Meduſae dixit Ovid. IV. Triſt. 7, 12. et de Cerbero auctor Culic. 220.

Anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis. H.

Canis anguinea habet etiam Ask. Mon. quart. Voſſ. Zwic. 1.; quod recepit H. Voſſius. Sed forma *anguineus* ſuſpecta eſt, ut Catull. 64, 193. non *anguineo*, ſed *anguino* ſecundum libros meliores legendum eſſe praecipit Voſſius. add. Broukhuſ. ad Propert. IV, 8, 10. et Forcellinium h. voc. Quare haec qui-

quidem lectio a nobis recipi non potuit. — *cathena* et *trigeminum* quart. Voff. W.

89. *Scyllave virgineam canibus fubcincta figuram*] ita poft Statium e libris repofuit Scaliger, cum legeretur vulgo *fubmixta, fubmifta, fummifta,* ut etiam eft in Corvin. Guelff. omn., tum in Ed. Rom. et Lipf. et Vicent. aliisque cum Ven. pr. In caeteris magna varietas, quae tamen ex illo orta videtur. Legitur enim *fubmicta, fubmixa, fubnixa,* ut in Regio, et fic Cyllen. legerat, unde illud in Venetas venit, *commixta,* (unde Heinfius faciebat, *commiffa*) *comitata, redimita.* Sed *fuccinctam* et alii dixere. v. Broukh. Notum Virgilii Ecl. 6, 75.

Candida fuccinctam latrantibus inguina monftris.

Unde habet auctor Ciris v. 59. ad quae loca vide. *Scyllaque* vulgo male. H. *fuccincta* etiam Vind. Bern. Goth. *fubmixta* Hamb. *Scyllaque* Zwic. 1. Hamb. Goth. at *Scyllave* Vind. Bern. — *virgineum* 1. Voff. Mox *correptam* Ask. at. in marg. *conceptam.* Hamb. *fcaeva* et *dedit.* W.

91. *Syrtis*] Regius *Syrtes.* H. *horrendaque* Zwic. un. Voff. *orendave.* — *Sithyae* un. Voff. W.

92. *duris*] hoc Scaliger reduxit, quod iam erat in Ald. fec. In pr. et Muret. ac Plant. legebatur *diris*, quod eft in Guelf. 1. 4. H. *et culta diris* 3. Voff. W.

93. *ante alias omnes mitiffima mater*] Sic Muret. emendavit, male defertus a Scaligero, cum vulgo legeretur in Aldinis, quod et Vicent. habet, et Lipf., forte et aliae, *ante alios.* v. fup. II, 4, 24. *alias* tamen iam Rom. et Venetae habuere. H. Conftructionem et pofituram verborum egregie illuftrat Virg. Aen. I, 347.:

Pygmalion, fcelere ante alios immanior omnis.

In codd. Goth. Hamb. Voff. 5. *omnes alias* deterius. Sic I, 2, 59. *cetera omnia.* Bern. *longe* pr. *omnes.* Pro *et* in Goth. *fed,* quod, ut I, 7, 44—46. repetitum, Voffio vividius vifum eft. Caeter. add. Virg. Aen. IV, 141. W.

95. *crudelia fomnia*] Lipf. *crudelis.* (et Zwic. 2.)

96. *Et iubeat tepidos irrita ferre notos*] Edd. vett. Ven. pr. Vinceut. et fic libri fcripti. cf. inf. III, 6, 33. At Lipf. cum maiori parte librorum *impia.* cf. mox Eleg. 6, 50. et v. Broukh. H. Verf. 95 et 96. defunt in Hamb. *Nec* pr. *haec* Voff. 3. *irrita* Mon. et tria Voff. alia *impia*, ut Goth. Zwic. 1. 2. *nodos* duo apogr. H. Voff. W.

ELE-

ELEGIA V.

1. *Vos t.*] Ita demum emendatum a Mureto, ut diserte in Guelf. 4. et in Guelf. 2. a manu docta cum interpretatione: *Dum vos loca plena voluptatum frequentatis, ego interim aegroto.* Vulgo edebatur et passim legitur, *Nos,* quoniam male suppletum erat spatium vacuum, ut solet in libris, in fronte relictum. Mox Ed. Rom. *que e fontibus.* Unus Statii et unus Broukh. pro varia lectione *montibus,* quod Broukhusio et Mariano de Etruria metropoli c. X. probabatur, qui aquas has Tibulli in isto tractu a Viterbio ad Faliscos usque, qui thermarum plenus est, ad montem Ciminum, quaerebat. Fuere viri docti, qui Tibullum de ipsis Campaniae Baiis loqui contenderent, et quidem iam Statii tempore nescio quis, nuper autem Marcellus de Venutis (*Descrizzione delle prime scoperte dell' Ercolano* p. 24.), Ant. Cocchius (*de' Bagni di Pisa*) et alii, cum ipso Vulpio. Hi adeo *fontes Etruscos* inde dictos poëtae arbitrati sunt, quod Etrusci olim omnem istam oram Campaniae tenuisse feruntur, ut ex Dionys. Halic. aliisque satis constat. Enimvero vix ea sententia commode defendi potest: nam nimis longe petita ea esset Baiarum in Campania designatio, eaque obscura et incerta, cum multo magis ad Etruriam animum revocaret, et redit infra *Tusca lympha;* tandem et illud quis ferat: Baias dici *maximam Baiarum,* aut maximam undam lymphis Baiarum? cum Campaniae illae Baiae uno et proprio nomine Baiae sint, non communi et appellativo. Laudarunt pro sua sententia locum Lucretii VI, 747. ubi de Avernis agit:

Is lacus est Cumas apud Etruscos et montes.

Sed qui bonam Lucretii editionem inspexerit, non lectionem, sed interpolationem eam esse, totumque versum gravi suspicione fraudis laborare videbit. (Egeram in priore editione de h. l. copiosius quam consentaneum erat; rescidi itaque nunc ea, quae aliena a loci interpretatione seu crisi erant, adieci alia magis consilio nostro respondentia, et emendavi cetera foedis typographicis vitiis obscurata.) H. *Vos* etiam Ask. *Nos* Hamb. et Zw. 1., gloss. interl. adscr. „*me Tibullum aegrotum.*“ Zwic. 2. *hos. Nos teret* — *umbra* (*unda* supra scr.) pr. Voss. tert. *Nos* — *manatque e fortibus una. que e* Voss. 5. pr. *quae.* H. Vossius recepit *montibus* pro *fontibus,* aptius esse iudicans, quod cum uno Statii et uno Broukhus. in marg. habet Voss. 5. W.

3. *Nunc*

3. *Nunc autem ſacris Baiarum maxima lymphis*] Quid interpretando in h. l. effici poſſit, in notis expertus ſum, declaravique, rationem eſſe ineundam ſaltem hanc; ut *unda* dicatur eſſe *maxima lymphis* (per lymphas) *ſacris Baiarum;* praeſtantiſſimam eſſe eam aut clariſſimam propter lymphas Baiarum h. fontes ſalubres. Qui ſenſum habet moroſiorem, videbit etiam haec languere, et ieiunam eſſe undam maximam lymphis etc. In libris nulla eſt varietas, praeterquam in *maxima,* quod, ut alibi quoque, *munia, moenia, numina,* ſcribitur. Scioppius et Heinſius ad emendationem loci confugerunt, legeruntque: *ſacris Baiarum proxima lymphis.* Verum eſt, hoc Latinum magis eſſe; eſſe emendationem propterea probabilem, quoniam *maximus* et *proximus* ſaepe permutantur (v. Burman. ad Lucan. X, 408. ad Ovid. II. Met. 323. ad Paterc. II, 36. 127. Iuſtin. XIV, 4. et al.). *unda proxima lymphis Baiarum* bene diceretur proxima dignitate, conditione et praeſtantia: ut inf. IV, 1, 80. *propior non alter Homero,* Ovid. Met. XII, 398. *Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis,* Propert. I, 20, 6. *proximus ardor Hylae,* pro puero, qui forma non inferior eſſet Hyla, Virgil. Ecl. VII, 22. *proxima Phoebi Verſibus ille facit.* Etiam Cic. ad Attic. II, 6. *proxima eſt illi municipio haec Antiatium civitas.* Hactenus bene. Nec comparatio aquarum ſalubrium cum Baiis Campanis infrequens. v. Freher. ad Auſonii Moſellam 212. At illud ſi ſubiunxero, iacere ſententiam, et orationem eſſe pedeſtri propiorem: habebone et ſic, qui mecum faciant? Ita tamen res ſe habet; ad meum ſaltem ſenſum. Ferrem, ſi *Baiarum illa aemula* eſſet.

Aliam emendationem Franc. Marianus (de Etruria metropoli Ro. 1728. 4. cap. X.) propoſuerat, ut non *Baiarum,* ſed *Caiarum* legendum eſſe contenderet; eas eſſe aquas calidas in agro Viterbienſi, non procul a celebribus thermis, *Bullicano* dictis, nunc *delle Donne* appellari, adiacere vallem *delle Caie* dictam. Affirmare hoc idem vidi alios Italos ſcriptores, Caias veterum thermas in iis locis fuiſſe. Quae res primum mirationem fecit; cum ſimilem in vetere ſcriptore memorationem non meminiſſem; tandem intellexi, ex Annianis fraudibus (fol. 81. ed. Aſcens. 1515.) totum hoc commentum et hanc totam de Caiis thermis doctrinam manaſſe. Marianus quidem ad Strabonis veterem editionem 1472. provocat, in qua *Caias* aquas diſerte legerit expreſſas, ubi nunc *Baiae* legantur. (locus eſt lib. V. p. 347. ſupra laudatus.) Eſt ea verſio vetus latina ſaepius

saepius recusa, in qua vitio typothetae factum videtur, ut Caiae excuderentur. Sunt porro tot alia perperam a Mariano, parum accurate docto homine, in hac disputatione tradita, ut ea sigillatim persequi pigeat. Verbo: abiicienda tota est Caiarum aquarum memoratio.

Nunc si secundum haec disputata adiiciendum aliquid de meo est, primum totum locum interpolatum et duo versus a mala manu insertos esse censeo. Nam et per se inepta et absurda est illa interposita sententia: *Unda sub aestivum non adeunda Canem*, et a loco aliena, et multo magis a poëtae affectu: illa porro: *Nunc autem sacris Baiarum maxima lymphis* indoctum interpolatorem ex seriore aevo manifeste produnt. Locum interpolationi fecit procul dubio interpretamentum, versui: *Quum se purpureo vere remittit humus*, adscriptum: *Unda sub aestivum non adeunda Canem.* Reliqua attemperata ex vss. 29. 30. Iam duobus his versibus eiectis nihil amplius est, quod in loco nos teneat:

Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,
Dum se purpureo vere remittit hiems.
At mihi etc.

Quae cum ita se habeant, nolo otium consumere in ariolationibus, quae in v. 3. emaculando afferri possent. Ceterum respexisse Tibullum videtur civis noster Ge. Fabricius in Itin. Patav. p. 36.

Non dicam calidos fontes et olentia sulfur
Balnea; Baianis *hic* certat Tuscia thermis.

et Martialis IV. epigr. 57.

Dum nos blanda tenent lascivi stagna Lucrini,
Et quae pumiceis fontibus antra calent.

Est etiam aliquid simile in Propertii lib. III. eleg. 18. (Scalig. 16. pr.) H. *Maxima,* ut in textu legitur, dicendum est pro *maior* esse positum. Egit de hoc loco *Weichert* in praefatione ad Melam p. XII. et contra me pag. 140., et Boissonad. (ad Greg. Corinth. pag. 114.): *maxima* dici pro *maior,* coll. Davis. ad Max. Tyr. 23. Beck. ad Aristoph. Av. p. 502. T. V. Schweigh. ad Polyb. T. VII. p. 12. Hermann. ad Viger. p. 718. ed. 2. Ad Tibulli usum illustrandum confert Mel. III. c. 7. §. 2. Ipse malim *proxima.* I. H. Vossius scripsit:

Nunc aequans sacris Baiarum munia lymphis,

com-

comparans Horat. Od. II, 5, 2.: *munia comparis aequare*, ablativos autem *ſacris lymphis* illuſtrans ex Ovid. Met. XI, 626.:

Somnia, quae veras aequent imitamine formas. W.

4. *Cum ſe purpureo vere remittit hiems*] Noſtri cum maiori parte librorum *humus*, et haec fere *remitti*, laxari, vere dicitur. v. quos Broukh. laudat. adde Ovid. IV. Faſt. 126.

Vere nitent terrae, vere remiſſus ager.

Epiſt. 2, 123.

Sive die laxatur humus, ſeu frigida lucent
Sidera.

ubi v. Heinſ. et Burm. Sed ut noſter, etiam Lucanus I, 17. iam Statio laudatus:

— *bruma rigens ac neſcia vere remitti.*

Sicque χειμῶνος ἀνέντος ap. Theocr. XVIII, 27. ex illuſtratione Eichſtädtii in Quaeſtion. philol. Spec. p. 26. Auſus quoque Io. Secundus Baſior. carm. 16.

Cum ſe dura remittit
Primis bruma favoniis.

verbo, utrumque bene ſe habet; teneat itaque locum, quod ſemel eum occupavit. H. *humus*, quod hab. Ald. 2. Muret. Stat. Pulmann. et octo apogr. H. Voſſ., recepit idem vir doctus, comparans Ovid. Faſt. IV, 126.:

Vere nitent terrae, vere remiſſus ager.

hiems e prim. Ald. recepit Scaliger, ſequuti ſunt Broukh. Vulpius, Heynius. W.

5. *At*] in ſcriptis et vett. edd. *Ah.* H. *Tiſiphone* eſt in Ask. *iram* pr. *horam* in Hamb. W.

7. *nulli temeranda virorum Audax laudandae ſacra docere deae*] Proſerpinae ſacra, quae ei cum matre Cerere communia erant, intelligunt Muretus, Scaliger et Vulpius. Eam *laudandam* appellari epitheto, quod Graecorum ἐπαινὴν exprimat; uti etiam veteres grammatici ex parte vocem hanc exponunt; perperam, cum ab αἰνὸς ductum, adeoque dea terribilis, δεινὴ, ſit. Enimvero haec myſteria Cereris non tam maribus, quam omnino non initiatis inſpicere interdictum erat. Broukhuſius ex eo, quod *temerare ſacra* potiſſimum ii, *qui irrumpunt, quo iis ire nefas, et vident, quae non licet*, dicuntur: (de quo conf. Heinſ. ad Ovid. II. ex P. 2, 27.) hinc, inquam, colligit, ſacra potius alia quaedam Cereris, viris penitus interdicta, debere intelligi. Eiusmodi tamen, praeterquam

quam apud Catanenſes, in Cic. Verr. V, 45. invenire nulla potuit. At debent hic ſacra, quae apud Romanos in uſu fuere, et omnino aliquid notae religionis notari; itaque de ſacris ſive Veſtae, *non adeundis viro*, ut Ovid. VI. Faſt. 450. ait, ſive Bonae Deae, quae *maribus non adeunda* ſup. I, 6, 22. vocabat, accipienda haec ſunt, quae qui violaſſet, non modo oculis orbabatur, ſed etiam, ut omnino ſacrilegi, aliis corporis animique poenis afficiebatur. v. Cic. de Haruſp. Reſp. c. 11. *Laudandam* vocat *deam*, quia bona; ut contra *illaudatus Buſiris*, quia crudelis et ſaevus. In Exc. Perreii et uno Vatic. legitur *celandae — deae*, quod probabat Broukh. neſcio an iure. Verendum enim, ne a docta interpolatione illud ſit. Porro *virorum* a Scaligero ex unius libri litura emendatum eſt: vulgo ubique legitur *deorum*, varietate eadem, quae ap. Ovid. XV. Met. 104. reperitur, quod vitium non nuper demum Tibullum obſedit, cum iam ſit in Cuiaciano; in Exc. Colotii *piorum* legebatur, quod a manu non indocta eſſe poteſt. (praefert Burm. ad Anthol. Lat. T. 2. p. 23. W.) Porro Regius *ſacra nocere*, vitio etiam alibi obvio: niſi forte olim fuit, *noſcere ſacra:* certe hoc, vel *diſcere ſacra*, magis videtur convenire ei, qui *ſacra perurget*, ut Severus Aetn. 226. loquitur, ſive ad ſacra, quae videri nefas erat, irrumpit. Heinſius coniiciebat, *ſacra ſubire*. Sed *ſacra docere* de eo intelligendum, qui, quae impie vidit, mox etiam evulgat. H. *virorum* eſt in Vindob. Ask. Voſſ. 1. 5. et 3. in marg. idem in Zwic. 2. ac recte hoc unice probandum dixit H. Voſſius. *deorum* Goth. (ſic!) et Zwic. — *tentanda* Hamb. *laudanda* Voſſ. 3. *docere* Ask. *dea* Voſſ. 1. idem *ulli*. Caeterum H. Voſſ. de coniectura ſcripſit *cernere* pr. *docere*, ut eſt ap. Ovid. Met. III, 710:

Oculis illum cernentem ſacra profanis. W.

10. *tetra venena*] vulgo legebatur *certa venena*, ut etiam eſt in noſtris, et Guelff. Scaliger in antiquo Cuiacii libro invenerat *trita*, probatum Heinſio: ipſe tamen repoſuit *tetra*, quod eſt etiam in uno Statii, Sfortiano et binis aliis: et pro var. lect. in Guelf. 2. Eadem varietas videri poteſt apud Propert. II, 13, 70. Porro *dedi* editum erat in Ald. ſec. et hinc profectis. H. *certa* hab. ſept. apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) et Zwic. 1. 2. recepit H. Voſſius. *tetra* tria apogr. H. Voſſ. un. *creta*. W.

11. *Nec nos ſacrilegos templis admovimus ignes*] Hanc lectionem, quae fuit ante Scaligerum, et in quam magna pars

pars librorum, etiam Corvin. Guelf. 2. ex emendat. et Ed. Vicent. confpirat, recte reduxit Broukh. Proxime ab ea abit Ed. Rom. in qua, *Nec nos facrilegi — ignes.* In permultis *facrilegi templis admovimus aegros*, etiam in Cuiaciano, legebatur; quod Vulpius qualicunque modo ut interpretetur allaborat. At Scaliger inde miram concinnaverat lectionem: *Nec nos facrilegi templis admovimus ergo.* In Guelf. 4. et Venetis edd. *facrilegos aegros* legitur; in libro Cyllenii vero praeterea erat *facrilegis templis*, quod e Guarneriano Vulpius, et e duobus notavit Statius. At ea variatio, *ignes* et *aegros*, turbare adeo Interpretes non debebat; vide Heinf. ad Ovid. II. Met. 392. et VII, 555. ubi acutiffimus vir pro *igni* repofuit *aegre.* Vitiofa pronuntiatio et fcriptio *egnes* facile fraudem facere potuit. Pro *admovimus* alii, etiam Regius et Guelf. 2. cum Ed. Lipfienfi, in qua praeterea *agros*, quod et Guelf. 1. habet et 2., exaratum erat, *amovimus;* duo adeo *damnavimus.* Vulgatum recte fe habet. Petron. c. 133.

— — — *non fanguine trifti*
Perfufus venio; non templis impius hoftis
Admovi dextram.

In vocabulo *facrilegus* argutantur omnes fere Interpretes: *Sacrilegium*, inprimis poëtis, dicitur id omne, quo facra, quocunque modo, dicto factove, violantur. H. *ignes*, quae lectio eft Ald. 1. 2., habent etiam Vind. Monac. Voff. 4. in marg. probata etiam H. Voff. *agros* Zwic. 2. et Hamb. caeteri *aegros. facrilegis* Hamb. duo apogr. H. Voff. *facrilegi*, feptem *amovimus.* W.

12. *ulla nefanda* ex uno libro recepit H. Voff. comparans Tib. I, 6, 42. et Ovid. Trift. III, 9, 16. Non fecutus fum. vid. Not. fupra. W.

13. *infanae meditantes iurgia linguae*] Haec erat vulgata lectio inde ab Aldinis; et fic vett. edd. utriusque fectae cum codd. parte; nec quicquam in ea eft, quod fperni aut displicere poffit; omnia proprie fic dicuntur; iurgia, lingua in iurgiis, infana iurgia. Propert. III, 6, 2.

Vocis et infanae tot maledicta meae.

Broukhuf. tamen fubftituerat emendationem Lipfii *infana mente;* ex loco fup. II, 6, 18. *infana mente nefanda loqui*, captatam; quandoquidem in multis libris *infanae mentis* legitur, et in Corvin. Guelf. 2. 3. (cum *linguae* in marg.) etiam in Ed. Lipf. vetere, forte et Ven. pr. Scilicet aberratio

ratio haec erat; quam emendatione corrigere, et veram alteram librorum lectionem negligere bonus criticus non debet. Legitur quoque vulgo in ſcriptis et edd. *meditantis;* correxit Ald. ſec. H. *inſanae — linguae* etiam Vind. Monac. et Voſſ. 5. ſuperſcr. *mentis; mentis* (ſic!) Goth. id. *meditantis* cum aliis libr. W.

14. *Impia in adverſos ſolvimus ora deos*] Regius a prima manu, *movimus:* ſed hoc alio modo dicitur. *Solvere* et *reſolvere ora* frequens de loquentibus. Ovid. IX. Met. 426.

— — donec ſua Iupiter ora
Solvit.

cf. Vulp. ad h. l. Porro *averſos* h. *iratos* Broukhuſius ex emendatione temere intulerat. Loquitur poëta de impio furore deos conviciandi; faciunt id ira inſani; at quando? quamobrem? quando adverſam fortunam, adverſos caſus experti ſunt, adeoque *deos* habuere *adverſos*, infeſtos. Qui *averſos deos* habuit, ut preces non exauditas, vota non rata eſſe ſentiat, is contriſtatur.

15. *Saepe quidem cani* Vincent. Specul. doctrin. VI, 100. et mox

16. *Saepe venit tacito —.* H. Verſ. 15. *nudum* pr. *nondum* Voſſ. 1. 3. Caeterum comparat I. H. Voſſius Lucan. V, 456.: *laeſum nube diem.* W.

16. *tardo — pede*] Unus Broukh. *tacito*, quod interpolatum ex Ovid. II. Art. 670.

Iam veniet tacito curva ſenecta pede.

17. *Natalem noſtri primum v.*] Ita Broukh. e libris. Vulgo, etiam Guelff., a Romana inde, *primo noſtrum.* Regius cum aliis, *primo noſtri.* Ed. Baſil. *prima — noſtrum.* H. *primo noſtrum* Zwic. et ſept. apogr. H. Voſſ. (Goth.). *prius noſtrum* Hamb. alii ap. H. Voſſ. *noſtrum primo* et *primo noſtri;* ſed *noſtri primum* eſt in Voſſ. 3. Mox *quom — facto* Hamb. W.

18. *Cum cecidit ſato Conſul uterque pari*] Ex hoc verſu olim viri docti docuerant, Tibullum natum eſſe A. V. C. 711. quo Hirtius et Panſa Coſſ. in praelio ad Mutinam ceciderunt, adeoque eodem anno cum Ovidio, qui IV. Triſt. 10, 6. iisdem verbis de ſe teſtatur:

Editus hic ego ſum; nec non, ut tempora noris,
Cum cecidit fato Conſul uterque pari.

Cum

Cum tamen hic ipſe Tibullum, *ſe maiorem,* appellet alio loco, (IV. Tr. 10, 51. 52.) cumque etiam ex aliis argumentis doceri poſſit, noſtrum multo ante natum fuiſſe, Douſa et Broukh. id quod etiam ſubolebat Scaligero, ex Ovidio pentametrum in hunc locum veniſſe cenſuerunt, cum eum aliquis, quod verus exciderat, in marginem appinxiſſet. Mihi probabilius fit, totum diſtichon a mala manu veniſſe, quippe quod importune ſententiam interrumpit. In eam ſententiam iam ceſſere Guyetus et Vulpius. Ayrmannus in Vita Tibulli §. 97. 98. pentametrum ex Ovidio tantum immutatum eſſe contendebat, et a Tibullo ſcriptum:

Cum ceſſit fato Conſul uterque pari,

ut indicetur annus V. C. 705. in quem ipſe noſtri natales collocat, et in quo Claudius Marcellus et Cornelius Lentulus Coſſ. cum Pompeio ex urbe Italiaque cedere, adventu Caeſaris, coacti ſunt. Sed *cedere* abſolute ita dictum obſcuram faceret orationem, et languent illa: *fato — pari.* Omnino vir ille doctus parum felix eſt in emendando poëta. H. De his verſibus videndus eſt H. Voſſius in praefation. verſion. quam edidit, germanic. et in notis criticis ad hunc locum. — Conſultius duxi delere mendi ſigna ab Heynio huic diſticho appoſita. W.

19. *creſcentibus uvis*] Alius forte doctius epitheton poſuiſſet: v. c. *variantibus,* aut ſimile. At Tibullus illud maluit; quod et apud Ovidium occurrit loco hinc, ut videtur, expreſſo II. Am. 14, 23.

Quid plenam fraudas vitem creſcentibus uvis?
Pomaque crudeli vellis acerba manu?

21. *pallentes undas*] Ita Broukh. retraxit, quod iam Muretus ediderat, et ex antiquis edd. Ven. pr. Vicent. et al. cum potiori parte librorum, ut ſup. III, 1. extr. *pallida Ditis aqua.* In vulgg. erat *umbras,* quod a Romana inde propagatum eſt, et etiam in Regio, Guelf. 1. 4 viſitur; varietate ſatis frequenti. v. inf. IV, 1, 68. Ovid. III. Met. 272. 665. *ſtygias undas,* ubi in aliis *umbras.* Doctius vero *undae* ponebantur in his quam *umbrae.* H. *umbras* etiam quat. apogr. II. Voſſ. (Hamb.) perperam. Voſſ. 1. ſuperſcr. *undas.* — Verſ. anteced. *manu — mala* ordine inverſo Ask. W.

24. *Lethaeam*] male ſcribebatur *Letheam:* eſt *Ληθαῖος.* Callimach. in Del. 234. ὅτε οἱ *Ληθαῖον* ἐπὶ πτερὸν ὕπνος ἐρείδει.

27. *vano nequicquam terrear aeſtu*] alii, ut Ed. Lipſ. Guelf. 1. 4. *terreat* ſollenni lapſu in his paſſivis. Unus

 Stat.

Stat. cum Guelf. 3. *torrear*, quod arridere poſſit, cum de febri proprie dicatur. Ovid. Ep. XX. 169.

— — — *torrentur febribus artus.*

Sed noſter *terretur aeſtu*, quod is ipſi *nigram denuntiat horam.* Itaque vult *aeſtum vanum* eſſe, h. eius minas vanas, irritas. cf. El. 4, 13.

28. *ter quinos ſed — dies*] Regius *bis quinos.* pro *ſed* aliqui et Guelf. 3. cum altero in marg. *iam.* H. *iam* etiam Monac. Non tamen dubitandum eſt *ſed* eſſe verum, quamquam in medio demum verſu poſitum. Ovid. Amor. I, 5, 14:

Pugnabat tunica ſed tamen illa tegi.

cf. ad I, 9, 40. W.

29. *At vobis Tuſcae celebrantur numina lymphae*] Revocavi antiquam lectionem, quam et Guelf. 2. habet, veriorem ea, quam ſuppoſuerant. *Numina* eſt in omnibus fere Codd. et Edd. praeterquam quod in Regio *munera*, lapſu ſollenni: v. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 411. etſi per ſe non male dicta eſſent *munera lymphae.* In Colbertino erat *carmine*, et in Thuaneo *carmina;* in quo latere veram lectionem putavit Broukh. et repoſuit *gramina;* et ſane *carmina* et *gramina* haud raro permutantur. v. Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 151. Sed primum vulgata non habebat, cur immutaretur unius vel alterius libri vitioſa ſcriptura; deinde, ſi de exercitiis ante lavationem interpreteris, (in quam rem male Broukh. loca affert, quae de campo Martio, non de balneis valetudinis tuendae cauſſa frequentatis agunt) in ea re Poëtae libentius ſingulari numero *gramen* utuntur. Horat. III, 7, 26. *gramine Martio.* Ovid. VI. Met. 237. *ludos in gramine Campi.* Tandem inſolens et ingratum eſt, ubi de *aquarum virtute* quaeritur, ut ſit in fontibus ſalubribus, *gramina* memorari. Unde tamen *carmine* in illum librum veniſſe dicemus? nempe eſt illud interpolatoris, cui in animum illud veniebat propter τὸ *celebrantur.* Similem errorem notavimus ſup. ad III, 2, 26. Sed et permutantur interdum *numen, nomen* et *carmen.* cf. inf. IV, 1, 27. Heinſius pro *numina* coniiciebat *flumina.* Porro pro *lymphae*, quod eſt in noſtris et in plerisque aliorum, Broukh. ex uno ſuo, uno Anglicano et aliquot Edd. *nymphae* receperat. Pro *At vobis*, quod Muretus correxit, et libri habent, vulgatae ante eum edd. inde a vett. Edd. Rom. et Ven. pr. legebant *atque mihi*, interpolatum, ut vitioſae ſcripturae *Nos tenet* conveniret. In Reg. erat *At nobis;* idem in Guelf. 1. in litura.

tura. *Et nobis* in Guelf. 2. H. *Atque mihi* etiam in Zw. 1. 2. Plur. ap. H. Voff. *et, nobis, nymphae.* W.

32. *feu nos f. f. volent*] Tacite hoc repofuit Broukh. ex uno Statii; vulgo *velint.* Cyllenius in fuo legerat *non — velint.* H. *velint* fex apogr. H. Voff. et Zwic. hoc recepit H. Voff. idem fuspicatur: *memores o vivite noftri,* quia in Colbertin. et Voff. 1. eft *quoque.* W.

34. *mixta*] a Broukh. vulgo *mifta*, praeter Ald. pr.

ELEGIA VI.

Hac Elegia agitatio ifta et aeftus animi amore faucii, ab affectu taedioque in diverfas partes distracti, et inter confilium furoremque fluctuantis mira arte expreffa eft. Et hinc eft, quod faepe fententia abrupta effe et parum cum ceteris cohaerere videtur. Imitatus eft Sannazar. II. Eleg. 5. Recte autem Muretus hanc elegiam continuavit cum altera, quae in vett. edd. et in libris a v. 33. orditur; idem probavit Scaliger, qui tamen miro iudicio Saturam quandam συμποσιακῶν ἀστεϊσμάτων in hoc carmine agnofcebat.

1. *myftica*] duo fcripti ap. Broukh. *ruftica*, ut fup. variatum vidimus I, 10, 26. In ed. Vicent. eft *candida vitis.* H. *Candida* etiam Zw. 2. fed fuperfcr. *al. miftica.* W.

2. *Semper; fic hedera tempora vincta geras*] Ante Scaligerum vulgo lectum, quod pauciores tamen libri habent: *Sic hedera femper.* *Geras* Broukh. repofuit e tribus libris; his adde Guelf. 2. in ceteris *feras,* quod vulgo ubique editum erat. Deinde Statius in fuis habuiffe videtur *cornua*, quod Broukh. propterea improbat, quia cornua Bacchi fere uvis, at crines hedera revincti fuerint: de quo tamen dubito. Certe Ovid. III. Met. 666.

Ipfe racemiferis frontem circumdatus uvis.

Statius V. Theb. 269.

— — *non ille quidem turgentia fertis*
Tempora, nec flava crinem diftinxerat uva.

ubi meliores *diftrinxerat.* Sed *tempora* fervabimus propter librorum confenfum. H. *Sic hedera femper* perperam et Hamb. Zw. 1. 2. *geras* quatuor apogr. H. Voff. *feras* Goth. Zw. 1. 2. Caeterum *cornua* recepit H. Voffius. W.

3. *pariter medicande dolorem*] *Medicande* Broukh. ex emendatione Ach. Statii recepit; ubique vulgo *medicando.*

 Male

Male olim credebant gerundia in o corripi poſſe; contra quem errorem diſputat Broukh. h. l. Perizon. ad Sanct. Heinſ. ad Ovid. Ep. IX, 125. et nuper novis exemplis declaravit Burmann. Sec. Anthol. Tom. I. p. 298. Tom. II. pag. 722. Ceterum in hoc verſu facilitatem Tibulli deſidero, quin ne ſenſum quidem idoneum verbis ineſſe video; et quod de Ariadne huc advocant, nimis longe petitum eſt. Corruptum et male ex litura reſtitutum verſum eſſe manifeſtum fit. Ad ſenſum debet hoc:

Aufer et indomitum ſucco medicante dolorem,

aut ſimile quid legi. Sin propius inſiſtendum eſt verborum ac litterarum veſtigiis, legere praeſtat:

Aufer et ipſe meum, pater, et medicare dolorem.

Wacker. Medebach. in Amoen. p. 72. nuper emendare vidimus:

Adfer et ipſe merum, pater, et medicare dolorem. H.

Medicande eſt in prim. Voſſ. *medicando* in Hamb. Goth. Zw. 1. 2. Pr. *et ipse* prim. Voſſ. *nuncque*. *Laborem* Bern. pr. *dolorem*. Caeterum emendationibus in hoc verſu opus non eſſe, vidit etiam H. Voſſius. W.

4. *tuo cecidit munere victus amor*] *numine* Guelf. 3. cum altero in marg. *Cadere* dicuntur *victi*. Broukhuſius tamen malebat *ceſſit* h. victus abiit, ut ſaepe poëtae de amore. Heinſius, *cedit*. H. *Victus arax* Ask. ex Eleg. I, 8, 4. at in marg. *amor*. Caeterum *cecidit* ſatis defenditur loco Catulli in Notis allato. Ac ſaepe iunxerunt veteres verba *victus cadit*, ut Valer. Flacc. I, 300: *victa gravi ceciderunt lumina ſomno*. W.

5. *Care puer*] Mitſcherlichius, cui frigida viſa eſt lectio librorum *care*, corrigit: *Larga, puer, madeant* caet., ad Horat. Od. Tom. I p. 457. Non ſecutus ſum. Puer, quem alloquitur Tibullus, ei in deliciis fuit. W.

6. *I, nobis prona funde Falerna manu*] *I* eſt ex emendatione Scaligeri, quam Exc. Perreii confirmant. vulgo *et*. *prona manus* exprimit *τὸ vergere*. Male Statius probabat unius ſui *plena*. H. *I* eſt etiam in Vindobon. et Zw. 1. 2. Hamb. Goth. qui etiam *generoſa* habet verſ. anteced. W.

7. *durum, curae, genus*] Regius, *curae, durum genus* (male, vid. ad II, 6, 15. W.), et un. Statii cum Guelf. 2. *dirum*. H. Hoc recepit H. Voſſius; graviorem eſſe vocem, auri-

auribusque magis placere quam; *durum, curae.* Sed nihil mutandum eſt. W.

8. *Fulſerit hic niveis*] Regius c. Guelf. 2. 3. *fulxerit,* unus Statii *fluxerit,* quod ille male cum Horat. IV, Od. 1, 10. comparat. Pro *hic* Regius *et.* Porro Exc. Lipſii *nitidis.* v. ſup. ad I, 7. 8. H. *Pulſerat* Ask. at in marg. *fulſerit. et* pr. *hic* Voſſ. 4. *fulxerit* Mon. *niveis altilibus* Voſſ. 5. Caeterum *fulſerit* eſt pr. ſurrexerit, ſed notione felicitatis adiecta. Catull. VIII, 3.:

Fulſere quondam candidi tibi ſoles,
Quum ventitabas, quo puella ducebat.

Ac *fulgere* in primis de *ſole* et *die* uſurpatum eſt. Adde praeterea Soph. Ai. v. 699.:

Νῦν, ὦ Ζεῦ, πάρα λευκὸν εὐ-
άμερον πελάσαι φάος
θοῶν ὠκυάλων νεῶν.

Ac ſaepius occurrit λευκὸν ἦμαρ, ut Aeſch. Perſ. 299. alibi, cui reſpondet latinum *candidus.* — Verba *alitibus niveis* intelligit H. Voſſius perperam de cycnis niveis ad currum dei iunctis. W.

10. *Neve neget quisquam me duce ſe comitem*] Hinc tuearis illa Ovidii I. Art. 127.

Si qua repugnarat nimium, comitemque negarat,
Sublatam cupido vir tulit ipſe ſinu.

Heinſius malebat: *nimiumque negarat.*

11. *Aut ſi quis vini certamen mite recuſat*] *Recuſat* tacite, relicto Scaligero, qui ex Ald. pr. *recuſet,* quod et nonnulli ſcripti et edd. vett. Ven. pr. Vicent. Reg. Lep. habebant, repetierat, recepit Broukh. cum iam in Ald. ſec. et inde ductis ita eſſet emendatum. Etiam libri firmant id, et inter hos Regius ac Corvin. Guelf. 1. 2. 4. et vett. edd. ex Romana ductae. Nonnulli etiam ſcripti cum edd. Ald. ſec. et quae hinc fluxere, *At ſi quis,* quod ipſe praefero; et pro *mite* duo *dulce,* minus bene; nam *mite* appellat illud certamen, ut ab illo feroci cum ſcyphis, quod Thracum eſt, diſtinguat. H. *recuſet* etiam Zw. 1. 2. tria apogr. H. Voſſ. (Hamb.) perperam. *At quisquam* pr. *Aut ſi quis* Goth. — *cepto modo* pr. *tecto dolo* Voſſ. 3. W.

13. *Ille facit dites animos deus*] Nihil eſt in antecedentibus, unde appareat, quem *deum* hic ſignificet. Intelligunt fere Interpretes Bacchum. Enimvero, ut huic egregie

gie convenit illud, *facere eum dites animos,* v. Horat. I. Epist. 15, 19. III. Od. 21, 18. I. Od. 18, 5. atque etiam sic satis illud, *domare* eum *tigres* et *leones;* ita reliqua vix in Bacchum, vel eius munus, vinum, cadunt: ut sub dominae arbitrium mittat, ut mollia corda det; et subiicitur v. 17. *Haec Amor et maiora valet,* quae quorsum referas, non est; nec illud durius παρένθετον interpretatione sua lenire potuit Vulpius. Commodius haec dicta accipies de Amore: *Is ferocem contudit et dominae sub arbitrium misit; is etiam indomitas feras, leones et tigres, mansuetas reddidit.* Auctor Ciris 135.

> *— ille etiam Poenos domitare leones,*
> *Et validas docuit victas mansuescere tigres.*

Idem iis mollia corda dedit: hoc enim proprium de amore. v. Burmann. ad Sulpic. Sat. v. 7. ubi in verbis:

> *Cetera quin etiam, quot denique millia lusi,*

emendat *mollia.* Sed legendum praeterea videtur, *quondam quae mollia lusi.* Scriptum erat *que* et pro *quot* in Aldina est *quo,* ex litterarum compendiis. At Amor *dites animos non facit.* Forte itaque legendum, *mites animos,* quod reliquorum versuum sententia postulare videtur, et Lipsii Exc. olim exhibebant. Nisi haec admittas, et amantis aestum, quo nihil satis diserte eloquitur, cogites: dicendum, aliquot disticha in medio excidisse. H. De Amore hic agi non dubium. *mites* recepit H. Vossius et idem probaverat Mitscherl. ad Horat. T. I. p. 388. Me retinuit repetitum pronomen *ille — ille,* quo res diversae significantur, vid. Obss. ad I, 3, 11. p. 61., et cf. 1, 2, 19. 20. — Caeterum cf. de potentia Amoris egregium locum Soph. Antig. v. 781. — Vers. 14. *contulit* Voss. 3. *contundit* Mon. *mittit* Goth. W.

15. *Armeniae tigres et fulvas ille leaenas Vicit*] *Armeniae* est ex emendatione Broukh. pro *Armenias,* ne sola, inquit, tigrium feritas a patria notetur. Et sic notavi ex Ed. Lips. Sed mihi nulla ex parte placet ista lectio, nam et sic alterum vocabulum sine epitheto relinquitur, et istam aequalitatem, quam Vir doctissimus exigit, nemo in Poëta desiderat. Nam et Ovidius in eundem modum dixit XV. Met. 86.

> *Armeniaeque tigres iraeque leones.*

Amant vero doctiores Poëtae adiective efferre *Armeniam tigrim.* v. Met. VIII, 121. Propert. I, 9, 19. Itaque etiam

h. l.

h. l. *Armenias tigres* restitui; in vett. edd. Ven. pr. Vicent. et al. *Armeniasque* erat. Porro nonnulli: *fulvos — leones*. H. *Armeniasque tigres* Vind. Voss. 3. 5. et Zw. quod recepit H. Voss. nec improbo. Comparat ille Horat. A. P. 393. Ovid. Met. VIII, 121. et XV, 86. *Armeniae* Voss. 2. *fulvos — leones* etiam Goth. et recepit H. Voss. W.

17. *Haec Amor et maiora valet*] Tacite hoc Broukh. ex uno Statiano reposuit pro *volet*, quod nullum sensum habet. In Sfortiae libro *dedit*. H. *Valet* est in Ask. et Voss. 1. 2. *volet* Zw. Hamb. Goth. idem hab. *Bacchum*. Mox *quem nostrum* recepit H. Voss. e libro Ursin. et Voss. 3. W.

19. *nec torvus Liber in illis*] *In illis* recepit Broukh. quia sic maxima pars librorum. Accedunt Regius et Ed. Rom. Vulgo *in illos* ubique editum: sic quoque Corvin. Guelf. 1. 4. Sed nota est ista casuum cum hac praepositione iunctorum varietas et inconstantia. Porro Ed. Rom. *non torvus* cum duobus Italicis. Distichon hoc 19. 20. ab interpolatore profectum, qui, quae sentiebat, rite verbis reddere haud pollebat. Dicere voluit: Amori et Libero bene inter se convenire. *qui se*, debet amorem spectare. Ut nunc legitur, sententia est: Liber propitius est illis qui se et vina colunt; hiatque sententia in istis: *Convenit ex aequo:* inter utrumque deum. H. *non* pr. *nec* Voss. 5. *in illos* Zw. 1. 2. at *in illis* omnia apogr. ap. H. Voss. W.

20. *quique una*] Regius *quisque* cum aliis ap. Stat. at Ed. Rom. *qui se cunque una*. H. *quisque* Voss. 3. 4. *cunque* Voss. 1. H. Voss. suspicatur: *Qui sua securi vina iocosa colunt*. W.

21. *Iam venit iratus nimium nimiumque severis*] ultimam vocem ex elegantissima emendatione Livineii et Guilielmi recepit Broukh. Vulgo *severus*. Iungenda vero, *iratus nimium nimiumque*. Ad sententiam faciunt ista Horatii I. Od. 18, 3.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit.

Pro *iam* in Statianis *nam* et *non venit:* hoc et aberrat Guelf. 2. 3. Hoc etiam in Corvin. Ferrem, si codices darent: *At venit*. H. *Non* octo apogr. ap. H. Voss. *iam* Vind. *quom* Hamb. *convenit* Mon. e vers. anteced. *nam* recepit H. V... *severis* Bern. W.

22. *Qui timet irati numina magna, bibat*] *num*... appa... perpetuo deorum epitheto, v. I, 2, 79. III, 4. ... erat magna, nimis docte eo refert, quod deos iratos ma... rere crediderunt veteres. Deorum sper...

gna, augusta et veneranda, quaeque metum horroremque incutere mortalibus posset. Eam deponebant, si inter homines degere; resumebant, si maiestatem suam qualicunque ex caussa, non modo ad terrorem iniiciendum, ostendere volebant. Ita apud Virgil. Aen. II, 589. Venus se Aeneae ea specie offert, *qualis videri Caelicolis et quanta solet:* an ut terreret? ut iram minis ostenderet? non, sed ut tum animum eius confirmaret, tum iis, quae ei praeceptura erat, dignitatem conciliaret. cf. ad Virg. Aen. I. Exc. XIII. H. *bibat* Zwic. 2. *bibet* Zwic. 1. W.

23. *Quales his poenas qualis quantusque minetur*] Ita egregie e Cuiacii libro optimo restituit Scaliger; sic enim de deorum forma augusta Poëtae. v. Virg. Aen. II, 589. modo laudatum Ovid. III. Met. 284. de Iove:

> — — *quantusque et qualis ab alta*
> *Iunone excipitur,*

alia loca v. ap. Vulpium. Ante Scaligerum ex Ald. sec. legebatur: *Quales h. p. deus hic quantumque,* et sic Corvin. sic quoque Ven. pr. et ceterae; *quales* — *quaecunque* in Guelf. 2. in aliis, ut in Regio, Guelf. 1. 3. *quantasque,* et sic Heinsius emendabat, quod iam Ald. pr. exhibuit, adstipulante scriptorum parte. Ed. Romana cum Brix. et Cyllenianis, quas vocant, *Quales his poenas quantas deus hisce minetur:* hoc est in Guelf. 4. H. Vera lectio a Scaligero restituta est etiam in Vind. et Voss. 3. caeteri omnes aberrant. W.

24. *Cadmeae matris praeda cruenta*] In libro Schefferi, *turba cruenta.* *Cadmeae,* Καδμείας. H. *Mea* pr. *praeda* Hamb. *turba* Voss. 5. at verum in marg. W.

25. *Illaque, si qua est, Q.*] Nolo referre varias Interpretum hariolationes. Statius et Dousa cum Scaligero ad Agaven referebant: Broukh. recte ad Neaeram; sed *si qua est* videtur accipere: si modo illa mortalis est, non dea; quibus nihil alienius a loco dici poterat. Omitto alias interpretationes: nulla est, cui non aliquid coacti adspersum. Hoc idem monerem in alia ratione, si quis eam proponeret, ut *si qua est,* sc. ira Bacchi, suppleretur. Sed simpliciter est dicere: *Si qua est* h. si quidem vivit Neaera, spirat et vescitur aura: ut contra, *nulla est* pro periit. atque adeo Neaera, Tibullo deserto, cum alio amatore degebat, potest probari. Eleg 4, 57. et inf. hac Eleg. v. 60. apparet; peregre abierat, ut ex Eleg. 3, 25. sqq. cf. v. 53., quod nunc rivali licebat,

longos

longos dies et longas noctes cum ea consumere optat. Ed. Rom. cum Cyllenianis, it. in mſ. Guelf. 1. *ſi qua,* omiſſo *eſt.* Muretus in vett. invenerat *ſic qua:* et legebat, *ſicca.* H. *Impia* pr. *illaque* recepit H. Voſſ. repertum in marg. Gryph. ann. 1573. W.

25. *hic ſit*] *hinc* Guelf. 1. 4.

26. *ſentiat*] *ſentiet* Guelf. 1. 2.

27. *temeraria vota*] Cyllenius in ſuo videtur habuiſſe *contraria vota,* forte ex Eleg. 4, 83. H. *ha* pr. *ah* Hamb. et *aereae,* cum Voſſ. 5. Voſſ. 1. *aeriaeque.* Goth. confuſ. *Aeriae et nubes mei ſupereſt tibi aura neera.* W.

30. *ſint candida ſata tua*] Ed. Rom. cum aliis, perpetuo errore, *ſacta.* Nonnullae *vota.* cf. Burman. ad Ovid. II. ex P. 11, 26.

31. *ſecurae reddamus tempora menſae*] Duo Anglic. *corpora,* quod natum ex compendio *tpa.* Unus Colb. *pocula.*

32. *Venit poſt multos una ſerena dies*] *poſt multos* n. triſtes, nubilos, quod aſſumendum ex epitheto *ſerena.* Porro codd. pars, in his Guelf. 1. 2. 3. et in litura 4. et edd. vett. cum a Ven. pr. profectae tum Lipſ. Cyllen. *poſt multas,* quod et Muretus retraxit. Accedit Cyllen. Sed Grammatici obſervant, plurale vocis *dies* eſſe maſculini generis; quamvis contra illud disputet Io. Schulzius Florum Sparſion. p. 35. Similiter, etſi forte diverſo modo, cum ὁ ϑεὸς abſolute pro numine utriusque ſexus dici ſoleat, diverſa genera iungebantur ſup. II, 4, 24.

Sed Venus ante alios eſt violanda mihi.

At III, 4, 93. librariorum errore ſcriptum et male editum erat:

Et longe ante alios omnes mitiſſima mater. H.

multas recepit H. Voſſ. repertum etiam in tribus Voſſ. et Goth. add. Zwic. 1. 2. W.

33. *Hei mihi d.*] Vincent. Specul. doctrin. l. l. *Heu quam* et mox 35. 36. *Non non.* Libri et edd. ante Muretum et Scaligerum hic ſeptimae Elegiae initium faciebant, cum tamen ipſo ſententiarum ordine haec iuncturam mutuo deſiderarent. In Corvin. hic eſt initium Elegiae XXIV. H. *mutari* pr. *imitari* Voſſ. 5. *ſic* pr. *hei* Hamb. — Caeterum novum carmen diſtinguunt etiam Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. — Mox v. 35. *Non bene* Voſſ. 4. W.

41. *Sic cecinit pro te*] Broukh. malit, *haec.* Regius, *Sed,* et mox *portae,* vitioſe. H. *Sed* recepit H. Voſſ. hoc

ſenſu:

ſenſu: Vir te decepit, ſed vir etiam te defendit. Hoc tamen alienum eſt ab hoc loco; nam ut quondam Catullus virorum perfidiam Theſei exemplo probaverat, ita ipſe a feminarum perfidia ſibi nunc caveant viri, graviter monet Tibullus. Unde mihi placet *ſed,* hoc ſenſu: Sed pro te dixit iam Catullus. W.

43. *felix, quicunque*] Lipſ. Ed. cum Ed. Venet. 1475. *quaecunque.* Paullo ante pro *nunc* Florent. Statii cum Guelf. 2. *ſic.* H. *ter quinque* Voſſ. 3. W.

44. *poſſe carere tuo*] Guilielmius malebat *cavere,* ut in nonnullis quoque legitur. Sed v. Not. *didicit poſſe carere ſuo,* ſententiae more, extulit Vincent. Specul. doctrin. VI, 37. et de eruditione regali I, 32. H. H. Voſſ. recepit: *poſſe cavere tuum,* e manuſcr. Falkenburg. *Dolorem* plures, ut Hamb. duo Voſſ. *dolores* Bern. Ac ſcriptum ſuſpicatus eſt H. Voſſius *dolorem* ab iis, qui in ſecundo verſu legiſſent *tuum.* W.

45. 46. *Nec vos aut capiant — Aut fallat blanda*] Hic iterum Scaliger excerptis ſuis nimis facilem aurem praebebat, in quibus idem, quod in Vincentii Speculo doctrin. VI, 92. erat: *Non vos decipiant — Nec capiat blanda.* v. ſup. ad II, 6, 19. Regius, *Nec vos.* Guarner. *Nec vox.* Sed exspectabam, ut in ſcriptis legeretur *Ne vos.* Scilicet durum eſt nihil ſubiici illis: *Vos ego nunc moneo:* quid igitur mones? Quanto melius procedit oratio ſic:

Vos ego nunc moneo: (felix quicunque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.)
Ne vos aut capiant etc.

Nunc videas, quid illud ſit, quod monet. H. *Ne vos* Voſſ. 3. perperam. Verum eſt *Nec vos.* W.

45. *pendentia brachia collo*] illuſtrat Burman. ad Ovid. I. Met. 485.

46. *Aut fallat blanda ſordida lingua prece*] *prece* Scal. ex Exc. ſuis bene repoſuit; vulgo, etiam in Guelff. *fide.* cf. ſup. Eleg. 4, 64. Deinde Heinſius, applaudente Broukh. malebat *ſubdola lingua.* Quod et ipſe malim. Locum tamen habet et alterum. v. Not. H. *Prece* recte Vind. *fide* Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. W.

47. *Etſi — iurarit*] ex coniectura Douzae et uno Paſſeratii, adde Guelf. 3. in cuius marg. erat, recepit Broukh. Vulgo legitur *iuravit,* quod ferri poterat in poëta. In Colbert. et Corvin. *iurabit.* H. *iurarit* etiam in Vind. *iuravit* Zwic. 1. 2. et ſex apogr. H. Voſſ. add. Goth. *iurabit* tria apogr. H. Voſſ. (Hamb.) W.

48. *per-*

48. *perque ſuam Venerem*] Broukh. malebat: *per Veneremque ſuam.* Sed v. ſup. ad II, 6, 20. H. Neque hanc emendationem patitur uſus verborum *perque — perque*, de quo vid. I, 4, 25. W.

49. *Nulla fides inerit*] Ed. Rom. et Brixiana cum Venetis, Guelf. 1. et unus Eboracenſis vetuſtiſſimus a manu ſec. *Nulla fides Veneri.* cf. ſup. I, 4, 21. et Intpp. ad Callim. Epigr. 26. H. *fuerit* pr. *inerit* ſcripſit de coniectura H. Voſſ. *meritis* pr. *inerit* Ask. Mox *Iuppiter* Zwic. W.

51. *Ergo quid toties*] Sic dudum editum in Ald. ſec. et reliquis. Et ſic Ed. Rom. cum ſequacibus. Male Scaliger retraxerat ex Ald. pr. *qui.* H. *Ergo ego* Voſſ. 4. *Ergo qui* Zwic. 1. 2. Hamb. plur. ap. H. Voſſ. at *quid* recte Mon. *quotiens* Goth. Pro *verba puellae* H. Voſſ. *vota puellae* de coniectura ſcripſit. W.

52. *ite a me, feria verba, procul*] Eſt et hoc repoſitum a Broukh. e Pocchi Exc. et Italicis Heinſii. Vulgo *precor.* Eadem varietas erat ſup. II, 1, 82. Porro liber Urſini *ſobria verba*, ut v. 36. *ebria.* Sed vulgatum recte. Sunt enim *feria* hic triſtia. H. *procul* etiam Voſſ. 1. W.

53. In Guelf. 1. 2. hinc initium fit: *Elegia VIII. longas — noctes, longos — dies*] Poſſis hinc defendere Horatium I. Epiſt. 1, 21.

Ut nox longa, quibus mentitur amica; diesque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum.

contra Bentleii emendationem, qui repoſuit: *diesque Lenta videtur,* ne bis *longa* eſſet. Ceterum Vicent. forte cum aliis: *Quam mallem.* tum Corvin. *tecum longas.* H. *tecum longas* plurim. codd. et Ald. 1. Scalig. Cantabr. Broukhuſ. Vulp. Sic etiam Zwic. 1. 2. Hamb. atque hoc recepit H. Voſſius. *longas tecum* Ald. 2. et Muret. Voſſ. 5. Ask. Bern. In pentametro H. Voſſ. malit: *longos tecum*, ſed hic codices et editiones non variant. Quodſi in pentametro *tecum longos* propter librorum conſenſum retinendum eſt, in hexametro *tecum longas* ferri non poſſe videtur; nimia fieret, ſi quid ſentio, vis vocabuli *tecum,* eaque huic loco non ſatis apta. Caeterum *mallem* eſt in Zwic. 1. at *vellem* in Zwic. 2. W.

55. *Perfida nec merito nobis, nec amica merenti*] Ita reſtitui nunc locum. Vulgata, quam vocabant, codicum lectio erat: *Perfida, nec merito nobis inimica: merenti Perfida.* Ita praeiverant Ald. pr. tum Muret. Plantin. Cum ſenſu

ſenſu idoneo haec carerent, mox: *Perfida, nec merito nobis inimica merenti,* Scaliger, et poſt Scaligerum diſtinxit Broukh. et hunc ſequutus Vulpius, ut ſit per archaiſmum *nobis merenti* pro *merentibus:* de quo cf. Heinſ. ad Aen. VI, 209. Sed primum hoc pro Tibulli elegantia nimis horridum; deinde non viderunt viri docti, vocem *merito* ſic non habere, quo referatur; niſi ſit *merenti merito,* quod putidum eſt. Ald. pr. et Statius diſtinguebant poſt *inimica, Perfida, nec merito nobis inimica, merenti Perfida:* ut et ex Corvin. expreſſum; ut *illam merenti atque immerito* aeque perfidam ſignificet; quod non minus durum. In Edd. Venet. 1475. Reg. Lep. Vicent. et noſtra Lipſ. legitur, *nec amica,* ut etiam notatum fuerat in Exc. Pocchi; unde longe meliorem lectionem efficies, ſi ita diſtinguas:

Perfida, nec merito, nobis; nec amica merenti;

h. mihi, haud ex merito, perfida, alteri viro, non merenti, amica; nam deſerto Tibullo alii ſe iunxit. Nunc *nec amica* iam in Ald. ſec. expreſſum video: etſi iterum Muretus ab ea disceſſit. Cur non inſpiciebant eam viri docti? H. Vera lectio eſt etiam in Vind. Caeterum iunge *non amica,* h. e. abalienata a poeta. Fortius hoc eſt quam vox *perfida. merenti* h. e. digno cui amica ſis, quem ames. Igitur bis dixit poeta haec ſibi immerenti evenire, ſed verbis apte variatis. W.

57. *o lente miniſter*] Venetae et Ald. pr. *laete,* lapſu ſollenni. Poteſt autem hoc et cum et ſine interrogatione, ſaltem cum indignatione efferri.

58. *Marcia lympha*] Scriptura, quam ratio et uſus poſtulabant, eſt ex Codd. Wittianis Broukh. Vulgo, *Martia.* v. eund. ad Propert. III, 1, 52. H. *Temperat* Bern. W.

59. *Non ego, ſi fugiat noſtrae convivia menſae*] Regius, *Num,* forte, *Numne ego.* Ed. Rom *Nonne ego;* ut cum interrogatione efferas. Deinde Broukh. vult, puellam ſe e convivio fuga proripere, quaſi itura ſit ad potiorem. Sed ex tota Elegia et ex ſuperioribus apparet, iras et diſcidium inter utrumque amantem, aliquo iam inde tempore, interceſſiſſe, et Neaeram peregre abiiſſe, et eſt adeo accipiendum, ſi non vult intereſſe meo convivio, ſed cum alio potius vivere. Porro unus Broukh. cum Corvin. *fugiet:* duo, *noſtrae fugiat,* unus Anglic. *noſtrae fugit,* et ſic noſter Regius; nec male, puto. *convivia menſae,* ut Ovid. I. Met. 165.

Foeda Lycaoniae referens convivia menſae.

vide

vide ibi Heinſium; nam in aliis eſt *coenae*. H. *noſtrae fugiat* Voſſ. 5. Goth. quod recepit H. Voſſius. *fugit* Voſſ. 1. 4. — *cara* pr. *vana* verſ. ſequent. eſt in Goth. W.

61. *Sollicitus repetam — ſuſpiria*] Ovid. II. Met. 125.

Pectore ſollicito repetens ſuſpiria.

cf. XIII. Met. 139.

62. *Tu puer i*] *i* Scal. ex Exc. ſuis, etiam Statius ex coniectura; vulgo *et*. v. ſup. v. 6. Livineius et Muretus emendarant: *Tu puer huc*. Heinſ. *Huc, puer, huc*. alius mallet: *I puer i*. H. *Tu puer, i* eſt etiam in Vind. Mon. et Voſſ. 5. *et* pr. *i* Zwic. 1. 2. Goth. Statius ad I, 2, 1. p. 27. hunc locum ita citavit: *I puer, et* ſeq. W.

63. *Syrio — nardo*] Ita Broukh. ex nonnullis Statianis, Exc. Lipſii et Heinſii: vulgo, *Tyrio*. Sed *Syrium nardum* eſt a Syriis mercatoribus advectum. Plin. XII. ſ. 26. *In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum*. An cum foliis et ſpicis ipſe frutex allatus fuerit, dubito. Unguentum ex eo confectum (cuius rationem vide ap. Plin. XIII. ſ. 2.) dictum et ipſum *Nardum*. Horat. II. Od. 11, 16. *Aſſyriam nardum* dixit. H. *Syrio — nardo* etiam Ask. Vind. et Voſſ. 5. — Zw. 1. 2. *Tyrio*, ut Hamb. *Tyria* Goth. H. Voſſius recepit *Syria — nardo*. W.

64. *implicuiſſe comas*] Ad finem huius Elegiae libri multi, in his Guelf. 1. 4. et ant. Edd. attexunt diſtichon: *Ne tibi ſim mea lux* etc. quod infra legitur IV, 12, 1. Primus eiecit Muretus. Statius etiam alterum diſtichon v. 63. 64. pro alieno habebat. Sed ut illud poëmation ſub finem libri attexi potuerit: neceſſe eſt olim codices fuiſſe, qui quartum librum non haberent: cuiusmodi libri memorantur quoque, v. c. in bibliotheca Medicea. Eadem res fidem facit, omnes, quos habemus, libros ſcriptos ex uno apographo fluxiſſe; nam omnes, quos vidimus vel audivimus, illud exemplum ſequuntur. H. *Debuerat* Voſſ. 5. Caeterum poëmation illud hoc loco legitur etiam in Zwic. 1. 2. Goth. non legitur hic in Voſſ. 4. et Monac., notante H. Voſſio. W.

IN

IN LIBR. IV.

Haec inſcriptio in libris et Edd. ant. quotquot vidimus, non eſt: ſed ſtatim ſuperioribus Carmen ſequens attexitur. *Panegyricus Meſſalae* inſcribitur in Cuiac. et aliis. *de laudibus Meſſalae* in Guelf. 2. At in 3. *Albii Tibulli, poëtae excellentiſſ. liber quartus incipit: Laudes Meſſalae;* et in 4. *Albii Tibulli liber quartus.* In Corviniano continuatur Elegiarum numerus, et ſequitur nunc Elegia XXV. inſcite admodum. Titulis his nullam auctoritatem eſſe poſſe ſatis conſtat. H. Nec in Hamb. libri incipientis veſtigium. W.

CARMEN I.

Ieiunitas et exilitas huius Panegyrici in Meſſalam dubitare fecit viros doctos, an Tibulli eſſet, poëtae tam elegantis et ingenioſi. A libris conſtanter ipſi tribuitur; accuſanda itaque anguſta ſors naturae humanae, quod homo in elegia princeps, ad carmen heroicum non aeque idoneus fuit. Hoc eſt, quod veteres tam diligenter monebant, id ſibi quemque ſcriptionis genus, eam materiam, ſumere debere, quam ſuo ingenio convenientem, ſuis viribus aequam, maxime iudicaret. Huic praecepto cum non obtemperarent, multi viri, caeteroquin ſummi, turpiter ſe dederunt. Cicero, oratorum princeps, infimum inter poëtas locum vix tuetur; et quot vidimus ex noſtris poëtis, qui, quam certo aliquo carminum genere comparaſſent famam, deſtructum iverunt ipſi, quod ſe intempeſtive immiſcebant aliis, quibus minus pares eſſent? Si haec attendas, non plane eſt incredibile, ab ipſo Tibullo hoc carmen profectum eſſe; inprimis, ſi adoleſcens illud ſcripſit, ut poſt Scaligerum Vulpius recte exiſtimat; nam ex v. 121. ſqq. apparet, in ipſo conſulatu Meſſalae, qui incidit in annum V. C. 723. hoc carmen ſcriptum eſſe, et quidem in ipſo anni initio, ſi quidem in media anni parte ad bellum Actiacum cum Caeſare Meſſala profectus eſt. Hinc, cum eius res geſtas infra memorat, non ultra haec tempora deſcendere potuit. Si tamen altera ex parte hoc perpendas, ea aetate et iis temporibus ſcriptum putari

putari carmen illud, quibus, propter exquifitam hominum in litteris elegantiam, nihil nifi, quod cultiffimum et ingeniofiffimum effet, placere poffet, infcriptum effe porro homini eloquentiffimo et doctiffimo, qualis Meffala fuit, cuius benevolentiam tali carmine fibi quenquam conciliare potuiffe, vix probabile fit, fieri non poteft, quin vehementer addubites de auctore eius; inprimis cum novum non fit, tribui alicui ea, quae tantum aliquam cum ipfius oratione et fcriptionis genere fimilitudinem habent, ut in Luciano faepe factum effe, aliquando, fi meliori otio reddemur, docebimus; faepe etiam ea affingi, quae plane nihil cum ipfo commune habent. Id quod fere ea ex cauffa factum eft, quod, cum librarius aliquis libri exarati paginas aliquot adhuc vacuas haberet, particulam aliquam ex alio poëta vel fcriptore defcriptam, ne fpatium vacaret, appingeret. Iam vero, qui ex eo exemplari illa defcribebant, ut fere erant homines indocti, ea raro, tanquam aliena, fecernebant, aut faltem vacuum tituli fpatium minio explendum relinquebant; quo factum eft, ut fenfim eiusdem auctoris ifta alluta haberentur. Hoc idem contigit Virgilio (v. To. IV. p. 171. noftrae edit.), et contigiffe potuit Tibullo; inprimis cum in fine libri alii codices plura, alii pauciora adiecta habeant carmina, ut deinde videbimus. Accedit aliud, quod plura habemus eiusmodi carmina, ferioris aetatis fetus, quibus poëtica ars ad rhetoricas praeceptiunculas revocari coepit, ita ut carmina ad locos rhetoricos defcripta conderentur. Quod autem in declamationibus facere folebant, ut nobile ex vetere hiftoria nomen et factum proponerent, in quo iuvenile ingenium controverfiis forenfibus praeluderet, cum vel accufaret, vel defenderet, fuaderet, vel disfuaderet, idem inftituiffe videntur magiftri poëtices, ut ex vetere, Augufteo inprimis, faeculo, materiem exercitationis peterent, fuaeque praeceptionis exempla ipfi proponerent. In Anthologia Latina Burmanni Secundi carmina occurrunt plura, quae in hunc cenfum referenda funt, ut iam ad Catalecta Virgilii monuimus. Sunt nonnulla ex iis, in quibus ingenii vena eft non obfcura; alia orationis ornatu ac dignitate, inprimisque Latinitate, eminent; in omnibus fere lectionis bonorum poëtarum, et imitationis, etfi plerumque permoleftae et ieiunae, veftigia extant plurima. Ita in Maecenatis obitum habemus elegiam, male olim Albinovano adfcriptam. Nec elegiam ad Valerium Meffalam, quae Virgilio perperam tribuitur, nifi inter Scholafticorum fubfellia natam effe arbitror. (Hanc rem diligentius excuffam vide apud

apud Heynium ad Virg. T. IV. pag. 189. W.) In laudatione autem et commendatione magnorum virorum inprimis se iactare debuerunt illorum hominum ingenia; et ex hoc genere habendum esse arbitror Tibullo perperam tributum hoc carmen panegyricum in Messalam. Est aliud in Pisonem, Lucano vulgo adscriptum, nuper Saleio Basso a Wernsdorf P. L. M. To. IV. p. 236. quod si quis lecto illo altero perlegat, et, ut perlegat ac comparet, quisquis in his studiis otium collocat, auctor sum, adeo simile istius et sententiis et orationis colore deprehendet, ut ab eodem auctore utrumque profectum esse sibi facile persuadeat. Quicquid est, illud certe negari nequit, nimis tenue et ieiunum, sterile et parum ingeniosum, magis rhetoricum, quam poëticum, saepe puerile esse hoc Carmen. Auctor, cum illud rhetorices praeceptum teneret, laudationem comparatione institui debere, iuvenili more, ea praeceptione usus, digressionem taedii plenam de Ulyssis itineribus instituit, quasi ea quicquam laudi Messalae amplificandae inservirent. Latinitas sane satis pura: et hac una laus carminis huius continetur: sed poëtam facit ingenium. Versus vero plures asperi et duri intexti sunt. cf. Scalig. Hypercrit. p. 790. Barthius ad Statii Theb. II, 847. haec habet: — *panegyricus, quem vocant, quum tamen humilitatem affectet id carmen, et sit oppido quam simile Maniliano characteri, unde suspiciones nostras alibi proponimus;* quod utrum, et ubi praestiterit, ignoro. Ceterum lectio librorum est corruptissima; et constituta sunt pleraque e Scaligeri aliorumve correctione, morosa saepe et aspera.

1. *quanquam me cognita virtus Terret*] Tres Anglicani *vivida virtus*, ut de Messala accipiendum sit; quae lectio ex librarii errore nasci non potuit. Sic Virgil. V. Aen. 754. *bello vivida virtus*. Horat. IV. Od. 4, 10. *vividus impetus*. *Me* Scaliger ex Cuiac. reposuit; vulgo ubique, *mea*. alii ex interpolatione, *tua*. H. *me* est etiam in Mon. Vind. et Voss. 5. *mea vivida* Hamb. Unde H. Voss. probat: *me vivida virtus*. Sic Virgil. Aen. V, 754.:

Exigui numero, sed bello vivida virtus.

Equidem nihil mutavi. Ac ne quis ambiguum putet quod legitur in textu, notes velim hoc: *homo virtute cognitus*, aliaque his similia non nisi in bonam partem dicuntur, ut cognita virtus h. loco sine controversia sit Messalae. Ducit eodem vox *meritas* statim sequens. W.

2. *virtus Terret, ut i. nequeant subsistere vires*] Rom. Ed. *et*. *Nequeant* debetur Cuiaciano; sed et exhibent libri Scali-

Scaligeri et Colbertinus: vulgo ubique *valeant*, quod videtur latini ſermonis naturae convenientius eſſe. Horat. I. Od. 2.

Terruit gentes, grave ne rediret
Saeculum Pyrrhae.

Daviſius ad Cic. Tuſc. II, 19. hoc exemplo probabat, poſſe latine dici, *vereor, ut id iam non ferat quisquam*, pro eo, quod dicimus, *vereor, ut id ferat.* Sed Perizon. ad Sanct. Min. p. 816. id negabat, et noſtri locum ita explicandum eſſe cenſebat: *terreor adeo, eo usque, ut.* Mihi valde probabile fit, in hoc carmine, cuius nulla ſatis antiqua habemus exemplaria, *nequeant* barbaro librario deberi. In Guelf. 4. *et valeant* etiam teſtatur librariorum ſtuporem in aſſequendo ſenſu. H. *Ut valeant* praebent omnia apogr. H. Voſſ. (Hamb.) et Zwic. quod recepi, ut iam olim feceram in edit. min. Secutus eſt H. Voſſ. Corruptelae fons in librariorum ſtupore quaerendus videtur, qui neſcirent, conſtructionem verbi *terrere* ſimilem eſſe verbis *metuere, timere.* Horat. Od. I, 2. v. 5.

Terruit gentes, grave ne rediret ſeq.

Diverſum eſt *terrere adeo, eo usque, ne.* W.

3. *At meritas ſi carmina laudes deficiant*] *At* Scaliger repoſuit: cum a Mureto vulgatum eſſet, *Ac meritas ſi,* quod et duo Italici cum Pocchi Exc. exhibent; et in marg. Guelf. 2. Vulgo legitur: *Incipiam tamen a meritis; ſi carmina laudes Deficiant humiles, t.* vel *Deficiant, humilis t.* H. *a meritis* Zwic. et decem apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.). *Ac* verior mihi videtur eſſe lectio; certe aptior in illo ſententiarum nexu, quamquam *At* habet quo defendi poſſit. *At* eſt etiam in Vind. — *Tantisque humilis* poſt Broukhuſium probavit H. Voſſius; non recte. Vim quandam in voce *humilis* eſſe ſententia docet, nexus autem hic eſt: Si meritas carmina laudes deficiant, ſim humilis conditor tantis actis, ac quidni ſim, quum digne praeter te ipſum omnino nemo res tuas deſcribere poſſit? — Pro *ſim* Bern. *ſi. artis* Voſſ. 3. pr. *actis.* Pr. *chartis* Hamb. *factis.* W.

5. *Nec tua praeter te*] Utraque Ed. cum aliis, Guelf. 1. 3. 4. *te praeter.* Ed. Baſil. etiam, *ne.* H. *te praeter* duo apogr. H. Voſſ. et Zw. Recepi cum H. Voſſio. Comparat hic vir l. IV, 13, 3. Adde *te propter* I, 6, 57. et 65. I, 7, 25. II, 6, 35. *quam circum* I, 1, 23. I, 3, 68. W.

6. *Facta queat*] Ed. Rom. *queant.* Cyllenius legerat, *velit.*

7. *nec munera parva reſpueris*] Revocavit Broukh. plurium lectionem. Scaligerana: *carmina*, ut in uno Statii et

 Scali-

Scaligeri libro erat. cf. ad III, 5, 29. Pro *nec* alii *ne.* Unus Statii etiam *despueris.* H. *Nostra* pr. *parva* Hamb. W.

9. *Cres tulit*] Lipf. Reg. Lep. *Chres.* In aliis, *Res, Tres, Tros, Cras tulit, Transtulit, Detulit.*

10. *puro*] *primo* Guelf. 2.

13. *Molorcheis — tectis*] *tectis* eft ex certa Mureti emendatione, quam Ed. Lipf. confirmat: et fubierat Hercules cafam five tuguriolum Molorchi, cui forte vix exiguus agellus, nedum terrae erant. Nam vulgo legitur *terris,* unde Scaliger in prima editione faciebat *cerris* vel *gerris,* quae funt crates, quibus parietes tenuiorum agricolarum contexti erant. H. *tectis* etiam Voff. 4. Vind. Mon. *terris* Hamb. Goth. Poft v. 13. fequuntur in Voff. 5. v. 140 — 181., tum 98 — 139., tum 56 — 97., tum 14 — 55. W.

14. *Parvaque caeleftes pacavit mica*] Exemplo Heinfii et aliorum, qui, quoties *parva* occurrit, coniiciunt *parca,* licet h. l. quoque coniicere *parca — mica.* Porro *pacavit:* quod et Guelf. 1. 2. a pr. m. item 3. habent. At Broukh. ex ant. Edd. malebat, *placavit,* quod faepe cum illo variat. v. Heinf. ad Claudian. II. de Raptu Proferp. 147. ad Ovid. IV. Met. 31. Et fic Regius, Guelf. 4. Etiam et Ed. Rom. cum Veneta 1487. At Ed. anni 1500. *pacavit fuepe,* 1491 et 1520. *pavit mica faepe,* quod ex commentario Cyllenii, qui ita in fuo habuiffe videtur, interpolarunt. Vulpius revocavit *pacavit,* nec multum refert. Quod tamen idem vir doctus ex Horat. II. Od. 14, 6. *Non fi trecenis — places illacrimabilem Plutona tauris,* de voce *placare* obfervat, pofita de facrificio, quamvis dii illo non exorentur, id eo pertinet, quod faepe verba, actum notantia, tantum de conatu accipienda funt. H. *Pacavit* in apogr. H. Voff. omnibus. Revocavi tamen *placavit,* fecutus Broukhufium, cuius iudicium Eichftadius etiam in Auctario critico ad Haberf. Scholas de Horat. Epift. I, 2, 45. p. 217. probatum firmavit. — V. 15. Voff. 1. hab. *inaurata* et *omina* pr. *hoftia.* W.

16. 17. Hi duo verfus tam ieiuni funt, ut vix videantur a vetere poëta proficifci potuiffe. H. *memor* abfolute dicitur faepe, aut beneficii vel gratiae aut iniuriae. Hinc *numen memor* apud Virg. Aen. IV, 521. et *memor umbra* Valer. Flacc. I, 826. — Caeterum *fic quoque* eft in Mon. W.

18. *Alter dicat opus*] *dicat,* quod iam Ald. fec. intulerat, revocavit Broukh. e libris, in his eft Guelf. 3. cum a Scaligero ex Ald. pr. retractum effet *dictet,* quod tamen nec ipfum habebat, cur fperneret. Manil. II, 124.

Et tantum dictaffet opus.

In

In aliis, ut Guelf. 1. 4. Vicent. Ed. Lipſ. et Venetis (cum tamen in Rom. eſſet, *dicat*) legitur *dictat*. Regius, *ducat*. v. ad II, 1, 51. cf. Salmaſ. ad Simmiae ovum v. 166. In nonnullis, ut Guelf. 2., hoc ordine exhibetur: *Alter opus dicat*. H. *Dicat* quatuor apogr. H. Voſſ. *diſcat* Goth. *dictat* quinq. apogr. H. Voſſ. (Hamb.) et Zwic. in Zwic. 2. gloſſ. interl. „conficit.“ W.

eod. *opus magni mirabile mundi*] Ed. Rom. et Venetae *memorabile*, ut alios libros legere teſtatur Paſſeratius: cum his Guelf. 1. 4. Varietas non infrequens. v. Burm. ad Ovid. IV. Met. 614.

19. *Qualis in immenſum deſcenderit aëra tellus*] Varie haec leguntur; id, quod modo poſuimus, Broukh. repoſuit aut potius revocavit, cum iam Ald. pr. ſic haberet, ex multorum librorum auctoritate. In Guelf. 1. 3. 4. antiquis Edd. Romana, et quae hinc propagatae, item in Vicent. et Lipſ. erat id, quod Ald. ſec. retraxit:

Qualis in immenſo deſcenderit aëre tellus.

in aliis, ut in Scalig.:

Qualis in immenſum deſederit aëra tellus.

vel, quod Muretus repoſuerat ante Scaligerum:

Qualis in immenſo deſederit aëre tellus.

et ſic etiam Regius cum Guelf. 2. quae lectio mihi prae reliquis placet, quanquam iſta Scaligeri exquiſitior videri poteſt. Sever. Aetn. 103.

— — — — ſors data caelo
Prima, ſequuta maris, deſeditque infima tellus.

Ovid. V. Faſt. 13. in eadem re:

Pondere terra ſuo ſubſedit, et aequora traxit.

I. Met. 30. dixerat *terram preſſam gravitate ſui*. MS. Schefferi habebat *deſiderit*. Sic pro illo alterum, *deſcendere*, occupavit libros ap. Virgil. Aen. III, 565. Ita olim dubitanter ſcripſi. Nunc nullus dubito, veram lectionem eſſe:

Qualis in immenſo deſederit aëre tellus.

Eſt enim perpetua fere illa librariorum in hac voce aberratio, ut *deſcendere* ſubſtituant: v. Heinſ. ad Aen. III, 565. et quos laudat ibid. Burm. Proprium autem eſt, ut ea, quae pondere ſuo deorſum feruntur, *ſubſidere*, *deſidere*, dicantur;

tur; adeoque etiam, ut tellus *desidat in aëre,* quo circumfusa subsidit infimo loco. Sic inf. v. 151.

Nam circumfuso considit in aëre tellus.

Scaligerana quidem lectio videri potest elegantior: *in immensum desederit aëra.* Sed ambiguam habet sententiam hoc; et in alterum consentit praeter Regium etiam Corvinianus; in promtu quoque est, intelligere, unde illa lectio orta sit; cum enim semel substitutum esset *descenderit,* mutare etiam necesse visum est alterum *in aëra.* H.

Qualis in immenso desederit aëre tellus

hab. Voss. 1, 4. et Ask. Caeteri *descenderit* ap. H. Voss. (ut Hamb.) et Zwic. *immensum aëra* Goth. W.

20. *Qualis et in curvum pontus confluxerit orbem*] Sic quoque Guelf. 2. 3. Multi, etiam Regius, *defluxerit;* forte fuit, *refluxerit,* ut *refluum mare* dicitur. Ed. Rom. *conflixerit,* Ven. 1500. *deflexerit,* interpolatum ex Cyllenii scriptura; Ven. 1491. *conflexerit,* Ed. 1520. *confluxerit.* Similia in codd. H. *confluxerit* tria apogr. H. Voss. W.

21. *Et vagus a terris qua surgere nititur aër*] ut vulgo haec leguntur, nec bonum sensum efficiunt, nec satis latine dicta sunt. Praecesserant: *descenderit, confluxerit,* sequitur *fluat, claudantur,* et nunc in medio positum *nititur,* indicativo modo. Verum distinctione iuvandus est locus:

Qualis et in curvum pontus confluxerit orbem,
Et, vagus a terris qua surgere nititur, aër.

uterque, aër et pontus, in orbem confluxere. *qua,* qua parte; nisi verius, *qui. a terris* est receptum a Broukh. ex Barthii Adv. III, 6. emendatione; vulgo, *e terris. vagus aër* est mobilis. *surgere* dixit etiam Minuc. Octav. c. 5. *Sic exhalatis terrae vaporibus, nebulas semper adolescere; quibus densatis coactisque nubes altius surgere.* H. *e terris* etiam Zwic. 1.; *vagus terris* Zwic 2. H. Voss. *e* recepit. — *magnis* Voss. 5. superscr. *vagus.* Goth. *quis* pr. *qua.* W.

22. *Huic ut contextus passim fluat igneus aether*] Revocavimus lectionem, quae fuit ante Broukh. quae et in Guelf. 2. Edd. vett. conspicitur, nisi quod *ut* pro *et* ex Pocchi et Colotianis Exc. reposuimus. *Huic,* n. aëri, *contextus* dicitur aether, quia ei est proximus. Ovid. I. Met. 28.

Proximus est aër illi levitate locoque.

ante de aethere dixerat. Lucan. IX, 7.

Qua niger astriferis connectitur axibus aër.

Aether igneus, ut Ovid. eod. loc. v. 26. *ignea convexi vis caeli. fluere* vero liquidae aetheris naturae accommodatum. v. Broukh.

Broukh. *paſſim fluere* eſt temere ferri, adeoque quaqua verſus, in omnes partes: ita ut ad copiam interdum referri poſſit. Broukhuſius tamen aliam lectionem concinnavit:

Hinc ut contextis paſſim fluat ignibus aether.

Hinc ex quinque libris repetiit. *contextis* e duobus tantum Italis; reliqui, etiam qui *ignibus* legunt, ut Rom. Cyllenianae, Liber Guarner. Guelf. 1. 3. 4. *contextus* unanimi conſenſu tuentur: at Regius plane ita, ut vir doctus poſuit, exhibet, praeterquam quod *et* retinet. *Ignes* tum eſſent ſidera, quae eleganter *contexta* dicerentur, quibus aether diſtinctus ſit. An Broukhuſ. ita *ignes* acceperit, ex eius verbis non liquet; omnino enim in interpretatione parum diſertus eſſe ſolet. Sed in toto loco conſtituendo melior ſuppetit alia ratio: retinenda eſt copula, *et*, quam maior librorum pars tuetur, et ita interpungendum;

Qualis et in curvum pontus refluxerit orbem;
Et, vagus a terris qui ſurgere nititur, aër
Huic et contextus paſſim fluat igneus aether;

ut ordo verborum ſit: et qualis (quomodo) aër et contextus huic aether fluat paſſim. Atmoſphaeram noſtrae terrae bene illud exprimit: *aër, qui a terris ſurgere nititur,* qui altum petit. Ita omnia expeditiſſima ſunt. Ambit autem caelum, tanquam deorum ſedes, omnia, ipſumque aetherem, ut et alibi factum videas: v. c. apud Lucret. I, 1088. et 1094. H. Equidem quomodo hunc locum explicandum cenſeam, ipſa verborum diſtinctione indicavi. Agit poeta de quatuor elementis, ac poſtquam de terra et ponto ſive aqua dixit, pergit ad aërem et ignem, quem dicit aëri contextum ſurgere in altum. Nam de igne agi, epitheton *igneus* nos monet. — Caeterum pr. *huic ut* eſt *hinc et* in duob. Voſſ. alii *huic et,* ut Hamb. Zwic. *fluit* Bern. W.

23. *claudantur ut omnia caelo*] Ovid. I. Met. 5.

— — *et, quod tegit omnia, caelum.*

24. *At, q.*] alii, *et.* Sic noſtri. H. *At* eſt in Ask. Caeteri H. Voſſii et noſtri *Et.* W.

25. *Seu, quod ſpes abnuit, ultra*] Revocaveram hanc lectionem, quae eſt in Scaligerana, Broukhuſiana, et omnibus anterioribus. Vulpius receperat lectionem quorundam

rundam librorum: *ſed qnod ſpes abnuit ultro,* quaſi eſſet, ſtatim, protinus. Sed *ultra* eſſe putabam, ultra virtutem tuam. At hoc adulatoris eſt, inquit Vulpius. Sed et laudationis eſt, exſurgere, et verbis ornare res. Poſuiſſe noſtrum aiebam tria momenta, quae fere in omnibus rebus ſunt, ut vel ad modum, vel ultra modum, vel intra modum aliquid ſit. cf. Gronov. Obſſ. I, 10. Frigida haec eſſe fatebar. *ſeu quod ſpes abnuit ultro* Guelf. 1. et pro *abnuit, annuit* Guelf. 4. Ed. Rom. *Seu quod ſpes annuit, ultra.* Sic et Venet. 1500. at 1520. *ultra* mutavit in *ultro,* quod et in Vicent. expreſſum eſt. cf. inf. v. 201. 202. ubi ſane ſimilis verborum luſus occurrit:

Quod tibi ſi verſus noſter totusve minusve
Vel bene ſit notus, ſummo vel inerret in ore.

Nimis tamen ieiunum vel ſic eſt illud: *ſeu, quod ſpes abnuit, ultra.* Praetuli itaque in altera recenſione omnino alteram lectionem: *ſed quod ſpes abnuit ultro.* In duo membra conſtituuntur: Quodcunque meae Camenae poterunt audere: ſeu ut poſſint par tibi audere; h. carmen ſcribere, quod tuis factis dignum ſit; id quod tamen omnino ſperare non licet; ſeu ut pro laudibus tuis minus poſſint praeſtare; atque id ne locum habeat, omni ex parte verendum eſt; quicquid ſit, omne hoc tibi vovemus. H. *ſed quod ſpes abnuit ultro,* quod recte Heynius recepit, eſt etiam in Ask. et Bern. W.

26. *omne vovemus Hoc tibi*] Ita Scaliger e Cuiac. repoſuit. Et ſic plures, etiam Reg. Guelf. 2. et Ed. Lipſ. (cum Corvin.). Alii libri, in his Guelf. 1. 3. 4. et Edd. cum vulgatae inde ab Aldo, tum veteres Rom. Venetae, Vicent. et al. *movemus* habent: quod Paſſeratius probabat, ut eſſet, molimur. Aen. VII, 44.

Maius opus moveo. H.

vovemus habet etiam Zwic. 2. et unus ap. H. Voſſ. — *movemus* Zwic. 1. Vind. Mon. et tres Voſſ. Hoc recepit H. Voſſius. W.

27. *nec tanto careat mihi carmine charta*] Sic quoque Guelf. 2. 3. Putes adumbratum ex Horat. IV. Od. 9, 30.

— *Non ego te meis*
Chartis inornatum ſilebo.

Ceterum neſcio an *ne* praeſtet: ut ſit, dummodo tu mihi non illaudatus abeas; et eſt hoc in Guelf. 1. 3. 4. *Carmine*

mine Scaliger repoſuit ex Cuiaciano, et ſic plerique (etiam Corvin.) cum edd. vett. *tibi carmine* Guelf. 1. In ſuperioribus Edd. inde ab Aldo erat *nomine*, quod et Regius habet, et praetulerim ipſe propter τὸ *tanto*. Unus Vatic. *pondere*. Omnino praeferenda lectio: *nomine*. Dicit enim, nolle ſe admittere, ut *charta*, carmen ſuum, (ut v. 5.) vacet a Meſſalae laudibus. H. *Pondere*, quod recepit H. Voſſius, eſt etiam in Goth. et in marg. Ask. Caeteri ap. H. Voſſ. (Hamb.) habent *carmine*, etiam Zw. Pro *charta* Bern. *meta* a prim. man. W.

28. *quanquam antiquae gentis ſuperant tibi laudes*] Aldina ſec. intulerat *ſuperent*. Regius *ſuperant gentis*.

30. *quid quaque index ſub imagine dicat*] Ita Scaliger reſtituit ex Cuiac. Corrupte vulgo, *quid qua index*, vel *iudex*. Ed. Rom. ſicut tres Statiani, *quidquam*; at Venetae cum Vicent. *quicquid iudex*. Quanto vero melius expreſſit iſtam ſententiam Sannazar. II. Eleg. 1, 27.

Maiorum tua non titulis innixa recumbit
Gloria, nec priſcis geſtit imaginibus;
Sed certat magnos virtute anteire parentes,
Aeternum et vera laude parare decus.
Nec tua facta olim titulo breve marmor habebit;
Immenſum magni carminis illud opus. H.

Quid quaque index eſt etiam in Voſſ. 3. Caeteri aberrant, etiam Zwic. 1. 2. in quib. *quiquid index* et *quid qua index*. Hamb. *quam iudex*. Goth. *quidquam*. W.

32. *Quam tibi maiores, maius decus ipſe futuris*] Ultima vox eſt repoſita a Broukh. e duobus libris, quibus accedit Regius et Guelf. 2.; et ſic Cyllenius legiſſe videtur; fuit quoque in Edd. Ald. ſec. et hinc transſcriptis. Scaliger vitioſam veterem lectionem reduxerat, *futurus*; quod paullo immodeſtius dictum videbatur Broukhuſio, quaſi maiores, tam illuſtris gentis, laudibus ſuis obſcurare Meſſala poſſet. Sed ſunt eiusmodi plura in laudem inurbane et inclementer dicta in hoc carmine. In Palatin. *in avis* pro *maius*.

33. *At tua non titulus capiet ſub nomine facta*] Sic vulgo: niſi quod Reg. et Ed. Lipſ. et aliae *titulis*. Correxit Ald. ſec. Deinde Pocchi et Lipſii Exc. cum duobus Italicis: *ſub ſtemmate*, quo alludebat Paſſeratii liber, in quo *temmate*. Eſt haec haud dubie vera lectio. In imaginum vicem ſubierant *ſtemmata*, de quibus v. Lipſium Elect. I, 29. Poſt *aeterno* a multis interpungitur, ut iungatur

gatur cum *nomine*. H. *nomine* perperam etiam in Zw. 1. 2. et in apogr. H. Voſſ. ut Hamb. *At* — *ſed*, vide ad T. I, 5, 20. Obſſ. — Caeterum non ſatisfaciunt quae Lipſius Elector. I. c. 29. diſputavit. Ac vultus quidem maiorum cera expreſſi quales fuerint, docet in primis Polybius lib. 6, cap. 53. et doctiſſimus eius editor Schweighaeuſerus T. 6. p. 392. ſeq. Ab his plane diverſa ſtemmata. Plin. H. N. l. 35, 2.: „Apud maiores in atriis expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines quae comitarentur gentilitia funera. *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.*" Add. Senec. d. benef. l. 3. c. 28: „Qui imagines in atrio exponunt et nomina familiae ſuae longo ordine ac *multis ſtemmatum illigata flexuris* in parte prima aedium collocant caet." W.

36. *vincto pede*] alii *iuncto*. Male. v. ad I, 1, 64. H. Verba: *quique canent vincto pede quique ſoluto*, ſubiectum continent verbi *convenient*; deinde in his: *cupidi componere laudes*, cauſa eſt, cur veniant. Perperam igitur H. Voſſius *canant* recepit. — Zwic. *canunt*. *conveniuntque* Hamb. id *iuncto pede*. Bern. *pedeque* ſine *quique*. un. Voſſ. *quisque*. W.

37. *Quis potior, certamen erit*] *Potior* ſc. in carmine. Sic Broukh. e libris: ſic et Regius, Guelf. 3. cum Ed. Rom. Vulgo: *Quis potius*. at Ald. ſec. *Queis potius*; ſicque Scaliger. Itaque etiam Corvin. Deinde Ed. Rom. cum uno Broukh. et uno Gebh. *certamen eris*. Ferri poſſet, ſi eſſet: *Queis magnum certamen eris*. Paullo aliter ac in illo Virgilii:

Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum.

Paullo poſt pro *victor* eruditus Britannus (Jortin) in Miſcell. Obſ. Vol. II. p. 247. malebat *victus*, recte reprehenſus a Batavis.

38. Un. Voſſ. *et*, un. *adſcribam*. W.

39. *Nam quis te maiora gerit caſtrisve forove*] Ita univerſe de gente Valeria auctor panegyrici in Meſſalam, in Catalect. Virg. 43. p. 193.

Caſtra foro ſolitos, urbi praeponere caſtra etc.

Nam quis te Scaliger ex Cuiac. repoſuit; vulgo legitur: *Quisque tibi*. In nonnullis, ut in Regio, *Quis tibi nam*, vel *iam*, *Quis* vel *Qui te nam*, (*Quis te iam* Corvin.) Ed. Rom. *Nec quisquam*, ut Douſa emendabat. Quae omnia inde nata, quod prima vox, *nam*, exciderat, ut

non

non raro in libris factum. Sic ſup. I, 1, 63. cum *flebis* omiſſa eſſet, Regius interpolarat: *Non tua ſunt in me duro p.* cf. I, 2, 63. 9, 63. 10, 26. inf. v. 91. IV, 5, 1. et 13. Et in Ovid. I. Met. 15. vera lectio haud dubie eſt;

Utque erat et tellus illic, qua pontus et aër,
Sic erat inſtabilis tellus —

Cum primum vocabulum excidiſſet, tam putidae illae lectiones, quae vulgo circumferuntur, correctoribus vel librariis ſubnatae ſunt. Eod. lib. v. 441. de Apolline Pythonem interimente;

Hunc Deus arcitenens et nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis capreisque fugacibus, uſus,
Mille gravem telis —
Perdidit.

Hic vero illa, *Deus arcitenens et nunquam talibus armis uſus,* parum bene cohaerent. Fuiſſe puto:

Hanc Deus arcitenens, non unquam t.

Scriptum erat *n̄ unquam,* cum virgula transverſa, quod cum pro una voce accepiſſet librarius, verſui fulciendo ſuppoſuit particulam. Sed ut ad noſtrum redeamus, in omnibus libris aiunt eſſe *chartisve forove.* Et ſic noſtri quoque habent, cum Guelff. 2. 3. Unde itaque vulgatam *caſtris* natam dicemus? Puto eam Cyllenio deberi, qui in commentariis ſuis ita praefixum habet, unde in Edd. Venetas venit. Vera tamen haud dubie eſt lectio *caſtris* eamque Corvin. et Guelf. 1. 4. quoque firmat. Eadem varietas in Culice v. 24.

In Guelf. 2. poſt vſ. 38. ſequuntur vſſ. 45. 46. 47. *Nam ſeu diverſi — Non alius — Sit placanda —.* Nunc ſequuntur: *Nec quisquam maiora gerit —* vſſ. 39. 40. ſqq. Et poſt 44. *Inſtabilis —* ſequitur 48. *Non Pylos.* H. *Quis te nam* H. Voſſ. ſine librorum auctoritate. Apogr. H. Voſſ. habent alii *quisque tibi,* alii *quis tibi nam.* Hamb. *que tibi* pr. *quis te.* Zwic. 1. 2. *quisque. Caſtrisve,* quod cum Cyllenio hab. Ald. 1. 2., eſt etiam in Bern., et in Zwic. 1. ſuperſcr. Caeteri *chartisve* vel *cartisve.* W.

40. *Nec tamen hinc aut hinc*] Ita et Rom. Sed plerique, etiam Cuiac. *hic aut hic;* nempe omiſſa erat virgula. Nonnulli *haec aut haec,* forte pro *hac aut hac.* Ed. Col. *Nec tamen hinc veniet.* H. *Haec tamen* pr. *Nec tamen* Goth. *hic aut hic* omnia apogr. H. Voſſ. et Zwic. In Hamb. deeſt hic verſus. W.

41. *Iuſta*

41. *Iuſta pari premitur veluti cum pondere libra*] Prudent. Periſteph. IV, 11.

Quum Deus, dextram quatiens coruſcam,
Nube ſubnixus veniet rubente,
Gentibus iuſtam *poſiturus* aequo Pondere libram.

44. *Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe*] Ed. Vicent. Lipſ. cum aliis *compreſſior;* alii corrupte, *deprenſior.* Deinde ex uno notatum viderat Broukh. *nutat,* unde malebat: *Alterno inſtabilis nutat.* Male. Elegans enim de omni motu incerto, fluctuante et tremulo, vocabulum eſt *natare;* et eſt ea ſollennis permutatio, ut *nutare* librarii ſubſtituant. Sic in Curt. IV, 9, 20. *obſtrepebat hinc metus; praeter hunc invicem natantium clamor;* in libris eſt *mutantium, nutantium;* hoc Snakenb. et Heuſing. P. in Emendat. p. 218. probant, neſcio quam bene; modo *natantium* explices fluctuantium. H. Sane *natare* eſt huc illuc ferri, nutare, vacillare. Translate de animo dixit fluctuante Horat. Sat. II. 7, 6:

Pars hominum vitiis gaudet conſtanter et urget
Propoſitum: pars multa natat, modo recta capeſſens,
Interdum pravis obnoxia.

Senec. Epiſt. 35.: Mutatio voluntatis indicat animum natare ſeq. W.

45. *diverſi fremat inconſtantia vulgi*] Unus Stat. *diviſi.* v. Heinſ. ad Ovid. III. Met. 381. *diverſum* eſt diſſentiens, in diverſas partes tractum. cf. Broukh. qui multipliciter variari lectionem in hoc verſu ait. Nec tamen alia nobis occurrit, quam in Ed. Lipſ. *fremit* et *dives ſi,* mox: *ſitque placanda.* H. *Diverſi fremat* Zwic. 1. *dives ſi fremet* Zwic. 2. cum gloſſ. interl. *furiat.* Goth. *diviſi* et *premat.* Hamb. *fremit.* alii *dimiſſi.* W.

46. *aut Ithace*] Rom. et Venetae, Guelf. 1. *atque.*

49. *Uliſſem* Zw. 2. *Ulixem* Hamb. un. Voſſ. *Ulixens.* W.

51. *fertilibus — horis*] Barth. Adverſ. XVII, 4. *vertilibus* emendabat. perperam. v. not. Mox malo *decurreret.* et eſt hoc in Guelf. 2. 3. H. Bene iam Gronov. Diatr. c. 26. p. 265. defendit *fertilibus horis.* — *Decurreret* octo apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) et Zwic. 1. quod recepit H. Voſſius. Sed quum *vixerit* h. l. vim perfecti proprie dicti habeat nec pro aoriſto poſitum ſit, lectionem non mutavi. Hoc enim perfectum eſt in numero temporum prae-

praeſentium et recte iungitur cum alio perfecto non minus quam cum tempore aliquo praeſente. W.

52. *erraverit*] Baſil. *decurrerit* ex ſup. verſu. H. *orbes* Goth. W.

53. *Qua maris extremis tellus excluditur undis*] *Excluditur* tacite recepit Broukh. ex Exc. Pocchi et Colotii, editionibusque Ven. et Reg. Lep. Et ſic Ed. Lipſ. ac Vicent. Vulgo, etiam Guelff. omnes *includitur*, quod hic praetulerim; nam fere *ambiri*, *cingi*, *coërceri*, *contineri*, mari dicitur tellus. At *excluditur*, niſi pro ſimplici, *clauditur*, accipias, ſenſum vix habet. *Extremae undae* ſunt ultra quas nil eſt, quae ὁρίζουσι. Sever. Aetn. 94.

Quacunque immenſus terrae ſe porrigit orbis,
Extremique maris curvis incingitur undis.

ubi *curvae undae* eleganter dictae, qui orbis in ea parte inclinatur; niſi de Oceano curvum littus ambiente accipere praeſtat; ut ſup. v. 20. *pontus in curvum orbem* confluxiſſe dicebatur. In Fragm. de Navig. German. ap. Sen. Suaſor. I.

— — — *extremaque littora mundi.*

verſus ſeptentrionem. Eleg. in Obit. Maecenat. II, 20.

— — — — — — *arenas*
Littore in extremo — quas ſimul unda movet.

de Erythraeo loquitur; et eſt etiam libris, *Littore Erythraeo*, ſed illud vere. Forte etiam legendum, *quas tremula unda movet.* H. *Includitur* omnia apogr. H. Voſſii (Hamb. Goth.), quod reſtitui cum H. Voſſ. probatum etiam Heynio. — *externis* Hamb. W.

55. *Nec valuit Lotos coeptos avertere curſus*] *Nec* Broukh. e libris; ut reſpondeant ſibi copulae: *Ciconumque* — *Nec.* Vulgo, *Non. Lotos* depromſit Scaliger ex divite penu, Cuiaciano libro, cui Colotii collationes et unus Heinſii accedunt. Vulgo, *Cyclops*, de quo demum v. ſeq. agitur. Duo Statii: *tempus*; eiusdem unus, *convertere curſus.* ut Guelf. 2. *Non valuit Cyclops tempus convertere curſus.* quam corrupte! Cuiacianus etiam *captos* — *curſus*, minus bene; etſi ferri poteſt. H. *Nec* ſeptem apogr. H. Voſſ. *Non* Hamb. Goth. Zwic. 1. 2. *Cotos* hab. Ask. *Cyclops* Hamb. Goth. Zwic. 2. *Ciclops* Zwic. 1. W.

56. *Ceſſit*] valde languet hoc vocabulum, quanquam de eius veritate non dubito: eſt enim, *Nec is valuit avertere curſum.*

57. *Victa Maroneo foedatus lumina vino*] *Victa* etiam Regius, Guelff. 1. 2. 4. Liber Laudi et unus Anglic. *Vincta*, quod hic non placet. v. ad I, 2, 2. Cyllenii liber *Iuncta*. v. ad I, 1, 64. Ed. Lipſ. Guelf. 3. cum aliis *Uncta*, forte *Uſta*. Sed hoc locum habere nequit, cum *victa Baccho lumina* iungi neceſſe ſit. *Una lumina* multo minus bene coniiciebat Barth. ap. Broukh. H. *Victa* Zwic. 1. *Uncta* tria apogr. H. Voſſ. (Goth.) un. hab. *unica marmoreo*, unde notat H. Voſſ. ortum eſſe *uncta* ex *unica*. W.

58. *Vexit ut Aeolios* corr. Burmann. ad Propert. p. 610. Ita vero putares, ſtatim ab Aeoli inſula tendiſſe Ulyſſem ad Laeſtrygones. H. *vexitque* Voſſ. 1. pr. *vexit et*. Bern. *texit*. Hamb. *vixit*. W.

59. *Incultos adiit*] Forte excidit copula *que*: *Incultosque adiit L*. H. Nihil deeſſe mihi viſum eſt. vid. Obſſ. I, 5, 23. W.

60. *Nobilis Artacie gelida quos irrigat unda*] Ed. Rom. *Attracie*, Lipſ. *Artatie*, Regius *Athracie*, Guelf. 2. a m. ſec. *Arſacie*. At Ἀρτακίη apud Homerum eſt; et ſic iam emendatum in Aldd. Tum vulgo legitur *gelidos*; *gelidae* Muretus, *gelida* Broukh. repoſuit ex Scaligeri emendatione et tribus libris; qui etiam emendarat ſic, ut e libro Mattii notavit Broukh., *mobilis Artacie*, quod eſſet rapidus, celer, ut Horat. I, 7, 14. cf. Burman. in Miſc. Obſſ. Vol. VIII. p. 405. Variat quoque in libris *Artacie* et *Artaciae*, utrumque bene: ut *unda* ſit vel ſextus vel primus caſus. Broukh. cum in Cuiacii libro inveniſſet *erigit*, hinc faciebat;

Mobilis Artacie gelida quo ſe exigit unda.

Heinſius vero in eo quaerebat: *egerit*. Sed natum puto illud ex ſcriptura *irigat*. H. *Atraciae* Ask. *Artaciae* Mon. Illatus genitivus eſt ab iis, qui verba *gelida unda* pro nominativis habebant. Hinc poſtea ortum *gelidos*, quod hab. quinq. apogr. H. Voſſ (Hamb. Goth.) Zwic. — *Antiphatemque* et *Arcadiae* Hamb. — Mox idem *clarae vertuntur*. W.

62. *Quamvis illa foret Solis genus*] Edd. Ven. 1475. et Reg. Lep. quibus accedit Lipſienſis, *illa ceres*, unde Barthius Adverſ. IX, 19. fecit, *illaceret*, et Broukh. recepit, *inliceret*. Sed aliud quid in iſta ſcriptura latere videtur; niſi ea mera librarii aberratio in certo ſcripturae charactere eſt. H. *illa foret* apogr. H. Voſſ. et Zwic. 1. quod mutandum non eſt. Zwic. 2. *ceres*. H. Voſſ. ſcripſit *illiceret*. — Ask. *ut herbis*. W.

63. *Aptaque*] Placuit igitur hoc poëtae? non: *Doctaque*. Sed et vſ. 82. *quis te tenet aptius artes?*

64. *Cim-*

64. *Cimmeriorum etiam obſcuras acceſſit ad arces*] *Cimmeriorum* emendavit Broukh. cum eſſet *Cimmerion* vel *Cimmerion;* ceteras depravationes memorare piget. Forte tamen noſter affectavit graecam flexionem. *Cimmerium* verum putabat Pierius ad Aen. I, 34. quo offenſi nonnulli cenſuerunt legendum: *Cimmerium obſcuras etiam conceſſit. Arces* eſt in omnibus libris. Editiones tamen ante Statium *oras* exhibent, quod non tam ex Brixiana transiit, ut Broukh. exiſtimat, ſed ex Cyllenii commentariis, qui illud in ſuo habuiſſe videtur. et eſt quoque in Guelf. 1. 4. Homerus Odyſſ λ, 14. etiam πόλιν memorat. H. *Cimmeriorum* Voſſ. 1. et Ask. *Cimmerion* Zwic. 1. 2. uterque cum gloſſ. marg. „graece poſitus popillus." Recepit hoc H. Voſſ., cuius apograph. praebent *Cimmerion* (Hamb.) *Cimerion, Cymerion, Cymenion, Cymonion, Cymemon* (Goth.). — *aures* Goth. unde ort. *oras.* W.

65. *Quis nunquam candente dies apparuit ortu*] duo Italici, unus Gebhardi cum Ed. Rom. *aeſtu.* H. *Quîs* Zwic. 1. c. gloſſ. interl. „quibus abl." Zwic. 2. idem, c. gloſſ. qbus. *Qui* un. Voſſ. *candente* duo Voſſ. et Mon. H. Voſſius recepit *aeſtu,* ſed *candente ortu* recte defendit Huſchk. p. 14. Ac cur non pro: *dies ſplendens apparuit,* dici poſſit: *dies apparuit ſplendente ortu?* W.

66. *Sive ſupra terras Phoebus, ſeu curreret infra*] Sic Ed. Lipſ. At plures libri, (cum Corvin.) *Seu ſupra.* Reg. Lep. et Vicent. *Sive ſuper,* eaque vulgata erat lectio ante Scalig. H. *ſuper — ſive* Goth. H. Voſſ. recepit *ſuper.* Male. cf. Virgil. Aen. IX, 553.: *et ſaltu ſupra venabula fertur.* Accedit h. l. oppoſitum *infra.* W.

67. *Vidit ut inferno Plutonis ſubdita regno M.*] Ita Broukh. ex Fruterii et Heinſii emendatione, iam Paſſeratio probata, reſtituit; et ſic diſerte Guelf. 3. etiam *ut,* porro cum aliis Regius, Guelf. 4. et Rom. Ed. niſi quod *et* habent. Sed et id mendum ſublatum in Edd. Venetis ex Cyllenii commentariis, qui veram lectionem praefixerat; quae et in Vicent. erat. At 1520. *regna* exhibet. Vulgo inde ab Aldo legebatur:

Vidit ut inferno Plutoni ſubdita regna.

Sed et in libris, qui hoc tuentur, ut in Guelf. 1. eſt vel *et* vel *Plutonis.* Tentat quoque locum Columb. ad Anonym. de Ulyx. Error. p. 117. ſed parum ſcite. H. Sed in epiſtola ad Hanſ. p. 179. coniecit ut iam editum eſt. Caeterum exhibent incorruptum totum hoc diſtichon Voſſ. 1. 3. et Bern. —

Zwic. 1.

Zwic. 1. *ſubdita regno*, Zwic. 2. *ſubdita regna.* et pr. *ut* Hamb. et Goth. — Mſ. Schefferi: *Videt et — diſcurrerat undis.* Goth. *mediis — undis.* — *Undis* et Zwic. et plures ap. H. Voſſ. W.

68. *Magna deum proles levibus discurreret umbris*] Quorſum *levibus umbris* pertineat, non dixerim, et Broukhuſium cum Burmanno Sec. ad Propert. III, 11, 33. in his acquieſcere potuiſſe miror. Scilicet neuter interpretationem adiecit. Paſſeratius videtur accipere, *in forma umbrarum*: forte hoc modo: ut ipſi heroes ſint leves umbrae: adeoque habitum et formam umbrarum habent: atque ſic *discurrunt levibus umbris*, ut diceres aliquem *incedere forma humana.* Hoc ſi latine dici poſſet, conveniret Homero, Odyſſ. λ, 218. apud quem mater Ulyſſem edocet, in inferis tantum εἴδωλα corporum eſſe. Dicas omiſſum *in*, ut ſit, *in umbris*, h. *inter umbras*, inter animas; ad quam rationem propius unus Statii: *mediis — umbris.* Atqui etiam hoc duriſſimum eſt: *discurrere umbris*, pro, in umbris, et hoc, inter umbras. Poterat ſic ſaltem ſcribi: *Vidit ut — levibus discurrit in umbris.* Alia ratio, nam omnes inibimus vias, quas ingredi licet, eſſet haec, ut *umbris* ſit caſus ſeu inſtrumenti ſeu partis: heroës discurrere in locis inferis, *umbris*, quoad umbras; cum φρὴν, divinior pars (φρένες Il. ψ, 104.) in caelo ſit, Od. λ, 600. ſqq. (Inventa ſequentium aetatum ſunt Elyſius campus, Hadi conſinis, multoque magis deſcenſus et aſcenſus in eum ex caelo: v. c. Quintus Cal. XIV, 223. ſqq. cf. Exc. VIII. ad Aen. VI.) ψυχὴ autem, animam animalem dicas, in Haden deſcendat: ut Heſiod. Scut. 151. Τῶν καὶ ψυχαὶ μὲν χθόνα δύνουσ' Ἄιδος εἴσω. Hic autem illa εἴδωλον, corporis priſtini ſimulacrum, eſt, umbrae ſimile. cf. Il. ψ, 65. ſqq. 72. Odyſſ. λ, 217. ſqq. et al. Noſtri cum multis aliis (etiam Corvin. Guelf. 1. et adſcripto altero 2. 3.) et vett. edd. ante Aldum *undis* habent, varietate, quae ſupra fuit III, 5, 21. Sed eae in locis inferis *pigrae* ſunt, nec *leves* dici poſſunt, quod *umbrarum* eſt epitheton, v. c. Senec. Oedip. 552. Unus Broukh. habet, *magnis undis*; neque tamen in iis currunt umbrae. An legendum eſſe dicemus: *ut — Magna deûm proles levibus par curreret umbris.* σκιῇ εἴκελοι, ut Odyſſ. λ, 206. ταὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. κ, 495. Praeſtat hoc, quam ſi *Mixta deum proles levibus discurreret umbris* coniicias: ut ſit: proles deum mixta umbris. Nam *magna deum proles* manifeſtum eſt Homericum illud θεῶν ἐρικύδεα τέκνα. cf. not. Ceterum ex h. l. conſtitui poſſe videtur alius locus Severi Aetn. 76., de poëtis:

Sub

Sub terris nigros viderunt carmine Manes,
Atque inter cineres Ditis pallentia regna.

Forte legendum, *viderunt currere Manes;* nam *carmine*, licet de incantatione accipias, v. Senec. Oedip. 561., parum aptum eſt; niſi dicas, *viderunt carmine* eſſe: narrant in ſuis carminibus Manes et loca infera tanquam a ſe viſa. *Inter cineres* dicere videtur, quia, mactata pecude nigra, fiebat evocatio. v. Aen. VI, 253. Niſi Homerum Odyſſ. λ. reſpexit Severus, et legendum:

Atque in Cimmeriis Ditis pallentia regna. H.

Nobis Paſſeratii explicatio vera viſa eſt. W.

69. *Praeteriitque cita Sirenum littora puppi*] Ed. Lipſ. *Praetereunt*, et Guarner. *erta* pr. *cita*, puto librarii vitio.

70. *Illum inter geminae nantem confinia mortis*] Ita Scaliger ex Cuiaciano correxit, ut ante eum fecerant viri docti. Accedunt duo Anglicani, Guelf. 3. Vulgo: *Illum tergeminae.* Ed. Colin. 1530. corruptior: *Illum per geminae.* At Edd. Rom. Brix. et Venetae cum duobus Italis, adde Guelf. 1. 4., *tergemini — montis;* quod non ſpernendum; nam erant duo ſcopuli, in quibus Scylla et Charybdis antra tenebant. v. Homer. Odyſſ. μ, 73. et inter hos στεινωπός. ibid. 234. adeoque: *inter gemini confinia montis.* H. *tergeminae* quatuor apogr. H. Voſſ. (Hamb.) et Zwic. 1. 2. *illas te geminae* Bern. at quatuor apogr. H. Voſſ. *inter geminae.* H. Voſſ. recepit *per geminae.* — Cyllen. *tergemini montis*, ſed Claudian. XLIV, 70. dixit idem: *geminae confinia mortis.* — In Goth. deeſt hic verſus. W.

71. *Nec Scyllae ſaevo conterruit impetus ore*] Rom. Ed. et Cyllen. *ſcevo.* *Ore* Scaliger ex Cuiac. repoſuit: cui ſuffragantur Pocchi et Lipſii Exc. cum duobus Italis. In ceteris legitur *orbe*, variatione ſollenni. v. Heinſ. ad Ovid. XV. Met. 274. Explicabant hoc de vorticibus maris. Sed recte *ore ſaevo*, quia homines ſex ex navi abreptos comedebat. H. *ore* quatuor apogr. H. Voſſ. caeter. *orbe*, ut Goth. Hamb. Zwic. — *ſcaevo* Hamb. ut ſemper. W.

72. *Quum canibus rabidas inter freta ſorberet undas*] Poſueram in prima editione verba, ut ſunt in editione Broukh. quamquam in iis offendebant illa: *inter freta*, et, *rabidas canibus undas. rabidas* ex libris, et Guelf. 2. v. Burm. ad Ovid. I. Met. 36. at *ſorberet* ex Heinſii et Guyeti emendatione recte receptum cenſebam; nam ante eum a Romana inde, ut eſt in Regio quoque et Guelff., legebatur:

Quum canibus rapidas inter freta ſerperet undas.

quod

quod et Vulpius revocavit. Sed, ut ſerpere dici poſſit Scylla, quod duodecim pedes habuit, ita horum verborum ne conſtructio quidem idonea inſtitui poteſt. Hinc certatim viri docti emendatione iuvare locum ſtuduerunt. Paſſeratius legebat:

Quum canibus rabida ſubter freta ſerperet unda.

vel:

Quum canibus rapidas inter fera ſerperet undas.

Heinſius:

Quum canibus rabidas intorta reſorberet undas.

vel *intortis ferveret undas;* et in notis ad Ovid. II. Am. 16, 26. *raptas inter freta ſorberet undas;* in Adverſ. vero I, c. 13.

Quum canibus rabidas inter freta ferveret undas.

(quam correctionem, verbi *fervere* activo ſignificatu poſiti exemplum deſiderans, Schraderus improbavit ad Muſaeum p. 299. W.) Broukhuſius autem:

Quum canibus rabidas inter fera ferveret undas.

fera eſt in duobus Italicis, item in libro Schefferi et Guelf. 2. pro var. lect. Sic variatur inf. v. 124. Apud Valer. I, 74.

— — ſuperet magis et freta iuſſa capeſſat?

malim *fera iuſſa;* ut nunc video etiam conieciſſe Cruſium in Probab. Crit. p. 48. Quantum equidem aſſequor, latet fraus in vocibus: *inter freta.* In Edit. Ven. 1475. Reg. Lep. Vicent. et Lipſ. legitur: *ſic in freta ſerperet:* unde, puto, optime legemus:

Quum canibus rabidas ſuccincta reſorberet undas.

Probavit emendationem Burmann. Sec. ad Propert. p. 611. firmatque locis Ovid. Met. XIII, 730. ſq. Epiſt. XII, 123. ſq. *Canibus ſuccincta Scylla*, ut ſup. III, 4, 89., perpetuo fere epitheto. *reſorbere* proprie de vorticibus iſtis et fluctibus, ut Homerus ἀναῤῥοιβδεῖν. Minuc. Octav. c. 3. *nunc relabens ac veſtigia retrahens in ſeſe reſorberet fluctus.* Horat. II. Od. 7, 15.

Te rurſus in bellum reſorbens
Unda fretis tulit aeſtuoſis.

cf. Heinſ. ad Ovid. II. Am. 16, 26. vide etiam Ovid. Epiſt. XII, 125. Drakenb. ad Silium II, 307. Cruſius aliam emendationem propoſuit in Probab. Crit. c. 26.

Nec Scyllae ſaevo conterruit impete turbo,
Quae canibus rabidis infeſta reverberat undas.

Haec

Haec aliquantum a vulgata ſcriptura recedunt. Priorem verſum mutatum nolim. Poëta Scyllam hic tanquam monſtrum, Homero auctore, non tanquam turbinem et verticoſam voraginem deſcribit. Hinc ei os bene tribuere poterat. Verſum 72. reliqui, ut olim editus legitur: quandoquidem nulla eſt certa emendatio, etſi recte fieri poteſt non uno modo. H. H. Voſſ. recepit *fera*, aſſentientibus quatuor apogr. — Zwic. 1. 2. *ſic in* pr. *inter* et *rapidas*. Goth. *manibus*. Bern. in margin. ab alia man. *Cum canibus rabidas intus freta ſeparat undas.* Equidem, ut in loco tam multis coniecturis vexato, nihil mutavi. Fortaſſe tamen *canibus freta* dictum eſt pr. *canibus adiuta*, h. e. canibus ſerperet. Vide quae monui ad Virg. Aen. IV, 245. Ac quum collocatio verborum: *rabidas inter ſerperet undas*, uſitata ſit, ſtatuendum eſt, *freta* audacius his eſſe interpoſitum, de qua re in tali carmine non ſim ſollicitus. W.

73. *ſuo conſumſit more*] h. ut ingenium ipſius erat. Regius, Ed. Rom. cum permultis, etiam Guelff. *in ore*, errore proclivi et frequenti: v. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. X, 137. Similiter apud Propert. II, 1, 46.

Qua pote quisque, in ea conterat arte diem.

in Regio *mea*. Cruſius in Prob. Crit. l. l. legebat:

Nec violenta ſua conſumſit morte Charybdis.

Heinſius iuvenis: *ſua c. mole*. Neutrum feliciter; etſi fatendum eſt, otioſum eſſe verſus fulcrum τὸ *ſuo more*. H. *in ore* etiam quatuor apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) et Zw. 2. *more* Zwic. 1. H. Voſſius ſcripſit *in orbe* de coniectura. W.

75. *Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum*] Anglicani tres, *aequore*. Virgil. Aen. III, 421. de eadem Charybdi:

— atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus. H.

Un. Voſſ. *nutaret*. Bern. *interrupta*. H. Voſſ. de coniectura recepit: *Vel ſi infra rupto* caet. quod quomodo intelligi velit, ex eius nota diſces ad hunc locum. W.

76. *violata — paſcua*] Rom. et quae inde propagatae, cum uno Anglic. Guelf. 1. 4. *violenta*. Correxit Muret. Eadem varietas erat I, 6, 47. H. Mox *calypſos* Hamb. W.

78. *Finis et erroris miſeri*] Ita dicendum, epitheton a miſero Ulyſſe translatum eſſe ad errores. Sed lectio haec a mera oſcitatione in Ed. Scalig. profecta, cum ſecundum codd. (in his eſt Guelf. 3. 4.) ex Ald. pr. repeti deberet *er-*

 rorum

rorum miseri. Hoc Ald. sec. emendatius dederat: *errorum misero;* hoc quoque Exc. Pocchi, et unus Broukh. cum Guelf. 1. et e corr. 2. tuentur. H. *Finis et errorum misero,* quod ex Ald. 2. Muretus, Statius, alii receperunt, est etiam in Bern. et Ask. Caeteri aberrant. W.

79. *seu nostras inter sunt cognita terras*] Ed. Reg. Lep. Rom. cum Venetis, *intersunt.* Basil. *sint.* Ed. Lips. *nostris — terris.* Utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ Ulixes erraverit κατὰ Ἀρίσταρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα, est inter vanas grammaticorum quaestiones ap. Gellium XIV, 6. vix satis docte ita statuentem. H. *nostras intersunt* Zwic. 1. *nostris intersunt* Zwic. 2. *intersuit* Voss. 5. W.

81. *Sit labor illius, tua dum facundia maior*] *Sit labor illius* sc. maior. Ayrman. Vita Tibulli §. 25. corrigebat: *Sint.* Rutil. I, 274.

Hic et Praefecti nutu praetoria rexit;
Sed menti et linguae gloria maior inest.

82. *Iam te non alius belli tenet aptius artes*] Recte (etiam Burmanni Sec. ad Anthol. T. I. p. 297. iudicio) Broukh. ex Exc. Pocchi et duobus Anglic. *Iam;* vulgo *Nam.* porro Ed. Rom. cum aliis apud Broukh. adde Guelf. 3. *belli — artem.* H. *Iam* est etiam in text. edit. Passerat. et hab. idem Ask. Voss. 2. et Bern. *Nam* contra Zwic. 1. 2. Hamb. Goth. al. W.

83. *tutam castris praeducere fossam*] *praeducere* emendatum a Mureto et Statio e libb. quibus accedit Guelf. 2. 3. Antea edebatur *deducere:* sic vulgo codd. In aliis, *producere, perducere:* sic inf. v. 89. variatur et 92. Regius, *praeponere.* Sed *praeducere* proprium in ea re. v. Obss. Misc. Vol. VIII. p. 333. H. *Praeducere* multi ap. H. Voss. *perducere* perperam Zwic. 1. 2. Goth. *producere* Voss. 4. *Quam deceat castris tutam* Hamb. *doceat* nonnull. W.

84. *adversos hosti defigere cervos*] vulgo in libris et Edd. ant. legitur *nervos,* quod de machinis bellicis accipiebant; in uno Statii *vernos.* Sed *cervos* ex Guellii ad Virgil. Ecl. 2, 29. emendatione recepit Scaliger; et sic in uno Ital. et in Ed. Rom. quanquam Cyllenius *nervos* praefixum habet; adde Corvin. *Cervos* legendum esse vidit etiam Marc. Donat. ad Liv. XLIV, 11. Regius porro *desingere* vitio sollenni. v. Heins. ad Ovid. IV. Met. 141. Epist. XI, 117. H. *cervos* Voss. 2. 3. 5. *nervos* quatuor ap. H. Voss. (Hamb. Goth.) et Zwic. 1. adiecta gloss. interl. „instrumenta bellica, ut balista, phalarica, scorpio, et alia.“ Zwic. 2. h. gloss. „vallos.“ Un. ap. H. Voss. *nervos,* un. *vernos.* W.

85. *ducto*

85. *ducto — vallo*] Heinſius mallet *ſtructo*, quia modo *praeducere*. Sed *ducere vallum* proprie dicitur.

86. *Montibus* Mon. — pr. *ut* un. Voſſ. *et*. — pr. *erumpat* Goth. *educat* ex antecedent. *ducto* corruptum. — Verſ. 87. *et* pr. *ut* Mon. et Hamb. — Pro *et arduus* hab. *et tardius* Zwic. 2. W.

88. *Laudis et aſſiduo vigeat certamine miles*] Broukh. ad laudationem caſtrenſem refert. v. ad I, 1, 75. Verum id coactum et anguſtum eſt, ut iam Vulpius vidit, nec cum antecedente ſermone convenit. Sed, ut fere Cyllenius olim explicuit, Meſſalam dicit optime noſſe, qui locus caſtris ponendis maxime idoneus ſit, ut et aquarum copia, et ſecuritas ab hoſte ſit, utque miles exercitationi campeſtri, in qua alter alteri praeſtare, laudis cupiditate accenſus, annititur, optime operam dare poſſit, cuius mox varia genera enumerat: *Quis tardamve ſudem* etc. Ad milites autem, non ad ipſum Meſſalam, quod vulgo faciunt Intpp., ſequentia quoque referenda: *Quis* ſc. inter milites. Ita v. 92. et 95. Heinſii emendatione carebimus, et totum locum ſic legemus, ut fere in libris eſt:

Laudis et aſſiduo vigeat certamine miles,
Quis tardamve ſudem melius, celeremve ſagittam
Iecerit, aut lento perfregerit obvia pilo;
Aut quis equum celeremque arcto compeſcere freno
Poſſit, et effuſas tardo permittere habenas;
Inque vicem modo directo contendere curſu,
Seu libeat curvo brevius contendere gyro;
Quis, parma ſeu dextra velit ſeu laeva tueri,
Amplior, aut ſignata cita loca tangere funda.

Quod in his, quae breviter dicenda erant, tam copioſus eſt Tibullus, equidem haud laudabo, verum quaeritur nunc, quid poëta ſcripſerit. Ayrmannus in Vita Tibulli §. 29. totum locum aliter conſtituit, στιγμῇ τελείᾳ poſt v. 87. poſita, et nova ſententia a verbis: *Laudis ut* (ſic legit pro *et*) *aſſiduo vigeat c. miles*, *Quis t.* — ad v. 98. perducta: ita ut quaerat, *ut laudem militaris peritiae appetendo ſemper in armis actuque ſint milites, quis Meſſala, eorum imperatore, laude illa, caſtrenſis ſcilicet exercitationis, prior ſit.* Mihi tamen ea ratio valde coacta eſſe videtur. H. *Laudis ut* recepit H. Voſſ. non male, ob novam ſententiam, quae hinc initium capit. Mox v. 89. *quos* Voſſ. 1. *tradam* Hamb. *celeremque* Bern. et Voſſ. 3. W.

90. *aut lento*] Regius, *et*. H. *et* pr. *aut* Goth. *perfrigerit* un. Voſſ. W.

 91. *Aut*

91. *Aut quis equum celerem arctato compescere freno Possit*] pro *Aut* alii *At, Et, Ut.* In Guelf. 2. *Ecquis. arctato* Broukh. ex duobus Italicis et Ed. Brix. reposuit: vulgo *celeremve arcto.* Ita *celeremve — et tardo* vix bene sibi respondent, pro *aut tardo.* Idcirco *ve* vel *ne*, ut est in Guelf. 2., metri fulciendi caussa ex v. 89. interpositum esse videtur, cum primum erratum esset: *celerem arcto*, ut est in Ed. Rom. Ven. anni 1500. et 1520. et Guelf. 1. 4. de quo genere vid. ad v. 39. Ayrman. tamen l. l. praefert: *Et quis equum celeremque arcto c.* (et hoc quidem omnino verum esse arbitror: *celeremque — et tardo.*) In Regio erat: *celeremve arrepto.* Supra I, 4, 11. *angustis compescere equum habenis* vidimus. Burmannus, ut Valerii Flacci *angi* II, 386. explicaret, haec laudans, ita effert *armato compescere freno.* In quo Valerii Flacci loco iungendum est, *Terra iuvat brevis*, h. exigui campi pascua. Sic nulla emendatione egebimus. *In laevos orbes* ibidem *piger* equus *angitur*, h. e. longa desidia fractus, si quis insederit, vix ad naturalem flexum ei ille obtemperet. Alio consilio, ut ipse laevam tectam haberet, Mezentius obequitat Aeneam X, 885.

Ter circum adstantem laevos equitavit in orbes.

Deinde pro *Possit* Broukh. ex Heinsii emendatione receperat *Par sit.* Sed repetendum est in hoc et reliquis versibus *melius* ex v. 89. Quanto vero elegantius eandem sententiam expressit Ovid. Epist. 4, 79.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas;
Exiguo flexos miror in orbe pedes. H.

Et pr. *aut* Goth. Hamb. *Et quis aequum celeremve arcto* Zwic. 1., idem Zwic. 2. nisi quod *equum* scribit. Etiam in plerisq. H. Vossii *celeremve arcto* vel *arto* (hoc Hamb. Goth.). *celerem arcto* Bern. — Caeterum *arctato* probat etiam Forcellinius. De rhythmo autem comparat H. Vossius vers. Varii ap. Macrob. VI, 2.:

Qua velit ire; sed angusto prius orbe coercens —. W.

93. *directo contendere cursu*] *cursu*, quod et in Regio et Guelf. 3. est, ex undecim libris recepit Broukh. vulgo, ut in Guelf. 1. 2. 4., *passu*, frequenti aberratione. v. ad Ovid. I. Met. 532. H. *propellere* de coniectura scripsit H. Vossius. — *Inque vices* un. ap. H. Voss., tria apogr. *passu* (Hamb. Goth.) acced. Zwic. W.

94. *Seu libeat curvo melius contendere gyro*] Haec erat vulgata lectio. Quatuor Italici, *Nunc libeat*, non male, si

libeat

libeat ἐν παρενθέσει positum, et *si* omissum dicas. *Compellere* Broukh. ex coniectura reposuit, ne bis *contendere*, quod vulgo legitur, esset. An itaque veram lectionem habeamus, dubitare licet. Ex omnibus tamen, quae proprie in hac re dici solent: *flectere, ducere, agere, in gyrum*, nulla alia vox accommodatior est. Ayrman. l. l., ut eadem repetitio evitetur, legebat: *directo concurrere cursu*, et, *curvo levius contendere gyro*, ut certamen equestre gravius leviusque describatur; sed id parum apte. Porro *brevius* secundum Muretum, quem Scaliger iterum male deseruit, idem Broukh. e libris: et Guelf. 2. 3. sic Ed. Lips. Vicent. et aliae: vulgo *melius*, in nonnullis *levius*, quod Ayrman. praeferebat, qui etiam malebat *parvo gyro*. Cic. III. de Orat. c. 19. a Broukh. laudatus: *ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis*. Seneca Thyest. 842. de Luna:

Vincetque sui fratris habenas.
Curvo brevius *limite currens.*

Ovid. Fast. VI, 586. *adductos intus agere equos* dixit. *Gyrus* proprie in equitatione. Virgil. Aen. X, 884.

— — *volatque*
Ingenti gyro.

Angustissimum gyrum dixit Plin. IX. ep. 26. cf. Broukh. inf. ad v. 207. (Nec aliter accipiendus, idemque hinc illustrandus est locus Carminis in Pison. 53. 54. — *et nunc cervice rotata Incipit effusos in gyrum carpere cursus*: h. ex effuso cursu equum revocare ad sedatiorem illum, saltem breviorem, qui fit in gyrum. ubi nunc conf. Wernsdorf. P. L. M. To. IV. p. 247. at in Propert. III, 12, 11. *Gyrum pulsat equis* bene emendat Schrader Emendatt. p. 179. *Circum pulsat equis*. ut: solum, campum. *Orbem* dixit Varius in fragm. apud Macrob. VI, 2.

Quem non ille finit lentae moderator habenae,
Qua velit, ire; sed, angusto prius orbe coërcens,
Insultare docet campis, fingitque morando.)

Crusius in Prob. Crit. 26. legebat:

Seu libeat cursum medio convertere gyro. H.

Compellere, quod Broukhusius de coniectura reposuit, legitur in Voss. 1. 2. Bern. Vind. Mon. Nec probat H. Voss. qui *contendere* retinuit. — Idem suspicatur *an* pro *seu*. non probo. W.

95. *Quid?*

95. *Quid? parma ſeu dextra velis, ſeu laeva tueri — An prior?*] Ita ex Heinſii emendatione Broukh. repoſuerat, cum Scaliger ex ſcriptis, quibus Regius et Guelf. 2. 3. ſuccinit, et alii apud Broukh. cum Ed. Rom. (niſi quod in hac vitioſe *parmam* eſt) edidiſſet: *Quis p. ſ. d. velit.* Atqui haec antiquior haud dubie vera eſt lectio, quam reduxi. Ante Scalig. vulgo cum ſcriptis legebatur: *Parma ſeu quos* vel *quis.* Corruptioni locum dederat omiſſum in principio verſus pronomen *quis*, quod deinde parum commodo loco inferciebant: *Parma ſeu quis*, vel *quos.* Heinſii lectio plane inutilis eſt, ſi haec, ut debent, ad milites referuntur, qui certant, *quis* eorum *amplior ſit*, h. praeſtantior, potior, quis melius teneat artem latus parma tuendi aut funda ſcopum feriendi. Nam et hoc legebatur in Scaligerana, ut eſt etiam in Regio, Edd. Vett. Vicent. Venetis et prima Aldina, (adde Corvin.). At Broukh. poſt Heinſium correxit: *An prior*, n. eſt? In Edd. ex Ald. ſec. profectis ante Scaligerum a Romana inde *amplius* legebatur. Pro *parma* Lipſ. cum nonnullis corrupte *pervia.* Lectio, quam reſtitui, etiam in Corvin. diſerte expreſſa eſt. H. *Quis parma ſeu dextra velit* — eſt in Mon. Bern. Ask. Voſſ. 4. *quis praemia ſeu* Voſſ. 3.; *quis premia ſeu* Voſſ. 5. ſuperſcr. *ſeu parma quis;* Zw. 1. *parma ſeu quis.* Zw. 2. *pervia ſeu quis*, ut Goth. et Voſſ. 2. *Pervia quis ſeu* Voſſ. 1. Caeterum recte accipiunt: *tueri dextra et laeva* pro: tueri dextram et laevam partem, ſed latera male ſupplet Burm. ad Anthol. T. 2. p. 574. W.

96. *veniat gravis impetus haſtae*] Ita Scaliger ex ſuis repoſuit. Vulgo ubique legitur, *grandis venit.* Ed. Rom. etiam *hoſte.* H. Edit. Gryph. ann. 1573. in marg. *veniat grandis.* Voſſ. 1. et Ask. *veniat gravis.* Caeteri *grandis venit*, ut Goth. Hamb. Zwic. W.

97. *aut ſignata cita loca tangere funda*] Regius *ſeu ſ. velit:* hoc et alii habent. Ed. Lipſ. *cito.* Ayrmann. in Vita Tib. §. 29. totum locum ita refingebat:

Quis parma ſeu dextra velit, ſeu laeva tueri,
Sive hac, ſive illac grandem vehat impetus haſtam,
Eminus aut ſignata cita loca tangere funda?

ut ad *Quis* ex ſuperioribus ſubintelligatur, *melius te poſſit;* nam referebat ille cum aliis Intpp. haec ad Meſſalam. H. *Amplius* Hamb. et alius ap. H. Voſſ. *cito* Zwic. 2. alii *via, velit, velint. atque* Goth. pr. *aut*, duo ap. H. Voſſ. *ſeu.* Pr. *loca* duo *lora.* W.

98. *ſimul*

98. *ſimul a. veniunt — parant*] Revocavit Broukh. tacite lectionem ant. Edd. a Romana inde, et codd. Statius e ſuis *venient* maluerat; hoc etiam Guelf. 2. 3. cum Ed. Lipſ. Scaliger *veniant.* uterque *parent;* nec aliter Corvin. et Guelf. 2. 3. H. Un. ap. H. Voſſ. *diſcrimina* pr. *certamina.* W.

100. *Tunc tibi non deſit*] h. in promtu ſit. At Broukh. ex coniectura Heinſii et tribus libris *deſit.* Regius etiam *Tum.* H. *Deſit* Voſſ. 5. quod recepit H. Voſſius. Verſ. 99. Goth. *conſurgere.* W.

101. *Seu ſit opus, quadratum acies conſiſtat in agmen etc.*] Locus difficilis interpretatu, inprimis ex vetere lectione; v. 103.

Seu libeat duplicem ſeu iunctum cernere Martem.

Scaliger hic tria genera aciei inſtruendae, quadratum, duplex, pilatum, deſcribi putabat. Sed confundit Vir ſummus *agmen* et *aciem.* Neque Lipſius de Milit. Rom. IV. Dial. 6. ſe extricare potuit. Salmaſ. de Re milit. Roman. c. 7. et 10. *aciem ſimplicem* et *bipartitam* h. l. exprimi cenſebat; hanc duobus cornibus, nulla ut media acies ſit, conſtare, quae non aequaliter dirigantur in hoſtem, ſed quorum alterum, ut hoſti propius, ita prius manus conſerat: hinc v. 103. *duplici ſeiunctim cernere* h. decernere *Marte,* emendabat; et dum *dexter,* ſive qui in dextro cornu eſt, ſiniſtrum hoſtium cornu, et vice verſa aggreditur, *tenet. Simplicem* vero eſſe eandem cum *quadrata,* cuius aequatae frontes ſint, ut omnes, qui in primo ordine ſtent, uno tempore ſe in hoſtem moveant: hoc in noſtro:

Rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo,

h. ut ordines ſint aequali fronte. Schelius in Diſſ. Polyb. c. 11. Salmaſium confudiſſe vult *aciem ſimplicem, aciem quadratam,* et *agmen quadratum. Agmine quadrato* duci exercitum, cum frons et tergum in latum extenſa ſint, inter quae intermiſceri poſſint iumenta; opponi autem *agmini pilato,* quod oblongum ſit, fronte anguſtiori: hoc uſos eſſe in anfractibus, ſilvis et aliis locis iniquis; illo in campo lato et plano. *Aciem* porro *ſimplicem* a *quadrata* diſtinguere Vegetium. Locus eſt I, 28. — *ut prima ſimplex extenſa ſit acies, ne quos ſinus, quas curvaturas habeat, ut aequali legitimoque ſpatio miles diſtet a milite. Tunc praecipiendum, ut ſubito duplicent aciem, ita ut in ipſo impetu is, ad quem reſpondere ſolent, ordo ſervetur. Tertio praecipiendum, ut quadratam aciem repente conſtituant.* Ex quibus verbis omnes fere

fere ſuperiores interpretandi rationes evertuntur. Enimvero an Vegetii haec praecepta ad veterem Romanorum tacticen pertineant, quis docuit? Tum verſamur in poëta, non in tactico ſcriptore, cui omnes aciei formae deinceps accurate enarrandae erant. Sed poſuit ille e pluribus duas, alteram, quam *agminis quadrati* appellat, alteram, *qua binis cornibus in hoſtem ducitur:* adeoque prior non binis modo cornibus, ſed etiam media acie conſtare debuit. Atque ſic in Notis loci ſententiam conſtitutam videbis. — Tandem *agmen* eſt in Regio in litura, et videtur fuiſſe eius loco *orbem,* quod diſerte in Guelf. 1. et 4. Ed. Rom. legitur. Schelius l. l. ita haec laudat:

Seu ſit opus, acies quadratum ſiſtat in agmen.

102. *Rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo*] In vulgg. inde ab Aldina ſec. Mur. et libris plurimis *inaequatis,* ut ſup. v. 43. quod Paſſeratius idem cum *aequatis* eſſe contendit. Edd. Rom. Reg. Lep. Vicent. cum Guelf. 1. 4. *in aequatis* diviſim; unde Ald. pr. fecit: *an aequatis.* Sed *ut aequatis* correxerat Statius, et ſic Ed. Scalig. et collat. Colot. dictum pro ſingulari, *fronte aequata,* h. e. recta, unde *acies recta, quadrata,* naſcitur. Pro *decurrat* (v. not.) Regius cum Rom. et aliis *concurrat,* nonnulli, *ſeu currat, conſiſtat.* H. H. Voſſius recepit *an,* ut alia forma agminis hoc verſu ſignificaretur. Non ſecutus ſum. *ut* Mon. *ut aequalis* Bern. *concurrat* quatuor apogr. H. Voſſ. (Goth.). W.

103. *Seu libeat duplici ſeiunctim cernere Marte*] Ita emendavit Salmaſ. de Re milit. Rom. c. 7. et Heinſius, qui et alias coniecturas afferebat; et iterum ad Virgil. Aen. XII, 709. *duplici ſeu iuncto.* Verum haec turbant ſententiam loci, non conſtituunt. Vulgo: *duplicem ſeu iunctum cernere Martem.* Nempe ex *ſeiunctim* factum primum *ſeiunctum,* quod in uno Wittiano et Eboracenſi eſt, hinc ortum *ſeu iunctum;* et hoc dedit locum mutando ablativo reliquorum nominum. Ed. Lipſ. etiam *ſeu victum,* Vicent. et aliae *ſeu vinctum.* v. ad I, 1, 64. Regius *ſeu iunctim,* quod ad veram lectionem propius ducit. Si oppoſita acies eſt una acie, et fronte aequata, neceſſe eſt, ut vi oppoſiti altera ſit acies, qua ſeiunctis cornibus pugnetur. Cruſius in Probab. Crit. c. 26. emendabat:

Seu libeat, duplicent, ſeu iungant cornua Martem.

Sed mentem viri docti aſſequi non poſſum. H. *Seu libeat duplicem ſeu iunctum cernere Martem* quatuor apogr. H. Voſſ.

Pr. *ſeu*

Pr. *ſeu iunctum* quatuor *ſeu vinctum*, ut etiam in Zwic. 1. et Zwic. 2. niſi quod hic *matrem* habet cum Hamb. *ſeu iunctum* Hamb. *ſeu victum* Goth. un. *ſe vinctum*. W.

104. *Dexter uti laevum teneat dextrumque ſiniſter*] Ita ex Cuiaciano et Exc. reſtituit Scaliger; vulgo:

Dextraque ut laevum teneat, dextrumque ſiniſtra.

Statiani, unus Angl. cum Ed. Rom. et Guelf. 2. 3. *Dexterque ut l.* Regius cum Ed. Lipſ. et Ald. pr. *Dexteraque ut.* Ed. Rom. mox: *dexteramque ſiniſter.* Regius etiam cum Guelf. 2. 3. *ſiniſter.* Tum pro *teneat* Salmaſ. l. l. malebat *tentet*, h. aggrediatur: quod utique praeferendum cenſeo. H. Receptam lectionem praebet etiam Voſſ. 3. idem Voſſ. 4. et Mon. niſi quod habent *dexterque ut.* Caeteri longius aberrant omnes. W.

105. *ſitque duplex geminis victoria caſtris*] Ita pro eo, quod vulgo eſt, *gemini v. caſus*, Heinſius coniecerat Adv. III. 10. et ex uno Statiano, Colbertino, et Exc. Colotii repoſuit Broukh. Cenſentit Ed. Rom. at expreſſae hinc Venet. 1500. *gemini v. caſus*, et 1491. 1520. *gemmis v. caſus.* At Guelf. 1. 4. *geminis v. caſus. Gemina caſtra* h. l. ſunt cornua bina eiusdem exercitus, quatenus ille bipartita acie pugnavit. Cruſius l. l. legebat:

Sitque duplex geminis victoria cauſſis.

Sane *cauſſa* et *caſus* permutantur. v. Gronov. Obſſ. III, 14. ſed tota ſententia et ratio ab h. l. aliena. In votis habebam, ut peritiſſimus rei militaris Romanorum auctor, Naſt, in ſuis antiqq. milit. Rom. hunc locum attigiſſet: qui praeclare de agmine quadrato egit p. 233. ſqq. H. Recepta lectio eſt etiam in Voſſ. 3. Caeteri plerique *gemini — caſus*, ut Goth. Hamb. Zwic. 2. *geniem — caſus* Zwic. 1. alii *geminis — caſus* et *gemina — caſus*. W.

107. *Iapydiae*] Haec vera ſcriptura eſt. v. Drakenb. ad Liv. XLIII, 5, 3. Reimar. ad Dion. XLIX, 34. etſi et *Iapodes* et *Iapides* vulgo legantur. Primus Scaliger ex ſuis, quibus accedunt Guelff. 1. 2. 4. recepit: *Iapidiae:* vulgo circumferebatur *Iapygiae*, quae in Italia quaerenda erat. Regius: *hiapigliae*, monſtroſe. Ed. Rom. *Iapides*, at Cyllen. *Iapidiae*, et ſic reliqui. *Iazygiae* Guelf. 3. H. *Iapydiae* eſt in Ask. Voſſ. 3. Zwic. 1. *Iapigie* Goth. *Iapigiae* Hamb. et Zwic. 2. W.

109. *Pannonius gelidas paſſim disiectus in Alpes*] Etiam Auctor Eleg. ad Liviam 390.

Summaque diſperſi per iuga Pannonii.

quan-

quanquam ab Augusto in deditionem receptos memorat Dio; quod tamen utrumque locum habere potest. Videntur vero hic paullo latius accipiendi Pannonii. Nam Pannonii proprie iuxta Danubium, a Norico usque ad Mysiam, habitabant. v. Dio XLIX, 36. adeoque ab Alpibus paullo remotiores erant. Ayrman. in Vit. Tib. §. 35. ei rei occurrere putabat, si insereretur *et* post *passim*, ut per eos, *qui gelidas passim disiecti in Alpes fuerint, scilicet a natura, id est, qui passim Alpes incoluerint, intelligantur Salassi, vicinique et in Alpibus pariter habitantes populi, quos uno alterove post anno Messala proprio Marte devicit, Legatus ad eos Propraetore missus a Caesare.* Sed obscure ita Salassos a poëta declarari, multo magis mirationem faceret, quam quod eos omnino sileri videmus. Nec vero iis inter Iapydes, Pannonios et Arupinos locus bene esset, cum nimis remotae ab his eorum sedes fuerint: etsi verum est, eiusdem belli contagium ad utrosque pertinuisse. v. Dio l. c. 34. H. H. Vossius, verbis Ayrmanni, quem tamen non memorat, lectis, versum fecit hunc: *Pannonius, gelidaque Salassus tectus ab Alpe,* ac statim etiam in textum recepit, quam quidem audaciam mirari satis non possum. W.

110. *Testis Arupinas et pauper natus in armis*] In libb. et edd. ante Scaligerum legebatur *Arupinus:* a Romana inde, quam sequuntur Venetae et Aldinae. Sic quoque Guelf. 1. 4. At Scaliger ex Cuiac. *Arupinis* receperat, coniiciebat tamen legendum esse: *Arupinas,* ut gentile esset, quod reposuit Broukh. In libris mira varietas. Invenitur enim, *et Alpinis, et Arpinis, et Aprinis, et Hirpinis, Harapinus, et Hyrpinas, et Arpinas:* Ed. Lips. cum Vicent. forte et aliis, *in alpinis;* Regius, *et alpinis;* sed in margine *hirpinis* vel *arpinis.* Porro Ed. Rom. *in arvis* cum nonnullis aliis: quod Ayrman. §. 36. probabat, ut legeretur *Arupinis — in arvis.* Certe nondum satis certa fides singulis versus verbis esse videtur. H. H. Vossius scripsit: *Testis Arupinus pauperque et natus in armis,* quod recipi a nobis non potuit. Codices H. Voss. praebent *Arpinis, et Arpinis, in Arpinis, et Hirpinis, et Alpinas.* Zwic. *in Alpinis.* W.

112. *Pyliae miretur saecula famae*] In Edd. vett. post hunc alium legi versum notat Heinsius:

Namque senex longae peragit dum secula vitae.

et miratur, cur omiserint recentiores. Equidem non nisi in Ald. sec. et hinc deductis Statiana, Muret. Gryph. Bas. inveni; ab reliquis, quas vidi, etiam Rom. Venetis, Reg.

Lep.

Lep. Vicent. Ald. pr. et hinc profectis, abeſt, ut adeo is repoſuerit, qui Aldinam ſec. correxit. Poteſt quidem in aliis omiſſus eſſe propter repetitionem verborum, *ſecula famae*, et *ſecula vitae*. Verum haud dubie eſt pro inſititio habendus. In Corvin. ſic expreſſus eſt:

Namque ſenex longe ſpargit dum ſecula famae. H.

Etiam in apogr. H. Voſſii non exſtat ille verſus, de quo Heynius dicit; H. Voſſius reduxit eum mutatum et defendere conatur. At ut nunc legitur, ferri non poteſt, necdum conſtat, quomodo ortus ſit. Caeterum Goth. pr. *terna* — *famae* hab. *teram* — *vitae*. Voſſ. 4. *mirentur*. Voſſ. 5. *nimis* pr. *minus*. W.

113. *revocaverit*] intell. ut, quamvis. In libris, ut in Guelf. 3., fere *renovaverat*. nonnulli cum Guelf. 2. *revocaverat* Guelf. 1. 4. *renovaverit*, non male. v. ad Ovid. I. Met. 11. H. *Renovaverit* habent tria apogr. H. Voſſ. et Zwic. 1. quod verum. *renovaverat* ſex apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.) et Zwic. 2. — *Phoebus* pr. *Titan* Vind. — un. Voſſ. *foecundus*. W.

115. *Gaudet*] Broukh. repoſuit ex emendatione Heinſii parum neceſſaria; vulgo *Audet*. H. *gaudet* eſt in Ask. et Goth. *audet* Hamb. et Zwic. 1. 2. quod placuit H. Voſſio. Mon. *ludet*. W.

eod. *validisque ſedet moderator habenis*] h. fortibus et firmis, quae equum moderantur, domant. Broukh. ex quinque libris, adde Guelf. 3. ex emendat., *validusque*: quod mihi arridebat in prima editione. Memineram ſane illa Cic. de Orat. III. c. 41.

Erras, erras: nam te exultantem et praeſidentem tibi
Repriment validae legum habenae, atque imperii inſiſtent iugo.

ubi vim habet epitheton eximiam, verum ex re et ſententiarum nexu. Attamen etiam h. l. *validae habenae* elegantius dictae ſunt epitheto a valido ſeſſore ita translato. cf. ſup. ad v. 78. Intelligitur etiam per ſe, validas habenas indigere valido ſeſſore, et eſſe equum validum regendum. H. H. Voſſius de coniectura ſcripſit: *ſedens moderatur habenis*. Mihi monendum eſt hoc: *moderator habenis* exquiſite dictum eſt. Sic *arbitrum eſſe* cum dativ. Valer. Flacc. I, 557.; *rectorem eſſe* ibid. 587. Adde Liv. 23, 10. et quae ſupra diximus in Nota. W.

116. *non alias converſus terga domator*] Vocabulum *domator* ſuſpectum erat Scaligero, ſagaciſſimo viro: ſed non, ut

ut Broukh. putat, propter formam: nam et *domitor* et *domator* dixere veteres; ſed primum, ſi debet eſſe *πωλοδάμνης*, et *ἱπποδάμας*, non ita nude poni, verum *equorum domator* adiiciendum erat, ut Virgil. Aen. VII, 189. *Picus equûm domitor*, et v. 691. *Meſſapus equûm domitor.* Deinde adhuc de Arupinate haec eſſent accipienda; et tamen videtur Poëta de alio populo nunc loqui velle. Pocchi Exc. habebant, *terga domata*, quaſi, quae nunc perdomita ſunt: duo Italici, *comata*, unde olim de Gallis hic agi volebant. Forte transpoſitio facta, et legendum:

— *non alias converſus Dalmata tergum.*

Dalmatae enim V. C. 720. cum rebellaſſent, primum ab Agrippa, deinde ab ipſo Auguſto perdomiti ſunt, multis et magnis tamen acceptis incommodis. v. praeter Appiani Illyrica, Dio XLIX, 38. et triumphavit poſtea de iis Caeſar, ib. LI, 27. Vellei. II, 90. *Dalmatia, XX. et CC. annos rebellis, ad confeſſionem pacata eſt imperii.* Livius Epit. 131. *Iapydas et Dalmatas et Pannonios ſubegit.* Ex quibus patet, eum aegre perdomari potuiſſe, hincque adeo *non alias converſum terga* dici, quod non ad vivum reſecandum. cf. v. 194. Conſol. ad Liv. 389.

— — *et tandem Dalmata ſupplex.*

Sic etiam de Iapydibus loquitur Appian. Illyr. p. 1205. *Iapodes, qui ultra Alpes incolunt, tunc primum Romanorum tulere iugum.* Ayrman. Vit. Tib. §. 36. ſic legebat:

Te duce non alias converſus terga domatur,
Libera Romanae et ſubiecit colla catenae.

Verum ita ad eundem Arupinatem referendum, et temporum inſuavis commutatio infertur. H. Monet H. Voſſius, vocabulum *domator* e verſu antecedente explicari commode poſſe; quare non videtur eſſe nimis dura ellipſis. W.

118. *Nec tamen his contentus eris*] Heinſ. in Adverſ. I, 2. malebat: *eas;* uti volebat *ire*, tanquam elegantius, ubique inferre pro *eſſe.*

120. *Quîs* pleriq. codd. H. Voſſ., etiam Zwic. *Compertum* pr. *compertum eſt* ſcripſit H. Voſſius, ut ſolet, abiiciens *eſt.* W.

121. *Tyrio ſubtemine*] Noſtri cum multis minus accurata ſcriptura, *ſubtegmine.* v. ad Ovid. VI. Met. 56. Colbert. cum uno Broukh. *velamine.* H. Un. H. Voſſii *iam. quatuor ſub tegmine* cum Zwic., tres *ſubtegmine.* W.

122. *ori-*

122. *oriente die, duce fertilis anni*] Ed. Rom. *vertilis anni*, ut Barth. ſupra v. 51. pro *fertilibus horis* malebat *vertilibus*. Unus Stat. *artis* pro *anni*.

124. *Et fera discordes t. flamina venti*] pro *fera* Baſil. *freta*, v. ad v. 72. Heinſius et hic *disſortes* malebat.

125. *egerunt flumina*] Regius *tenuerunt* ex ſup. verſu.

126. *Quin rapidum p. — undis*] In Regio ultima vox in litura erat ſcripta, et pro *Quin* idem *Cum*. H. Eandem permutationem vide I, 2, 24. Caeterum deeſt hic verſus in Voſſ. 3. W.

127. *Nulla nec a.*] Ita Broukh. e libris, inter quos et Regius, ut iam emendarat Paſſerat. Vulgo *Ulla nec*. Statii unus, *nulla haec*, unde ille faciebat, *nulla hic*. Duplex haec negatio locum habet in repetitione alterius particulae; eſt enim quaſi diſtinguendum, *Nulla, nec avis, nec quadrupes*. Unde valde dubito de veritate lectionis loci v. 164. H. *Nulla nec* eſt in tribus apogr. H. Voſſ. un. *nulla has*. Mox pr. *denſas* un. *penſas*, et un. *depaſcitur* pr. *perlabitur*. W.

129. *Quin largita tuis ſunt muta ſilentia votis*] Emendavit Broukh. *quum*. Eſt *cum* in uno Anglic. nec non in Regio et Ed. Lipſ. Sane parum placet vulgatum; nec magis tamen *cum*. — Porro vulgg. *multa ſilentia* parum commode. At *muta*, quod Heinſ. coniecerat, Broukh. recepit et Exc. Perreii et unus Anglic. habent, non raro ab altero pulſum eſt loco. v. ad Ovid. IV. Met. 433. *Muta ſilentia* ap. eund. VII. Met. 184. X, 53. (vid. Burm. ad Ovid. Met. II, 66.) *taciturna* II. Art. 505. *largita ſunt* vel paſſive poteſt accipi, (Ita accipiendum eſſe Forcellin. in *largior* docuit. W.) vel ut neutro ea comprehendantur, quae anteceſſere, *flamina, flumina, mare, volucris, quadrupes*. H. *Quum* pr. *Quin* eſt etiam in Ask. Voſſ. 3. Goth. quod cum H. Voſſ. recepi, quum *quin* pro *ſed* dictum non occurrat. Caeterum Goth. hab. *quum larga tuis ſub multa*. Voſſ. 3. *ſint multa*. *multa* etiam Zwic. quatuor tamen *muta*. W.

130. *Iupiter ipſe l.*] Miror neminem hic contactum pruritu corrigendi: *Iupiter ille*. v. ad I, 4, 23.

eod. *levi — curru*] propter celeritatem curſus: ut ἐλαφρὸς pro ὠκὺς, ταχύς. Douſa in Not. c. 7. ſuffragante Broukh. propterea dictum vult, quia Iovis currus alatus fuerit: et affert locum Macrob. Sat. I, 23. ſed iſtud fuiſſe peculiare Platonis commentum, non commune antiquitatis, facile e loco apparet. Horatius quidem I. Od. 35, 8. et alii *volucrem* Iovis currum dixere, ſed hoc eſt celerem; adeoque idem

idem ac *levem.* Alio refpectu idem I. Od. 12, 58. *gravem* dixit:

Tu gravi curru quaties Olympum.

ob maieftatem infidentis. cf. Pafferat. et Broukh.

131. *Iupiter ipfe — Affuit*] Unus Ital. et Ed. Reg. Lep. *Affluit,* quod probabat Burman. Difs. de Iove Fulg. c. 9. p. 72. Nimis docte, etfi ita Deorum greffum (defcendiffe enim Iovem hic intelligere oportet) exprimebant. Sed potius id librarii vitium effe arbitror, cum et reliqua, *liquit, praebuit,* praeteriti fint temporis. H. *Affluit* etiam Zwic. et Voff. 2. 5. perperam. W.

132. *tuis precibus*] Reg. *fuis.* H. *intentamque* Goth. et Voff. 4. *fuis* Voff. 2. *aurem* Voff. 4. *aurae* Zwic. 1. fed gloff. interl. „attenta audientia." W.

134. *additus aris Laetior eluxit ftructos fuper ignis acervos*] *additus* eft appofitus, repofitum a Broukh. ex fuperioribus Edd. nam Scaliger cum aliis, etiam Rom.

Cunctaque veraci capite annuit abditus aris.

legit et ad Iovem retulit. At fic debuiffet faltem fcribi: *abditus auris.* Pro *laetior,* quod inde ab Aldinis legitur, et ante eas in Vicent. exhibent Ed. Rom. cum Venetis et multis aliis, item fcripti, in his Regius, Guelf. 1. 4. et a m. fec. 2. *purior,* quod illi recte Broukh. pofthabuit, ut et illud, quod Mattius e fuo libro probabat:

Purior elufit fubftratos ignis acervos.

ftratos etiam unus Heinfii exhibebat, frequenti permutatione. v. Heinf. ad Ovid. III. Met. 570. H. Interpunctione mutata fenfum adiuvi, vid. Not. Goth. *abditus.* Ask. *aditus,* fuperfcr. *b.* Mox *purior* pr. *laetior* Mon. Voff. 5. — Goth. *eludit.* In Bern. deeft v. 134. W.

136. *non iidem tibi fint aliisque triumphi*] Diferte ita Guelf. 3. *fint* eft in Scaligerana, ex Ald. pr. in aliis *funt.* Permulti, etiam Regius, *Incipe nunc: iidem tibi funt.* vel *Incipe: nunc iidem,* ut Ed. Rom. et Ven. 1491. 1500. at 1520. *non iidem,* Vicent. *Incipe nunc idem: tibi funt aliique tr.* Sic quoque variant mff. Ita Guelf. 1. *Incipe! nunc idem tibi fint aliisque.* et *Incipe: nunc iidem tibi funt aliique tr.* Eadem Rom. cum Lipf. *triumphis,* propter vicinum *aliis.*

139. *Nec fera Theraeo tellus obfeffa colono*] *te Tyrio* Scaliger pro eo, quod vulgo erat, *Rhoeteo,* vel *Rhetaeo,* emen-

emendavit, cum in Cuiac. eſſet, *te tereo.* Sed varietas ſcripturae nimis inſolens eſt, quam ut a noto vocabulo *Tyrius* proficiſci potuerit. Unus Statii *terreno,* alius cum Guelf. 2. *Threïcio,* unus Broukh. *tyreno,* unus Heinſii *tartareo,* (ſic quoque Corvin.) ſed plerique, ut in Cuiaciano, et Guelf. 3. *tetereo:* Reg. cum Ed. Lipſ. *te terio,* Ed. Rom. Brix. cum Guelf. 4. *Nec fera tereo.* Vicent. Venetae cum Exc. Pocchi Guelf. 1. *thereo.* Ex quibus veram lectionem eſſe cenſeo, *Theraeo tellus obſeſſa colono,* ut Africa et inprimis Cyrene intelligatur, cuius conditores ex inſula Thera, *Θήρη,* duce Batto, profecti ſunt, ut late Herodot. IV, 1, 47. ſqq. perſequitur. A vero non multum aberat Cyllenius, interpres non contemnendus. Pro *obſeſſa* in Ed. Rom. et Ven. et Guelf. 1. 4. *poſſeſſa,* ut legit Heinſius. Sed v. ad II, 3, 41. H. *Theraeo* in marg. Gryph. Caeterum *tetereo* ſept. apogr. Voſſ. un. *te Threco,* alii *tyreno, te Tyrio, tartareo,* mira librariorum ignorantia. W.

140. *Choaspes*] Ita repoſuit Scaliger, quamvis in ſuis haberet *Diaspes,* quod et in aliis, etiam Regio, eſt. Nonnulli adeo, ut Ed. Lipſ. *Dryaſpes,* Guelf. 3. *Deiaſpes.* Sed habent *Choaſpes* boni libri, in his Guelf. 1. 2. Rom. Ed. *Cohaſpes.* Cyllenius in ſuo legerat, quod Guelf. 4. habet, *Coaſpes.* Vicent. *Coaſpis.* Ald. pr. *Choaſpes,* quod mutavit Ald. ſec. *Diaſpes,* et hinc aliae. Salmaſ. Polyh. p. 492. B. de h. l. diſſerens: *Diaſpes corruptum ex Chuaſpes, nam et Coaſpes et Cuaſpes in noſtris libris h. l. reperi ſcriptum. Factum Diaſpes divaricatis cruribus* τῦ *u.* H. *Choaspes,* quod etiam in Zwic. 1., habet edit. Venet. ann. 1491. — pr. *lympha* Bern. *terra.* W.

141. *Cyri dementia Gyndes*] *Gyndes* diſerte in Ed. Vicent. haud dubie et in aliis. *Gindes* in aliis, ut et in Guelf. 1. 4. tum Ed. Rom. et hinc Venetae, etiam Aldinae et hinc vulgatae. Correxerat tamen hoc ex Herodoteo *Γύνδης* (v. l. c. lib. I, 189.) iam Cyllenius; tandem emendavit Scaliger. At in libris fere legitur *Cydnus,* in uno et Guelf. 3. *Cyrus;* perperam. H. *Gyndes* Zwic. 1. *Gindes* Voſſ. 1. Hamb. *Cindus.* plures *cydnus,* et *cidnus,* etiam Zwic. 2. un. *ridnus.* Caeterum *Gyndes* legendum eſſe probaverat etiam Lipſius ad Tacit. Annal. XI, 10. afferens Senec. Ira 3, 21.: *Cyrus cum Babylonem oppugnaturus feſtinaret ad bellum, Gyndem late fuſum amnem vado tranſire tentavit,* et quae ſequuntur. W.

141. *Radit Arecteos haud una per hoſtia campos*] Ita ex Heinſii emendatione repoſuit Broukh. contentus inutili illuſtratione

ſtratione vocis *radere;* de ceteris tacet; ut ſaepe indigneris in difficultatibus ab eo te deſtitui, ad ea autem avocari, quae in phraſi et voce illuſtranda inutili copia effundit. In vulgg. Edd. legebatur: *Cretaeis ardens aut unda Cayſtria,* et inde a Mureto (id quod et vett. edd. et ſcripti habent) *Caryſtia campis,* quod intelligebant de aquis ad *Caryſtum* Euboeae urbem. Sed dicere non poterant, quorſum *Cretaeis campis* pertineret, et quomodo a Perſide in Euboeam transiiſſet uno ſaltu Poëta. Itaque Scaliger ex Cuiaciano reponebat:

Ardet Arectaeis aut unda perhoſpita campis.

hos in Babylonia a Strabone (lib. XVI. p. 1072. B. poſt Arbela eſt *Artacene,* aut potius *Aractene*) memorari, inque iis lacum ardentem; (εἶθ᾽ ἡ τοῦ Νάφθα πηγὴ καὶ τὰ πυρὰ,) de eodem loqui Plinium L. II. c. 110. *Campus Babyloniae flagrans quadam veluti piſcina iugeri magnitudine.* Fuere tamen et ſunt plura in his terris loca bitumine liquido ſeu naphtha notabilia: de quibus narrant paſſim, qui ea loca adiere: ut in antiquae quoque Mediae terris, et nuper Reineggs in locis circa Baku; ille autem Plinii lacus Straboni XVI. p. 1078. B. memoratur tanquam urbi propinquus. Probabilius eſt, eſſe lacus noſtro homini memoratos eosdem, quos in Adiabene commemorat Anonym. Antiqq. Cpolit. lib. VI. n. 356. in Banduri Imp. Orient. T. I. P. III. p. 124. *perhoſpitam* explicat ξενίζουσαν, miram, inſolentis naturae, dum Gallicum, *étrange,* in animo haberet: nam latine *unda hoſpita* eſt, vel quae intrari, nari, navigari etc. poteſt, vel quae aliunde advenit, ut Sever. Aetn. 128. *hoſpites fluvios* dixit, ubi v. Scaliger. Heinſius principio emendabat, ut etiam Scaliger maluerat,

Ardet Arecteos aut unda per hoſpita campos.

ut iungerentur, *per campos.* In quibus quidem *qua* commode ſubintelligi poteſt ex v. 140. contra quam Broukh. exiſtimat, ſed manet difficultas in τῷ *hoſpita,* quae forte tolli poſſit, ſi legas, *unda parum hoſpita,* quia omnia comburit iniecta. Itaque cum varie tentaſſet, (nam et *tardet,* et *ter hoſpita* coniiciebat) tandem probabiliorem propoſuit alteram illam emendationem Heinſius, quam recepit Broukh.

Radit Arectaeos haud una per oſtia campos.

(Nam cur antiquatam ſcripturam, *hoſtia,* nunc inducat, non video. malim repoſitum eſſe *Aractaeis* e Strabonis veſtigiis.) Sane quidem Gyndem per Artacenam decurriſſe nemo,

nemo, quantum memini, docuit. Eſt tamen haec correctio Heinſii feliciſſima. Parum feliciter cum Scaligero certans Auſonius Popma ad Vellei. II, 19. legebat:

Ardet Arectaeis unda par hoſpita campis.

ut eſſet *unda par campis*, bituminoſis et ipſis. Salmaſ. ad Solin. p. 840. Ed. Trai. ita emendabat:

Ardet Areccaeis aut unda perhoſpita campis.

ab *Arecca*, vel *Aracca*, Suſianae oppido; in ea autem regione erant naphthae fontes. v. Strabo XVI. p. 1078. *Ardet Arectaeis* corruptum fuiſſe in *Cretacis ardens*, quod eſt quoque in Guelf. 1. 2. 3. 4., vel *ardet* ſive *Cretheis*, ut in Rom. et Ven., non miror: ſed ab eo nondum abduci me patiar, quo minus latere aliud quid credam in *unda Cariſtia*, *Caryſia*, *Caiſtria*, *Chariſtia*, *Cariſtina*, ut varie legitur in omnibus aliis praeter Cuiacianum; *Caryſtia* in Guelf. 1. *Chariſtia* 2. et 3. in quo emend. *cayſtria*. 4. *cariſtia*. Dicerem fuiſſe: *unda Acheruſia*: modo conſtaret, ardentes fontes eſſe dictos vel habitos Acheruſios. H. Omnes libri H. Voſſii et Zwic. pariter aberrant nec niſi notos errores praebent. H. Voſſius coniecit ex Herod. I, 189.: *Darnaeos radens* caet. eamque emendationem etiam recepit. W.

143. *Tomyris*] Regius, *Tamyris*, ut alii ap. Broukh. Tum Schefferi liber, *Nec quid.* H. *Thamyris* plures etiam ap. H. Voſſ. et Zwic. gloſſ. interl. „regina". *novo* pr. *vago* Voſſ. 5. In Voſſ. 1. deeſt verſus. W.

144. *Impia nec ſ.*] Carrio ad Valer. Flacc. VI, 750. *Nec pia qui ſ.* ut ſit: Et qui non pia. H. *Impia vel* Mon. quod probat H. Voſſ. ſecutus Schraderum et recepit. W.

145. *Padaeus*] Ita et Regius. In aliis *Pachaeus*, *Phareus*, *Padetus*. Ed. Vicent. *bucchaeus*. Guelf. 3. *pacheus*. H. *Vicinis* et *arvaque* Goth. W.

146. *Hiſtrus*] eſt ex emendatione Broukh. vulgo, *Hebrus*, ad quem tamen nulli Getae habitant. Repoſui *Iſtrus*; nam aſpiratio ex ſeriorum librariorum more adhaeſit.

eod. *Moſynos*] e libris et anterioribus edd. in quibus *Moſinos* exaratum, revocavit Broukh. Scaliger e ſuis repoſuerat *Magynos*, qui et tum in aliis, tum in Regio ſunt. *maginos* habet Guelf. 1. 2. 4. *muſinos* 3. et in marg. *maginos* Valer. Flacc. V, 152. *Moſſynos* duplici ſibilo extulit, ad quem l. vide Intpp. (In *Moſynis* et in *Tanai* nemo haeſit. Atqui in eorum finibus nullus Tanais fuit: uti nec Getarum ſedes ad eum fuere, quos Ovidius adhuc infra Iſtrum colen-

 tes

tes reperiebat. Haberet forte locum *Hypanis* pro *Tanai.* Ita tamen *Mosyni* non magis expediuntur. Itaque suspicor, poëtam aut Scythas ἁμαξοβίους per *Mosynoecos* h. e. *ligneis domibus utentes* declarare, aut omnino latius eo vocabulo pro barbaris Sarmatis vel Scythis uti voluisse.) H. Praeter notos iam ex aliis libros errores in H. Vossii apographis occurr. etiam *Magios*, et *Molosos*. Idem reposuit *Hebrus* et in fine versus: *atque Gelonos*. Nam aut nomen *Gelonos* aut *Agathyrsos* in istis librorum lectionibus latere, videri tamen sibi illud probabilius. Iudicent alii! — Mox v. 147. in Voss. 1. *quis*, et v. 148. *adversus* Bern. W.

151. *Nam circumfuso considit in aere tellus*] *Considit* ex emendatione Heinsii recepit Broukh. Omnes vulgo Codd. et Edd. *consistit*, quod damnatum nolim, cum de situ et loco, qui terrae assignatus est, bene accipi possit, ut Ovid. I. Met. 54.

> *Illic et nebulas, illic consistere nubes*
> *Iussit.*

n. in aëre. Sed et ibi Heinsius malebat *considere;* et est sane aberratio librariorum in his vocibus satis frequens. v. Heins. ad Ovid. I. Met. 307. II, 59. 632. verum intrudere ubique elegantiam aliquam, quam forte animo teneas, non est emendare corrupta, sed mutare ea, quae et ipsa bona ac recta sunt. H. *Considit* est in Ask. et videtur eodem ducere glossa, *pendebat.* Vid. Hand ad Gronov. Diatr. T. I. p. 264. In Goth. apograph. apud nos est *consistit.* W.

152. *toto disponitur orbe*] Ita Scaliger cum melioribus, ut iam legendum e suis monuerat Statius. Sic et Regius, Guelf. 2. 3 ac Corvin. cum Ed. Lips. ac Vicent. Antea ex Ald. sec. legebatur *totos orbes:* ex Ald. pr. autem, *totus d. orbis*, non male, quod et Muretus servavit. Idem Ed. Rom. cum Venetis, et Guelf. 1.

153. *gelidae* Zwic. 1. W.

155. *incepto — liquore*] Guyetus mallet *incerto*, Heinsius *inserto*, ut ap. Avienum. Etiam in Regio *incepto* notatum erat tanquam suspectum. Sed v. Not.

156. *durata riget densam in glaciemque nivemque*] Regius *densa.* (*dura rigent* Bern. W.) Felicius haec expressit Fracastor. Syphil. I, 137.

> *Aspice, ut, hibernus rapidos ubi flexit in Austrum*
> *Phoebus equos, nostrumque videt depressior orbem,*
> *Bruma riget, duratque gelu, spargitque pruina*
> *Tellurem, et gelida glacie vaga flumina sistit.*

157. *Quippe*

157. *Quippe ubi non unquam Titan ſuperingerit ortus*] h. infert, infundit ſuperne. Scaliger e ſuis (adde Corvin. Guelf. 2. 3.) legit: *ſuperegerit*, quod et ipſum placere poteſt: quaſi ſol verſus polos non aſcendere et eniti poſſit, quippe cum ibi mundus *conſurgat*. Ge. I, 241. Et ſic Regius cum Ed. Rom. Paſſeratius hinc faciebat, *ſuperexerit*. Pro *ubi* codd. ut Guelf. 1. 4. Ed. Rom cum ſuis traducibus *ibi*: mutavit Statius e libris. Etiam *nonnunquam* erat ante Muretum. H. *ſuperegerit* ſeptem apogr. H. Voſſ. (Goth. Hamb.) qui hoc recepit. un. *ſuperegerat*. Lectionem, quae in textu eſt, probat Forcellinius et explicat: oriendo radios caloremque ſuperinfundit. W.

159. *propior terris*] unus Angl. *terras*, quod exquiſitius. v. Gronov. ad Liv. XXII, 40. et paſſim. *proprior* perpetuo uſu librariorum multi et h. l. ut Guelf. 1.

160. *Seu celer hibernas properat decurrere luces*] Ita inde ab Aldo editur: ſic et Vicent. Guelf. 2. 3. At Ed. Rom. cum Brix. et Venetis, it. Guelf. 1. 4. *properet deducere noctes*. Sic etiam liber Sfortiae ap. Statium, cum Exc. Colot. Et *noctes* etiam ex Eboracenſi notavit Heinſius. cf. ſup. I, 2, 29. Sed eas, quippe tam longas et tardas hiberno tempore, non *properat celer* nec *decurrere* nec *deducere*, h. adducere, Sol. Itaque praeſtat alterum. *Decurrere* etiam recte ſe habet. v. ſup. v. 51. *dum terna — ſaecula fertilibus Titan decurrerit horis*. H. Un. Voſſ. *deducere*. un. *luce*. W.

161. *preſſo tellus conſurgit aratro*] Ita Regius et Guelf. 1. 2. 3. cum Ed. Lipſ. et Rom. unde videtur in vulgatas veniſſe: quanquam Cyllenius legerat *exurgit*, quod in libris ceteris fere eſt omnibus, et in ed. Vicent. H. *exſurgit* novem apogr. H. Voſſ. (Goth. Hamb.) et Zwic. Hoc H. Voſſ. recepit. W.

162. *praebent nec*] *neque* Corvin. Guelf. 2. Hamb.

164. *Nulla nec ex*] Unus Colbertinus habet *Ulla*. Et ſic inf. Carm. 13, 3. 4. Sed Graecum loquendi morem h. l. ſequutus eſſe noſter dicendus eſt. cf. ſup. ad v. 127. Sic Cic. II. Verr. 24. *Debebat Epicrates nullum numum nemini*, ubi v. Graev. et ad Attic. III, 7. Propert. II, 15, 32.

Abſenti nemo ne nocuiſſe velit.

cf. inf. Carm. 7, 8.

eod. *exuſtas — partes*] Nonnulli ap. Broukh. *terras* ex interpretatione. H. *Ulla nec* Hamb. H. Voſſius ſcripſit *nulla per*, eſſe enim et ſonum ingratum *nec ex*, et grammaticam laeſam, niſi ita legatur. De ſono nihil dico, grammaticam

ticam vero quod attinet, ipſe ſupra v. 127. verum iudicat quod nunc expellit. W.

165. *interque rigentes*] Regius, Guarner. cum multis aliis *rigentem*, male. vid. v. 13. Illa autem forma, ut *inter*, *inter* repetatur, ubi ſollennis uſus et ipſa ratio unum tantum *inter* admittunt, paſſim iam a viris doctis obſervata eſt: inprimis Horatiana exempla Serm. I, 7, 11. 12. et Ep. I, 2, 11. 12. ubi v. Bentl. ad quae loca tuenda hic ipſe verſus e Tibullo affertur. H. *interque rigentem* etiam Mon. et Zwic. *uterque rigentem* Hamb. *vigentes* Goth. — Mox *noſtro eſt* un. Voſſ. W.

167. *Quas utrinque tenens ſimilis vicinia caeli*] Ex tribus libris temere ordinem mutavit Broukh. qui in omnibus reliquis eſt: *Quas ſimilis utrinque tenens*. Deinde Colbert. cum Ed. Mureti, Baſil. Plant. *ſimiles*, ex Ald. ſec. H. *Quas ſimiles* ſeptem apogr. H. Voſſ. (Goth. Hamb.) qui hoc recepit. Habent idem Zwic. 1. 2. Non habent Voſſ. 1. 2. 3. Vind. *uterque* Goth. alii *utrique*. W.

168. *vires necat aer*] ſollenni errore in omnibus fere libris et Edd. *negat*. H. Muretus notarat: quidam veteres libri *necat*; inde Statius: legendum fortaſſe *necat*; primus ſic edidit Scaliger. Idem in trib. apogr. H. Voſſ. qui tamen ſcripſit, *ut — necet*. W.

169. *per tempora vertitur annus*] *vertitur* poſt Muretum Scaliger repoſuit e Cuiac. et ſic Ed. Rom. cum Ven. 1491. 1500. Codd. Guelf. 1. 2. At in reliquis omnibus *labitur*, quod tamen h. l. minus accommodatum. Contra recte *labitur* praetulerunt ap. Ovid. III. Art. 65.

— — — *Cito pede labitur aetas*.

ubi liber Voſſii *volvitur*. Nam *tempus labitur*, celeriter praeterit, at mutatae anni viciſſitudines *vertuntur*. ut ſup. I, 8, 48. aetas *non tardo labitur illa pede*. H. *vertitur* quatuor apogr. H. Voſſ. caeteri *labitur* cum Zwic. W.

170. *Hinc et c.*] *Hinc* (propter temperatum aërem puta) Broukh. tacite e libris repoſuit, vulgo *hic*: quod ſtare poſſet, ſi idem ſuperiori verſui redderes, ut eſt in Ed. Rom. et Venetis. Paullo poſt pro *didicit* Regius *dedit*. H. *hinc* recte apogr. H. Voſſ. ut in edit. Lipſ. *ſubnectere* Voſſ. 5. W.

171. *lenta — vitis*] Eborac. vetuſtiſſimus liber *laeta*, perpetua variatione. Sed *lenta* verum, quia complectitur arborem capreolis, palmitibus, et per ramos aſcendit. H. Hamb. *laeta*. Bern. *letos*. un. Voſſ. *et celſos*. W.

172. *Ton-*

172. *Tondeturque seges maturos annua partes*] Duas metaphoras, nescio, an satis bene, confundit. Quanto simplicius illa II, 1, 48.

Deponit flavas annua terra comas.

173. *pontus confinditur aere*] Multi *confunditur*, etiam *contunditur*, ut sup. I, 7, 21, erratum. Guelf. 2. pro var. lect. *conscinditur*. Cum de aratione ferro facta iam egisset, suspicari possis fuisse: *Ut ferro tellus*, subint. ita, *pontus confinditur aere*. H. Etiam H. Voss. sex apogr. *confunditur*. un. *contunditur*. W.

174. *structis exurgunt oppida muris*] Unus Statii, Colb. duo Broukh. *consurgunt*, ut variabant v. 161. hoc tamen h. l. malim. Ovid. XV. Met. 431.

Nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam.

ubi unus Basil. *assurgere*. Regius exhibebat *exurgitat*, ut duo Statiani habebant, forte pro *exsuscitat*: nisi a stupore librarii profectum est. H. Quum un. Heinsii praebeat *estructis*, et Goth. *extinctis*, H. Voss. scripsit *exstructis*. W.

175. *per claros ierint tua facta triumphos*] Ita reposuit Scaliger, cum in suo invenisset *praeclaros ierint*. Vulgo ubique legitur: *praeclaros poscent* (in Guelf. 1. corrupte *possent*) *tua facta triumphos*, sententia plana et facili, quasi sibi debitos. Sed illa Cuiaciana lectio non aeque planum sensum habet. Broukh. quidem laudat similia loca, nec tamen interpretatur; alioqui vidisset, parum accommodata illa esse; alterum Ovidii III. Art. 87.

Ite per exemplum, genus o mortale, dearum.

Sed ibi est, *sequi exemplum*; alterum Statii Achill. I, 4.

— nos ire per omnem,
Sic amor est, heroa velis.

Verum hic est omnem historiam de Achille persequi, non aliquam particulam inde decerpere. Possint et alia loca afferri similia. Ovid. I. Fast. 15.

Adnue conanti per laudes ire tuorum.

h. recensere dies festos in honorem tuorum institutos. V. Trist. 9, 22.

Sic mea, lege data vincta atque inclusa, Thalia
Per titulum vetiti nominis ire cupit.

h. no-

h. nomen tuum commemorare, (*titulus nominis* eſt ſimpliciter nomen. II. ex P. I, 50.

Oppida ſub titulo nominis iſſe tui.)

II. Triſt. 168.

Utque tui faciunt, ſidus iuvenile, nepotes,
Per tua, perque ſui facta parentis eant.

h. imitentur. Conſol. ad Liviam 413.

Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.

Ad nullum vero horum modum explicare poſſis hoc noſtri: *facta tua ierunt per claros triumphos*, niſi forte ut ſit, *habuerunt triumphos*, egiſti tu non unum triumphum. *ſata*, quod in Regio et aliis eſt, commodiorem ſenſum habere putes: ut ſit: cum tu omnes victorias conſequutus ſis fato tibi debitas. Forte *ierint* ortum ex *mereant*, quod gloſſema fuit τοῦ *poſcent*. Si vero *facta* cum *triumphis* bene iunguntur, ut ex h. l. apparet, cur non et *acta* putemus iungi poſſe? Secus viſum viro docto, qui nuper in Probab. Crit. p. 8. apud Lucan. I, 121.

Tu nova ne veteres obſcurent acta triumphi.

parum opportune reponere voluit *arma;* poëta enim vult: res a Caeſare recenter geſtas, reportatas ab eo victorias et triumphos, officere poſſe veterum Pompeii triumphorum ſplendori et gloriae. H. *Ergo ubi per claros ierint ſua* Voſſ. 1. *Per claros poſcent* Goth. et Voſſ. 4. *poſcent* etiam Zwic. *tibi* Goth. pr. *ubi.* W.

176. *diceris magnus in orbe*] Regius, Ed. Rom. cum ſeptem ap. Broukh. Guelf. 3. *maximus orbe.* H. *Maximus orbe* Voſſ. 3. 4. 5. Mon. quod recepit H. Voſſius. Goth. *uterque. die* Voſſ. 2. W.

177. *Non ego ſum ſatis* —] Similiter Auctor Panegyrici in Meſſalam in Catal. Scal. p. 92. (v. 55. Anthol. Burm. To. I. Ep. CXXII.)

Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes.

178. *Ipſe mihi non ſi praeſcribat carmina Phoebus*] h. praecipiat, dictet. Rom. ed. cum aliis *perſcribat.* duo *praeſtabit.* H. *Praeſtabat* Voſſ. 1. in marg. *praeſtabit* Goth. quod recepit H. Voſſius. *ſcribat mea* Bern. *tonſae praeſcribat* Voſſ. 1. in text. *Perſcribat* Zwic. 1. al. *praeſtabat*, ſuperſcr. *praeſcribat*, Zwic. 2. — Caeterum *praeſtabit* a me recipi non potuit,

potuit, qui sciam, *praestare carmina* pro *praebere carmina* nec dictum esse nec potuisse dici. W.

181. *Languida non noster peragit labor otia, q.*] Sic omnes libri, scripti et editi, praeterquam quod in quatuor apud Broukh et in Lips. Ed. est *pergit*. Broukh. tamen ex Exc. Lipsii reposuerat: *Languida nam noster p.* idque hoc modo interpretatur: *ideo Valgii humeros illi oneri subiicit, quod ipse laborem refugiat,* *conscius sibi virium exiguarum, atque otium potius sectetur, quamvis in re non lautissima;* quasi vero bonus Tibullus alicui typographo operam addixisset, et panegyricum Messalae, ut panem lucraretur, scribendum suscepisset. Apparere debebat Interpreti doctissimo, illud *quamvis* plane subsilientem et hiantem facere sententiam; cui naevo etsi forte ita mederi possis, ut pro *quamvis* legatur *cum vis;* ut sit: *cum vis Fortunae — me adversa fatiget;* manet tamen hoc, *laborem* non posse dici *agere otia:* nisi velis interpretatione adiuvare lectionem, hactenus, ut *otia* accipias de lusibus, ludicris carminibus. Sed nec hoc bene fieri potest. Itaque potius duxi revocare antiquam lectionem: *Non labor noster peragit otia languida,* in quibus tantum copula desit: h. non tamen interea cesso canere laudes tuas, quamvis fortuna adversa me avocare ab omni studio debere videtur. Haec paullo melior, puto, interpretatio, quam illa, quam Achilles Statius in Not. ad h. l. proposuit. Esset tamen sententia apertior, si legeres:

Languida nec noster —

ut *nec* sit, *non tamen.* (et sic in Corvin. legitur. Alias etiam praestaret: *nec — peraget.* ut v. 191. sequitur: *deficient.*) H. Recepit H. Voss. *nec.* Quatuor Voss. et Zw. 2. *nam.* Caeterum *otia languida* sunt, ubi languido h. e. exiguo studio rem tractas. W.

182. *me adversa fatiget*] Ed. Lips. cum uno Angl. et Ed. Ven. 1475 ac Vicent. *fatigat. me* a Regio abest. Inserta vero illa, *ut mos est illi,* non parum languent: sive sit, ut solet *me* fatigare, vexare, sive respectu aliorum: nam et eidem fortunae mos est aliquos fovere: si addidisset, *ut mos est illi affligere bonos,* aut simile, tum demum constaret sententia. H. Scripsit H. Voss. de coniectura: *Fortuna, ut mos est, Musis adversa,* et recepit *fatigat.* *fatigat* Goth. Ask. et Zwic. 1. 2.: uterque codex verba, *ut mos est illi,* parenth. signis includit. — In Voss. 5. deest hic versus et sequentes. Mox *tum* pr. *quum* Voss. 1., idem *niteur* cum Voss. 3. et Ask. ubi *ret* superscr. Goth. *dotibus.* W.

184. *fla-*

184. *flavi ditantes ordine ſulci Horrea*] Ayrman. Vit. Tib. §. 7. et nuper Cruſius in Prob. b. Crit. c. 26. corrigebant *diſtantes ordine ſulci*, et ſic memini, neſcio quem, antiquorum Interpretum legere. Et proclivis utique ea eſt corruptio, viderique poteſt eo alludere *dictantes*, quod in duobus Gebhardi, Exc. Lipſii, uno Angl. et Regio eſt; ſed nondum video, quid in vulgata reprehendi poſſit, et quantum illi correctio illa praeſtet: (in qua otioſum eſt ornamentum; *diſtantes ordine ſulci*: inprimis cum iam potentius epitheton adſit: *flavi.*) Heinſius etiam *ſulcos* tentabat; temere. Rutil. I, 199.

Interea Latiis conſurgant horrea ſulcis,

ubi *horrea* Burmanno minus bene in ſulcis conſurgere videntur. Ipſe coniicit, *turgeſcant horrea*. Vir doctus in Miſc. Obſſ. Vol. III. p. 369. *conſurgant hordea*, vel *conſurgat adorea*. Sed recte ſe habet vulgata. *horrea conſurgere*, impleri dicuntur *ſulcis* h. e. ſulcorum proventu. Severus in Aetna 266.

Plenaque defecto ſurgant foenilia campo,

Scilicet *horrea* apud Rutilium ſunt meſſes, ſegetes, ipſae fruges, quae in horreis conduntur, ut ſolent poëtae illas voces promiſcue adhibere; eae ſurgunt, *conſurgunt*, h. e. cumulantur, dum conduntur in horreis. In Tibullo ſi quid tentandum putarem, refingerem *ordine* in *horrea*, ut repetatur idem vocabulum: *ditantes horrea ſulci, Horrea*, *ſ.* H. *Qui* Mon. *cum* Bern. *flavidi cantantes* Voſſ. 1. a prim. man. *dictantes* Voſſ. 2. et Bern. W.

185. *Horrea fecundas ad deficientia meſſes*] ita emendatum eſt a Scaligero, cum vulgo in omnibus legatur: *fecundis indeficientia menſis. Meſſis*, quod nimis facile in *menſis* depravari potuit, cf. ſup. ad I, 1, 43. erat in Cuiaciano. Sed neque *ad* neceſſe eſt reponere, modo diſtinguas: *fecundas in deficientia meſſes* h. deficientia in meſſes, ut dicimus, *deficit pecunia in ſumtus*. Praepoſitionis ſic transmotae exempla v. ap. Gronov. Obſſ. III, 19. Heinſius varie tentabat locum, ut videndum apud Broukh. Ayrman. Vita Tib. §. 7. legit;

Horrea fecundas et deficientia meſſes.

Quod etiam elegantius videri poſſit. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Am. 8, 93. Cruſius vero ſic tentabat:

Horrea fecundas nec deficientia meſſes.

Si

Si tamen reputes, in quo carmine verferis, in vulgata nil eft, cur pofthabeatur. Regius praeferebat;

Ordea fecundis indeficientia menfis,

Quod arridere poffit, modo non conftaret, *hordeum* in Italia fere quadrupedum fuiffe cibum. v. Plin. XVIII, 14. *fecundae meffes* bene dictae, ut fup. II, 5, 37. *fecundum rus.* In Lufib. liberis Carm. 53.

Magnaque fecundis cum meffibus area defit.

ubi *horrea* reponi non debent. v. fup. ad I, 5, 22. (cf. Burman. Sec. Anthol. Lat. To. I. p. 513. II. p. 527.) Rutilius in loco, quo noftrum expreffiffe videtur, I, 147.

Quin et fecundas tibi conferat Africa meffes,

ubi forte legendum *congerat*, ut nofter I, 1, 1. Lucan. VI, 521.

Semina fecundae fegetis calcata peruffit.

Severus in Aetna v. 13. *faturas meffes* dixit;

Annua fed faturae complerent horrea meffes. H.

Vera lectio in marg. Gryph. ann. 1573. — *Horrida fecundis et deficientia meffes* Goth. *Horrea, foecundas in deficientia meffes* Voff. 1. In Mon. deeft hic verfus et fequens. W.

186. *Cuique pecus denfo pafcebant agmine colles*] In multis excufis effe *agmina* notat Pafferat. et notavi ipfe e Reg. Lep. Vicent. Venetis, Lipf. et Bafil. Inde ille faciebat;

Cuique pecu denfo pafcebant agmina colles.

Sed inducere ea aberratio, quae haud infrequens in his neutris eft, (vid. ad II, 3, 42.) eum non debebat, ut aliquid mutaret. Heinfius etiam corrigebat: *Cui pecoris*, ut effet *fatis pecoris*. Sed *pecus*, *fatis*, hic eft per appofitionem dictum; *pecus*, quantum fatis effet, ut faepiffime fit. H. Goth. *placebant — valles*. Ask. *ordine*. Mox *nimio* Bern. W.

188. *nam cura novatur*, *Cum*] Iunctura et copularum ufus parum opportunus effe videtur. Forte repetebatur a poëta *nunc*: *Nunc cura novatur*.

189. *Quum memor anteactos femper dolor admovet annos*] Magna eft lectionis varietas: in plerisque legitur: *Cum memor accitos femper dolor admonet annos*. Iam *admovet*

movet Broukh. e quindecim libris, quibus accenſeas Ed. Lipſ. Vicent. Venetas cum Corvin. Guelf. 1. 4. et pro var. lect. 3. ut *admovere* ſit *ante oculos ponere, atque ita in memoriam revocare, imagine vividiſſima.* Vulgo legebatur *admonet,* quod et ipſum bene dicitur de iis, quorum recordatio animum noſtrum pungit. Ovid. XIV Met. 465.

Admonitu quamquam luctus renovantur amaro.

Rutil. I, 26.

Prodeſt admonitus ſaepe dolore labor.

Anteactos Scaliger repoſuit e ſuis: legebatur vulgo, etiam in vett. edd. et parte codd. *accitos,* quod etiam in Regio eſt et Guelf. 1. 3. (cum Corvin.) at *anni acciti* ſenſum commodum non habent. Ed. Rom. cum uno Gebh. et duobus Italicis *attritos:* Reg. Lep. *acciſos* — *annos,* ut olim Douſa Praecid. c. 12. emendabat, quod non displiceat, ſi *annum* accipias de proventu annuo ex agris, ut ſaepe. Notum illud Lucani III, 452.

Agricolae raptis annum flevere iuvencis.

Conveniret hoc ei, quod poëta, ſibi tantum paterni agri eſſe ademtum, queritur. Sic *opes acciſae* apud Horat. II. Sat. 2, 113.

— puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latius uſum
Quam nunc acciſis.

res acciſae apud Livium III, 10. ubi vide Intpp. et paſſim alibi: VIII, 11. *Latinorum etſi pariter adciſae copiae ſint.* ubi unus *abcitae.* Modo conſtaret, *annos* plurali numero eo ſenſu poni. Res in vado eſſet, ſi *acciſos agros* legeres. Apud Silium aeque importune libros occupavit *accitus.* II, 392.

Accitis velox populis, quis aegra labahat
Ambiguo ſub Marte fides.

ubi ex ſenſus ratione *acciſis* vel *attritis* poſt Barthium coniiciebat Heinſius. Ibid. VIII, 590.

Vos etiam acciſae deſolataeque virorum
Eridani gentes.

In libro Sfortiae erat: *Accito cum me,* interpolatum propter compendioſam ſcripturam τοῦ *memor,* quod in litura ſcriptum erat etiam in Regio. In duobus Statianis, uno Broukh.

Broukh. unoque Heinſii, etiam Guelf. 2. *accitus*, quorſum alludunt tres alii, in quibus *attritus*. Unde legi poſſit:

Cum memori accitus ſemper dolor admovet annos.

accitus dolor h. arceſſitus, quia eius recordationi immoratur animo, unde *memori* addidit, is *admovet annos* h. ſenectutem accelerat. *Memori* Heinſius etiam ſcribere malebat in vulgata: ſed in ea *memor dolor* eleganter dictus, quia conſiſtit in acerba recordatione iniuriarum militarium et rapinarum. v. Broukh. Pro *cum* malim *dum*. H. *acciſos* recepit H. Voſſ. *accitos* pleriq. ap. H. Voſſ. (Hamb.) cum Zwic. 1. *attritos* Goth. *anteactos* Vind. idem in Gryph. — *dolor* Hamb. pr. *memor* un. *color* et *memor admovet.* W.

190. *Spolierque relictis*] Regius *ſpolitae. relictus* Edd. Venetae cum multis ap. Broukh. etiam Guelff. omnes. At recte ſe habet *relictis*. Cerda ad Aen. VI, 168. ſupplet: annis; perperam. Sunt *relicta* ex facultatibus priſtinis.

192. *Nec tibi Pierii ſolum*] Ordo eſt a Broukh. ex uno Mattii. In ceteris omnibus: *Nec ſolum tibi Pierii*. H. Verus ordo verborum eſt etiam in Voſſ. 1. 2. *tribuantur* Voſſ. 3. Mox Hamb. *per te vel — auſum*. W.

193. *Pro te vel ſolus denſis ſubſiſtere turmis*] In aliis ordo: *denſis ſolus*, in Guarner. *pro te denſis vel ſolus*. *Subſiſtere* eſt ſuſtinere, excipere; et vel cum tertio vel cum quarto caſu iungitur. Graecum eſt ὑποστῆναι. Regius, Guelf. 1. 4. cum Ed. Rom. et aliis Broukh. *obſiſtere*, quod illius interpretamentum. v. Gronov. ad Liv. XXVII, 7. H. *denſis ſolus* recepit H. Voſſ. ut eſt etiam in ſex eius apogr. et Zwic. Non probo. — *obſiſtere* Ask. ſuperſcr. *ſub.* In Voſſ. 1. 4. hic verſus legitur poſt ſequentem. In Goth. apogr. quod apud nos eſt, ſequens verſus legitur poſt verſ. 193. W.

196. *Vel parvum Aetnaeae corpus committere flammae*] Dictum debet eſſe, ut, *ſe committere mari, tenebris* etc. unus Statii, *ſubmittere*. forte leg. *immittere flammae*, pro in flammam. Catalect. Scalig. p. 91.

Saepe etiam denſos immittere corpus in hoſtes.

et ſaepe apud optimum quemque. (Proprie dictum hoc quidem eſſet; ſed vulgare, et alterum doctius. Propter productam brevem reiecit eandem coniecturam Burmannus Sec. in Anthol. To. I. p. 299. qui in Broukhuſiana lectione acquieſcit.) Sed *parvum corpus* non ferebat Broukh. cum Horatius *ei formam a Diis datam* memoret. Itaque repoſuit

fuit *pavidum corpus*, et explicat de palpitatione cordis ad tam ingens periculum. Verum ita *cor pavidum* debebat dici, non *corpus*. *Parvum corpus* poteſt etiam eſſe gracile ac tenue, quale eſt adoleſcentium etiam elegantioris formae. v. Vulp. vel dicere potuit *parvum* ad elevandam rem, cuius iacturam facere velle ſe ſignificat. Sed ſunt tot alia in hoc carmine exiliter et putide dicta, ut in hoc praecipue offendi non debeamus. H. H. Voſſius promtus ad mutationes recepit *pavidum*, quod unice verum iudicat eſſe. W.

197. *Sum quodcunque*] Broukh. e libris: et ſic Regius cum Ed. Rom. vulgo: *Dum q.* in libris Statii: *Sum quodcunque, tuus.* Corvin. *Sum quodcunque, tuum.* N. Mox *noſtri ſit* idem ex Heinſii emendatione repoſuit, quam cum alii libri, tum noſtri et Guelf. 1. 4. confirmant: vulgo, *ſi*, inde ab Ald. ſec. H. *Dum* etiam Zwic. perperam. — *noſtri ſit* recepit H. Voſſ. W.

198. *ſi ſit modo*] Ed. Lipſ. cum aliis, *ſi ſint.* Rom. cum Venetis, *ſic ſit.* H. Ask. ut Ed. Lipſ. — *nunc* pr. *non* Voſſ. 4. W.

199. *fama Gylippi*] Hunc potiſſimum a poëta memorari, eſt, quod mireris, cum neque eius virtus vel felicitas prae ceteris inſignis fuerit, neque ſatis ab aliis celebrata, neque etiam iuſta cum poëta ducis comparatio inſtituatur. Non enim cum Meſſala comparat *Gylippum*, ut vir doctus putabat. Cyllenius quosdam *Philippi* legere obſervat: quod et pro var. lect. in Guelf. 2. eſt. H. *mihi* Goth. pr. *ſit.* Ask. *Galippi.* W.

200. *Poſſe Meleteas nec mallem vincere chartas*] *non mallem* Corvin. *vincere* Scaliger e Cuiac. repoſuit. In reliquis fere omnibus *mittere* legitur, quod non poſſum adduci, ut credam ex lapſu vel correctione librarii eſſe, immo potius (etſi minus ſuave eſt) pro vera lectione habeo, eſt enim *emittere*, in vulgus edere. Senſus: Nec malim, id quod poëtae ſummam votorum explere poſſet, libros, qui cum Homericis certent, ſeu mittere ad te, ſeu publicare. Alias fere additur, *in turbam*, *in vulgus.* vide Gronov. Obſſ. I, 15. Sed et ſimpliciter dixit Auctor Ciris v. 92.

— — *cantus meditanti mittere certos,*

de ſuo poëmate loquitur. Sic dicimus, *vocem mittere,* et Graeci *ἱέναι φωνήν.* cf. Miſc. Obſſ. Vol. IV, 312. In duobus Italicis eſt *emittere*, quod uſitatius. Plin. I. Epiſt. 2.

Libelli,

Libelli, quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe. In Guarner. *dimittere.* Abit in diverſa Guelf. 3. *tangere* in marg. neſcio an pro *attingere.* Porro Ed. Lipſ. *Meleſigenas*, *Μελήτειοι χάριτες* etiam apud Graecos poëtas occurrunt. H. *malim emittere* H. Voſſ. recepit. *vincere* Voſſ. 1. 3. *tangere* Voſſ. 2. Voſſ. 4. *mittere.* un. H. Voſſ. *Molotheas.* Zwic 1. *Meletheas.* Zwic. 2. *Meleſigenas.* un. H. Voſſ. *me letheas.* duo *tardas* (Goth.) W.

201. *Quod tibi ſi*] Rom. Ed. *ſit.* mox Guelf. 1. 4. *notus ille.*

202. *Vel bene ſit notus*] Ita Broukh. e libris potioribus, ut et in Regio. Vulgo inde a Mureto: *vel bene ſi totus;* et in Aldinis, Rom. et Lipſ. ac Vicent. *ſi notus.* Ceterum hi duo verſus omnium in toto hoc carmine ineptiſſimi ſunt. cf. ſup. ad III, 1, 19. 20.

eod. *ſummo vel inerret in ore*] Ita emendavit Muretus, recepit Scaliger, pro vulgari: *moeret.* Rom. et Lipſ. cum aliis, Guelf. 1. 4. *meret*, Reg. *moeret*, in quo explicando fruſtra ſudat Guell. ad Aen. I, 737. tres Angl. *inhaeret*, Exc. Colot. et pro var. lect. Guelf. 2. cum 3. *inhaereat.* In libris Venetis excuſſis Paſſerat. eſſe ait, *vel haeret.* Corvin. *vel haereat ore.* Vicent. *inheret*, quae omnes ſunt aberrationes librarii. Regius etiam *in orbe.* v. 71. H. *Inerret*, quod Statius in codice Vaticano viderat, dicitur etiam eſſe in Hamb. Caeteri aberrant. — *et bene* Goth. plures *ſi*, etiam Zwic. *notas* Voſſ. 1. a pr. man. W.

203. *ſtatuent*] Guelf. 2. 3 *ſtatuunt*, adſcripto tamen *e.* H. *Nulla mihi finem ſtatuent* ſcripſit H. Voſſ. mutato ordine pr. *ſtatuent finem*, ex uno Angl. — Quatuor apogr. H. Voſſ. *ſtatuunt*, duo *facta.* W.

204. *Quin etiam mea quum tumulus contexerit oſſa*] Ita Broukh. repoſuit e libris nonnullis, neſcio quibus; ſecutus Muretum, qui ita iam ediderat; ante legebatur: *mea tunc tumulus cum texerit oſſa*, et ſic in Regio eſt, et in Corvin. Guelf. omnes. In duobus Italis:

Quin etiam tumulus mea cum contexerit oſſa.

At Reg. Lep. cum Lipſ. edit. *mea tunc t. contexerit.* Rom. *mea p9 tumulus cum t.* an *mea poſt?* Cyllenius in notis praefixit: *Quin etiam cum tumulus pertexerit.* H. H. Voſſ. recepit lectionem duorum Italicor. Aberrationes in eius apograph. fuerunt hae: *mea quum* (*tunc*, *tum*) — *tumulus* (*cumulus*, *famulus*) — *contexerit* (*qui*, *quom*, *cum texerit*). Similiter Zwic. W.

205. *Seu*

205. *Seu matura dies celerem properat mihi mortem*] *celerem* Scaliger tacite ex Cuiaciano repoſuit; vulgo in omnibus legitur *fato*, quod ex librarii ingenio venire non potuit, nec loco pelli debebat. *Celerem* irrepſit interpretatione vocis *properare*, quae h. l. active poſita. Regius etiam, *properet.* Mox pro *manet* Ed. Rom. *tamen.* H. Recepi optimam lectionem codicum fere omnium, *fato*, pr. *celerem.* Ita etiam Hamb. Goth. Zwic. Burmann. tamen Anthol. T. 2. p. 506. ad lectionem *celerem* proclivis eſt. W.

206. *tamen mutata figura*] Sic repoſuit Broukh. iam olim illud probante Scaligero e ſuis, quibus Regius, Guelf. 1. 3. 4. cum Ed. Rom. et multis aliis ſuffragantur, et ſic etiam emendarat Statius. Vulgo *figuram* legebatur. Haec ex Pythagorae diſciplina petita eſſe recte obſervatum eſt ab Interpretibus: ſed quomodo haec cum ceteris vel ex ſtructurae vel ſenſus ratione cohaereant, nemo indicavit. Paſſeratius, qui adhuc *figuram* legebat, ſic explicat: *equi vitam mihi tribuet vita altera et longa aetas.* Sed *longa vita* non niſi de vita praeſentis aevi, qua utebatur, accipi poteſt. Scaliger, dum *figura* legit, addit, *ſeu figura finget me.* Rem plane expedire non audeo, ſed tamen mihi videtur locus ita conſtituendus eſſe, ut illa: *Seu matura dies — Longa manet ſeu vita* παρενθέτως dicta ſint: ſequentia vero iungenda cum ſuperioribus hoc ſenſu: *Quin etiam tum, cum mortuus et ſepultus ero, (ſive acerba ſive matura morte raptus) et (licet mortui) tamen figura mutata fuerit, (ſive ea me finget equum* h. *fingar equus vel taurus, vel volucris,) quandocunque humanae formae reddar, tuas laudes canere pergam.* Putide haec magis, quam argute dicta eſſe, negari nequit: et bene factum, quod poëta talis in hominem non rediit, et plura, quod minabatur, carmina condidit. Modeſtius certe Albinov. Eleg. 3, 21. vel quisquis auctor fuit,

Ipſe ego, quicquid ero cineres interque favillas,
Tunc quoque non potero non memor eſſe tui.

(Melius puto nunc locum eſſe conſtitutum ſola interpunctione mutata: *tamen, mutata figura Seu me.* ut ſit: tamen — ſubtexam carmina: ſeu figura mutata finget me etc.) H. *mutata figura* hab. etiam omnia apogr. H. Voſſii, praeter Voſſ. 1., cum quo faciunt Zw. W.

207. *Seu me finget equum rigidos percurrere campos Doctum*] *rigidi campi* hic parum apte memorari crediti ſunt;

ſunt; quidni tamen pro ſolo duro, ſolido, quo incedit equus, dicantur? Nihilominus tamen Statius coniecerat, *riguos*, quod et Heinſio aliquando placebat; qui *gyro* caſtigandum poſtea exiſtimavit, quod, tanquam praeclarum aliquod emblema, cupide inſeruit textui Broukhuſius. Sane a viro docto egregie demonſtratum eſt, *gyrum* eſſe proprium in diſciplina equeſtri vocabulum, ſed docere debuerat, quomodo *gyro* campum *percurrere* equus poſſit, alterum enim alteri repugnat, et cum in gyrum circumago equum, non percurro campum, multo minus hippodromum. Videtur quidem in eundem modum dixiſſe Statius III. Silv. 2, 125.

Iam tamen et turmas facili praeventere gyro
Fortis.

Sed eſt ibi de eo equitandi genere intelligendum, cum in orbem ire cogitur equus, quo reliquos ille excellebat. cf. Horat. III. Od. 7, 25. Cum itaque emendatione nihil profectum viderem, malui revocare lectionem vulgatam, toto hoc loco non indignam. *Campum* de hippodromo accipere, neceſſe non eſt. Ovid. II. Met. 663.

— — — Iam latis currere campis
Impetus eſt, in equam cognataque corpora vertor. H.

Quod Heinſius coniecit, Broukhuſius et Vulpius receperunt, *gyro percurrere campum*, eſt in Voſſ. 1. unde H. Voſſ. coniecit et recepit etiam: *gyros percurrere campo.* W.

208. *tradi pecoris ſim gloria taurus*] unus Stat. *tardus.* Ed. Lipſ. *ſum*, ſed praeſens coniunctivi hic vim futuri habet. H. Pro *tardi* H. Voſſ. de coniectura ſcripſit *torvi*, quia illud epitheton ei non placebat. Lege eius notam. Talia ut recipiantur, nemo a nobis poſtulet. *tardis* Bern. Pro *ſim* eſt *ſum* in Zwic. 2. W.

209. *volucri vehar aëra penna*] Sic Broukh. tanquam concinnius, refinxit ex Heinſii emendatione. Vulgo *volucris — pennis.* Sed quis quaeſo in hoc carmine exquiſitas elegantias venari ſuſtineat? Verum talis eſt pruritus ille, elegantiolas quas quis ex recenti lectione animo teneat, ubique inſerendi, ut nullo cum iudicio, an opportune ſatis fiat, diſpici ſoleat. H. Reſtitui lectionem *volucris — pennis.* hab. etiam Zwic. 1. 2., niſi quod hic *vehat.* Zwic. 1. addit gloſſam: „mutatus in volucrem ducar per aërem.“ *volucri — penna* Voſſ. 1. *liquida volucri — pennis* Voſſ. 3. *aërem* Ask. *revolutus in aëre pennis* Hamb. W.

210. *Quan-*

210. *Quandocunque hominem me longa receperit aetas*] Primum vocabulum ex Cuiaciano et uno Italico recepit Broukh. Vulgo legitur, *In quemcunque hominem.* In nonnullis *Quodcunque.* Nempe primum compendiosa scriptura errori locum dabat, ut scriberent, *quodcunque*, mox praepositionem praefigebant, ut versus constaret, vid. sup. ad v. 39. Tunc propter *hominem* fecerunt *quemcunque.* Ed. Basil. cum duobus Statii, et Guelf. 3. *In quaecunque.* Regius *In quodcunque hominum* cum multis aliis ap. Broukh. Porro pro *receperit* Broukh. ex Passeratii et Heinsii coniectura reposuerat *refecerit.* Quid si alius malit: *refinxerit?* Sed cur vulgatam non patiemur? *Longa aetas me recipiet, me habebit iterum, me videbit hominem,* nil habet, quo offendaris. *Habuit ea aetas praeclarum Imperatorem,* optimi auctores dixere. *Recipere* de μετεμψυχώσει etiam dixit Ovid. XV. Met. 159.

Morte carent animae, semperque priore relicta
Sede novis habitant domibus vivuntque receptae.

Scil. aliis corporibus, in quae transiere. Palatinus sextus Gebhardi exhibebat *retexerit,* non male, h. instaurarit, refecerit; nisi forte *revexerit* lectum fuit. H. Recepit H. Voss. *in quodcunque hominum*, ut est etiam in Ask. *In quodcunque hominem*, Voss. 3. *quemcunque hominem* tria apogr. H. Voss. (Goth.) cum Zwic. 2. duo *quaecunque* (Hamb.) cum Zwic. 1. duo alii *quamcunque.* W.

211. *Subtexam carmina*] unus Statii cum Guelf. 2. *nomina.* v. ad v. 27. Ceterum locum hunc propterea notandum puto, quod, si quidem, si non Tibulli, antiqui tamen poëtae, carmen est, monumenti loco esse potest, philosophiae Pythagoricae dogmata non plane illo tempore incelebrata Romae fuisse. Quanquam alioquin post Nigidium Figulum, qui philosophiam Pythagoricam renovasse videbatur, nemo, qui ei se dederit, memoratur. H. *subtextam* Zwic. cum gloss. interl. *componam.* W.

CARMEN II.

In Aldinis et aliis, quae hinc fluxerunt, edd. praescriptum est: *Laus Sulpitiae ad Martem.* Nec aliter fere vett. edd. In margine Vicentinae, quam habeo, adscriptum est a vetere manu: *Hic liber de amoribus Sulpiciae et Cherinthi inscribitur.* quod et Exc. Pocchi et Perreii habebant. *Sulpitia* in Ald. 1. 2. Scal. — *Sulpicia* Muret.

ret. H. Etiam in Zwic. 1. 2. inſcribitur: *Laus Sulpiciae ad deum Martem.* In Goth. legitur hoc carmen poſt carmen III. huius libri. W.

2. *ſi ſapis*] Ed. Ven. 1475. cum Reg. Lep. *ſi ſatis.* Rom. *ſe ſapis. ipſe venit.* H. H. Voſſius de coniectura *e* eiecit poſt *ſpectatum.* Equidem, ut par erat, nihil mutavi. — *ſuſpectum* Voſſ. 1. W.

3. *at tu*] Rom. *ignoſce: ac tu.* In promtu erat ſcribere: *ignoſcet, ſed.* Verum in fine produci caeſura brevem, obvia res eſt. H. Retinui *at* cum Heynio et H. Voſſio. cf. ſimiles locos, Ovid. Met. VII, 644. Met. III, 184. Met. IX, 789. ubi *habet* in quatuor codicibus. Eſt tamen *ſed* in Hamb. W.

5. *exurere divos*] Rom. *exureret dives.* Cyllen. *Illius eſt o. quem vult* Guelf. 4. ſic ſaltem *quem* — *divûm* eſſet. Lepidiſſimos hos verſus cum aliorum locis comparat Broukh. Eſt etiam carmen ſimilis elegantiae Nic. Archii adiectum Carminibus Fracaſtorii. H. *ſi quem vult urere Divûm* ſcripſit H. Voſſius, haerens in voce *exurere,* cuius nimiam pro h. loco putat eſſe vim. At enim idem fere eſt in talibus urere et exurere. Petron. in Sat. c. 121. in carm.

nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc, leviorve exurit flamma medullas.

Caeterum Voſſ. 1. *eſt* pr. *ex.* W.

6. *geminas — lampadas*] Reg. cum aliis *lampades.* Rom. *gemmas,* ut ſupra IV, 1, 115. H. *lampades* etiam Voſſ. 5. et Hamb. W.

7. *Illam, quicquid agit, quoquo veſtigia movit*] Verſus hi propter inſignem elegantiam laudati ſunt ab Huetio, viro etſi iudicii non ſemper ſatis ſubtilis, tamen exquiſitae et copioſae eruditionis, in Huetianis. Regius, *Iamiam q.* Ed. Lipſ. cum nonnullis ap. Broukh. *quicquid veſtigia,* male. Tum liber Witt. Laudi cum Exc. Lipſ. et Corvin. *veſtigia flectit* ut Ovid. I. Met. 372.

— — — *flectunt veſtigia ſanctae*
Ad delubra deae.

Forte etiam tempus hoc melius conveniret alteri *agit.* (niſi quod temporum permutatio doctiorem rationem redolet, ut paſſim ad Virgilium notatum eſt.) Urſini liber: *tendit,* unus Anglic. *monſtrat.* Sed *veſtigia movere* aeque bene dictum ac *pedes movere,* quod paſſim ap. Ovidium.

8. *ſubſequiturque decor*] Regius, *conſequitur.* Reſpexit haec Fabius Inſt. I, 11, extr. *Neque enim geſtum oratoris*

toris componi ad similitudinem saltationis volo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

9. *Seu solvit crines, fusis decet esse capillis*] Ed. Rom. corrupte: *carnes: fusit decet etiam c.* H. *fusam decet esse capillos* H. Vossius recepit e cod. Voss. 3. Non secutus sum. W.

10. *seu comsit*] Ed. Rom. *se.* tum *comtisque est* Corvin. H. *veneranda venus* Ask. at in marg. *comis.* W.

11. *seu Tyria v. procedere palla*] Vulpius eleganter observat, in similibus exemplis fere addi praepositionem, ut Catull. 68, 134.

Fulgebat crocina candidus in tunica.

Cic. de Divin. I, 52. *Caesar cum purpurea veste processit.* Sed tamen et idem ille Or. in Pis. c. 38. §. 92. *Nocte intempesta, crepidatus, veste servili, navem conscendit.* Quod autem dictum: *voluit procedere*, pro, procedit, ita accipe, si placuit procedere. *praecedere* male Corvin. H. *Praecedere* Voss. 5. Mox *niveo* in Mon. — In Voss. 5. loco versus 12. legitur is qui ultimus est in huius libri carmine VIII. Atque is etiam hic finem facit in illo codice. Reliqui versus 12 — 24. repeṟiuntur infra in carmine III. post vers. 18. W.

13. *aeterno — Olympo*] *externo* alii; vulgari lapsu. unus Broukh. unus Heinsii cum alio libro, *aetherio*, ut ap. Virgil. Aen. VI, 579. quod non displicet Heinsio et Vulpio; et sic iam emendabat Statius. Supra III, 4, 17. *aetherius mundus* erat. Nec tamen, cur uni et alteri codici hic plus quam ceterorum consensui tribuendum sit, idonea caussa est. Olympus bene *aeternus*, seu propter durationem suam, seu, quem dii aeterni inhabitant. Ita eodem fere modo *Olympus aeternus* dictus, quo *Olympus omnipotens*, qui nos tantopere exercuit, apud Virgil. Aen. X, 1. οὐρανὸς χαλκοῦς convenit. Porro in Ed. Rom. excusum *Vertimus.* Scal. *Vortumnus.* cf. IV, 13, 7.

14. *mille decenter habet*] Ed. Rom. *decentis.* Dousa Praecid. c. 13. comparat illud Ovid. II. Am. 5, 44.

Spectabat terram: terram spectare decebat.
Moesta erat in vultu: moesta decenter erat.

Burman. ad Propert. IV, 2, 47. emendat *Mille habitus, formas mille decenter habet.* Hoc est variare versum, non emendare. H. Bern. *venturus.* Voss. 1. et Hamb. *Mille hunc.* Voss. 5. *decentius.* W.

15. *digna*

15. *digna est, cui*] a Regio abest *est.*

16. *Vellera det sucis bis madefacta Tyros*] *fucis* pro *succis*, post Heinsii coniecturam, Broukh. Sed Vulpius revocaverat *succis*, quia illi tribuuntur conchyliis et ceteris piscibus, praesertim testa munitis. At idem ille *succus*, si imbuendo et tingendo inservit, *fucus* appellatur; et pro hoc, exquisitiori vocabulo, fere semper in libris illud refinxere librarii facili lapsu, cum fere *fucus* scribatur, ut et h. l. in Rom. est. v. Heins. ad Claud. I. in Rufin. 208. ad Ovid. VI. Met. 208. I. Trist. 1, 5. cf. sup. ad I, 8, 11. *bis madefacta*, dibapha. Male Guelf. 3. *ter* a pr. m. H. Etiam Mon. *ter*, unde H. Voss. coniecit atque etiam recepit *permadefacta*. Caeterum *succis* etiam in H. Voss. apogr. omnibus. W.

17. *felicibus arvis*] unus Heinsii et alius Broukh. *herbis*. Ed. Rom. pro *metit, anetit*, mox *adoratae* — *segetis*, et, *rubror de l.* Venetae *rubor*. H. *Possidet atque* Mon. *unde* pr. *bene* in Voss. 1. deest *bene* in Voss. 5. *uvis* Voss. 4., at in marg. *arvis*. Vind. *herbis*. W.

19. *rubro de littore conchas*] Ita in vulgatis Edd. inde ab Aldina sec. et iam in Lips. legitur, et recte hoc susceptum est. Nam in libris, praeter unum Wittianum Broukhusii, et in vetustis Edd. Veneta 1475. Reg. Lep. Vicent. Romana, et Venetis hinc exscriptis, ubique *gemmas* conspicitur, male. Nam in mari margaritae, non gemmae leguntur. Noster supra II, 4, 30.

— a rubro lucida concha mari.

cf. Broukh. Pulcre imitatus est hos versus Sannazar. I. Eleg. 1, 53. H. *conchas* etiam in Voss. 5. a prim. man. at in reliquis apogr. H. Voss. *gemmas*, quod etiam in Zw. 1. 2. Hoc igitur H. Vossius recepit, laudans ille Broukhus. ad I, 9, 39. aliaque loca in notis criticis ad hunc locum et ad versionem suam. Caeterum *marmore* pro *littore* Voss. 3. W.

20. *Proximus Eois — Indus equis*] *equis* Scaliger de coniectura recepit, cum vulgo sit *aquis*. Sup. II, 3, 56.

Solis et admotis inficit ignis equis.

ubi constanter *equis* legitur, praeter unum Broukh., in quo *aquis*. In Propertio IV, 3, 10.

Ustus et Eoo decolor Indus equo.

ex Broukh. emendatione exculitur; in Edd. superioribus erat, *Eoa — aqua*. Sic et apud Senec. Herc. fur. 132. de Sole

caeruleis evectus equis,

 duo

duo MSS. habent *aquis*, quod Gronov. pater mavult. II. Loca allata nihil probant nisi confusionem frequentem vocabulorum *aqua* et *equus*. Indi proximi Eois aquis sunt extremi Indi prope Oceanum Indicum, ubi, ut Catullus dicit XL, 3—4., litus longe resonante Eoa tunditur unda. Tamen retinui *equis*, quod nunc praebet Voss. 3. Usitata enim et proba est compositio, qualis haec: *Indus niger, proximus Eois equis.* Sic apud Catull. 63, 3: *opera silvis redimita loca;* et 70: *algida Idae nive amicta.* Add. Virgil. V, 21: *litora fida paterna.* W.

21. *festis — Kalendis*] Ed. Rom. *vestris*. mox Reg. Lep. et Lips. *superba*, vitiose. *superbus* pro simplici, qui habet lyram.

23. *Hoc solenne sacrum multos celebretur in annos*] Versus Sulpiciae elegantia haud dignus, cum sententia, quae e trivio petita est, tum verborum iunctura. *Hoc sacrum, hae Kalendae Martiae, saepe celebrentur!* a puella? an a Musis? Disiungitur quoque versus ultimus a superioribus: *Hanc vos — Dignior est vestro:* dum alia sententia interponitur: *Hoc sollenne sacrum multos celebretur in annos.* Iam hic ipse versus varie legitur, ut interpolationem arguat. *celebretur* est vulgatarum Edd. inde ab Aldo lectio, quatuor saltem librorum, unius Gebhard. Witt. Ursin. et Anglicani, (quibus adde Guelf. 3.) auctoritate subnixa: quam revocatam esse a Broukhusio miror. Nam in libris fere, etiam in optimo Cuiaciano est, *hoc sumet*, in nonnullis *haec sumet, haec sumit, hoc sumat.* Unus Wittianus cum antiquissimo Eboracensi, *hoc fumet*, quod arridet, primo auditu, Regius, *hac sumet*, tres alii, *sumabit,* Ed. Ven. pr. et ceterae, ut Vicent. *hoc summet*, Ed. Rom. *firmabit*, (sed Venetae *hoc sumet*) Exc. Lipsii *hic servet;* ex quibus illud manifestum est, *celebrentur* veram lectionem esse non posse, unde enim istae variantes profectae essent? sed ad summum verae lectionis glossema. Salmas. ad Spartian. c. 13. p. 117. *multos hoc sumet* probabat, ut *sacra sumere* esset *suscipere*, μυεῖσθαι, quod recte improbat Broukh. Potest placere Scaligeri emendatio, *multos consumet*, vel *consummet, in annos. Con* quod scribebatur inverso circulo ᴐ facile mutari potuit in *hoc. Consummare sacrum* est quidem proprie perficere. Seneca Herc. fur. 1039.

Nondum litasti, nate, consumma sacrum.

sed tamen, ut *litare*, universe pro, *sacrum facere*, poni potest. Huius interpretamentum appositum erat *celebret:* quod

quod alius, ita tamen, ut metro accommodaret, tanquam ſibi notius, in textum recepit. Nec tamen vel ſic expeditus locus, cum ex emendatione hac non minus quam ex vulgata non niſi ieiuna ſententia exeat. Niſi totum diſtichon abiiciendum eſt tanquam ab inepto homine adiectum; ut ſententia ſaltem eſſet idonea et carmini accommodata, dicendum erat: diem ſollennem eiusmodi carmine celebrate, quod per multos annos memoretur et in laude ſit: nec enim alia puella veſtris carminibus dignior eſt. Ita leg. *multos celebrate per annos. Hoc ſumet* arridere quidem poſſit, ſi illa Virgilii Ecl. 7, 44. reputes:

Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.

ſed *fumare in multos annos* non bene diceretur. Neque placent Heinſii coniecturae: *Huic ſ. ſ. multos o duret in annos,* vel *Haec ſ. ſ. m. conſummet in annos.* H. H. Voſſii apogr. habent: *hoc* aut *haec ſumet, hoc ſummet* (quod etiam in Zwic. 1. cum gloſſ. marg. „totis annis verſetur"), *hoc ſumetur, hoc fumet, celebretur.* H. Voſſius de coniectura ſcripſit ita: *Haec ſolenne ſacrum multos ut ſumat in annos.* Iungit autem hunc verſum cum antecedenti verbo *cantate,* et *ſacrum ſumere* dictum ſtatuit ut ap. Terent. Adelph. II, 4, 23. et V, 3, 68: *Hilarem hunc ſumamus diem.* Mihi H. Voſſii ſententia vel ea de cauſa placere non potuit, quia *ut* haud dubie perperam illatum eſt; quare locum intactum reliqui. W.

24. *veſtro — choro*] Ita correxit Ed. Ald. ſec. pro eo, quod erat in pr. et quod vett. edd. et codd. fere habent, *noſtro toro,* varietate frequenti. v. II, 1, 88. at h. l. aberratione: nam ſuperbum eſſet poëtam de ſe dicere:

Dignior eſt noſtro nulla puella toro. H.

Tria apogr. H. Voſſ. *veſtro,* duo *noſtro choro* cum Zwic. alii item *noſtro thoro,* aut *veſtro thoro.* In Hamb. *nulla veſtro.* W.

C A R M E N III.

1. *Parce meo iuveni, ſeu quis bona paſcua campi*] Eadem verborum iunctura erat ſupra I, 2, 33. Ed. Rom. *iuvenis. Seu qui* eſt in uno Italico, et ſic emendabat Ayrman. Vit. Tib. §. 81. et praeferendum puto. Deinde unus Angl. *campis,* (cum Voſſ. 1, 2, 5. et Ald. 1. 2. W.) unus Broukh. *carpis,* Ed. Rom. *capis.* H. *Seu quis aper,* ut ſupr. I, 2, 17: *ſeu quis iuvenis.* W.

3. *acuiſſe*

3. *acuisse in praelia dentes*] Ita Scaliger ex Cuiaciano reposuit. Vulgo, sicque etiam Corvin. *in pectora*, vel *in pectore*. Ita aprum illa obtestatur, ne in puerum irruat. *Ne tibi sit*. In Guelf. 2. adscriptum: *ne velis*. Saltem *Neve velis*. H. *Praelia* iam in marg. Gryph. ann. 1573. H. Voss. codd. dant *pectore*. Zwic. *pectora*. W.

5. *Sed procul abducit venandi Delia cura*] Haec est librorum et Edd. antiquarum lectio, satis commoda, modo non per appositionem dictum accipias, sed *cura* sexto casu positum malis; ut iniquo animo ferat, Dianam iuvenem abducere a se studio venandi. Scaliger legebat *devia cura*, quia in deviis saltibus venatur. Melius Heinsius *in devia*: quod Scaligerana lectione praestat, iuncturam tamen verborum habet molestam. Alterum idem vir ingeniosissimus proposuit: *abducit venanti Delia curas* h. puellae amorem animo excutit, quod etiam Broukh. recepit. Ita recte sequitur imprecatio in silvas; et ne putes, id minus latinum esse, ipse Heinsius locum III. Rapt. Proserp. 19. laudat:

Abduxere meas iterum mortalia curas.

ubi similia attulere Intpp. otiosum tamen sic *procul*. H. Voss. 1. 4. *venanti cura*. Voss. 5. *obducit venanti cura*. Voss. 3. *curam*. Lectiones fortasse non plane negligendae. W.

6. *O pereant silvae*] unus Italicus, *O valeant*, ut sup. II, 3, 67.

O valeant fruges, ne sint modo rure puellae.

conf. II, 6, 9. Sed et alterum nostro frequens. I, 1, 51.

O quantum est auri pereat potiusque zmaragdi.

II, 4, 27.

O pereat, quicunque legit viridesque zmaragdos!

III, 4, 62.

Ah pereat, didicit fallere si qua virum!

II, 3, 75.

Ah pereant artes et mollia iura colendi!

7. *Quis furor est, quae mens*] Ita I, 10, 33.

Quis furor est atram bellis arcessere mortem!

et Ovid. III. Art. 172.

Quis furor est census corpore ferre suo?

Broukh.

Broukh. ex Dousae not. c. 7. et Heinsii Adv. I, 13. emendatione reposuerat, *Quis furor est, demens,* quod recte, unde venerat, abire iussit Vulpius. *quae mens* vi iuncturae cum altero: *Quis furor* est h. l. quae insania, et exprimit Graecorum θυμός. Ovid. III. Art. 713.

Quid tibi mentis erat, cum sic male sana lateres,
Procri? Quis attoniti pectoris ardor erat?

Horat. I. Epist. 2, 59.

— — — *Qui non moderabitur irae,*
Infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens.

Ubi egregie scripturam receptam contra Stephanum, qui *exmens* legebat, tuetur Bentleius. Porro Regius cum duobus Wittianis, uno Broukh. et Anglic. *Quis furor ô quae mens,* elegantius vulgata lectione. Colbert. vero, *Quis furor, aut quae mens.* Sed tamen et I, 10, 33. *Quis furor est atram bellis arcessere mortem!* H. *Quis furor o! quae mens* quatuor codd. Voss. *Quis furor est, o! quae mens* Mon. Goth. Illud H. Voss. recepit. — Pro *colles* idem vir doctus scripsit *saltus* de coniectura. Caeterum pr. *densos* Goth. *densa,* Voss. 2. *denso si.* Voss. 1. *callens.* — *claudendo* Goth. pr. *claudentem,* Ask. *condentem,* in marg. *claudendo.* W.

8. *teneras laedere velle manus*] Vir doctus in Actis Soc. Trai. p. 193. coni. *vepre* ingeniose quidem, nec tamen probabiliter; nam usus verbi *velle* Tibullo est sollennis, et manus indaginem tendentis multis modis laedi possunt, non modo vepre.

10. *hamatis — rubis*] Ed. Rom. cum nonnullis scriptis, *armatis,* recte prae illo spretum a Broukh. Ovid. II. Met. 799.

Tangit, et hamatis praecordia sentibus implet. H.

De confusione verborum *armatus* et *hamatus* egit Burm. Anthol. T. I. p. 502. Voss. 1. *amatis.* Ask. *rubris.* W.

12. *geram* a pr. m. Guelph. 2. *Ipse* Ask. a pr. m. *torva* Goth.

13. *cervae*] Broukh. ex ingenio, pro vulgato *cervi,* reposuit, ne sibilus τοῦ *i* ingratus offenderet; aut potius e more poëtarum. *Quaerere* vestigia, ut Callim. Epigr. 33. διφῶν ἴχνια δορκαλίδος. H. *cervae* Bern. et Mon. quod retinuit H. Voss. Caeteri omnes *cervi,* etiam Hamb. Goth. Zw. 1. 2. Hoc reduximus. *Ipse* Ask. pr. *ipsa* a pr. man. W.

14. *et demum celeri ferrea vincla cani*] Ovid. VII. Met. 769.

Copula detrahitur canibus.

et VIII.

et VIII. Met. 331. qui locus a Vulpio laudatus est: — *pars retia tendunt, Vincula pars adimunt canibus.* Propert. II, 15, 20. loco cum hoc comparando:

Incipiam captare feras, et reddere pinu
Cornua, et audaces ipse monere canes.
Non tamen ut vastos ausim tentare leones.

Ubi non video, quid sibi eruditissimus Broukh. cum sua lectione unius Groningani libri, *temerare leones,* velit. *Temerare* semper notionem religionis habet: sic *temeramus sacra, thalamos,* et alia, quae non licita aggredimur. Contra *tentare feras* pro lacessere, aggredi, bene dictum. Ortum autem *temerare* ex scriptura *temptare.*

15. *Sic, l.*] Ex Heinsii emendatione reposuit Broukh. vulgo, *Si.* quod non spernendum erat. Mox Rom. *arguat.* H. *Sic* Voss. 2. 3. Caeteri *si,* ut Hamb. Zwic. 1. 2. Goth. *lux si.* Reduxi *si,* quod pro *etiamsi, licet* acceptum (Cic. Off. III, 8.) commodum praebet sensum. W.

17. In Corvin. turbatus ordo versuum; nam 19. 20. sunt ante 17. et 18. retracti.

18. Voss. 1. *da* pr. *ne.* Goth. *nam* et *turbat.* Zwic. 1. *turpet,* sed correctum eadem, ut videtur, manu *turbet.* Voss. 2. 3. *cupide.* Voss. 5. *veniens cupida* a pr. m. W.

19. *Nunc*] Sic recte Broukh. e libb. pro vulgari: *Tunc.* H. *tunc* duo Voss. Goth. et Zwic. 1. *tunc me sine* Hamb. W.

20. *Caste puer, casta retia tende manu*] Hanc lectionem revocavit Broukh. ex antiquis Edd. et ex uno Colbertino, adde nunc et Regium et Guelf. 2. Scaliger reposuerat *tange,* quod est in plerisque et optimis libris, etiam in Ed. Ven. pr. Vicent. Rom. Lips. et Venetis; adde Corvin. et habet hoc quod placeat: cum castum esse velit puerum, dicere potuit: more ipsius deae castus maneas; et pro hoc: castus tange, tracta, retia. Cum tamen *retia* nulla res sacra sint, quam castis et puris manibus attingere fas sit, vix locum habet; quanquam illud ex *tende* factum esse credere non possum. Forte utrumque corruptum ex voc. *pange,* quod iam viris doctis in mentem venit. *Pangere retia* est figere. Heinsius coniiciebat *pande,* quod cum *tendere* permutatum ap. Ovid. IV. Met. 512.

— — — *his retia pandite silvis.*

Porro Regius, *Casta, puer, c. retia t.* H. *tange* octo apogr. H. Voss. qui hoc recepit. W.

21. *Et*

21. *Et quaecunque meo furtim ſubrepet amori*] *ſubrepet* Broukh. ex uno Statii tacitus recepit, ut et in Regio eſt, et iam Heinſius ex Schefferi libro emendabat; vulgo, *ſubrepit*. Ed. Rom. male, *quicunque*. Porro Scaliger e ſuis laudat *At quaecunque*. In nonnullis *Aut;* quod et Vicent. ed. habet, et praeferendum videtur; niſi *At* praeſtat ſcribere. H. *Aut* recepit H. Voſſius. Tamen apogr. eius habent *Et*. un. *tuo*. un. *caſto* pr. *furtim* ex antecedent. *ſubrepet* ſex apogr. H. Voſſ. Caeteri *ſuprepit*, cum Zwic. W.

22. *Incidat in ſaevas diripienda feras*] Palat. quintus Gebh. *et ſaevis* — *feris*. H. Etiam Goth. perperam *et ſaevis*, quod arripuit H. Voſſius. W.

eod. *concede parenti*] Broukhuſii librorum unus, *parumper*.

24. *et celer in noſtros ipſe recurre ſinus*] Iam notarunt viri docti, hinc eſſe effictum illud Ovidii Epiſt. 15, 93.

Huc ades, inque ſinus formoſe relabere noſtros. H.

Voſſ. 2. *noſtro ſinu*. Bern. *pedes* pr. *ſinus*. W.

CARMEN IV.

1. *Huc ades et tenerae morbos expelle puellae*] Ed. Lipſ. cum Reg. Lep. et Exc. Perreii ac Colotii, *Huc ades o*, non male. Deinde Livineius et Guyetus corrigebant, *depelle*, ut etiam eſt in uno Broukh. et Thuaneo. Hoc quidem uſitatius. Ovid. Epiſt. 21, 175.

Turpe tibi eſt, illum cauſſas depellere leti.

et alibi. Sed et Horat. iam a Broukh. laudatus II. Epiſt. 2, 137.

Expulit helleboro morbum bilemque meraco. H.

o etiam Zwic. 2. perperam. *depelle* Voſſ. 5. Hoc recepit H. Voſſius. Sed nonniſi invitus recepit vocabulum non contemnendum; ipſe enim mavult *averte* ex Horat. Epiſt. II, 1, 136. Mox *ſuperbe lyra* Goth. et Voſſ. 5. W.

3. *nec te iam*] Neſcio unde *nec iam te* admiſſum fuerit. Eſt tamen in Guelf. 3. H. Idem in Voſſ. 5. et Mon. quod fortaſſe praeferendum. Reliqui tamen alterum. *Nec enim te* in marg. Gryph. *te iam* probat H. Voſſius. — Verſ. 4. et ſequentes in Voſſ. 5. leguntur infra poſt v. 7. carminis VIII. W.

5. *ne*

5. *ne macies pallentes occupet artus*] *tabentes* ex emendatione Heinſii recepit Broukhuſius. cf. Horat. III. Od. 27, 53. quia mox verſu proximo *pallida membra* in vulgatis edd. memorantur. Sed vide ad vſ. ſequ. Pro *ne* in nonnullis *neu*, quod commodiorem locum habet verſu ſequ. H. *neu* etiam Muretus. *pallentes* Voſſ. 4. perperam. W.

6. *Neu notet informis pallida membra color*] Broukh. malit *ſqualida* h. illuvie et paedore obſita, ut in morbis fieri ſolet. Sed hoc nimis grave et horridum pro culta puella. Tum *pallor* in morbis et febribus proprie dicitur. Ovid. Epiſt. 21, 15.

Quam tibi, nunc gracilem vix haec reſcribere, quamque
Pallida vix cubito membra levare putas.

et v. 215.

Concidimus macie: color eſt ſine ſanguine.

In Ed. Rom. legitur, *candida membra:* cui egregie opponitur *informis color.* Hoc ſi ſequamur, in ſuperiori verſu aliena emendatione haud indigebimus. *infirmus* male Corvin. H. *Candida* nunc etiam in Ask. et Bern. repertum. Caeteri aberrant. Zwic. 1. *palida,* quia ſemper hic codex una *l.* h. voc. utitur. W.

8. *devehat amnis*] eſt ex Heinſii emendatione a Broukh. receptum. Vulgo legitur, *evehat.* H. *devehat* etiam Voſſ. 1. nam Goth. apogr. quod apud nos eſt, *vehat amnus* habet. H. Voſſius reduxit *evehat,* quod eſt in caeteris omnibus, etiam Zwic. *annis equis* Voſſ. 3. W.

9. *quicunque ſopores, Quicunque et cantus corpora feſſa levant*] *ſopores,* ὑπνωτικά, Broukh. ex optimo Wittiano, uno Angl. et Commel. repoſuit. In Ed. Rom. ſic, ut in uno Gebh. et Colot. Exc. *ſopore* et mox *cantu.* Reliqui omnes cum praeſtantiſſimo Cuiaciano, etiam Corvin. tuentur *ſapores,* quos vocant medici ſuccos expreſſim collectos, τοὺς χυλούς. cf. Scalig. ad h. l. Hos quidem ego hic convenientiores iudico; *ſucci* enim *herbarum,* et *herbae* adeo ipſae, cum *cantu* fere coniunctim memorari ſolent tum in morbis levandis, tum omnino in re magica, ut modo IV, 1, 62. vidimus, ex qua fere peti ſolebant auxilia in morbis gravioribus. Praeterea poëta hic remedium potius, quo morbus tollatur, quam, quo ſomnus, quod alias nec difficile factu eſſet, ad tempus adducatur, Phoebum rogare debere videtur. *Sapor* et *ſopor* etiam permutata ſup. I, 7, 35. In

Guelf. 2.

Guelf. 2. correctum *lepores*. H. *ſapores* ſex apogr. H. Voſſ. (Goth.) quod ſecutus Heynii iudicium recepi cum H. Voſſio. — *levat* Voſſ. 3. *levet* Goth. — Voſſ. 5. *levent*, quod arripuit H. Voſſius. In marg. Gryph. ad *feſſa* legitur *noſtra*. — Mox v. 11. Mon. *facta* pr. *fata*. — v. 12. Voſſ. 5. *cum*, ſuperſcr. *pro*. — Bern. *miranda*. W.

13. *Interdum vovet*] In libro Laudi, ſollenni errore, *fovet*, quod miror Broukh. placere potuiſſe, cum hic oppoſitionis lex illud plane non ferat. H. Pro *vovet* Voſſ. 1. *movet*. Goth. *meret*. Zw. 1. *fovet*. Pro *quod* Hamb. *que*. W.

14. *Dicit in aeternos aſpera verba Deos*] Ed. Rom. *Vicit*. Eadem cum Venetis, Brix. et uno Gebh. *impia verba*, ut I, 3, 52.

Non dicta in ſanctos impia verba Deos.

et II, 5, 14.

Impia in adverſos ſolvimus ora Deos.

cf. I, 2, 80. III, 4, 15. ex quibus locis aliquis illud effinxiſſe videtur.

15. Quatuor ſequentia diſticha alii alio ordine exhibent. Vulpius eum, quo poſuimus, ſervat, ſecundum edd. ex Ald. ſec. ductas, etiam Plantin. Scaligerana vero turbato ordine Aldinam pr. ſequuta cum Rom. Venetis, Reg. Lep. et Vicent. ac Corvin. (ſic codd. Guelf. omnes) in hunc modum:

Pone metum
At nunc tota
Phoebe fave
Nil opus eſt.

Broukhuſius Statium et eius libros ſequutus ita:

Pone metum,
At nunc tota
Nil opus eſt
Phoebe fave. H.

Notante H. Voſſio in antiquiſſimis editionibus, etiam Aldina prima et ſecunda, ordo fuit hic: *At nunc* — *Phoebe* — *Nil opus*. Hunc ſequuntur etiam H. Voſſii apogr. et Zw. uterque. In Goth. verſ. 17. 18. et 20. deſunt. Primus Muretus mutavit hunc ordinem, et ultimum diſtichon: *Nil opus* — primo loco poſuit. Secuti ſunt Statius, Pulmannus, Tuſcanella, Paſſeratius, Gebhardus, Cantabrigienſis, Vulpius, Heynius. Statius quidem poſtquam memoravit, in duobus e ſuis

e ſuis diſtichon: *Nil opus* — poſt alterum: *Phoebe* — legi, addit: Itaque legendos et hoc loco puto ſimul ponendos; *Phoebe* —, *Iam celeber* — *Tum te felicem*. Non dixit diſertis verbis, diſtichon; *Nil opus* ante diſtichon: *Phoebe* — collocandum eſſe, quod tradidit falſo Broukhuſius. W.

15. *non laedit*. Guelf. 4. *non laeſit*.

16. *Tu modo ſemper ama*] Videtur τὸ *ſemper* ad noſtrum ſenſum paullo ieiunis poſitum eſſe, pro conſtanter.

19. *At nunc*. Malim *Et nunc*: Etiam nunc illa tota tua eſt; aut *Ac nunc*, quod et in Guelf. 3. legitur. Pro *candida* Heinſ. coniiciebat *languida*, ſatis languide. Pro *ſecum* Laud. *ſemper*. H. *At* unice verum. Oppoſita haec ſunt verſ. anteced. Neque *candida* mutandum, quippe aptiſſimum ſententiae. Similiter *violenta* I, 6, 47. Add. Virg. Aen. 4, 496. W.

20. *et fruſtra credula turba ſedet*] Cyllenius ita commentatur: *ante torum ſtat vel ante fores aedium*. Broukhuſius, Statium ſequutus, de amantibus fores ac limen obſidentibus accipit, ut I, 1, 56.

Et ſedeo duras ianitor ante fores.

Et ſolet ita id hominum genus inprimis aegrotante domina. Ovid. Epiſt. 20, 129.

Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
Anxius huc illuc diſſimulanter eo.

Sed durum eſt *ante fores* extra orationem poëtae aſſumere. Vulpius de amantibus in deorum aedibus ſedentibus et pro domina vota facientibus intelligit, ut ſup. I, 3, 30. Mihi videbatur convenientiſſimum eſſe de turba amatorum accipere, qui aegrae puellae aſſiduo praeſto ſunt. Ovid. Epiſt. 21, 191. de ſponſo Cydippes;

Aſſidet ille quidem, quantum permittitur ipſi.

cf. Epiſt. 20, 134. Solent enim ſub officii nomine inviſere aegrotantes amatores et lecto aſſidere. *credula turba* eſt, quae ſe credit amari a puella; ſed ex omni parte placet, quod eſt in optimo Wittiano, duobus Anglic. et uno Statii, *ſedula turba*, quod belle exprimit officioſam operam, ſollicitam et ſaepe ineptam curam, diſcurſitationem, varia molimina amantium, dum miniſtrant medicamina, ſtragula admovent, effingunt manus vel digitos, tentant ſalientem pollice venam, et alia. In Ed. Rom. *garrula turba* expreſſa eſt. Poteſt et hoc locum habere in vera hominum vita; non vero in poëta. Pro

Pro *ſedet* Eboracenſis cum alio *canit*. H. *Sedula* etiam in Bern. ſed nihil mutandum. W.

22. *In uno Corpore ſervato reſtituiſſe duos*] Regius cum duobus Italicis *ſervatos*, et hoc adeo ſuavius dictum videtur. Duxit hinc colorem Ovid. II. Am. 13, 15. iam a Broukh. laudatus:

Huc adhibe vultus, et in una parce duobus.

Sed et ſic Propert. II, 21, 41.

Sic non unius, quaeſo, miſerere duorum:
Vivam, ſi vivet: ſi cadet illa, cadam. H.

ſervatos Voſſ. 1. Sed nihil mutandum. Hamb. *ſanato*. Voſſ. 3. *et conſtituiſſe*. Caeterum adde Ovid. Her. XX, 234.:

Quid dubitas unam ferre duobus opem? W.

23. 24. *Iam celeber, iam laetus eris, cum debita reddet Certatim ſanctis laetus uterque focis*] In libris etiam in altero verſu *laetus uterque* legitur; e coniectura *lotus* emendarat Broukh. quod Vulpius ſervavit: ad meum tamen ſenſum dilutum illud et vapidum eſt. Melius Heinſius coniiciebat: *ſoſpes uterque*. Sed viri praeſtantiſſimi vocem *laetus* loco, unde non debebat, expuliſſe, quo non conveniebat, reliquiſſe videntur. *Vota ſolvimus laeti*, unde in monumentis frequens occurrit V. S. L. M. Igitur recte dictum erat in noſtro: — *cum debita reddet laetus uterque focis*. Contra *celeber* (ut *celeber deus*, κλυτὸς, II, 1, 83.) *laetusque* non bene iunguntur h. l. ubi de fama et celebritate, quam ſit ſibi comparaturus Deus, puella ſervata, agitur. Forte leg.

Iam celeber, iam clarus eris.

lapſus ab hoc ad illud facilis fuit et proclivis. Praeſtaret tamen: *Iam celeber, iam magnus eris*. Cyllenius in ſuo habuerat *tutus*, et addit: *quantum ad amorem rivalium procorumque*. Nempe ad Cerinthum haec referebat. H. Bene habet *laetus*. — Pro *reddet* H. Voſſius recepit *reddent* ex Hamb. *tutus eris* Voſſ. 1. *levis* Bern. a pr. m. *erit* Goth. W.

25. *dicent pia turba*] Broukh. ita repoſuit pro *dicet*, quia ſic optimi ſcriptores, ſed contra libros eiusmodi loquenti rationes mutare non auſim. H. *Dicent* Voſſ. 1. 3. 4. Sed verum *dicet*. W.

26. *artes — tuas*] Rom. cum Venetis *ſuas*: ut et Guelf. 4. Suaviter vero ad deos translatum videmus id, quod inter medicos forte locum habeat: inprimis ſi opiparum ſoſtrum acceſſerit. H. *Optabit* Voſſ. 2. W.

CAR-

CARMEN V.

1. *Qui mihi te, C. dies dedit, hic*] Ita Scaliger e Cuiac. restituit. Vulgo ubique legitur: *Est qui te, C. d.* ut iungendum foret: *Est hic dies mihi sanctus.* Sed corruptio nata inde, quod voc. *mihi* excidisset. cf. sup. ad IV, 1, 39. H. *Set qui te* Goth. H. Vossius cum Guyet. suspicatur scripsisse Tibullum *Et qui te.* Non tamen recepit. *Est qui te* etiam H. Voss. apographa et Zwic. uterque. — *mihi hic sanctus* Hamb. Mox *festas* Bern. *sanctos* Voss. 3. W.

4. *dederunt*] Nostri et Guelf. omnes cum aliis *dederant.* paullo ante Ed. Rom. cum Guarner. *puelle* h. *puellae.* H. *dederunt* quatuor apogr. H. Voss. *dederant* quatuor alia (Hamb.) cum Zwic. 1. 2. tamen in Zwic. 1. superscript. „al. dederunt". Goth. *deerant.* W.

6. *de nobis*] Frustra quaesivi id, quod malim, *de nostro* sc. igni. Aut: *si tibi, qui nobis, mutuus ignis adest.* H. Voss. 5. *vobis.* Voss. 1. *Sim tibi nec nobis.* H. Vossius scripsit: *Si tibi nobiscum* de coniectura. Caeterum v. antecedent. *quod uxor* tria apogr. H. Voss. W.

7. *per te d.*] Ed. Lips. cum aliis *te per,* nonnulli *tua per.* Male. H. *tua per* Ald. 1. 2. Muret. *te per* Zwic. — Voss. 5. *verba,* sed superscr. *furta.* W.

9. *Magne Geni, cape*] Commune omnium deorum epitheton, Genii etiam, esse in lapidibus, docet Broukh. ad h. l. Est vero *Magne* ex correctione Scaligeri, quanquam iam in Gryph. 1546. ita inveni exaratum; vulgo *Mane Geni* in libris et Edd. etiam Corvin. legitur, quod ab antiquo voc. *Manus,* h. sanctus, bonus, (v. Varr. de LL. V, 2.) ductum putandum; habetque hoc doctrinae speciem, modo in eo carmine nunc versaremur, ubi eruditae orationis aliqua laus esse posset. In Regio in margine appinxerat aliquis ἀμφιβραχύς. Nempe is ἀπὸ τοῦ *manere* esse crediderat, ut *mănē Gĕ* eiusmodi pedem constitueret. At τὸ *manum* primam longam habere debet, ut *Manes,* quod inde deductum. Deinde quatuor Stat. Colb. Bodlei. Thuan. Rom. cum Ald. pr. *Mane veni.* quod in Venetis statim mutatum. Tres Italici cum Pocchi et Perreii Exc. *Alme Geni,* quo Lips. Exc. cum alio libro alludunt, in quibus *Alme veni.* Videri potest adhuc aliquid latere, quod non assequor. *Alme Geni* tamen pro vera lectione habeo: nam et consentaneum hoc verbum Genio Natali, et in principio versus in corruptelam proclive fuit: *Alme* in *Mane.* Arguit autem haec duplex lectio, ex binis saltem fontibus nostros scriptos huius

huius quarti libri fluxiſſe. H. *Mane* ſeptem apogr. H. Voſſ. (Hamb. Goth.): accedunt Zwic. 1. 2. quod recepit H. Voſſ. — *magne* quatuor codd. Voſſii. — Pro *Geni* Goth. apogr. quod apud nos eſt, *veni.* idem ſuperſcr. in Ask. et Zwic. 1. W.

eod. *cape dona libens*] recte quidem Genio tura dantur. vide I, 7, 53. II, 2, 3. probarique adeo hactenus vulgaris lectio poterat: *tura,* ut ſit: *cape tura libens.* At libri aliud ſuadent; nam Exc. Lipſii *vota.* Uterque Wittianus, unus Heinſii, et duo Anglic., bonae notae libri, *cape dona;* quam veram eſſe lectionem, *tura* vero eius interpretamentum, dubitari vix poteſt, itaque revocandam eſſe duxi. cf. Burman. ad Ovid. Epiſt. 6, 77. Mox liber Heinſii, *donisque faveto.* H. *dona* Voſſ. 3. 5. in hoc ſuperſcr. *thura.* W.

10. *Si modo, cum de me cogitat ille, calet*] extremum vocabulum eſt in multis vulgatis Edd., tribus Ital. et Exc. Pocchi; reliquos omnes occupavit *valet* et Ald. 1. 2.; ut ſup. II, 3, 6. *calidus* et *validus* in libris variabat. Scaliger in Cuiacii libro invenerat *volet* (hoc ſenſu: amore uritur. cf. ad II, 3, 73.): hoc ille probavit, hoc recepit; non venuſte. Nam *velle,* ſi amoris vocabulum eſt, paullo inceſtius et impurius ponitur, ut paſſim in Luſibus liberis. Neque Broukhuſio *volet* placuit. *Calet,* quod Muretus dedit (et in Ask. legitur), vera lectio eſt, qua ſignificantur ſubiti illi ſanguinis animique motus, quotiescunque amatae puellae recordatio animum ſubit, aut repente mentio fit; adiectum autem eſt: *cum de me cogitat.*

11. *Quod ſi — ſuſpirat*] in multis apud Broukh. Guelf. 2. a m. pr. *ſuſpiret.* H. *ſuſpiret* etiam Hamb. Goth. Bern. Voſſ. 2. Recepit hoc H. Voſſ. male. — *Qui ſi* Voſſ. 2. 3. W.

12. *Tu precor*] ex uno Italico emendavit Heinſius, recepit Broukh. vulgo, *Tunc.* Supra II, 3, 64.

Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus. H.

Tu quinque apograph. H. Voſſ. *Tunc* Hamb. Goth. Zwic. — H. Voſſius ſcripſit *Tum.* W.

13. *Nec tu ſis*] Sic etiam Regius et Guelf. 2. 3. cum Ed. Rom. in multis libris et in vulgg. Edd. ante Scalig. etiam in ant. edd. legitur: *Nec ſis nunc.* Unus Colb. *Vel tu ſis,* unus Broukh. *Nec tu ſis:* nempe omiſſum *tu* iſtas turbas dedit, ut toties evenit. v. Obſſ. ad IV, 1, 39. H. *Nec tu ſis* ſeptem apogr. H. Voſſ. in Voſſ. 1. deeſt *tu.* Voſſ. 5. cum Zwic. Goth. *Nec ſis nunc.* Mox pr. *vincl.* Hamb. *colla.* W.

16. *Nulla queat poſthac nos ſoluiſſe dies*] Hoc placebat Statio e libris, et ſic Scaliger reſcripſit; nec aliter vett. edd. Regius,

Regius, ut liber Laud. cum duobus Anglic. apud Broukh. *dissoluisse*; nonnulli, *vos soluisse*; unus Stat. *quae soluisse*; Colbertinus *quam soluisse*; et sic fuit in vulgg. Edd. inde ab Ald. I. II. et Mur., etiam in Romana; nunc et in Guelf. 3. haud dubie vere; ideoque revocavimus. H. Veram lectionem *quam* dant Ask. Mon. Goth. Similem posituram relativi vid. apud Iuv. II, 40: *Sed tamen unde Haec emis, hirsuto spirant opobalsama collo Quae tibi?* Voss. 1. *quae*, 4. *qua*, in marg. *nos*, 3. *dissoluisse*. Pro *queat* Voss. 3. *valet*; *post* pr. *posthac* Bern. W.

17. *sed tectius optat*] non tam invidiae et fascinationis metu tacite vota concipit, de quo more supra ad II, 1, 84. aliquid monitum est, sed prae pudore, ut v. sequ. ipse interpretatur. Nisi hoc mirum videatur, iuvenem verecundiorem esse puella. Sed apparet, Sulpiciam eum aetate, adeoque usu et experientia, antecessisse, et, mitis Veneris sacris initiatam, iam pudorem tenerae istius aetatis ineptum deposuisse. (nisi quoque nobilitate generis eum longe praecessit. cf. ad pr. Eleg. II.) *Tectius* vero olim Muretus et iterum Broukh. e septem bonis libris reposuit: vulgo *tutius* legitur. H. *tectius* Voss. 4. caeteri *tutius*. Mox *Nam* vid. Obss. I, 9, 46. Pro *Nam* Voss. 3. *Non*. Pr. *haec* Voss. 1. cum Goth. *hic*. W.

19. *quoniam deus omnia sentis*] Ita cum scribitur, accipi necesse est: quoniam omnia sentis, tanquam deus. Praestat tamen iungere *Natalis deus*, adeoque interpungere: *At tu, Natalis, quoniam, deus, omnia sentis.* ut sit: At tu, Natalis deus, q.

20. *clamve palamve*] duo Broukh. *clamne palamne*, quod ille recepit. Sic Ovid. III. Met. 256.

> *Sola Iovis coniux non tam, culpetne probetne,*
> *Eloquitur.*

Sed et ibi in libris, *culpetve probetve*. H. *clamne palamne* Muretus, Pulmann. Passeratius. Ac consentiunt cum duobus Broukhusii Ask. Goth. Bern. In Mon. *clamne palamve*. Obsequutus Bentl. ad Horat. Sat. I, 2, 63. cum H. Vossio recepi: *clamne palamne*. — Ask. *referat*. W.

CARMEN VI.

1. *Natalis Iuno*] Ed. Rom. *Natali*.

eod. *sanctos cape turis honores*] hoc ex duobus, altero suo, altero Heinsii, admodum recentibus, reposuit Broukh. Vulgo

Vulgo *turis acervos*, ut IV, 1, 34. cf. II, 5, 6. Sed tamen epitheton *ſanctus* videtur accommodatius eſſe *honoribus*. *Turis honores* iam ſupra memorati, I, 7, 53. quia tus in Deorum honorem accenditur, et *honos* omne dicitur, quo mortales Deum veneramur. vide Broukh. ad h. l. *Capere* vero modo fuit Carm. V, 9. H. Vera lectio repoſita a Broukhuſio eſt etiam in Ask. Voſſ. 3. Goth. W.

2. *docta puella*] Epitheton hoc in puellis ſemper refertur ad ſtudium artis poëticae, v. c. Ovid. II. Am. 4, 17. inquit Broukhuſius. Sed ea ipſa exempla, quae affert, probant, illud interdum latius patere. Sic in Iuvenale Sat. 6, 444. *docta*, quam deſcribit, *mulier enthymemata torquet*, et *hiſtorias ſcit omnes*, Grammaticam etiam intelligit. Et illa Sempronia apud Salluſt. Catil. 25. *litteris Graecis et Latinis docta fuit;* id vero ad philoſophiam, hiſtoriam, et omnia, quae lectione addiſcuntur, referendum; de poëtica arte ille demum ſubiungit: *ingenium eius haud abſurdum; poſſe verſus facere.* Sed h. l. ad poëtices ſtudium, a quo puella non aliena fuiſſe videtur, referre et ipſe malim, quam cum Vulpio ad ſacrorum diſciplinam, qua imbuta fuerit puella. *Doctus* enim ſimpliciter pro ſacrarum rerum perito vix dici poteſt. Nec in hoc carmine de religionum ſtudio agitur.

3. *Tota tibi eſt hodie*] Canterus et Demſterus ad Roſin., ut Vulpius notavit, *Lota* emendarunt, quod languere recte ille dicit. Guyetus cum Livineio et Ayrmanno in Vita Tibulli §. 81. legunt: *Tota tua eſt hodie.* Sed hi exquiſitiora in trita et vulgaria mutant. Nam *tibi* eodem ſenſu dictum eſt. Mox Guarner. *ter ſe l.* H. Mox Ask. *ſuos*, ſuperſcr. *tuos*. W.

5. *ornandi cauſſas*] Reg. Ed. Lipſ. cum plerisque, etiam Ald. pr. *orandi*, male. H. Aberrant etiam Zwic. uterque, Hamb. Goth. Bern. — Mox Voſſ. 5. *et* pr. *eſt*. Goth. *enim* pr. *tamen*. W.

6. *cui placuiſſe*] Ven. 1500. *qui*.

7. *ne nox divellat amantes*] Ita Broukh. repoſuit ex aliquot libris: et ſic iam Muretus ediderat. In multis aliis, Ald. 1. 2., etiam in Ed. Lipſ. et Corvin. eſt, *ne nos*, quod eo alludit. Guelf. 3. *ne nos*, emendatum *nox*. Scaliger, neſcio unde, legebat *ne quis*. Regius cum Ed. Rom. et octo libris ap. Broukh. etiam in Guelf. 1. 4. exhibent, *neve id;* Colot. Exc. *ne quid*. In Guelf. 2. *ne nos* cum var. lect. *neu quis. nec nox*. Ad ſenſum hoc accommodatiſſimum; ſed eſt

 elumbe

elumbe et exile. Latet forte aliquid, nam vulgata ſatis ſibi non conſtat. H. Recepi *ne quid* cum H. Voſſio, poſtulante nexu ſententiarum. Primum enim quae anteceſſerunt eiusmodi ſunt, ut noctis mentio inopinata veniat nec tranſitus paratus ſit ad hanc notionem. Deinde etiam pentameter qui ſequitur cum particula *ſed* in fronte poſita ita refertur ad verba: *fave, ne* —, ut oppoſitio ſententiarum ſibi non conſtet retento vocabulo *nox*. Caeterum *nox* eſt in tribus apogr. H. Voſſii, in quatuor *nos* (Goth. Hamb.) et Zwic. 1. 2. In Ask. *neve.* In Voſſ. 3. 4. *neve id.* W.

8. *Sed iuveni q.*] Adverſativa hic videtur parum commoda eſſe. Melius *Et* legeris. H. Nunc non opus hoc. W.

9. *ulli — puellae*] Sic Ed. Rom. Venetae, Aldinae, Muret. et hinc ceterae cum libro Urſin. et Colbert. adde Guelf. 4 Ceteri maiore numero, etiam Corvin. *ulle* vel *ullae*, quod Scaliger repoſuerat. Nec dixeris, utrum hoc ex librarii inſcitia, an poëtae affectatione venerit. Certe rhythmum ingratum auribus verſui inferret. H. *Si* pr. *Sic* Voſſ. 3. cum Zwic. 1. *componas* Hamb. *ullae* etiam Zw. 1. 2., ſed ille in marg. *ulli*, hic addit gloſſ. interl. *alteri*. H. Voſſius, cui in erroribus *ullae*, *ulle*, *velle* latere videbatur *eſt* ſive *é*, ſcripſit: *ut nulli eſt* pr. *ulli non*, in quo neminem aſſentientem habebit. Caeterum *ullae* et *ulle* quinq. apogr. H. Voſſ. *illae* Voſſ. 1. W.

10. *cuiquam*] in nonnullis *cuidam*, male. H. *ut* pr. *aut* Voſſ. 2. *cuidam* Hamb. cum Ask. *ulli* pro eodem Goth. W.

11. *vigilans — cuſtos*] *Neu* utique malim. *At tu, ſancta, fave, ne — Neu poſſit.* Porro *vigilans* Broukh. ſine ulla librorum auctoritate mutarat in *vigilax*. Concedo, ſaepe hanc voculam in poëtis corruptam, et praeferendam eſſe, ubi libri variant. Sic ap. Ovid. II. Met. 779. ubi *vigilacibus excita curis* ex potioribus optime reſtituit Heinſius, quem vide. Sic et in ſimilibus non raro factum. In iisdem Metamorph. I, 333. *conchaeque ſonaci* haud dubie melius cum melioribus legitur, quam cum aliis *ſonanti*. Sed eiusmodi delicias contra omnium librorum conſenſum nec ulla alia idonea de cauſſa inferre non tutum duco. H. *Nec poſſit.* De *poſſit* cf. I, 8, 59. *Nec* mutandum non eſt. — *vigilax* nunc in Voſſ. 3. *vigilans cupidos* Voſſ. 5. — *deprehendere* Ald. 1. 2. Muret. Zwic. 1. 2. W.

12. *miniſtret*] Venetae *miniſter*. H. *miniſtrat* Voſſ. 5. Zwic. 1. W.

14. *ter*

14. *ter tibi fit*] in plerisque ex more corruptum in *fit* vel *fic*. H. Ald. 1. 2. Muret. *fit*, ut Hamb. et duo Voff. *fic* Goth. et Zwic. 1. 2. *tibi* pr. *libo* Goth. W.

15. *Praecipit en natae mater ftudiofa, quid optet*] *en* ex emendatione Heinfii repofuit Broukh. pro *et*. Guelf. 2. *at* pro var. lect. Poffit et legi *ut* pro *utut*: de quo ufu cf. Gronov. Obf. III, 6. fed alterum longe praeftat. *quid optet* ex Lipf. Exc. et uno Heinfii recepit Broukh. vulgo, *quod optat* (Ald. 1. 2.), in nonnullis *quod optet* (Muret. et Scal.). Ayrmannus in Vita Tib. §. 76. ita legendum effe putat:

Praecinat et gnatae mater ftudiofa quod optat,

et hanc unam ex praecipuis emendationibus fuis effe fibi perfuadet. Equidem, quam commodum fenfum efficiat, non video. H. *en* nunc in Ask. idem *quid optet* cum Mon. Hamb. In Goth. apogr. quod apud nos eft, *quod optat*. Caeteri fimiliter aberrant. — Pro *en* Voff. 3. *ait*. Voff. 2. *mater natae*. W.

16. *Illa aliud tacita clam fibi mente rogat*] Ita ex Heinfii emendatione repofuit Broukh., cum in permultis, etiam Guelf. 2. et Ed. Lipf., add. Mur., effet, *iam fibi*. Scaliger ex Cuiaciano, cui Regius cum Ed. Rom. et Ald. 1. 2. et non pauci alii, in his Guelf. 1. 3. 4. accedunt, Vulpio vehementer probante, receperat *iam fua*, ut effet, *iam fui iuris, non ex praefcripto matris*; hoc tamen a lepore nativo et ab omni fimplicitate alienum eft. Heinfiana lectio optime congruit cum fuperftitione illa nota, clam vota fufcipiendi. vid. ad II, 1, 84. et modo Carm. 5, 17. hinc et additum *tacita mente*. *Iam* vero et *clam* haud raro permutata. vid. fup ad I, 9, 2. *rogat* pro, vovet. H. *clam* dant Ask. et Voff. 4. cf. Tibull. I, 7, 60. I, 11, 34. Caeteri errant. W.

17. *Uritur, ut — urunt*] Broukhufius Menagium (in Anti-Baillet T. II. p. 214.) memorat notaffe noftrum, quod paffivo activum fubiecerit. Rectius Ovidium dixiffe Epift. 7, 23.

Uror ut inducto ceratae fulfure taedae,

fcil. *uruntur*. Ad grammaticam fubtilitatem hoc accommodate monitum. Sed talium carminum leporem et fuavitatem interdum haec ipfa grata negligentia cumulat. H. v. 18. Bern. *Ne liceat quisquam*. Voff. 3. *fancta* pr. *fana*. W.

19. *Sic iuveni gratis, veniet cum p. a.*] Sunt haec ex Heinfii emendatione, cum in vulgg. Edd. etiam Ald. 1. 2.

 Muret.

Muret. Rom. ſit: *Sit iuveni grata, adveniet.* Scaliger in ſuis invenerat *veniet,* unde legit: *Sic iuveni grata, veniet,* ut *grata* ſit pro *grata re,* et ſequ. verſu pro *adſit* e Cuiac. reponit *eſſet.* Sed ex ea lectione ſenſus commodus vix elici poteſt: nec multo commodior ex Heinſiana: tum in hac et epitheton *gratis iuveni* duram iuncturam habet, et corruptionis cauſſa et ratio nulla apparet. In Exc. Lipſii erat: *Sic i. grata ac veniet,* in Florent. Statii: *grata eſt veniet,* unde ille faciebat: *Sic iuveni gratum, veniet — iam vetus ut ſit amor.* Particula *ac* vel ſequenti verbo adhaeſit, ut fieret, *adveniet,* vel excidit, ut in Scaligeri libris et aliis veteribus, teſte Statiō, item in Reg. Lep. Lipſ. et Regio. (adde Corvin.) At in Vicent. inde factum eſt: *Sic iuveni grata eveniet cum.* In iisdem *ſit, ſic, ſi* legitur. Guelf. 1. 4. *Sic iuveni grata adveniet — iam vetus adſit amor.* 2. *Si iuveni grata veniet — vetus eſſet amor.* cum var. lect. *ſit iuveni grata adveniet — ut ſit.* 3. *Si iuveni grata eſt, veniet cum — adſit amor.* Licet multa comminiſci. Mihi probabile fit, ſuperiora duo diſticha ſedem ſuam mutaſſe; praeceſſerat *Uritur* — tum *Praecipit — rogat.* Nunc ſubiiciuntur ipſae preces puellae: hoc optat, ut *ſit iuveni grata, ac, veniet cum proximus annus, Hic idem votis iam vetus adſit amor.* Ita omnia ſunt expedita nec lepore carent. *Vota* verſu ultimo intellige, quae puella proximo anno eadem die conceptura eſt: quibus *Amor* eleganter *adeſſe* fingitur. (Transmiſſa haec iam erant ad librarium, cum arguta et elegans emendatio mihi impertita eſt ab docto et ſollerti critico, Prof. *Herel;* nam ſuſpicatur, in var. lect. *Sit iuveni grata eſt,* latere veram lectionem: *Sternuit illa: ratum eſt.* petitum a ſuperſtitione ſatis nota.) H. Reſtitui locum ex Heynii ſententia, ut iam olim feceram in edit. minor. Secutus eſt H. Voſſius. — Zwic. 1. *grata eveniet.* Zwic. 2. *grata veniet.* In H. Voſſ. apograph. legebatur: *Sic iuveni grata eſt; ſic grata, veniet —; Si iuveni grata eſt, venit quom.* Plerique *Si iuveni grata, veniet quum* aut *quom;* un. *tum.* — Mox pr. *adſit* Hamb. *eſſet.* Bern. *veniet* corrupt. e verſ. anteced. W.

CARMEN VII.

1. 2. *Tandem venit Amor, qualem texiſſe pudore, Quam nudaſſe alicui, ſit mihi fama minor*] Ita Broukh. refinxit: et *pudore* quidem, h. cum pudore, pudice, e decem libris, ut iam legebatur ante Scalig. et Statium. *minor* ex Exc. Colot.

ut

ut ſenſus ſit: *maiori ſibi honori fore, ſi furta ſua palam fateatur, quam ſi, ore ad pudorem compoſito, disſimulet; fuiſſe enim dignam cum digno.* Vulgo legebatur: — *qualem texiſſe, pudori, Quam nudaſſe alicui ſit mihi fama magis;* quae forte, contra quam Broukh. putabat, aliquo modo explicari poſſint: Sit mihi magis pudori, talem amorem tegere velle, quam quanta mihi gloria eſt, eum palam prae me ferre. ut ordo verborum ſit: *fama, me eum amorem texiſſe, ſit mihi magis pudori, quam, me eum nudaſſe alicui.* Neutram tamen lectionem ſatis eſſe commodam fatendum eſt; at nec multum praeſtare Broukhuſianam. *pudori* eſt in potioribus numero, etiam in Reg. Corvin. Ed. Lipſ. et Rom. Ald. 1. 2. Muret. Scal. Cyllenius in Commentariis praefixum quidem habet *pudore,* ſed et is *pudori* in ſuo habuiſſe videtur, nam explicat: *ne ſodalibus exponens miphamiſſim,* quod operae corruperunt ex *inphamis ſim.* Variat *pudore* et *pudori* etiam in Guelff. Pro *magis* in uno Broukh. erat *maior,* in Exc. Lipſii *prior.* Deinde quinque libri cum Regio, *Et nudaſſe,* Colb. *Aut,* Scalig. *At,* forte *Ac nudaſſe* eodem ſenſu. Sed iam olim ſubodoratus ſum vitium latere in *fama.* Ipſa res poſtulat *cura,* ut ſit: *qualem texiſſe pudore, Quam nudaſſe alicui, ſit mihi cura minor.* Minus ſibi curae fore ait, ut amorem tegat, quam ut palam praedicet. Nam peccaſſe iuvat. In *alicui* nulla eſt varietas; etſi expectabam: *palam.* H. *texiſſe pudore* in duobus etiam H. Voſſii apogr. *fama minor* in Ask. — Voſſ. 3. *ceſſiſſe pudori.* Ask. *texiſſe pudori, Et* —. Vind. *aut.* Hamb. *quem. ſi* pr. *ſit* Voſſ. 1. *magis* cum aliis Goth. Hamb. Zwic. 1. 2. Origo errorum videtur quaerenda in voc. *quam,* quod comparativo *minor* praepoſitum non intelligebant librarii. Sed vid. Not. ſupra. W.

3. *meis Camenis*] Quis locus illis hic eſſet, miror neminem dubitaſſe. Cytherea non carminibus, ſed precibus ac votis exorari debuit. Et poterat proprie loqui puella:

Exorata meis illum Cythereïa votis.

Sed v. Not.

4. *in noſtrum d. ſinum*] Cum modo *meis C.* praeceſſerit, *in noſtrum* parum commode ſubiunctum videri poteſt. Et pronum erat ſubſtituere: *in tenerum — ſinum,* vel ſimile quid. Verum nihil eſt movendum. Spectat enim hoc ad gratam negligentiam, qua totum hoc epigramma placet. Ita et v. 2. *alicui* paullo exilius dictum eſt. Sed conveniunt

haec

haec lusibus inter rerum iucundarum sensum acriorem effusis. H. Vide supr. Not. W.

6. *non habuisse suam*] Scaliger ex Cuiac. (adde Guelf. 2. a sec. m.) posuerat *sua* n. gaudia. A puella expectabas: *si qua — suum*. H. Nihil mutandum. W.

8. *Ne legat id nemo, quam meus, ante, velim*] Ita vulgatae Edd. etiam veteres Vicent. Brix. Venetae, ut duplex negatio sit, more Graecorum. v. sup. ad IV, 1, 164. Sed libri valde variant. Duo Witt. duo Broukh. Laud. unus Angl. cum Regio: *Me legat id nemo*. Tres Ital. Colbert. Thuan. cum Ed. Rom. *Me legat ut nemo*, quod non inelegans esset; Exc. Perreii, *Me ut legat id nemo*, dum librarius utramque lectionem ante oculos habebat. Unus Heinsii et unus Angl. *Me legat id venio*. Quatuor Statiani, Wall. unus Broukh. unus Angl. Ed. Ven. 1475. Reg. Lep. *Me legat advenio*. Vides, quomodo aberratio alia aliam exceperit; omnes ostendunt, *id* verum esse. *Venio* factum ex *nemo*. *Me* ex *ne*. *Ne — nemo* pro ne quis, iam alibi notatum est. Porro in uno Angl. *esse* pro *ante*, et in Ed. Rom. *velint*. Molestum utique est *ante*, quod tamen facilem mutationem admittebat: *quam meus ille*. H. Obscurum est, quomodo Heynius hoc accipi voluerit. Si iunxit: *nemo quam meus ille*, h. sens. praeter amatum meum, ut videtur secundum explicationem in notis ab eo propositam, ferri hoc non potest, quia *nemo — quam* dici ita latine nequit. Si autem intellexit ita: *Ne quis legat, quam carus ille mihi sit*, haereo in verbis *ne nemo legat*. Nam *ne nemo* idem est quod *μὴ — μηδεὶς*, recte significante Forcellinio voc. *nemo*. Atqui negatio talis cum vi repetita aliena videtur ab hoc loco, monente H. Vossio. Quae quum ita sint, cum H. Vossio recepi: *Me legat ut nemo*, ut legitur in edit. Rom. et in pluribus codicibus, quibus accedit quodammodo Voss. 4. praebens: *Me tegat ut nemo*. *Me* etiam Hamb. *me legat advenio* Zwic. 2. Atque etiam in pluribus H. Voss. apographis *ut nemo* in *id nemo*, *id venio*, *advenio* corruptum. *Ante*, quod legitur in codicibus, uno excepto, omnibus, retineo. W.

9. *Sic peccasse iuvat*] *Sic* ex Heinsii emendatione reposuit Broukh. Vulgo *Sed*, quod ferri poterat eo sensu: *Non clam agere et celare quicquam homines velim: Sed* etc. Immo vero ex proposita nostra interpretatione *Sed* requiritur. H. *Sic* in Voss. 1. 2. W.

eod. *vultus componere famae Taedet*] Regius *cultus*, sollenni aberratione. vid. Burman. ad Ovid. II. Met. 425.

10. *Cum*

10. *Cum digno digna fuiſſe ferar*] Hanc ſententiam ita expreſſit Ovid. Epiſt. XVII, 49. iam a Vulpio laudatus:

Illa bene erravit, vitiumque auctore redemit.

cf. ſimilem locum in Catalect. Poët. Ed. Scalig. p. 201. *Nec pudeat quicquam* etc. H. *puella* pr. *fuiſſe* in Goth. et Voſſ. 4. *ferat* Voſſ. 5. Goth. W.

CARMEN VIII.

1. *qui r.*] Regius, *quid.* H. *rure modeſto* Voſſ. 1. W.

3. *an villa ſit apta puellae*] hoc e libris repoſuit, iam ex Scaligeri ſententia, Broukh. Sic etiam in Ed. Rom. Lipſ. et Vicent. Vulgo inde ab Ald. legitur *puellis*. Atqui de ſe tantum loquitur Sulpicia. Sed alter mos loquendi familiaris utique poëtis, ut individuum et ſingularem numerum in pluralem docte mutent. H. *puellae* ſex apogr. II. Voſſii. Pr. *an* Goth. *nam.* Pro *villa* Voſſ. 4. *ulla.* W.

4. *Atque Eretino frigidus annus agro*] *Eretino* Exc. Pocchi cum duobus Italis, Guelf. 1. 4. et pro var. lect. 2. Ed. Rom. cum Venetis et Gryph. (adde Corvin.) et ſic iam correxerat Cyllenius, recepit primum Scaliger, qui etiam *annus* emendavit. Vulgo *Aretino frigidus amnis agro* legebatur: quod Salmaſius olim defendebat, etſi Broukhuſio aegre ferente. Argumentantur autem viri docti in hunc modum: *Aretium* nimis longinquum eſſe, quam ut puella ab urbe eo, animi cauſſa, deduci poſſit; *amnem*, quamvis frigidiſſimum, nil nocere. At *Eretum* fuiſſe vicum Sabinorum, in via Salaria, haud procul Tiberis ripa, in colle edito: totum autem illum tractum gelidiſſimum, utpote qui inter montes porrectus ſit. v. Martial. V. Epigr. 72. Puellam itaque conqueri, ſe in frigidiſſimum agrum abduci, idque hiberno tempore. Etſi haec in ſententiam adſciſcere neceſſe non eſt. Sufficit enim aërem illius tractus minus clementem eſſe. *Amnis* legitur eadem varietate, ac ſup. II, 5, 76. *Annus* diſerte expreſſus in duobus Anglicanis. Heinſius ex Thuaneo legebat: *frigidus Arnus*, et tum *Aretino* verum foret. Strabo V. 10. ὁ Ἄρνος ποταμὸς ἐξ Ἀῤῥητίου φέρεται. cf. Cluver. Ital. p. 461. Et haec lectio utique praeferenda. Eſt enim admodum docta. Solent quippe flumina ad locorum denotationem a poëtis poni. Etſi amnis quoque eodem modo ac villa, res alias iucundiſſima, amatore abſente,

ſente, ingrata eſſe poteſt. H. Reſtitui *Aretino* et *Arnus.* Quam lectionem Heynius doctiorem eſſe iudicat. Idem viſum eſt H. Voſſio. In apographis H. Voſſii aliis *Arretino* (duplex rr in hoc vocabulo legitur etiam in veteribus Inſcriptionibus apud Gruter. pag. 372. nr. 12. p. 520. nr. 3. p. 1028. nr. 2. p. 1029. nr. 7. add. Salluſt. Cat. 36.), aliis *Aretino* eſt. Hoc etiam Zwic. uterque agnoſcit. — Septem apogr. H. Voſſ. *amnis* cum Zwic. 1. 2. un. *annis.* tria *annus.* W.

5. *nimium M. mei ſtudioſe*] duo Ital. *minimum*, falſo. plus, quam puella vellet, officioſus erat, *empreſſé.* Regius hunc verſum faciebat novi carminis initium, et inſcribebat: *Queſtio ad Meſſalam.* Hoc adeo poſſit pro epiſtola (*Billet*) haberi, ceratis tabellis ſcripta et ad Meſſalam miſſa.

6. *Non tempeſtivae ſaepe propinque viae*] *qui ſaepe te accingis itineri intempeſtivo; eſt enim anni tempus aſperrimum,* inquit Scaliger. Qua interpretatione nihil contortius vidi. Tum quid eſſe debet *propinque viae?* Saltem erat refingendum:

Non tempeſtiva ſaepe propinque via,

h. itinere intempeſtive ſuſcepto, ſaepe praeter ſpem votumque ades. Verum et ſic *propinque* friget. Si ſaltem eſſet *moleſte.* In uno Statii erat *tuae*, unde ille faciebat *fugae.* Videtur inde legi poſſe:

Non tempeſtive ſaepe propinque tuae,

nimis puellae tuae moleſtus aſſiduitate tua. *tempeſtive* erat antiqua ſcriptura, quae etiam *tempeſtivae* eſſe poterat. *tuae* in *viae* facile mutatum. Apud Sever. in Aetna v. 135.

— — — *certis tibi pignora rebus*
Atque oculis haeſura vias dabit ordine tellus.

recte Scaliger corrigebat, *oculis haeſura tuis*, et in Lucretio e *ſuis* facit *viis* Gronov. Obſ. III, 19. At Ayrman. Vit. Tib. §. 82. ſcribendum putabat:

Non tempeſtivae ſimque propinqua viae.

quod non intelligo. Pro *non* unus Broukh. *nec*, Colbert. *neu*, Guelf. 2. *neu.* Ed. Lipſ. *propinquo.* Nihil horum omnium ſatisfacit; nec tamen quicquam tuto nunc conſtitui poteſt, cum ignoremus omnia acta inter hos homines et geſta,

gesta, unde verborum sententia pendet. Alioqui plura coniectari possunt. Quid enim, si legamus: *quiescas Non tempestivam sic properare viam.* h. e. Desine iter importunum urgere. Totum iter intermissum esse, ex sequentibus Elegis intelligitur. H. Recepit H. Vossius: *Nec tempestive* seq. *Nec* Voss. 4. *heu* Hamb. *neu* Vind. — *tempestive* Mon. Hamb. Vind. — Equidem nihil mutavi. Precatur puella Messalam, ut paulum moretur. *Via* est iter, ut I, 4, 41. Add. I, 1, 52. et I, 3, 36. *Viae propinquus* dictum videtur, ut Graeci dicunt ἐγγὺς εἶναί τινος. Sensus igitur est: Noli me hodie abducere ex urbe, o nimium mei studiose Messala, saepe tu iter intempestivum suscepture, h. e. qui non semel mihi molestus fuisti itineribus intempestivis. W.

8. *Arbitrii quoniam non finis esse mei*] Ita Broukh. reposuit e libris, *quoniam* quidem e pluribus, *arbitrii mei* ex uno Italico. Vulgo legitur:

Arbitrio quamvis non finis esse meo.

In uno Statii erat *finit*, unde faciebat: *Arbitrio quamvis non finit esse meo*, Guyetus vero *suo*. Si quid mutare volebant, hac eundum erat, ut aut: *Arbitrii quum me*, aut doctius: *A. quin tu me finis esse mei* scriberent. Nam *quoniam, quamvis* ex compendio scripturae nata sunt. H. H. Vossii apographa omnia *arbitrio meo* et *finis* habent cum Zwic. 1. 2. *quoniam* tamen est in Voss. 1. 2. Caeteri *quamvis* tenent. H. Vossius trahens huc e carminis sequentis vers. secundo vocabulum *licet* in Cuiac. et Var. Lect. Vallii repertum scripsit ita: *Arbitrii quoniam non licet esse mei*. In quo neminem, puto, assentientem habebit. Equidem nihil mutavi, quum sensus huius versus obscurior sit. Si recte versum antecedentem, de quo perperam statuit H. Vossius, explicui supr. in Notis, sententiarum nexus est hic: Noli me iam abducere ex urbe et a Cerintho meo; abducta, tamen apud Cerinthum animum sensusque meos relinquo, *quoniam me non finis arbitrii mei esse*. Iam quomodo quaeso haec ultima verba cum antecedentibus cohaerent? Dubitanter dico, sed verum fortasse est *finit*, h. sens. quoniam Cerinthus me non finit esse arbitrii mei, h. e. quoniam ita teneor cogitatione Cerinthi, ut mei non sim arbitrii. W.

CARMEN IX.

Tibullum ad Messalam, qui Sulpiciam Romae commorari permiserat, scribere volunt Interpretes. Malim ipsi Sul-

Sulpiciae tribuere, et legere v. 4. *iam mihi;* quanquam ne sic quidem omnia in eo Carmine plana et intellectu facilia sunt. Nam et ignoramus caussas, quae ei scribendo locum dederint, tum videtur parvum maioris carminis fragmentum esse. Esto igitur scriptum ab amico Sulpiciae ad alium amicum. v. Not. In libris fere inscribitur Carmen hoc, *ad Tostratum, Theostratum, Thestratum, Theoratum, de eius natali die*, quod corruptum esse puto ex: *Tetrastichon.* In Corvin. *Ad Voratum de natali die.* H. Videtur hoc carmen ex carmine antecedente illustrandum esse. Scribit poeta aut alius Cerintho, Sulpiciam in urbe esse mansuram, eiusque diem natalem iam hilariter celebrandum esse. Vide Heynium in Notis. — In Vindob. et Zwic. 1. hoc carmen ab antecedente non est separatum. W.

2. *Natali Romae iam finis esse tuo*] Ita editum erat antea. Libri valde discrepant. Editi cum maiori parte, *non finit esse suo;* sic quoque nostri; nonnulli, in quibus Guelf. 2. *non finet*, Colb. Lipsii Exc. et unus Anglic. *finis*, duo Ital. *non finere*, duo alii, *nunc finit.* Praefero *nunc*, e quo *non* natum; et *finit esse suo:* ut subint. is qui puellam rus abduxerat. Cuiac. et Var. Lect. Wallii, *iam licet esse tuo*, quod Scaliger recepit. Broukh. reliquorum vestigia sequi maluit, et reposuit, *iam finis.* Ayrman. Vita Tib. §. 82. tuetur, *iam finit*, n. Messala. Porro alii *tuo*, alii *suo*, unus *suae.* Regius, *non esse tuae.* Hoc distichon alio modo expedit Corviniana lectio, quam et Guelf. 3. agnoscit, et 2. pro var. lect.

Scis, iter ex animo sublatum triste puellae
Natali Romae nos sinet esse tuo.

Erit adeo ad ipsum Cerinthum exarata cera haec, et natalis Cerinthi; sed is non poterat dici *invisus.* Carm. 8, 1. H. Vera lectio est haud dubie *nos*, quod etiam in Mon. est. Idem probatur corrupta lectione *non*, quam praebent etiam octo apogr. H. Vossii (Hamb. Goth.) cum Zwic. 1. 2. tria apud H. Voss. habent *nunc.* — *sinet* tria eiusd. viri apogr. cum Mon. perperam probatum H. Vossio. Sex apogr. apud eum habent *sinit* (Hamb.) cum Zwic. quod verum. *sinis* Vind. — Multi etiam *tuo* male. Caeterum natalis procul dubio est puellae. W.

3. *natalis*] alios legere *genialis* video adscriptum in marg. ed. Vicent. quam in manibus habeo. Languet versus, inprimis in *omnibus.* Sententia esse debet: laetius et hilarius

rius nunc, quam ante, diem celebratum iri. H. *deus* Voff. 1. pr. *dies.* Caeterum H. Voffius arripuit illud *genialis,* de quo Heynius loquitur. W.

4. *Qui nec opinanti nunc tibi forte venit*] Frigent haec; fortaffe quia ignoramus cauffas carminis. Regius legit, *nec tibi forte.* Iam in multis, etiam Corvin. eft *forte,* quae follennis eft permutatio. Ferrem, fi effet: *nec opinata — forte.* nam ad urbem fe diem celebraturos effe non fperaverant. In uno Anglic. *forme.* Liber Urfini: *candidus usque venit.* Hinc refingi poffet:

Cum nec opinanti candidus ille venit.

h. e. cum praeter omnem fpem ille laetus fauftusque advenerit. Verum hoc longius recedit a vulgatis, et probabile fit, cum lacuna effet, ab indocto homine diftichon effe affutum. H. Voff. 4. 5. *nec tibi.* Voff. 1. *forme.* Ask. *velit,* fuperfcr. *venit.* H. Voffius fcripfit: *Qui nec opinanti candidus, ecce, venit.* — Equidem reduxi *nunc,* quod habent etiam noftri, Goth. Hamb. Zwic. 1. 2. W.

CARMEN X.

Obfcurum hoc Epigramma, et in eo tum exponendo, tum emendando non, nifi coniecturis, rem egerunt Interpretes. Conqueritur autem Sulpicia de tepore et fecuritate Cerinthi.

1. *fecurus multum quod iam tibi de me Promittis*] Ita ex Heinfii fententia locum conftituit Broukh. ut iam Ayrman. in Vita Tib. §. 77. fe coniecifse affirmat. *Tibi* erat in uno Angl. *Promittas,* quod proxime ad verum, vidi in Regio et Ed. Lipf. Si *iam,* quod friget, in *tam* praeterea mutari poffet, forte lectionis poenitendum effe non dicerem; ut fit *tam multum.* Vulgo legitur, *mihi de me Permittis,* quod non omnino fpreverim: per te mihi licet, quidvis agere, cum quolibet vivere, cum alias amatores de puellarum moribus et confuetudine valde folliciti et curiofi fint; et tum *de me* iungendum cum *fecurus,* ut Cyllenius fecit. Ovid. II. Am. 19, 37.

— — *Formofae nimium fecure puellae.*

Ita puella tantum id queritur, quod amator paullo remiffior fit in amore parumque de eius fide follicitus. In multis eft, *per-*

permittas, in uno Angl. *permutas*. Pro *de me* in uno Angl. *crede*. Guelf. 1. *ſecuris*. 2. *mulctam*. H. *tibi* Voſſ. 1. 4. Hamb. Vind. *tride* Bern. *promittis* Voſſ. 2. 4. 5. Vind. H. Voſſius recepit *promittas*. Nihil mutandum. Caeterum *gratum* ſine *eſt* Hamb. *ſecurum* Ask. a pr. m. *ſecuris* Vind. Zwic. W.

2. *ne male i.*] unus Stat. *nec*. Ed. Lipſ. *mala*. H. *mala* Voſſ. 5. Zwic. 2. W.

3. *Si tibi cura toga eſt potior*] ex emendatione Heinſii Broukh. refinxit. *Si* eſt in Guelf. 3. vulgo: *Sit tibi cura togae potior*; quod Ayrman. Vita Tib. §. 77. tuetur: et ferri poteſt, ſi ea verba ſeparatim conſideres: *Sit utique tibi cura ſcorti togati*. Melius tamen ſic ſequeretur *preſſique quaſillo ſcorti*: verum obſtat, quod ſubiicitur mox *filia*, nec locum habet *filiae*. Itaque praefero Heinſianam lectionem. Nempe *eſt* per compendium ſcriptum ē adhaeſit ultimae ſyllabae praecedenti. Et erat in uno Urſin. *toga* ſine *eſt*. H. Emendationem Heinſii confirmat Ask. plane ſic exhibens. Voſſ. 4. et Vind. *Sit tibi cura toga eſt*. Quinq. apogr. H. Voſſ. habent: *Si tibi cura togae*. W.

4. *ServI filia Sulpicia*. Miror nusquam legi *Sulpicii*.

5. 6. *quibus illa dolori eſt, Ne cedam ignoto maxima cura toro*] Legebatur inde ab Aldo: *Nec credam i. m. cura toro*. Sic et codd. niſi quod *cauſſa* in nonnullis, ut Guelf. 1. 2. 4. Emendavit Scalig. *Ne*. At *cedam* Broukh. e coniectura Statii repoſuit, vulgo *credam*. *Nec cedam* tamen in Corvin. et Guelf. 4. legitur. Eadem varietas Carm. 13, 17. ſup. I, 4, 40. et ap. Propert. I, 10, 11. *Cura* idem ex prioribus Edd. revocavit, et ex duobus ſcriptis. Scaliger receperat id, quod in ceteris omnibus, etiam in noſtris, Rom. Ven. Reg. Lep. Vicent. (Corvin. adde) legitur, *cauſſa*. vid. ſup. III, 2, 29. Sed neque ſic omnia ſibi conſtant: quid enim eſt, *curam eam eſſe dolori?* Emollivimus quidem hoc interpretatione in notis. Melius tamen dicatur: *eam eſſe cauſſam maximam dolori*, nempe metui, ne puella alium amatorem ſequatur. Ieiunum tamen et hoc eſt. Si *ignoto toro* oppoſita videri debet *maxima cura*, de ipſa Sulpicia id accipiendum eſt, quae *cura*, amor, tot adoleſcentum nobiliſſimorum eſt, ut Horat. II. Carm. 8, 8. *Pulcrior multo iuvenumque prodis Publica cura*. Sed reliqua oratio huic conatui non ſatis reſpondet. Obſcura ſunt verba: *quibus illa dolori eſt*:

poſſunt

poſſunt ea trahi ad *ſolliciti ſunt:* nec modo ut, quod vulgo faciunt, *illa maxima cura* iungatur, verum etiam ut *illa* ad ignobile ſcortum referatur, quod dolori hactenus eſſe poterat iuvenibus Sulpiciae ſtudioſis, quod huic illud praeferri a Cerintho videbant. Poſſunt quoque verba: *quibus illa dolori eſt* cum voc. *nobis* iungi: pro nobis, pro me, quibus illa togata puella dolori eſt, tanquam quae amori meo inſidiatur. Et hoc puto melius faciam. Tum *cura* corruptum eſſe ſuſpicari poſſis, et latere in eo *turba:* maxima turba ſc. amatorum iuvenum: ii ſolliciti ſunt pro nobis, ne poſthabear ignoto toro ſeu puellae. Enallage numeri, non inſolens, locum corruptelae dare potuit. Sin cui lubet vulgatae propius adhaereſcere, ille *nec* revocet, et locum ſic interpungat:

Solliciti ſunt pro nobis, quibus illa dolori eſt.
Nec cedam ignoto maxima cura toro.

Spreta a te habeor; at pro me ſolliciti ſunt iidem, qui dolent illam mihi a te praeferri. Nec ego, quae ipſis maxima cura ſum, poſthabita videbor vulgari puellae. Eſt vir elegantis ſenſus, mihique amiciſſimus, qui ſic accipiebat: Ne tibi, obſcuro homini, nubam. In *cedere toro* dictum eſſet pro, *in torum.* Quicquid eſt, illud apparet, velle eam amatorem ſuum pungere ſuſpicione, et ſollicitum reddere, ut metuat aliquid a rivalibus. Poteſt tamen et hoc diſtichon a ſeriore manu adiectum eſſe ad explendam lacunam. H. *Nec* reſtitui. Habent etiam duo apogr. H. Voſſii cum Zwic. un. *haec.* — *ne* octo ap. H. Voſſ. *cedam* Mon. et Voſſ. 3. — *cura* Voſſ. 1. 4. Mon. Hamb. et Ask. in marg. *iura* Goth. Caeteri *cauſa.* — De ſenſu loci, quid mihi videatur, expoſitum invenies in Notis. W.

CARMEN XI.

1. *tuae pia cura puellae*] Ita Broukh. repoſuit ex Urſini libro: ut iam Heinſ. emendaverat ad Ovid. II. Triſt. 5, 14. Vulgo a Romana inde *placiture* legebatur: ut eſt in libb. nonnullis; etiam Guelf. 1. 2. pro var. lect. 4. *placitura* erat in Reg. Guelf. 3. et Ven. pr. Vicent. Lipſ. Edd. Deinde in quinque Italicis: *Morsne tibi Ch.* quod unde ſit, non aſſequor, niſi ex prava emendatione eſt. H. *pia cura* eſt etiam in Voſſ. 4. tamen decem apogr. H. Voſſ. perperam *placitura* cum. Zwic. 1. 2. Ask. ſuperſcr. *e.* W.

2. *Dum*

2. *Dum m.*] Heinſii et haec emendatio eſt; vulgo, *Qui.* Regius, *Quod.* H. *quod* adſcriptum iam in marg. Gryph. eſt etiam in Mon. Hamb. Ask. Voſſ. 2. 3. et hoc recepit H. Voſſius. *qui* ſuperſcr. in Ask. idem a pr. m. Zw. 1. 2. *qui me* Bern. *non* pr. *nunc* Mon. idem *color.* W.

4. *ſi quoque v. putem*] *ſic* vulgg. usque ad Scalig. qui *ſi* e libris petiit: adde Guelf. 2. H. *ſi* etiam in Bern., et Ask. Caeteri *ſic* tenent. — *Optatum* Voſſ. 1. et paulo ante *triſter.* W.

5. *nam mihi quid proſit*] *nam* Broukh. ex duobus libris et ſuperioribus Edd. revocavit. Scaliger poſt Statium repoſuerat e ſuis *Ah,* quod etiam in noſtris, etiam Guelf. eſt. Porro Rom. *prodeſt.* H. *nam* etiam Voſſ. 2. *prodeſt* Voſſ. 3. *proſint* Bern. *quod proſit* Mon. W.

triſte quicquid timemus 4, 4, 7. *adverſum.* triſte caelum 1, 2, 49. cauſa mortis 3, 2, 27. ſel 2, 4, 12. *amarum.* iter 4, 9, 1. ſervitium 2, 4, 3. *durum.* triſtes agri 2, 3, 65. curae 1, 7, 43. lacrimae 1, 1, 62. morbi 4, 11, 3. pluviae 1, 1, 50. ſorores 3, 3, 35. *v. not.* triſti fronte Cupido 2, 3, 33. mente 3, 6, 34. triſtia 1, 10, 11. 50. facta 1, 8, 28. *ſuperba, dura.* pocula cum multo ſelle 1, 5, 49. *amara.* ſigna 1, 3, 19. verba 3, 4, 42. 3, 6, 38. triſtior ſi quando fuerit illa tibi 4, 4, 18. *durior.* triſtis morbus 1, 5, 9. natalis agendus erit 4, 8, 2.
triſtitiae diſſoluenda dedit pectora Bacchus 1, 7, 49. *a triſtitia.*
trita via humano pede 4, 13, 10.
Trivia 1, 5, 16. *Hecate.*
e triviis turba canum 1, 5, 56. puer 1, 3, 12. in trivio vetus lapis 1, 1, 12.
triumphalis laurus 2, 5, 5.
io Triumphe 2, 5, 118. triumphi clari 4, 1, 175. novi 1, 7, 5.
Troia 2, 5, 61. Troia ſacra 2, 5, 40.
Troianos 2, 5, 46.
truces ferae 1, 9, 76.
tuba et mihi facta eſt 2, 6, 10. *v. not.* tubae — arma caelo audita 2, 5, 73. tubae ite procul 1, 1, 75. tubam nec audiſſem 1, 10, 12.
tuli lumina multa nocte 1, 9, 42.
tulit gaudia nocte Venus 2, 1, 12. gratiſſima dona Phoebo Ceres 4, 1, 9. *ſacra fecit.* quies inſomnia 3, 4, 2. quos fructus avo condita meſſis 1, 1, 42. nec te conceptam ſaeva leaena 3, 4, 90. *n. utero.*
tumeant freta ventis 4, 1, 194. tument lumina feſſa fletu 1, 8, 68. tumet puer 1, 8, 36. *libidine.*
ad tumulum illius fugiam 2, 6, 53.
tumulus mea cum contexerit oſſa 4, 1, 204. tumulo conſtructo dare ferta annua 2, 4, 48.
tumultus urbi portatur columna 2, 3, 43.
tundere poſte caput 1, 2, 86. *in poſte.* tunderet unda maris cautem 2, 4, 9.
tunicis ſolutis 1, 5, 15.
tura blanda 3, 3, 2. dare focis 1, 8, 70. menſtrua 1, 3, 34. pia 2, 2, 3. turis honores 1, 7, 53. 4, 6, 1.
turba tu mihi in ſolis 4, 13, 12. turba arta 1, 2, 97. aſpera canum 1, 5, 56. candida 2, 1, 16. credula fruſtra ſedet 4, 4, 20. *v. Obſſ.* impia 1, 3, 70. iocoſa 2, 1, 85. irrita 2, 3, 22. *adverb.* novella 2, 2, 22. pallida 1, 10, 38. *mortuorum.* Pharia 1, 3, 39. *cultorum Iſidis.* pia deorum 4, 4, 25. ſedula 1, 4, 80. tenera puerorum 1, 4, 9. turba vernarum 2, 1, 23. turbae det pia ſpectacula 2, 5, 119.

tur-

turbata longos capillos 1, 3, 91.
turbet Veneris cupidae gaudia 4, 3, 18.
turben citus 1, 5, 3.
turmae denfae 4, 1, 195.
Turnus barbarus 2, 5, 48.
turpe factum 3, 4, 15. turpes curae 3, 6, 31. *v. not.* turpis fabula 1, 4, 83. navita 1, 10, 36.
turribus profpectat aequor Tyros 1, 7, 19. *v. not.*
Tufca lympha 3, 5, 29. Tufci viri 3, 4, 6.
Tufcula tellus 1, 7, 57.
tuta foffa 4, 1, 83.
tutela divum fervat poëtas 2, 5, 113.
tutusque facerque eat 1, 2, 27. tutus fic ego ero 4, 13, 6.
Tyria palla 4, 2, 11. *purpurea.* Tyriae veftes 1, 7, 47. Tyrium fubtemen 4, 1, 121. Tyrius colonus 4, 1, 138. murex 2, 4, 28. finus 1, 9, 70. torus 1, 2, 77.
Tyros 1, 7, 20. 2, 3, 58. 4, 2, 16.

V.

Vaccae tunc pafcebant herbofa Palatia 2, 5, 25.
per vada ibat linter 2, 5, 34. *per amnem.* ferpis, Cydne 1, 7, 14. *v. Obff.*
vaga aequora 2, 6, 3. numera 3, 1, 3. vagus aër 4, 1, 21. Araxes 4, 1, 143. navita 1, 3, 39. *v. not.* paftor 2, 5, 129. pontus 2, 3, 39. *qui paffim diffufus eft.* Sol 4, 1, 76.
vagor tota urbe 1, 2, 25. vagantes paffim aves 1, 3, 59. vagari liceat tecum 4, 3, 11. *per filvas errare.*
valeant fruges 2, 3, 67. valeat Venus, valeant puellae 2, 6, 9. valere vetuit pater 1, 4, 23. *vim habere.* valent fi nihil ifta 2, 4, 20. valet haec et maiora Amor 3, 6, 17.
Valgius 4, 1, 180. *v. not.*
valida catena 4, 5, 15. compes 2, 6, 25. valida iuga 2, 3, 44. validi labores 3, 4, 65. *graves, quibus fuftinendis validum effe oportet.* validis habenis 4, 1, 115. validus bidens 2, 3, 6. *v. not.* bos 2, 2, 14. taurus 1, 3, 41.
valles altae 1, 4, 49. vallis alta 2, 3, 19. umbrofa 2, 3, 72.
vallo ducto claudere locum 4, 1, 85. non vallus erat 1, 10, 9.
tam valuiffe fibi manus 1, 10, 58. *ad verbera infligenda.*
vana puella 3, 6, 60. *levis.* magifteria 1, 4, 84. vani timores noctis 3, 4, 13. *fomnia.* vano aeftu 3, 5, 27. *non mortifera febri.* vanum te fallit 3, 4, 56. hominum genus 3, 4, 9. vifum 3, 4, 3. *v. Obff.* vanus iocus 3, 4, 68.
variae oves 1, 10, 10. *v. Obff.* vices operum 1, 9, 64. *v. not.* varii flores 1, 7, 45.
vaftantur frigore 4, 1, 153. *vaftae funt.*
vafti ponti aequora 3, 4, 85. vafti amnes 3, 3, 37. vaftum aequor maris 1, 7, 19. mare 2, 4, 10. vaftus Araxes 4, 1, 143.
vates 2, 5, 17. 65. *Sibylla.* vates non fallax 3, 4, 49. facer 2, 5, 114.
vaticinata eft mihi divino fono magna facerdos 1, 6, 44.
ubera lactis 1, 3, 46.
vehar volucri penna per aëra 4, 1, 209.
vehet dum robora tellus, caelum ftellas, amnis aquas 1, 4, 66. vehis ratibus Troïa facra 2, 5, 40. vehit plauftro rufticus 1, 10, 51.
vecta eft frenato pifce Thetis 1, 5, 46. ad iuvenem puella 2, 5, 36. vectus curru per inania Iupiter 4, 1, 130.
vexit Aeolios placidum per Nerea ventos 4, 1, 58. *v. not.*
Velabrum 2, 5, 33. *v. not.*
velatus filo 1, 5, 15.
velavit te Somnus fufco amictu 3, 4, 55. *v. not.*
velle *abundat* 1, 2, 92. 4, 3, 8.
vellus molle 2, 1, 63. niveum 1, 6, 80. *pro lana.* vellera caris fuccis bis madefacta 4, 2, 16. *lanae dibaphae.*

vellere poma modo nata mala manu 3, 5, 20. *decerpere.*
velox edere corpus super equum 4, 1, 114. velox cerva 4, 3, 13. pes 1, 5, 24.
venandi cura 4, 3, 5. studium 4, 3, 23.
vendere amorem 1, 4, 67. avitas sedes 2, 4, 53. blanditias 1, 9, 77. fidem auro — gemmis 1, 9, 32. formam 1, 9, 51. Venerem 1, 4, 59.
venena tetra 3, 5, 10. veneni quidquid habet Circe — Medea 2, 4, 55.
veneranda comis comtis 4, 2, 10. *augusta, anzubeten.* proles 1, 7, 56. *conspicua.* unda Numici 2, 5, 43. *sancta.*
veneror 1, 1, 11. *divino cultu afficio.*
venerata virum tantum 1, 5, 33. veneratus amores veteres 2, 4, 47.
venere Kalendae festae Martis Romani 3, 1, 1. venere ubi fata senectae 1, 4, 31.
venerit cum e magna urbe agricola ferus 1, 7, 61. mihi cum suprema hora 1, 1, 59. quamvis inculto ore 1, 8, 15. si iste furor 1, 6, 73.
veniant praedae 2, 3, 50. veniat carae matris comitata dolore 3, 2, 13. ante rogum meum 3, 2, 11. sive hac sive illac impetus hastae 4, 1, 96. veniet cum proximus annus 4, 6, 19. mors tenebris adoperta caput 1, 1, 70. tibi mors 2, 4, 43. venit candida nivea veste 4, 2, 12. *it, prodit, simpl.* curva senecta tardo pede 3, 5, 16. diva superba ad Troianos 2, 5, 46. domum e templis turba 2, 3, 22. iratus nimium nimiumque severis 3, 6, 21. mors propior 2, 3, 38. mors rapax amanti 1, 3, 65. mors tacito pede 1, 10, 34. post multos una serena dies 3, 6, 32. sanguinolenta ad infernos lacus 2, 6, 40. sera Poena tacitis pedibus 1, 9, 4. Somnus tacitus fulcis alis 2, 1, 89. tandem amor 4, 7, 1. vigilanda nox 1, 2, 76. *pro est.* venite pura cum veste 2, 1, 13. veniunt certamina Martis 4, 1, 98.
ventura aqua 1, 4, 44. sors 3, 4, 5. ventura omina noctis 3, 4, 9. *v. Obss.* venturam dum mihi fingo 1, 8, 65.
ventus et ignis eripiant partas opes 2, 4, 40. venti ferant periuria Veneris 1, 4, 21. *cf.* 3, 6, 27. 50. venti adversi 4, 1, 194. Aeolii 4, 1, 58. discordes tenuerunt flamina 4, 1, 124. immites 1, 1, 45. insani 2, 4, 9. ventis credere ratem 1, 7, 20. diripitur cinis 1, 6, 54. horrida facta coma 1, 9, 14. parentia freta 1, 9, 9.
Venus 1, 2, 16. 1, 2, 42. 1, 3, 58. etc. aspera difficilisque 1, 9, 20. magna 1, 2, 81. sancta 4, 3, 23. Venus deseruit me 1, 5, 40. *nervo remisso.* nata e sanguine 1, 2, 40. nulla fit sine me 4, 3, 19. *nulla gaudia.* levis nunc tractanda 1, 1, 73. mitis 1, 10, 66. 2, 3, 72. mutua 1, 6, 14. relicta 1, 5, 58. *v. not.* sublimis 1, 6, 83. violanda est mihi ante alios 2, 4, 24. *fanum eius spoliandum.*
Venerem iungere feris 1, 9, 76. non laudant ferrea saecula 2, 3, 35. vendere 1, 4, 59. Veneri merenti 1, 9, 81. Veneri servire 2, 3, 29. Veneris bella 1, 10, 53. cupidae gaudia 4, 3, 18. *concubitus.* numina 1, 3, 79. periuria 1, 4, 21. *amorum, amantum.* praecepta 1, 4, 79. *amoris.* vincla 1, 2, 90.
ver purpureum 3, 5, 4.
vera cano 2, 5, 63. dicere 1, 6, 31. divi — exta monent 3, 4, 5. 6. loqui 3, 2, 7. vera insomnia 3, 4, 1. oracula 3, 4, 77.
verax saga 1, 2, 41. veraci capite adnuit 4, 1, 133. veracia signa 4, 1, 119.
verba *simpl. pro magicis* 1, 5, 43. verba aspera 4, 4, 14. balba 2, 5, 94. blanda 1, 2, 22. bona 2, 2, 1. *fausta.* ebria 3, 6, 36. fortia 2, 6, 13. horrida 1, 5, 6. impia dicta in deos 1, 3, 52. libera 1, 9, 26. mala 1, 10, 57. mitia

tia leni fono 1, 8, 2. pudenda 2, 1, 74. ruftica 2, 1, 52. 2, 3, 4. feria 3, 6, 52. fingula 2, 1, 32. *v. not.* triftia 3, 6, 38. 3, 4, 42. verba flectere ad laudes meas 2, 5, 4. *v. Obff.* fallacis puellae conqueror 3, 6, 51.
verber durum 1, 5, 3. intortum 1, 9, 22. verbera multa 1, 8, 6. faeva 1, 6, 38. 3, 4, 66. *gravia.* torta 1, 6, 46. *torto flagello inflicta.*
verberat fuam quicunque puellam 1, 10, 60. verberet te imber 1, 2, 7. *pulfet.*
verbo 1, 2, 81. *n. audaciori, impio.*
verna garrulus 1, 5, 26. vernarum turba 2, 1, 23.
vernum rus 2, 1, 59. vernus alveus 2, 1, 49.
veró ore quod feram 3, 4, 50.
verfat fufus opus 2, 1, 64. puer turbinem 1, 5, 4. verfatur celeri Fors levis orbe rotae 1, 5, 70. verfantur membra Ixionis rota 1, 3, 74. verfare folum bidente 2, 3, 6.
verfibus gaudeat Neaera meis 3, 1, 8. verfus fine qua mihi nullus etc. 2, 5, 111. aeternus 4, 1, 34. verfus alios aliosque componere 4, 1, 17.
vertere fores cardine tacito 1, 6, 12. vertat in melius fomnia deus 3, 4, 95. munera deus in cinerem et aquas 1, 9, 12. verterat dolor in lacrimas merum 1, 5, 39. verterunt nec pocula Circes folum 4, 1, 61.
vertex aethereus 1, 7, 15. *Tauri.*
vertimur ad mala noftra 1, 10, 6. vertitur per tempora annus 4, 1, 169.
Vertumnus felix 4, 2, 13.
veru 1, 6, 49. *lanceola.*
vefcar innoxia laurus 2, 5, 64.
Veftales foci 2, 5, 52.
veftis fulgens Tyrio fubtemine 4, 1, 121. Coa 2, 4, 50. pura 1, 10, 27. 2, 1, 13. fepofita 2, 5, 8. tenuis 1, 10, 61. villofa 2, 3, 76. vefte interpofita 1, 9, 56. nigra incinctae 3, 2, 18. nivea candida venit 4, 2, 12. rapta praemia petere 1, 2, 28. e vefte fua tendent umbracula 2, 5, 97. veftes — amictus 1, 8, 13. tenues, quas femina Coa texuit 2, 3, 53. Tyriae 1, 7, 47.
veftigia externa femper fint in lecto tuo 1, 9, 57. veftigia quoque movit 4, 2, 7. *pedes.* cervae quaeram 4, 3, 13. laeta pofuit tectis 4, 1, 13. *pedes.*
veteres amores 2, 4, 47. figurae 4, 1, 63. fenes 1, 8, 50. veteres aluit glans 2, 3, 69. veteris avi fedes 1, 10, 18.
veto illius ut verbis fis mihi lenta 2, 6, 36. *v. Obff.* vetat effe dolos deus 1, 9, 24. haec meminiffe 1, 4, 74. obfcura furgere nocte timor 1, 2, 24. vetuit pater ipfe valere 1, 2, 23.
vetus aetas 4, 1, 111. amor 4, 6, 26. caput 1, 8, 42. conful 2, 1, 18. lapis in trivio 1, 1, 11.
vexat calor fella corpora 4, 11, 2.
via longa 1, 4, 41. 1, 9, 16. 2, 6, 62. terrae 2, 6, 3. via mortis brevior aperta eft 1, 10, 4. via rara per nexus facta fero 2, 3, 16. trita humano pede 4, 13, 10. viae auratae 2, 3, 54. *in textura. v. not.* caecae 2, 1, 78. leti 1, 3, 50. longae 1, 3, 36. pronae 1, 6, 73. purae fulminis 1, 9, 36. Solis 2, 4, 17. non tempeftivae 4, 8, 6. viae longae deditus effe 1, 1, 26. *v. not.* viae monumenta 1, 7, 57. viam efficiet pauper 1, 5, 64. *v. Obff.* vias fallendi mille minifirat Amor 4, 6, 12. vias noftras refpiceret 1, 3, 14. vias ob noftras 1, 1, 52. *iter peregre fufceptum.* per vias urbis 3, 1, 4.
vice certa 1, 4, 20.
vicerat amor quicquid erat medicae artis 2, 3, 14.
vices variae operum 1, 9, 64. *figurae Veneris.*
vicinia fimilis caeli utrinque tenens 4, 1, 167.
vicinis ab agris 1, 8, 19.
vicino hofte 1, 1, 3. Marte 4, 1, 137. vicinus caelo Olympus 4, 1, 131. Phoebo Padaeus 4, 1, 145.

victi

vicit Armenias tigres et fulvas illeleaenas 3, 6, 15.
victa custodia 2, 4, 33. querelis ianua 1, 2, 9. senecta 1, 6, 77. *fracta.* verbis ianua 1, 5, 67. Iapydia 4, 1, 107. victa lumina 1, 2, 2. *sopore.* lumina Baccho 4, 1, 57. oppida ante currus ferre 2, 5, 116. *v. not.* victae catervae Cilicum 1, 2, 69. victi pretio amantes 2, 4, 39. victo puero 1, 8, 49. *v. not.*
victor 1, 6, 28. 1, 10, 55. 2, 1, 34. 4, 1, 37.
victori Iovi 2, 5, 10.
Victoria volitat super fessas puppes 2, 5, 45.
victoria duplex 4, 1, 105.
victrices lauri 1, 7, 7.
victus Atax 1, 7, 4. munere Bacchi amor 3, 6, 4.
victus feri 2, 1, 43.
vident ut 2, 1, 25.
videre aevi futuri eventura 3, 4, 48. *praevidere.*
vigeat adsiduo certamine laudis miles 4, 1, 88. *stets in Bewegung seyn.* vigent bidens vomerque pace 1, 10, 49. choreae cantusque 1, 3, 59. *alacriter exercentur.*
vigilanda venit nox fletu 1, 2, 69.
vigilans custos 4, 6, 11.
vilia membra 1, 3, 70. *pudenda. v. not.*
an villa sit apta puellae? 4, 8, 3. villae — rura tenent meam puellam 2, 3, 1.
villosa vestis 2, 3, 76.
vimen leve iunci 2, 3, 15.
vini certamen mite 3, 6, 11.
vina diem celebrent 2, 1, 29.
vina bona 1, 1, 24. iocosa 3, 6, 20. vino compescere dolores 1, 2, 1. depellere 1, 5, 37.
ne vincas deam 2, 6, 28. vincat ut ille, nudum latus dabis 1, 4, 52. vincere honores priscos generis 4, 1, 31.
vinci poterat custodia 1, 8, 55.
vinciat auro lacertos 1, 9, 70.
vincit iras aurea anus 1, 6, 58. obsequio plurima amor 1, 4, 40.
vincitur donis omnis amor 1, 5, 60.
vincla 1, 5, 66. *pedum, soleae.* ferrea demam cani 4, 3, 14. formosae puellae vinctum retinent me 1, 1, 55. mutua para iuveni 4, 6, 8. numquam remittit Amor misero 2, 4, 4. pedum 1, 6, 38. Veneris 1, 2, 92. vincla solvite Chio cado 2, 1, 28. *v. not.* solvite iugis 2, 1, 7. *v. not.*
vincta canistra myrto, myrto vinctus et ipse caput 1, 10, 28. praecordia ferro vinctaque post olea candida turba comas 2, 1, 16. tempora hedera 3, 6, 2. vincta sertis umbracula 2, 5, 98. vincto quique canent pede 4, 1, 36. *v. not.* vinctum me puer alter habebit 1, 9, 79. me retinent vincla puellae 1, 1, 55. valida compede 2, 6, 25. vinctus ad aras Veneris considam 4, 13, 23.
vincuntur molli pectora dura prece 3, 4, 76. *moventur.*
vincula flava coniugio portat Amor 2, 2, 18.
vinea culta 1, 10, 35.
violanda Venus mihi est 2, 4, 24. *eius fanum spoliandum.* clam violanda foedera dare 1, 9, 2.
violare amores 1, 3, 81. *puella abalienata.* 1, 9, 19. *perfidia.* puellam 1, 6, 51. *corrumpere.* violavi numina Veneris verbo 1, 2, 81.
violata pascua solis 4, 1, 76. *mactati greges sacri.*
violenta caedit suos lacertos 1, 6, 47. violenta Charybdis 4, 1, 73. strix 1, 5, 52. violente 4, 2, 3. *Mars.*
vir *pro amante* 3, 2, 14. 3, 4, 62. 80. 3, 6, 42. vir cupidus 3, 4, 52. *acriter amans.* ingratus 3, 6, 42. *Theseus perfidus.* vir quondam 3, 1, 23. *maritus.*
vires alterius necat alter aër 4, 1, 168. vires infirmae 4, 1, 2.
virginea figura 3, 4, 89. virgineus pudor 1, 4, 14.
virginitas sit mihi aeternum 2, 5, 64.
ex virgis extruet ante casas 2, 1, 24.
virgo marito primum deducta 3, 4, 31.

viri audaces 2, 1, 71. cupidi 1, 1, 76. Tufci 3, 4, 6.
viridis coma 1, 7, 34. cortex nucis 1, 8, 44. frons 2, 1, 40. virides Zmaragdi 2, 4, 47.
virtus cognita 4, 1, 1. *v. not.*
vifcus atrum 1, 3, 76.
vifere facra Bonae Deae 1, 6, 21.
vifum vanum falfumque 3, 4, 3.
vifurus honores Genius adfit 2, 2, 5. vifus eft iuvenis pedem ponere etc. 3, 4, 24. *per fomnia.*
vita 2, 1, 37. *illa aetas, homines illius aetatis.* vita felix 1, 5, 19. iners 1, 1, 5. longa 4, 1, 206. tot mala perpeffa 3, 2, 8. vita tunc mihi foret 1, 10, 11. vitae longae gaudia 1, 3, 37. 3, 3, 7. vitam fpes credula fovet 2, 6, 19.
vitare canis ortus fub umbra 1, 1, 27.
vitis lenta 4, 1, 171. myftica 3, 6, 1. tenera 1, 7, 33. vites tenerae 1, 1, 7. vitem fraudare crefcentibus uvis 3, 5, 19. vites aluit Pax 1, 10, 47.
vitio non facit hoc 1, 9, 73. *libidine.* vitium hoc eft divitis auri 1, 10, 7.
vitta impediat ligatos crines 1, 6, 67. vittae iacentes 2, 5, 53. *Iliae delibatae.*
vitula caefa 1, 1, 21. vitulum geftare per agros 2, 3, 17.
vivas fatis anxia 2, 6, 53. vive diu mihi 1, 6, 63. vivebant bene Saturno rege 1, 3, 35. vivere bene fecretis filvis 4, 13, 9. contentus parvo 1, 1, 25. vivet 1, 4, 65. *fama eius fuperftes erit.* vivite felices et memores vivite noftri 3, 5, 3. vixerit licet centum annos 2, 4, 46.
Ulixen 4, 1, 49.
ullus. non ullus 1, 4, 36.
ultima arva 4, 1, 145. *extremi orbis.*
ultor deus 1, 8, 72.
ululet per urbes 1, 5, 55. *h. furore agatur.*
umbra levis arboris qua cadit 2, 5, 96. noctis amarior eft 2, 4, 11. umbra denfa abfconditur tellus 4, 1, 154. *caligine.* fub umbra arboris vitare canis ortus 1, 1, 27. umbrae ilicis 2, 5, 27. umbram Caftaliam 3, 1, 16. *v. not.* in umbram tenuem cum fuero mutatus 3, 2, 9. umbris levibus difcurreret 4, 1, 68. *v. Obff.*
umbracula 2, 5, 97.
umbrofus mons 4, 3, 2. umbrofa vallis 2, 3, 72. umbrofa tecta 1, 4, 1.
unda quae manat Etrufcis fontibus 3, 5, 1. *Etrufcae thermae.* deferit fitim 1, 3, 78. *v. not.* Eoi maris 2, 2, 16. facilis 3, 5, 30. gelida 4, 1, 60. naufraga maris 2, 4, 10. veneranda Numici 2, 5, 44. undae Aegeae 1, 3, 1. caeruleae 1, 3, 37. 1, 4, 45. extremae maris 4, 1, 53. fluitantes 2, 5, 59. liquidae 4, 1, 123. placidae 4, 1, 126. pallentes 3, 5, 21. rabidae canibus Scyllae 4, 1, 72. *v. Obff.* rapidae maris 4, 1, 193. tacitae 1, 7, 13. per undas ire 1, 4, 45. *h. navigare.*
unguenta ftillent nitido capillo 1, 7, 51.
ungues fubfecuiffe artificis docta manu 1, 8, 11.
non unus 1, 2, 90.
voca fub tua figna erronem 2, 6, 6.
vocales boves 2, 5, 78. chordae 2, 5, 3.
vocat terra hofpita Lares 2, 5, 42. *v. not.* vocate deum voce 2, 1, 83. vocavit te fibi, Phoebe 2, 5, 6. vocet clam fibi quisque 2, 1, 84. me ad digiti fonum taciturna 1, 2, 34. me in vaftos amnes Orcus 3, 4, 37.
voce magna 2, 5, 118. tremula 1, 2, 91. fupplice 1, 2, 13. cum voce digiti loquuti 3, 4, 41. vocem emittere 1, 9, 27. voces dulces dominae 2, 6, 48. votivae 1, 3, 29. *vota.* voces inflectere cantu 1, 5, 37.
volentes 2, 3, 73. *cupidi.*
volitans Amor 2, 5, 39.
volitat fuper feffas puppes Victoria 2, 5, 45. volitent animae hanc circum 1, 5, 51. volitet fancta columba 1, 7, 17.
volucres laqueo captat fpes 2, 6, 23.

volu-

volucri penna 4, 1, 209.
volucris nulla nec perlabitur auras 4, 1, 127.
volvens flammam ore Chimaera 3, 4, 86. v. not.
volumina magna aeterno versu 4, 1, 34.
vomer 1, 10, 49. 2, 1, 6.
vota cadunt 2, 2, 17. *rata sunt.* contraria votis 3, 4, 83. temeraria ferant venti et nubes 3, 6, 27. timida 3, 3, 33. Triviae novem dedi 1, 5, 16. vota iactat Eurus Notusque per Armenios 1, 5, 36. vota pro domina vix numeranda facit 4, 4, 12. voti campos liba ferre 1, 10, 23. votis gratis 4, 6, 15. *v. Obss.* implesse caelum 3, 3, 1. meis te eripuisse dicor 1, 5, 10. e votis pars quotacunque moverit deos 2, 6, 54. votis revocare diem 1, 8, 78. sollicitas numina 3, 4, 53. votum vagi pastoris, fistula 2, 5, 29.
votivae voces 1, 3, 29.
vovemus omne hoc tibi 4, 1, 26.
voventur quae pro dulci reditu 3, 3, 27. *vota fiunt.*
urbs aeterna 2, 5, 23. *Roma.* magna 1, 7, 61. 2, 5, 56. *Roma.* parva 4, 1, 49. ab urbe abducere 2, 3, 61. per urbes crebras volitet 1, 1, 17. urbes per ignotas erraverit 4, 1, 52. tercentenas expleat erroribus 1, 4, 69.
urantur pia tura focis, urantur odores 2, 2, 5.
ure ferum et torque 1, 5, 5. caput meum flamma 1, 9, 21. *v. not.* urentur sole capilli 1, 9, 15. ures me andacius 4, 13, 19. *cruciabis.* uretur facies 1, 9, 15. uris quid melles tuas? 1, 2, 100. urit 4, 2, 11. 12. *amore incendit.* crudelius 1, 8, 7. *exercet, torquet.* uror ego ante alias 4, 5, 5. urunt altaria flammae 4, 6, 17.
urgeat ossa lapis infelix 1, 4, 60. urget amor quos graviter 2, 1, 79. rusticus opus terrae 1, 9, 8. si quando onus inaequatum utrinque libra 4, 1, 43.
usque 2, 5, 111. saeviet deus 1, 2, 90.
ustus capillus 1, 10, 37.
usus furtivus 1, 9, 55. *v. not.*
uti liceat 4, 3, 11. *dummodo.*
utcunque est 3, 4, 11.
utere, quaeso, dum licet 1, 5, 75. 1, 8, 48.
utilis aegrae menti somnus 3, 4, 19.
uti lacrimis 4, 4, 17. utitur nihil forma magicis auxiliis 1, 8, 24. precibus ille meis 1, 5, 18. *v. not.*
utinam ut 2, 2, 17.
uva aurea 2, 1, 45. dulcis 2, 1, 3. iucunda 2, 3, 65. matura expressa 1, 7, 36. uvae crescentes 3, 5, 19. uvae succos condit pax 1, 10, 47. uvam ferre 1, 5, 27. *sacrificare.* libare 1, 10, 21. uvas maturat annus 1, 4, 19. pede feriet rusticus 2, 5, 85. servabit mihi plenis in lintribus 1, 5, 23.
Vulcanus 1, 9, 49. *ignis.*
vulgus amat falso plurima 3, 3, 20. vulgi arma 1, 10, 11. diversi inconstantia 4, 1, 45. vulgi gloria 4, 13, 7.
vulnera ferte viris cupidis 1, 1, 76. vulnera nunc semper 1, 3, 49.
vulnerare ferro 1, 2, 26.
vultus componere famae 4, 7, 9. vultus placidus 2, 4, 59. vultus blandi 1, 6, 1.
uxor 2, 2, 11. *spe. v. not.* inulta rideat dolis 1, 9, 54. *impune ludat.*

Z.

Zmaragdi quantum est 1, 1, 51.
Zmaragdi virides 2, 4, 27.

LIPSIAE

IMPRESSIT FRIDER. CHRIST. GVIL. VOGEL.

CORRIGENDA.

In carminibus Tibulli animadvertimus haec:

Libr. I, Eleg. I, v. 56. leg. *Palem*, v. 57. leg. *adſitis*, v. 51. leg. *ſmaragdi.*

Eleg. II, v. 80. leg. *poſſit.*

Eleg. V, v. 40. leg. *admonuit.*

Eleg. VIII, v. 54. leg. *plena.*

Libr. II, Eleg. IV, v. 71. leg. *praebebat.*

Eleg. V, v. 34. leg. *vada.*

Libr. III, Eleg. V, v. 30. leg. *pellitur.*

Libr. IV, Carm. I, v. 65. leg. *Quis*, idem legendum v. 120. Carm. XIII, v. 7. leg. *procul.*

SVPPLEMENTVM

EDITIONIS

ALBII TIBVLLI

CARMINVM

HEYNIO-WVNDERLICHIANAE.


EDIDIT

LVDOLPHVS DISSENIVS

PROFESSOR GOTTINGENSIS.

LIPSIAE 1819

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.



PRAEFATIO EDITORIS.

Anni elapſi ſunt duo, ex quo Tibulli editio quarta prodiit aucta notis et obſervationibus Ern. Car. Frid. Wunderlichii, in qua adornanda quae meae fuerint partes, in praefatione tomi primi expoſui. Quamquam autem bene noveram, ineſſe in ea inchoata quae perfecta velles, alia deeſſe quae exſpectari poſſe viderentur, aequos tamen et intelligentes rerum iudices non metuebam, qui fortunam agnoviſſent eo tempore mirifice Tibulli commodis adverſantem. Moleſte ſane ferebam, Tibullum non iis omnibus inſtructum prodire, quae Wunderlichius in eum fuiſſet collaturus, ſed cedendum putabam temporibus, quibus res humanae reguntur. Ecce vero nova lux affulſit. Conſpirarunt amice ad hanc Tibulli editionem ornandam duo Viri eximii, doctiſſimus Bardili, qui diaconi munere fungitur Urachiae apud Wirtembergenſes, et Imm. G. Huſchkius, profeſſor celeberrimus Roſtochienſis, quorum ille ea omnia denuo mihi obtulit, quae Wunderlichio miſerat novae editioni inſe-

inferenda, hic alia ex fuis addidit perutilia, ad has opes fupplendas. Quae quum mihi oblata effent, ego ne defererem provinciam fusceptam neve deeffem editioni duorum Virorum, quorum alter praeceptor pie venerandus, alter amicus fuiffet coniunctiffimus, rogavi librarium, ut quae ad Tibullum augendum pararentur, typis divulgare ne recufaret. Obfecutus eft vir honeftiffimus, atque ita nunc prodit hoc Supplementum, cuius quae fit ratio, iam paucis dicendum.

Continet hoc Supplementum partim Addenda et Corrigenda Notitiam litterariam fpectantia, partim Collationes. Addenda et Corrigenda mifit ad nos Vir doctiffimus Bardili. Quum enim hic vir Parifiis bibliothecae publicae thefauros perfcrutaretur, tenerentque eum cum alia tum Tibullus, intellexit in hiftoria litteraria Tibulli non omnia recte tradi, alia plane ignorari quae graviffima effent. Ac primum quidem perfpexit, quatuor editiones principes effe diftinguendas, quarum duas ann. 1472. prodiiffe certum eft; duae quando impreffae fint, ignoramus. Quae res quum fit maxime notabilis, faciendum putavimus, ut quam clariffime exponeretur, defcriptionemque harum editionum dedimus accuratam, ne qua poffet confufio oriri. Praeter haec notaverat V. d. Bardili alia non levia ad Heynii Notitiam litterariam vel emendandam vel fupplendam, adiunxeratque Codicis Parifienfis defcriptionem eius, cuius varias lectiones infra videbis. Nos et haec omnia hoc

libello

libello exhibemus, et quos nuper Ioann. Henr. Voſſius adhibuit codices enumeravimus. Denique breviter indicavimus recenſiones poetae novas, quae poſt Heynii editionem tertiam prodierunt, et alia ſcripta memorabilia ad Tibullum vel emendandum vel explicandum pertinentia, nec verſiones omiſimus germanicas, quae nobis innotuerunt. — Accipe iam quae de Collationibus monenda habemus. Sunt Collationes omnino tres, codicis Pariſienſis et duarum editionum principum. Codicis Pariſienſis, de quo infra expoſitum, collationem fecerat V. d. Bardili, quum Pariſiis eſſet, eamque miſerat Wunderlichio. Wunderlichius acceperat eam, quum iam primae plagulae editionis novae impreſſae eſſent, uſus tamen eſt ea inde a libr. I, 4, 68. usque ad libr. I, 7, 23. Eſt is codex, qui inſignitur ab eo nota *Pariſ.* Quum autem Wunderlichius non omnes indicarit lectiones, et in iis, quas affert, enotandis aliquoties erraverit, quod ubi factum, monitum videbis, nos hanc collationem exhibuimus integram, rogamusque lectorem, ne iterum errores oriantur, ut conſtanter noſtris utatur. Caeterum contulerat V. d. Bardili hunc codicem, excepto Carmine ad Meſſalam, cum Ioann. Henr. Voſſii editione Heidelberg. ann. 1811; nos omnia ad hanc quartam Heynii editionem revocavimus. Carmen ad Meſſalam non deſcripſerat Bardili, paraverat tamen ſibi huius Carminis collationem V. C. Huſchkius ſuo ſumtu Pariſiis factam, qui eius uſum nobis benigne con-

conceſſit. Carmen collatum erat cum Aldina ann. 1502; igitur haec quoque collatio ad hanc Tibulli editionem noviſſimam nobis fuit revocanda. — Poſt haec de collationibus editionum dicemus. Ac primum quidem exhibemus lectiones editionis principis eius, quae ann. 1472. form. maior. impreſſa eſt. Miſerat hanc collationem V. d. Bardili Wunderlichio, qui lectiones ex ea attulit inde a libr. I, 4, 68. usque ad libr. I, 7, 23, quamquam non omnes et in iis, quas attulit, deſcribendis aliquoties lapſus. Unde iterum rogamus lectorem, ut conſtanter noſtris utatur. Appellavit hanc editionem Wunderlichius Venetam, quia viri docti eam Venetiis excuſam eſſe ſuſpicabantur. Sed quum hoc certo non conſtet, cum Huſchkio editionem principem maiorem ann. 1472. eam appellare maluimus, tenendumque lectori, quam Venetam Wunderlichius nominavit, eam conſtanter a nobis editionem principem maiorem dici. Caeterum hanc quoque collationem V. d. Bardili ipſe fecerat, quum Pariſiis eſſet, uſus ad eam rem editione Ioann. Henr. Voſſii Heidelb. ann. 1811. Quum autem Carminis ad Meſſalam lectiones non enotaſſet Bardili, poſtea rogatus ab eo hoc Carmen deſcripſerat et omnino totum librum quartum denuo contulerat iuvenis accuratiſſimus Waetjen, adhibita Heynii editione ann. 1777. Nos haec omnia nobis miſſa noviſſimae Tibulli editioni accommodavimus. — Dicemus iam de collatione editionis principis form. minor. ann.

1472.

1472. impreffae. Eft haec ea, quae fecundum occupat locum in noftra editionum principum enumeratione. Appellamus eam cum Hufchkio editionem principem minorem ann. 1472. Collata fuit Parifiis cum Aldina ann. 1502. Nos tamen exhibemus hanc quoque collationem quartae Heynii editioni accommodatam. Liber quartus mancus eft aliquot locis, quia nonnulla in exemplari Parifienfi defunt, de qua re infra monitum. Caeterum non habuit hanc collationem V. d. Bardili, nec Wunderlichius ea ufus eft, fed obtulit nobis eam ex fuis opibus idem ille vir celeberrimus Hufchkius, cuius aliud donum fupra memoratum. Graviter accufavi hunc virum in praefatione tomi primi, fed poftea meliora edoctus errorem meum ingenué confeffus fum in Ephemeridibus litterariis Halenfibus ann. 1818. Nunc repeto hoc propter exteros, in quorum manus haec editio venerit, ne mea culpa fama viri honeftiffimi imminuatur, cuius eximiae liberalitati tam multa debet hic libellus. — Denique exfcripfimus lectiones editionis quartae principis, quot leguntur in Morellii libro infra indicato, easque fuis locis inferuimus.

Reftat iam, ut paucis explicetur, quam legem in his omnibus lectionibus defcribendis fequuti fimus. Quum apud Heynium faepe aliud verbum legatur in principiis obfervationum, quam quod nunc habetur in textu, nos, ne qua dubitatio exfifteret, ubique primo loce pofuimus id verbum, a quo lectiones indicatae discrepant. Deinde,

ne omitteremus quod feveriores defiderarent, quantumque per nos fieri poffet, omnia redderentur accurate, etiam typorum calamique manifeftos errores et quae in nominibus propriis reperiebantur discrepantiae, diligenter notavimus. Denique, fi qua in re fibi conftare codicem editionesve vidimus, hoc quoque monuimus, plerumque primo ftatim loco, ubi res occurrebat. Interpunctionis autem varietatem quod neglеximus, nemo facile reprehendat. Atque haec fere funt omnia, de quibus lectores fuerunt monendi.

ADDENDA ET CORRIGENDA

NOTITIAM TIBVLLI LITTERARIAM

SPECTANTIA.

Quum inde ex eo tempore, quo ultima Heynii editio prodiit, alii etiam extiterint viri docti, qui Tibullo ſtudium ſuum atque operam dicarent, multa, quae ad notitiam literariam Tibulli pertinent, melius, quam antea fieri potuerat, conſtituta et expoſita, alia etiam prorſus nova detecta et prolata eſſe, haud ſane eſt, quod mireris. Nam non antiquiorum ſolum editionum nunc multo accuratiorem habemus cognitionem, ſed Codices etiam haud pauci denuo ſunt collati, novaeque recenſiones huius poetae curatae. Praecipue vero doctiſſimi viri, Bardili, cura ſtudioque effectum eſt, ut tota, quae eſt de editionibus principibus, disquiſitio nunc omnibus numeris abſoluta videatur atque perfecta. Quae res ut maximi eſt momenti, ita eam in noſtro hoc opere graviſſimam eſſe, haud cunctanter pronuntiamus. Quum vero nos ei, quam Heynius ſecutus eſt, rationi omnia accommodare conſtituiſſemus, antequam ad hoc quaſi caput disputationis noſtrae accedamus, pauca quaedam, eaque leviora, in iis, quae in Heynii deſcriptione antecedunt, notanda sunt.

Pag. XV. l. 6. a ſine pro *Vicentinam* 1482. leg. *Vicentinam* 1481.

Pag. XVII. l. 2. Veneta Scoti editio prodiit a. 1549. — At Paulli Manutii Tibullus, qui eiusd. pag. l. 6. memoratur, a. 1558. editus eſt.

Pag. XXVI. Cum iis, quae de Seneca tradit Heynius, cfr. Harles, qui in supplement. ad brevior. notit. literat. Rom. Tom. I. p. 347 ſeq. „Medio, inquit, ſaeculo XV floruit qui-

 dam

dam *Thomas Seneca Camers*, non Latinis modo, sed etiam Etrufcis litteris commendatus et poeta; cuius Latina habentur inter carmina illuftrium poetarum Ital. Florent. 1721. Tom. IX. pag. 39. Is, qui Aefii, Arimini, Bononiae et Florentiae docebat una cum Porcello feu Porcellio, ftudium literarum graecarum, quas ignorabat, ftulte fprevit. Quod igitur uterque homini Latino Graecis non opus effe literis temere praedicabat, imo potius odio iraque in Baffinium Parmenfem, Graecarum literarum amantiffimum, inflammatus, hunc omne tempus, in literis Graecis confumtum, omnino perdidiffe, clamitabat: Baffinium gravem nactus eft adverfarium, qui quidem in binis epiftolis, altera profa oratione exarata, altera poetica, in qua oftendit, poetas Latinos fine literis Graecis nihil poffe, contra utrumque ftilum acuit, in utraque autem epiftola *Thomam Senecam Camertem*, nomine tantum Senecae appellavit. Hic igitur Seneca forfan fuit, qui interpolaret Tibullum, Virgilium aliosque poetas et cuius nomen appingeretur verfibus interpolatis." Praeterea nonnulla traduntur de *Seneca* illo in libro, ab Harles. laudato, Amadutii Anecdot. literar. Vol. II. p. 407. not. a. —

Ad notitiam

CODICVM

(vid. XXVIII — XL.)

haec addenda erunt, atque corrigenda.

Pag. XXXI, 16. Eft hic codex is, cuius collationem, accuratiffime Parifiis a fe factam, V. D. Bardili infigni humanitate obtulerat Wunderlichio. Lectionis diverfitatem hoc figno: *Cod.* variis infra lectionibus inferuimus. Huius Codicis idem Bardili hanc dedit defcriptionem: Conftat paginis 237 fol. minori; pag. 179. poft Catulli carmina haec ab eadem manu, cui Codicem debemus, fcripta nota extat: 1423 di 20 Novbr. Initiales literae elegiarum pictae, verfuum rubro colore notatae funt. Elegiarum, quamvis fingulae fpatio diftintae infcriptionibusque infignitae funt, numerus nunquam, libri in fuperiori cuiusvis folii margine adfcriptus eft; item verfus

ad

ad ſingulorum carminum finem numerati. Diſtinctionibus, praeterquam puncto, et nonnunquam punctis, quae vocant, interrogationis, non utitur librarius. — In fronte haec leguntur: codex emptus Romae a. 1703. — Ducit nos hoc ad Italicam huius codicis originem, cuius alia etiam veſtigia deprehenduntur. Cfr. in var. lectt. ad I, 1, 46. Caeterum cfr. Catalog. bibl. Reg. P. III. T. IV. p. 418. —

Pag. XXXII, 4. *a. f.* Codicum in Germania plurium collationes adhibuit Io. Henric. Voſſius, quos recenſet in praefat. pag. XXVIII. ſeqq. editionis, quae a. 1811. prodiit sub titulo: Albius Tibullus und Lygdamus, nach Handſchriften berichtiget von Joh. Heinr. Voſs. Heidelberg bei Mohr und Zimmer, 1811. 8. Sunt ii; Monacenſis, intelligenter ſcriptus; Bongarſianus; Vindobonenſis bibl. Caeſareae, chartaceus, forma 4° nitide deſcriptus; Askewianus, quem ex Askewii bibliotheca emit poeta Laurentius de Santen, unde venit in poſſeſſionem viri illuſtr. de Diez; Voſſiani quinque, qui in bibl. Lugduno-Batav. aſſervantur. v. Heyne p. XXX. Codicis vero Hamburgenſis, nitide in membrana, Gothani, imperite in charta exarati, accuratiore Wunderlich. uſus erat collatione. — Idem etiam collationem duorum codicum Zwicavienſium ſaeculo decimo quinto ſcriptorum, a celeb. Goerenzio benigne oblatam, adhibuerat. Vid. praefat. pag. V.

Pag. XL, 11. Ex editionibus, quibus virorum doctorum notae adſcriptae ſunt, praeter eas, quas Heynius enumerat, hae nobis innotuerunt. In viri ill. de Diez copiis apparatus criticus erat in Tibullum, editionesque Santenianae bibliothecae, quibus Heinſii Broukhuſiique manu adſcriptae erant obſervationes et emendationes, quibus Ioann. Henric. Voſſius in editione ſua, ſupra a nobis memorata, uſus eſt. Continent autem praeter ea, quae ſunt evulgata ab ipſis, nihil quidquam, cuius ſit aliquod pretium. — Idem Io. Henric. Voſſius Gryphianam adhibuit editionem a. 1561. cum variis lectionibus ex codd. et vett. editt. v. pag. XXV. praefat. ad edit. laudat. —

Deni-

Denique quae tentata erant a Io. Schradero, quae a Burmanno maiore, diligentiusque a Burmanno fecundo allata ad textum rectius conftituendum, iis Voffius quidem ufus eft; neque tamen ea multum profuerunt ipfi Tibullo. —

DE

EDITIONIBVS PRINCIPIBVS.

In notandis editionibus Tibulli principibus adhuc omnia turbata erant. Sequimur autem nos adumbrationem, quam doctiffimus Bardili dedit. Res haec eft: *Tibulli quatuor ad hunc diem certo repertae funt editiones principes; de quinta adhuc dubitari poteft.*

I.

Prima prolata ab Heynio pag. XL feq. Veneta dicta Wunderlichio, nobis et doctiffimo Hufchkio, editio princeps maior a. 1472. fol. [aliis 4° maj.]. Eft haec editio princeps probabiliter excufa Venetiis opera Vindelini Spirenfis. Vid., quem Heynius iam citaverat, Panzer Annal. typogr. Tom. III. p. 87. n. 84. Extat ea in bibliotheca Laurentiana Florentiae, v. Montefalc., laudat. ab Heyn., item Parifiis atque Argentorati. Haec editio neque Broukhufio vifa, et Vulpio incognita fuit, cuius in notitiam ea tantum venerat, quam fecundo loco recenfebimus. Ut haec prima edit. pr. a fequentibus probe diftinguatur, accuratam, quam dedit Audiffredi de editionibus Romanis p. 123, defcriptionem hic fubiiciamus: „CATULLUS TIBULLUS PROPERTIUS et P. PAPINII STATII *fylvae.* — Ad calcem fylvarum Statii:

Tabula librorum qui funt in praefenti uolumine *):
Albius Tibullus elegiae fcriptor optimus.
Aurelius Propertius Beuanus.

Cla-

*) Quatuor poetae, quos continet haec editio, particularibus voluminibus, in unum collectis, impreffi funt.

Clarissimi poetae Catulli Veronensis Epigrāma.
Pub. Papinius Statius Syluarum.
M. CCCC. LXXII.
(in 4° maj.)

In duobus huius editionis exemplis a me visis, altero in biblioth. Corsiniana, altero ex biblioth. S. M. de Populo principio voluminis occurrit Catullus, etsi in subscriptione tertio loco nominatur. In eius fronte legitur hexastichium, quod hic exhibetur, ut in ipso opere excusum est:

H extichum *) Guarini Veronensis Oratoris Clarissimi
In libellum Valerii Catulli eius conciuis.
a D patriam venio longis de finibus exul
Causa mei reditus compatriota fuit.
S cilicet a calamis tribuit cui francia nomen
Q uique notat turbae practereuntis iter:
Q uo licet ingenio nostrum celebrate Catullum
Q uouis sub modio clausa papirus erat.

Ne autem Lector erret, ~~monemus hanc~~ editionem adnumeratam a P. L. inter Romanas editiones, ab earum choro omnino esse eliminandam. Est ea sine dubio opus Vindelini Spirensis, iisdem omnino typis ac charta excusum, quibus hic typographus Martialem (cum quo illud exactissime ac scrupulosissime contulimus) sine anno, sed circiter haec tempora impressit; et ab omnibus et quibuscunque Udalrici Han (cui illud tribuit P. L.) editionibus, characteris qualitate valde discrepans." Ita inscriptiones huius editionis exhibet etiam Panzer l. c., qui in fine haec adiicit: „Char. rom. Vindel. Spirae. Sine sign. cust. et pagg. num. 4. maj.

Editio princeps. Maitt. p. 320. Gaig. I. p. 411. de Bure B. L. p. 270. Laire p. 186. Romae per Ulric. Han; male, uti monet Audiffredi p. 123. Idem Laire in Ind. I. p. 288. Nicolao Ienson dat."

Heynius quidem indicem librorum, quos continet haec editio, ita exhibuit, ut legitur apud Montefalc. l. c.; sed haec non ipsa

*) sic.

ipfa in editione obvia verba videntur, quippe quae funt prolata ab Audiffr. Idem Montefalc. emendationes dicit adesse et gloffas quasdam, fortaffe Politiani. Cfr. etiam quae infra in quartae principis editionis defcriptione de hac prima paffim dicit Morellius. Primae igitur huius editionis principis diverfas lectiones cum lectore infra communicabimus.

II.

Sequitur fecunda princeps Tibulli editio, ita defcripta a Panzero A. T. Tom. IV. p. 7. n. 31.: „SEXTI. AURELII. PROPERTII. *Nantae Umbri. Incipit. Liber. Aelegiarum. uel. monobilos Ad tullum.* In fine: *Sexti. Propertii. Nante. Aurelii. Poete. Inluftriffimi. Liber. Explicit. Sub. Anno. Domini* M.CCCC.LXXII. *Menfis Februarii.* Sequitur: ALBII TIBULLI *Equit. Ro. Poetaeque Clariffimi Liber Aelegiarum. Primus incipit.* In fine *eius Epitaphium:*

Te quoque uirgilio comitem non aequa tibulle
    Mors iuuenem campos mifit in elifios.
Ne foret aut elegis molles qui fleret amores,
    Aut caneret forti triftia bella pede.

Accedit breve Poetae elogium. In fine Tibulli anni notatio defideratur. Char. lat. fine fign. cuft. et pagg. num. 4. min.

Editio princeps fecunda. Prima eft Veneta h. a. Denis fuppl. p. 17. Audiffr. p. 440. Cat. bibl. Pinelli II. p. 367. bibl. Afcew. p. 121. Roffi p. 71. Pertinet fortaffe ad hanc editionem etiam Catullus."

Hac editione, ut fupra iam monuimus, paffim ufus eft Vulpius. Caeterum nos eam, cum doctiff. Hufchkio, qui collationem benevole noftris ufibus conceffit, nominamus edit. principem minorem.

III.

Tertia editio princeps memorata eft ab Heynio pag. XLI. not. *). Huius editionis accuratam defcriptionem, quam dedit Morellius in biblioth. Pinelli T. II. p. 383. no. 5051. hic inferamus: „Alb. Tibulli Carmina. Absque ulla nota (circa an. 1472.)

1472.) in 4°. — Editio princeps, exemplar venuſtum. — Omnium editionum, in quibus Tibullus ſeorſim a Catullo et Propertio prodiit, quatenus quidem conſtat, haec prima videtur, eademque ſummae raritatis, neque minoris pulchritudinis eſt. Deſunt in ea numeri, ſignaturae, et cuſtodes: paginae ſingulae carmina quatuor et viginti ut plurimum continent. Character Romanus ac perelegans eſt, planeque idem, quo *Florentius de Argentina* orationem *Iacobi Romani* pro populo Brixienſi ad Nicolaum Tronum Ducem Venetiarum an. 1472 impreſſit, ac *Sexti* quoque *Rufi* Breviarium Hiſtoriae Romanae, *Ioannis de Sacrobuſco* Sphaeram, *Auguſtini Dati* Elegantiolas Latini Sermonis, et *Ovidium* de Arte amandi carmine Italico redditum, ſine ulla temporis et loci nota edidit..... Ac iis quidem addendus eſt *Dares Phrygius*, hoc eodem omnino charactere excuſus...... Ubinam vero *Florentius* hic *Argentinenſis* typographiam exercuerit, lubens ego cognoſcerem; licet Venetiis, vel ſaltem intra Venetam ditionem exercuiſſe omnino putem. — Ad Tibullum quod attinet, is titulum hunc praefert litteris maiusculis impreſſum:

ALBII. TIBULI. POETAE. INLUSTRIS. LIBER. PRIMUS. ET. PRIMO. PRAEMIUM: QUOD. DIVITIIS: ATQUE. MILICIA. SPRETIS. DELIAM. AMET. ET. AMORI. VACARE. PRORSUS. VELIT. INCIPIT. FOE.

In fine eſt Sapphus Epiſtola ad Phaonem ex Ovidio, cui hocce diſtichon demum accedit:

Illa fuerens *) phaoni quam ſcripſit epiſtolam **) sappho,
Explicit: ex graeco transtulit. Ovidius."

IV.

Quartam denique Tibulli principem editionem, eamque rariſſimam, neque ab Heynio, neque a Panzero, nec ab alio quoquam ante memoratam, accurate deſcribit Morellius in epiſtola, quae adiecta eſt libro, Italico ſermone conſcripto: Saggio

*) Voluit *furens.* EDITOR.
**) Lege *epiſtola.* *Idem.*

gio epiſtolare ſopra la tipografia del Friuli nel ſecolo XV. del conte Antonio Bartolini. In Udine. 1798. 4. maj. Hanc editionem, a Bartolinio comparatam, Bartolinianam vocat Morellius. Nos autem ex ea, quam ibi dedit Morellius, huius libri deſcriptione, quae ad noſtrum finem pertinere videbantur, excerpere, et in Latinum ſermonem converſa huc transferre haud alienum putavimus. Primum igitur librum Bartolinianum definit Morellius in 4. minore, charactere rotundo, ſine temporis, loci aut typographi indicio, eumque diſtinguit ab iis, quos modo commemoravimus, aliisque libris. Tunc haec ſequitur deſcriptio: „Ut bene cognoſcatur editio, quae nunc in lucem protracta eſt, diſtinguaturque ab reliquis, haec obſervare iuvabit. Principium eſt:

ALBIUS TIBULLUS EQUES RO x P x

Iuitias alius fuluo sibi cōgerat auro
Et teneat culti iugera magna ſoli x

Poemata, quantum ad numerum et diviſionem attinet, iam ſunt, ut in veteribus editionibus ſine commentariis, niſi quod in tres libros ſunt diviſa, ut in editione a P. Audiffredi memorata (quam nos ſecundo poſuimus loco) cum librorum ſignificatione litteris maiusculis expreſſa. Quartus habet inſcriptionem maiusculis idem litteris expreſſam AD MESSALAM ſine libri ſignificatione. Inſcriptiones modo adſunt, modo deſiderantur, itemque litterae initiales; quae quando inveniuntur, charactere ſunt minuſculo, eo conſilio poſitae, ut maiusculae inde fierent coloribus diſtinctae. Character rotundus quidem eſt, ſed paulo rudior, magnaeque formae, ita ut integra quaeque pagina plerumque viginti quatuor tantum lineas habeat. Lineae ſunt inaequales, paginarum formis in prelo non ſatis conſtrictis, ceteraque omnia apparent, quae una cum his vetuſtatis indiciis in libris, eadem aetate impreſſis, inveniri ſolent. Singulare eſt, quod alia diſtinctionis ſigna non repeririuntur, praeter parvulas literas x, tam pro virgula, quam pro puncto poſitas: quam rem, quantum nemini, alibi non animadverti. Haec omnia nihil valent ad cognoſcendum locum, typographum aut impreſſionis annum: vix, quum Italica editio

ſit

ſit cognita, coniectura aliqua fieri poteſt ex chartae nota, littera B in circulo poſita, tribuendam eſſe *Thomae Ferrando*, claro typographo Brixienſi, cuius epiſtolas *Phalaridis* iam notavi in indice Pinelliano num. 3765, ubi vero effici non poterat, utrum ille editor an typographus tantum eſſet. Revera eadem nota invenitur in *Franciſci Aſulani Acerba* et in *Statutis Brixienſibus* anni 1473. ab hoc typographo impreſſis, ac teſte clariſſimo Boni, qui uberius egit de Ferrandi editionibus in litteris typographicis, etiam in *Propertio* eiusdem Ferrandi ſine anni nota (pag. LXXIX.), qui an eadem, qua Tibullus, ſit impreſſione, videndum erit: quod quominus ſtatuatur, vix prohibet parvum hoc diſcrimen, quod Tibullus diphthongos *ae* et *oe* iunctas habet, Propertius ſeparatas. Ceterum non eſt ſilentio praetereundum, characterem Tibulli ſimilem quidem eſſe, neque tamen eundem, qui Phalaridis, Acerbae ac Statutorum Brixienſium, qui tres ſoli veteris impreſſionis libri, hac aetate noti, Ferrandi nomen habent, diligenterque a me fuerunt inſpecti. . . . . Satius igitur erit, aliunde novam lucem exſpectare, ut haud dubitanter aut Ferrando tribuatur Tibullus aut aliis, et, quum bona deſint argumenta, in medio relinquere, quaenam e tribus Tibulli editionibus (a nobis ſecundo, tertio, quarto loco poſitis) prima fuerit, et qua re praeſtare iis dici poſſit trium poetarum editio, quae Venetiis prodiit a. 1472 (primo loco a nobis poſita). Sed non hoc tantum nomine pretioſus eſt hicce Tibullus, quod vetuſtate eſt inſignis ac novitate ſua: inde praeſertim eſt maximi faciendus, quod bonae inſperſae ſunt lectiones, quae aut omnino, aut maximam certe partem in libris, iſto tempore impreſſis, non deprehenduntur; ut intelligatur, non ex alia editione deſcribi potuiſſe, niſi rariſſimam illam ſequatur per *Florentium de Argentina* (tertio loco a nobis poſitam), cuius exemplar Pinellianum cum tot aliis pretioſiſſimis libris in Britanniam abiit, neque aliud hic remanſiſſe notum est, quod inſpicere poſſim. Maiore, quam mihi conceſſum eſt, otio opus eſſet ad internum libri pretium penitus cognoſcendum. . . . . In univerſum tamen textus magis con-

ſpirat

ſpirat cum editione Audiffrediana, quam cum Veneta a. 1472, quae bene intelligitur viri docti opera meliores lectiones ſortita eſſe, quam in duabus aliis deprehenduntur. (Sequuntur iam variae lectiones pauculae enotatae, ſuis locis a nobis inſertae.) Qui minuta reſpicere velit, arguere etiam poſſit, hanc editionem, utpote omni additamento carentem, reliquis fuiſſe priorem, quum Audiffrediana epitaphium habeat vitamque Tibulli in fine, Veneta a. 1472 haec duo poemata, Ovidiique de morte Tibulli elegiam, editio per Florentium de Argentina epiſtolam Sapphus ad Phaonem, ex Ovidii Heroidibus deſumtam, et fortaſſe alia etiam. Sed hoc non ſufficit ad probandam maiorem vetuſtatem, neque adeo melior lectio, quae plerumque obtinet in editione a. 1472, quae poemata collata exhibet atque emendata, cauſam praebet ſatis idoneam, cur aliis, anni nota carentibus, poſterior putetur; quum fieri potuerit, ut alius editor etiam poſt hanc maluerit, ſive exhibere Tibullum ex codice manuſcripto, quem omni alio textu pluris faceret, ſive ex ſuo ipſius non ex aliorum iudicio emendatum. Ceterum non crediderim, editionem a nobis iam examinatam priorem eſſe a. 1471, neque poſteriorem anno 1475: quantum coniicere licet ex complexione indiciorum quorundam, quae non facile eruuntur, niſi a peritis oculis, quaeque errorem vix admittunt.“ Atque haec quidem quartae huius Tibulli principis editionis a Morellio data deſcriptio. —

V.

Unum nunc adiicere placet, in catalogo librr. imprr. Muſei Brit. ſ. v. *Tibullus* proferri *Tibullum* 1472. 8vo, itemque ſ. v. *Propertius, Propertium* 1472. 8vo. De quibus editionibus quum nihil alibi memoratum inveniatur atque huic notitiarum generi non multum ſit tribuendum, res in incerto videtur relinquenda iisque commendanda, qui occaſionem habeant accuratius in eam inquirendi.

DE

EDITIONIBVS QVAE SECVTAE SVNT.

Pag. XLII. *not.* *). Mediolanenſis haec a. 1480 ex Broukhuſii catalogo memoratur in biblioth. crit. Amſtelod. Vol. I. Part. III. pag. 58.

